THE LIBRARY OF CONGRESS
1800

Class PA6296
Book .D6
1840

Ellendt (im JJB, Supplement a. d. F. Archiv für Philologie u. Paedagogik VII (41) p 550/5) c
dass er in den mutili die bessere überlieferung erhalten a. ihnen gefolgt sei, insbeso
dem Lagomars. 2 (den allein 2, 246/88 enthält) u. den Lagom. 32 (den allein 3, 9
enthält)

Cicero, Marcus Tullius

M. TULLI CICERONIS

DE ORATORE

LIBRI TRES.

RECENSUIT EMENDAVIT INTERPRETATUS EST

FRIDERICUS ELLENDT A. M.

GYMNASII REGII ISLEBIENSIS DIRECTOR ET PROFESSOR.

REGIMONTII PRUSSORUM

SUMPTUS FECERUNT FRATRES BORNTRAEGER

1840.

M. TULLI CICERONIS

DE ORATORE

LIBRI TRES.

RECENSUIT EMENDAVIT INTERPRETATUS EST

FRIDERICUS ELLENDT A. M.

GYMNASII REGII ISLEBIENSIS DIRECTOR ET PROFESSOR.

VOLUMEN I.

VERBA SCRIPTORIS CUM COMMENTARIIS CRITICIS CONTINENS.

REGIMONTII PRUSSORUM

SUMPTUS FECERUNT FRATRES BORNTRAEGER

1840.

PA6296
.D6
1840

328750
29

4/578

IOANNI SCHULZE

THEOL. ET PHILOS. D. POTENTISSIMI PRUSSORUM REGIS A CONSILIIS INTIMIS VIRO DE INSTITUTIONE PUBLICA OMNI IMMORTALITER MERITO

VENERABUNDUS DEDICAVIT

EDITOR

PRAEFATIO.

Libros Ciceronis de Oratore emendandi et explicandi consilium mihi natum est copias ad novam Bruti recensionem instruendam et ornandam colligenti. Cum enim utriusque operis consilium et argumentum societatis quodam vinculo connexum viderem, ut nec recte intelligi nec bene explicari Brutus posset, nisi ex libris de Oratore, paulatim eo voluntas deflexit, ut in his praecipuam operam ponendam decernerem, Bruto subsicivam quandam curam assignarem. Sed cum negotium illud nullis adhuc libris scriptis accurate excussis plerisque plane ignotis et latitantibus admodum lubricum esse viderem, nisi novis scripturae emendandae subsidiis repertis consilio me satis facere non posse intelligebam. Cum igitur ante hos

annos quinque maxime animi et corporis reficiendi causa Italiam invisere statuissem, ne plane divellerer a spectanda locorum amoenitate contemplandis artis et antiquitatis monumentis cognoscendis hominum moribus, satis esse ducebam, si modicis Bruti emendandi subsidiis instructus reverterem. Sed cum insigni viri nobilissimi L. B. ab Altenstein, qui regendae in regno Prussiae institutione publicae universae praeerat, liberalitate ita adiuvarer, ut sperato diutius in Italia manere liceret, apparatu, quem vir doctus Hieronymus Lagomarsinus ad Ciceronem emendandum collegerat, utendi spes affulsit. Asservantur enim in collegio Romano S. I. scripturae discrepantes Lagomarsini manu ex plus septingentis Ciceronis codicibus excerptae in ordinemque redactae: quas quod transscribere et meis usibus accommodare licuerit eius collegii praefectorum et maxime bibliothecarii P. Marchi humanitati acceptum refero. Quibus opibus cognitis statim firmatus consilio animum ad emendandos et explicandos de Oratore libros revocavi. In Germaniam igitur reversus paulo plus quatuor annos libris illis secundum scriptos codices emendandis colligendisque et disponendis copiis interpreti futuro necessariis consumpsi; cuius laboris fructum nunc publici iuris facio.

De subsidiis et ratione operae meae praemittenda haec sunt. Librorum scriptorum condicionem Henrichsenius Lagomarsini apud Bandinum in catal. codd. Latin. bibl. Laur. t. II. p. 492 sqq. verba secutus in universum recte exposuit. Non fuisse enim ante seculum quintum decimum codices librorum de Oratore Bruti et Oratoris integros hodie constat; reperto illa aetate libro antiquissimo Laudensi suppleti sunt. Is liber, postquam elegantius scripta exemplaria in manus hominum venissent, cum ipse propter obsoletam antiquitatem non facillime legeretur, neglectus dudum intercidit. Propter illam legendi difficultatem non totum descriptum, sed recentiorum exemplarium lacunas tantum ex eo expletas fuisse, quod iniudicatum relinquit Henrichsenus praef. p. IX., certissimo argumento conficitur. Codices enim recentiores et lacunis carentes manum interpolatorum perversasque correctiones omnibus paginis referunt et vitiosas scripturas innumerabiles habent, cum antiquiores et lacunosi perpauca interpolationis vestigia ostendant et scripturas permultas verissimas et emendatissimas suppeditent; in quibusdam autem mendis gravissimis et deploratis, quae in partibus nulla lacuna infestatis insunt, cum antiquioribus recentiores conspirant, quos, si toti ex libro Laudensi derivati essent, corrigi inde potuisse

veri simile est. Iniuria igitur vir quamvis diligens Lagomarsinus, qui non ultra fundamenta futurae editionis parandae processisset, omnia exemplaria tam antiqua quam recentia in mendosis vulgatorum locis fere inter se cum vulgatisque consentire dixit, ut propterea castigatio ex iis peti non possit. Nec ex Gasparini Barzizii Bergomatis in supplendo Cicerone conamine (v. Lagom. apud Bandinum l. c. p. 499.) recte quis colligat libros veteres lacunas illius hominis manu interpolando expletas monstrare. Neque enim id egit Barzizius, ut Ciceronem suis immiscendis corrumperet, nec additamenta illa in libris a Lagomarsino collatis usquam cum verbis Ciceronis confunduntur, sed aut in margine scripta aut alia manu aut aliqua librarii nota distincta sunt: v. nostros commentarios criticos ad I. 28, 127. II. 31, 133. III. 40, 161. Plurima autem correctorum additamenta librorum antiquiorum ope sustuli, quorum potissima mox apponam. Nec illud verum esse concedi potest, quod Henrichsenius p. X. affirmat, quo magis ab initio libri secundi procedatur, eo vitiosiores esse codices. Ego contrarium reperi paulo pluribus emendandi subsidiis adiutus nec minorem locorum corruptorum numerum illa parte operis ex libris scriptis emendari posse ostendam. Imo extrema parte libri primi emendandi negotium

magis etiam lubricum est, quam libro tertio §. 19—110., quia illo loco subsidia antiqua omnia deficiunt, hoc autem certe unus Lagomarsini 32. exstat.

Codicum ante Lagomarsinianos notorum et editionum potiorum recensum Henrichsenius satis accuratum egit in praefatione p. XI. sqq. Ad hunc lectores amandans illud solum addo librorum Gruterianorum s. Palatinorum novem, Suffridi duorum (hi sunt Tosanus et Erfurtensis), trium Gulielmii, quorum Pithoeanus et Memmianus alter vel uterque eidem sunt, quos Car. Stephanus contulit et fortasse etiam eidem, quos ab Henrico Memmio (de Mesmes) acceptos Lambinus eius viri nomine appellat, porro Regiorum Lallemandi 7702. 7703. 7704. 7753., Anglicorum a Pearcio adhibitorum tredecim, et Erlangensium duorum nullum accurate collatum esse, quanquam eius rei in Pearcio maior, quam in ceteris interpretibus, diligentia fuit. Erfurtensem Wunderus indignum putavit, quem totum conferret; Havnienses igitur ab Henrichsenio collati soli adhuc accurate inspecti sunt. Sed sunt sane nulla paene auctoritate praediti, quod idem etiam in ceteros plerosque cadit. Nam praeter Palatinos primum et secundum, Pearcii libros Lincolniensem (U) Oxoniensem collegii S. Ioannis (Z) et Gonvillianum ex antiquiore quippe ex-

emplari transscriptum nullus illorum dignus est, cui fides habeatur. Erlangenses enim, si re vera seculo decimo et undecimo scripti essent, ut Harlessio placuit, antiquitatis causa omnium viderentur maximi momenti. Sed nec Harlessius idoneus est eius rei auctor et Erlangensis primi paucas, secundi fere nullas scripturas traditas habemus.

Haud paulo plus subsidiorum mihi ad manum fuit. Ipse enim contuli codicem, qui cum olim P. Victorii fuisset, nunc Monachii asservatur, sed ex recentioribus est, ut lacunis quidam careat, sed vario corruptelarum genere infestatus sit; deinde usus sum Guelpherbytanis tribus, quos quod conferendos impetravi Schoenemanni V. Ill. humanitati debeo. Horum unus valet auctoritate tertius, quem Schuetzius dixit
2 (Henrichsenius cum aliis Gu. A. vocat); literis inter Longobardicas et latinas mediis extra Italiam scriptus seculo XIV., cum innumeris quidem scribendi compendiis, sed satis nitide. Lacunosus est et in scriptura maxime cum Lg. 4. et 13. conspirat, sed et cum ceteris melioribus: v. Comm. cr. III. 44, 174. 46, 180. 53, 202. 55, 211. Longe inferior est Gudianus 38., quem cum Schuetzio Guelpherbytanum primum dico, Henrichsenius litera C. notavit. Is cum e recentioribus sit, raro cum bonorum scriptura

convenit; nullis fere correctionibus, sed plurimis scribendi compendiis et quod in multorum foliorum lateribus depilatis literae plane evanuerunt, lectori molestus. Is et Guelpherbytanus secundus (Augustanus numeris 12. 13. notatus, Henrichsenio dictus Gu. B.) etiam Brutum et Oratorem continent. Et hic quidem utrique priorum dignitate cedit: literis enim latinis satis novitiis post typographicam demum artem inventam in Italia scriptus videtur. Hunc pro me diligentissime excussit vir doctus Fridericus Schmalfeld, quo et collega et amico gaudeo. Nam Schuetzius his tribus libris usus quidem est, sed perpauca ex eis delibavit. Lagomarsinus autem quos codices contulit, eos omnes olim Florentiae asservatos esse reperi. Nunc quidem duo certe perierunt aut ex bibliothecis (credo Francogallico tempore) sublati sunt; Riccardianus, quem numero 2. notavit Lagomarsinus descripsitque accurate apud Bandinum l. c., omnium fortasse antiquissimus et praestantissimus; item Marcianus 16. Reliquos in tribus bibliothecis Laurentiana Riccardiana Magliabecchiana benigne iuvantibus praefectis, in primis V. Cl. de Furia, ipse vidi et examinavi. In omnibus Lagomarsini manu haec nota inscripta primae paginae reperitur: *hic codex a me Hier. Lagomarsino S. I. diligenter ad textus vulgares*

(i. e. editionem Iacobi Gronovii a. 1692.) *collatus est anno* 17 — *die* — *notabiturque in nostra Rhetoricorum Ciceronis editione numero* —. Et antiquiores quidem et lacunosi, sed bonae scripturae auctores praeter Riccardianum illum sunt 4. 13. 32. 36.

Cod. 4. bibliothecae Riccardianae n. 506. forma maxima membranaceus scriptus literis, qualibus Guelph. 3. seculo XIV. Copiosa scholia continet Gasparini Barzizii huiusque et alia manu factas correctiones interlineares et marginales.

Cod. 13. in bibliothecam Laurentianam ex bibliotheca D. Marci illatus cum aliis multis, donec novum conclave aedificetur, nullo ordine coacervatis numero 262. provisorio, quem vocant, notatur. Scriptus est literis nitidissimis latinis seculo, ut videtur, quinto decimo ineunte in membranis forma maxima, sed contractiore. In bibliothecam Marcianam olim ex hereditate Nicolai Niccoli venit.

Cod. 32. bibliothecae Laurentianae plutei L. nr. 1. forma maxima membranaceus, quatuor ad minimum manibus scriptus, continens praeter libros de Oratore alia rhetorica et Officiorum libros. Initium scribendi factum videtur ineunte seculo XIV. Omnium lacunosorum solus continet quae ab aliis absunt libro III. §. 19—110.; horumque emendatissime omnium

scriptus et diligenter a fortuitis librarii vitiis purgatus est.

Cod. 36. bibliothecae Laurentianae plutei L. nr. 34. formae quartae, quam dicunt, membranaceus, initio seculi XV. scriptus eleganter, sed cum variis compendiis. Fuit Cosmae Ioannis de Medicis.

Hi cum consentiunt aut unus et alter manifesto veram scripturam tuetur, potiore ceteris omnibus auctoritate sunt; solent autem conspirare cum Pearcii libris U. et Z. et Guelpherbytano tertio, item cum Palatinis duobus prioribus, etsi horum scriptura minime accurate noscitur.

Codices Lagomarsiniani reliqui, prioribus longe posthabendi et cum vulgata scriptura plerisque locis, nisi gravius etiam corrupti sunt, conspirantes, hi sunt.

Cod. 3. Riccardianus n. 507.

Cod. 5. olim S. Crucis n. 648., nunc Laurentianus plut. XXIII. cod. 4. olim Sebastiani de Bucellis.

Cod. 6. olim S. Crucis n. 646., nunc Laurentianus plut. XXIII. cod. 8.

Cod. 14. olim D. Marci, nunc Magliabecchianus n. 260. provisorio.

Cod. 15. olim D. Marci, nunc Magliabecchianus nr. 274. provis.

Cod. 17. olim D. Marci, nunc Laurentianus n. 269. provis.

Cod. 20. olim S. Reparatae, nunc Laurentianus n. 207. additamentorum catalogi vol. I. p. 523.

Cod. 21. olim S. Reparatae et ante G. Vespucii, nunc Laurentianus n. 209. additamentorum catalogi vol. I. p. 532.

Cod. 35. Laurentianus plut. L. n. 31. a Poggio scriptus papae Martini V. secretario.

Cod. 65. Laurentianus plutei L. n. 32. omnium nitidissime et satis emendate, si extremam partem exceperis, scriptus a Iacobo Antonio Curlo Ianuensi pro Cosma de Medicis circa annum 1420; eiusdem enim manu exaratus Bruti codex 51. annum 1423. inscriptum refert.

Cod. 67. Laurentianus plutei L. n. 35.

Cod. 69. Laurentianus plutei L. n. 37. olim P. Varchi Florentini.

Cod. 70. Laurentianus plutei L. n. 38. olim Petri de Medicis.

Cod. 73. Laurentianus plutei L. n. 33. olim I. Sassetti.

Cod. 76. Laurentianus plutei L. n. 36. olim Nic. Niccoli.

Cod. 81. Riccardianus n. 558. membranaceus forma maxima scriptus literis antiquioribus, ut, si lacunas haberet, vetustis accensendus videretur.

Cod. 84. Riccardianus n. 561. chartaceus nullo pretio.

Cod. 85. Riccardianus n. 557. chartaceus nullo pretio scriptus a 1478.

Cod. 86. Riccardianus n. 559. chartaceus nullo pretio.

Cod. 93. Laurentianus plutei L. n. 14. scriptus a. 1469. cum copiosis scholiis, Angeli Politiani, ut Bandino visum, manu exaratis.

Laurentianorum accuratior notitia a Bandino peti potest. Recentiorum ad probos illos et vetustos proxime accedit cod. 81.; cod. 93. autem maxime cum Guelph. 1. Par. D., quem in Bruto emendando contulit Orellius, et cum editione Romana conspirat; qua re, si de scholiis in eo repertis dicta consideramus, non levis coniectura videbitur ad editionem illam adornandam scriptum fuisse. Praeterea varios numeros in collectaneis suis posuit Lagomarsinus, qui scriptosne an impressos libros significent incertum est. Et numeros quidem 23. 24. scriptos indicare verisimilius, sed 26. ipse alicubi annotavit Lagomarsinus Stephani editionem significare, 38. Iuntinam Victorii;

Manutiana sub numero 87. latere videtur, Cratandrina sub numero 98.; Lambinianam designari 102. ex scriptura inde enotata facile perspicitur.

Editionum cum veterum tum recentiorum scripturas a Pearcio Orellio et Henrichseno sumpsi. Cum enim ubique fere in vario mendorum genere conspirent nec, si cum libris vetustioribus contendantur, ullam auctoritatem habeant, eas perlustrare inutile ducebam. Eorum, qui post Ernestum in emendandis et explicandis de Oratore libris versati sunt, omnium optime de iis meruit Rudolphus Henrichsen, Danus. Qui vir egregia eruditione et acri iudicio instructus multa rectius constituit partim secutus Madvigium hominem Latine doctissimum et idoneam operam in rebus potissimum interpretandis posuit: ut, si satis valuisset subsidiis, ad emendandum scriptorem pauca sane aliis reliqua fecisset. Multa eleganter notavit et correxit Ioannes Bakius Leidensis in volumine altero scholicorum hypomnematum, cuius libri notitiam iam fere absoluta mea opera nactus de multis mihi cum illo convenire vidi, a pluribus, cum coniectando plus aequo indulserit, dissentio. Sed nuper exortus est Kunissius, qui libros de Oratore commentariis Germanico sermone conscriptis instructos ederet in publicum. Is quo modo interpretis munere satis fecerit,

pluribus dicere non est necesse; nec facerem omnino hominis imperiti mentionem, nisi ausus esset pronuntiare vulgatam scripturam, quam multis partibus laborare consentiunt, omnibus omnium librorum subsidiis praeferendam et ubique fere ipsius scriptoris manum videri, ut in conquirendis emendandi subsidiis desudare et critico muneri operam dare otiosum sit et supervacaneum. Quod facinus peritis videbitur eam ob causam ausus, ne, cum nihil ad scriptorem emendandum conferre posset, plane inutilis eius opera habeatur; ut est re vera. Sed ne quem aliud agentem fallat, de vulgatae illius scripturae origine pauca dicenda sunt. Cum renascentibus in Italia literis scripta veterum et scientiae et delectationis fons uberrimus viderentur, primi editores officio suo satis factum credebant, si unum alterumve codicem scriptum fideliter exprimerent. Talis origo est editionum Venetarum a. 1470. et 1485., Mediolanensium et Lotteri, quas Henrichsenum secutus uno vocabulo *veteres* nomino. Harum auctores cum minime semper emendatis codicibus usi essent, quin et multos et manifestos errores intactos reliquissent, editores sequentes Aldus Cratander Victorius Stephanus Lambinus Gruterus ex libris aliis, sed leviter inspectis, aut ex ingenio et libidine non nulla eorum vitiorum, quae

circumferebantur, sustulerunt de recte emendando scriptore incuriosi, quia undecunque collectos libros totos excutere illa aetate ingeniis uberrima, sed artis grammaticae et criticae immuni, in mentem veniebat nemini. Haec est vulgatae scripturae ex paucis librorum praesidiis aliquanto pluribus fortuitis erroribus negligentiae vitiis doctorum suspicionibus temere creditis et propagatis conflatae origo; quam ubi potissimum reperias, apud Aldum Iuntam Stephanum Gruterum Ernestum nemo dixerit; quod ex omnibus illis aliquid habet. Quanquam ille, a cuius errore castigando egressus sum, Aldum et Iuntam tanquam deos scripturae Ciceronianae antistites veneratur. Ineptum utique commentum! Editiones illae unde fluxerunt? nonne ex libris scriptis! Quo modo igitur libros scriptos qualescunque prae editionibus contemnas? An librorum illorum scriptores editoresve libros secuti ea divinationis arte praediti erant, illi ut omnia recte et emendate scriberent, hi ut in falsorum et ineptorum silva medii constituti divino quodam instinctu ad vera invenienda ducerentur? Tantum abest, ut hoc ita se habeat, ut Aldi et Iuntae editiones longe plurimis locis cum libris novitiis et interpolatis faciant, quales sunt Gu. 1. 2. Vict. Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 17. 20. 21. 35. 84. alii. Nac felices criticos, si suo

munere ita defungi iis licet, ut Aldum exprimentes ceteros homines nihil vidisse affirment! Sed haec est inepta et illiterata vaniloquentia. Agendum igitur negotium est olim philologis ne Batavis quidem satis cognitum, ut ex libris scriptis accurate collatis vulgatae scripturae sive vera sive falsa eruantur et vel confirmentur vel arguantur. Quo munere si religiose fungaris, sicut in Cicerone Orellius Zumptius Freundius Klotzius fecerunt, mox paulo integriorem et certiorem eius manum assequeris, quam in vulgatis exemplaribus circumfertur. Videbis multa dubia de vitio aut interpolatione suspecta in nullo bonorum librorum legi vel horum ope facile corrigi, alia videri incorrupta, quae vulnera fallaci sanitatis specie tegant, verborum collocationem secundum sensum vel artis legem suspectam saepe cum testatiore commutandum esse, saepe etiam veram vocabulorum scribendorum rationem, in qua magna ex parte a codicibus pendemus, certissimis documentis firmari.

Id munus, cum idonea subsidia ad manum essent, etiam mihi suscipiendum esse duxi, eiusque consilii exsequendi ratio talis fuit. Cum viderem propter scripturas discrepantes plurimas emendationum defendendarum necessitatem rerum explicandarum et gravitatem et copiam fieri non posse, ut ea omnia, quem

ad modum vulgo fieri solet, coniuncta tractarentur, priore volumine verba scriptoris ex libris emendata dedi apposita scriptura bonorum codicum integra, reliquorum autem et editionum notabiliorum selecta, eodemque loco et res ad scribendorum vocabulorum rationem pertinentes pertractavi; altero autem receptas emendationes et a sententia et a sermonis ratione defendi de consilio scriptoris disserui argumenti nexum et ordinem explicui res et verba, quantum potui, commentando illustravi. Coniecturas meas et aliorum nusquam fere nisi in annotatione probavi: dubiis et vix sanabilibus visis satius duxi addere signum †, corrigendis abstinere. Quod in explicando scriptore res non nullas notiores quam pro doctorum necessitatibus protuli, id consulto factum est: totum enim, non ex parte explicandum sumpseram. Talium quaedam a prioribus interpretibus, maxime Henrichseno mutuatus sum ascriptis tamen auctorum nominibus.

Cum igitur locis plurimis aut eiecta interpolatoris manu aut corrigenda sententia aut vocabulorum scribendorum ratione aut verborum ordine inverso vulgatam scripturam mutaverim, pauca de multis apponam exempla manifesto verae aut probabilis emendationis, quo universe quid egerim in corrigendo Ciceronis

opere ostendam: I. 2, 8. 3, 11. 6, 20. 19, 87. 20, 93. 23, 109. 27, 123. 125. 35, 162. II. 7, 29. 8, 33. 15, 64. 20, 86. 28, 124. 36, 152. 38, 158. 160. 41, 174. 42, 178. 44, 186. 47, 194. 58, 235. 61, 250. 67, 271 bis. 78, 319. 79, 322. 83, 338. 90, 367. III. 14, 54. 16, 60. 61. 21, 80. 28, 109. 34, 138. 38, 153. 39, 157. 43, 171. 56, 214. Huc pertinent etiam loci rectius distinguendo adiuti, quales sunt I. 11, 45. 37, 158. 52, 224. II. 14, 60. 19, 77. 39, 166. 57, 231. 60, 245. 63, 255. 256. 67, 271. 87, 356. III. 19, 72. 31, 125. 43, 171. 52, 200. 201. Ordinem verborum paulo insignius mutavi et partim defendi mutatum I. 15, 69. 18, 81. 82. 20, 92. 26, 121. 28, 127. 40, 184. 43, 193. II. 1, 1. 6, 25. 8, 32. 34. 22, 93. 49, 201. 51, 208. 54, 218. 219. 57, 231. 58, 237. 75, 306. 90, 366. III. 1, 2. 2, 8. 34, 139. 37, 148. Interpolationis autem et additamenta subdititia partim codicum scriptorum ope indicavi et seclusi I. 4, 13. 7, 25. 26. 26, 122. 57, 241. 59, 251. II. 3, 13. 5, 21. 8, 30. 13, 54. 57. 14, 60. 16, 69. 22, 94. 23, 96. 24, 100. 104. 28, 121. 35, 149. 39, 164. 41, 174. 47, 197. 48, 199. 50, 204. 53, 213. 73, 296. 74, 302. 75, 305. 76, 307.

79, 323. 90, 367. III. 3, 10. 21, 80. 28, 110. 35, 141. 51, 197. 52, 200.

In utroque autem interpretis munere, et corrigendi explicandi, idonea me diligentia usum scio: quid praestiterim periti existimabunt; imperitorum iudicia contemno. Quorum unus adeo petulanti me nuper laesit iniuria, ut copias a me ad interpretandum Ciceronem collectas minime magnipretii esse videri pronuntiaret, quia contra, ac dudum essem pollicitus, nihil earum publicis iudiciis permitterem. Quod quam prudenter dictum sit alii existimabunt; mihi ille et scriptis et iudiciis suis Horatiani dicti de libris nonum in annum premendis immemor videtur.

Scribebam Islebiae in Gymnasio Regio cal. Iuniis a. MDCCCXL.

INDEX

COMPENDIORUM SCRIBENDI,

QUIBUS IN COMMENTARIIS CRITICIS USUS SUM.

Ald. editio Aldina.
Crat. editio Cratandri.
Erl. codices Erlangenses.
Gonv. codex Gonvillianus Pearcii.
Grut. editio Gruteri.
Gu. 1. 2. 3. codices Guelpherbytani primus secundus tertius.
Hahn. editio Hahniana.
Harl. codex Harleianus Pearcii.
Henr. editio Henrichseni.
Iunt. editio Iuntina.
Lg. codices Lagomarsiniani.
Lamb. editio Lambiniana.
Lamb. rep. s. *rep. Lamb.* Lambiniana repetita.
Lott. editio Lotteri.
Madv. Madvigius.
Man. editio Manutii.
Med. 1. 2. editiones Mediolanenses prima et secunda.
Or. editio Orellii.
Ox. codices Oxonienses.
Pal. codices Palatini.
Pearc. editiones Pearcii. Ubi numerus non additur, quarta intelligitur.
Sch. s. *Schuetz.* editiones Schuetzii prima et altera.
Steph. editio Car. Stephani.

***

Ven. editiones Venetae.

Vict. codex Monacensis olim Victorii.

VSt. s. *Vet. Steph.* codices Caroli Stephani.

add. addi verba quaedam in aliquo libro significat.

a pr. m. sive *pr. m.* a prima manu scripta significat.

a sec. m. sive *m. sec.* a secunda manu scripta significat.

corr. numero codicis additum, velut 2 corr., legi aliquid in eo codice, sed correctum ad modum scripturae vulgatae significat.

exp. numero codicis additum significat scriptum ita fuisse, sed expunctum esse a correctore; *corr. et exp.* correctionem qualemcunque rursus expunctam.

inscr. supra lectionem commemoratam scripta significat.

inv. numero codicis praemissum, velut *me in inv.* 2. ea verba inverso ordine posita significat.

ita corr. indicat aliquo modo correctum codicem.

ita inscr. indicat alicubi supra scriptum, quod modo commemoratum sit.

ita v. sive *var.* aliquid pro varia scriptura, quam dicunt, alicubi exstare significat.

om. omissum.

v. u. t. codicem pro varia scriptura lectionem *textus*, quem vocant, additum monstrare indicat.

M. TULLI CICERONIS

DE ORATORE

LIBER PRIMUS.

CAP. I.

1. Cogitanti mihi saepenumero et memoria vetera repetenti perbeati fuisse, Quinte frater, illi videri solent, qui in optima re publica, quom et honoribus et rerum gestarum gloria florerent, eum vitae cursum tenere potuerunt, ut vel in negotio sine periculo vel in otio cum dignitate esse possent. Ac fuit, quom mihi quoque initium requiescendi atque animum ad utriusque nostrum praeclara studia referendi fore iustum et prope ab omnibus concessum arbitrarer, si infinitus forensium rerum labor et ambitionis occupatio decursu honorum, etiam

I. 1. *in optima*] *in* om. Vict. — *quom*] *cur* corr. *quom* Lg. 4. *commodo* 2. *quom* s. *quō* (ut Gu. 3.) Lg. 5. 14. 20. 24. 35. 65. 70. 73. 84. Vict. ita corr. 17. *quoniam*, ortum ex male intellecto scribendi compendio, 6. Eodem modo iudicanda *quomodo* corr. *quo* Lg. 13. *cum et quoquo modo* Gu. 1. *quodammodo cum* Lg. 81. *Quom* scribo, cum a bonis auctoribus commendatur, etsi Ciceronis aetate et *cum* iam usitatum erat et fortasse etiam *quum;* de quorum altero cum Wundero sentio ad Planc. p. XIV., in altero damnando quo minus eundem sequar, prohibet Marius Victorinus p. 2459 P. — *et honoribus*] *et* om. Lg. 81. *honorum* 35. — *vel in otio*] *aut in otio* Lg. 2. *at* (= aut) 14. 15. 69 corr. 81. 86. *atque* 21. *ac* 32. *in* om. Vict. *sine* — *otio* om. Gu. 3. — *fuit quom mihi quoque*] sic (nisi quod *quum*

aetatis flexu constitisset. 2. Quam spem cogitationum et consiliorum meorum cum graves communium temporum, tum varii nostri casus fefellerunt. Nam qui locus quietis et tranquillitatis plenissimus fore videbatur, in eo maximae moles molestiarum et turbulentissimae tempestates exstiterunt. Neque vero nobis cupientibus atque exoptantibus fructus otii datus est ad eas artis, quibus a pueris dediti fuimus, celebrandas inter nosque recolendas. 3. Nam prima aetate incidimus in ipsam perturbationem

circumfertur) Pal. 1. Z., dudum probatum Grutero et Marklando (ad Eur. Suppl. 1145). Eodem ducunt *fuit qui m. q.* Gu. 3.; *fuit quod m. q.* U. Erf. et fortasse Erl. 1. *fuit qui* corr. *quidem mihi q.* Lg. 2.; *fuit quidem m. q.* Lg. 4. 13. *Fuit quidem, tempus illud, cum m. q.* Man. Lamb. Sed *tempus illud* om. Lg. 3. 5. 14. 15. 16. 17 v. u. t. 21. 32. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 84 corr. 86. Vict. δ. ε. ed. Hahn. ed. s. l. et a. Med. 1. 2. Ven. 1485. Ald. Iunt. *ac fuit mihi* Pith. Erl. 2. *ac nunc quidem quoque mihi* Pal. 9. Ven. 1478. *illud* om. Ox. β. *ac fuit tempus illud cum m. q.* Havn. 1. 2. Pal. 2. 3 m. sec. Gu. 1. 2. edd. Asc. 1. Lott. Crat. Steph. Grut. defensum Pearcio. *quoque* om. Lg. 81. *ac fuit quidem, cum mihi* recentt. post Ern. Sed *quidem* ex male intellecto *quom* ortum. — *prope*] om. Lg. 65. — *concessum*] *esse* addunt Lg. XV., sed non 2. 13 (nisi a correctore) 32. 36. 65. — exp. 24. 73. — *forensium rerum*] inv. Lg. 76. Lamb. *forensium labor rerum* Lg. 17. — *decursu*] inscr. *exitu* Lg. 76. *cursu* 2. 4. 13. 21. 32. 36 corr. omnes, item Gu. 3. — *etiam aetatis flexu*] *etiam* om. Gu. 3. *deflexu* Lg. 35 corr. *fluxu* Gu. 2. α, pr. m. Ern. *et iam* corr. Orell. *et*, quod habent Vict. et Vossianus, recipiendum putat Bakius. Me non offendit asyndeton.

2. *cum graves*] *tum gr.* Lg. 2. 4. 32 corr. 69. 81. 86. Gu. 1. Lamb. — *nostri casus*] inv. Lg. 4. — *plenissimus*] *plenus* Lg. 2. 4. 21. 36. Gu. 3. Vict. *fore pleniss.* 4. *plenus si f.* Gu. 3. — *moles*] om. Lg. XIV, quorum de bonis est 13., Gu. tres, Havn. 1., codd. Grut. praeter Pal. 3. 7. 9., U., Erl. 1. Erf. Ald. Iunt. Crat. Man. Steph. Lg. plerique additum habent a m. sec. — *exstiterunt*] Lg. omnes *s* elidunt, sed non impetro a me, ut paream. — *neque vero*] addi *unquam* opus videtur Bakio, ut dicatur quod ad totum aetatis spatium referatur. — *exoptantibus*] *optantibus*

disciplinae veteris; et consulatu devenimus in medium rerum omnium certamen atque discrimen; et hoc tempus omne post consulatum obiecimus iis fluctibus, qui per nos a communi peste depulsi in nosmet ipsos redundarent. Sed tamen in eis vel asperitatibus rerum vel angustiis temporis obsequar studiis nostris et quantum mihi vel fraus inimicorum vel causae amicorum vel res publica tribuet otii ad scribendum potissimum conferam. 4. Tibi vero, frater, neque hortanti deero neque roganti. Nam

Gu. 1. 2. Steph. — *artis*] ita Lg. 3. 5. 13. 14. 16. 17. 24. 36 corr. 65. 69. 70. 73. 84. 93. ita corr. 32. Has formas nominum ablativos in *i* vel certe genitivos plurales in *ium* exeuntes habentium, cum aut plerisque aut certe bonis codd. firmentur, ubique in his libris revocavi. *arteis* Lamb. ubique, item *omneis* et similia. — *celebrandas*] *concelebrandas* Lg. 2. 32. 67. in 2 tamen subducta lineola mendi signo. — *inter nosque*] sic Lg. omnes pr. 4., qui *inter nos atque*, item Gu. tres et alii codd. plerique; recepere recentt. ab Ern. inde. Positura illa particulae legitima et Ciceroniana est; v. explicationes.

3. *prima*] *et prima* Gu. 3. — *consulatu*] *consulatus* Lg. 14 corr. *ad consulatum* 21 corr. ut 70. *a consulatu* 70. 73. *in cons.* Lamb. — *iis fluctibus*] *iis* om. Leg. 2. 4. 21. 36. Gu. 3. om. sed add. 4. 13. 32. *his* 76. Vict. Gu. 1. 2. *hiis* Lg. 81. — *communi*] *conmuni* Lg. 69. Lambinus *peste* delevit, *commune* interpretatus τὸ κοινόν; v. explicatt. — *redundarent*] sic correxi vulgatum *redundarunt* ex Lg. 2 v. u. t. 4. 5. 6. 13. 14. 17. 20. 21. 23. 24. 32 corr. 35. 36. 65. 69. 86. γ. δ. Vict. Gu. tribus. v. explicationes. — *tamen*] *tum* Gu. 3 (ex *tm̄*). — *eis*] sic correxi vulgatum *his* ex Lg. XXIII, quorum boni omnes sunt, et Gu. 3. Perraro *eis* invasit in locum demonstrativo *hic* debitum, cum contrarium persaepe factum sit. Tamen illud accidit I. 11, 49. 13, 55. II. 19, 79. 32, 139. 84, 343. 19, 72, quanquam in paucioribus libris. De sententia v. explicationes ad II. 15, 64. — *causae*] *causa* Lg. omnes praeter 20. 81 pr. m. et Vict. — *res publica*] *rei publicae* Lg. 2.

4. *hortanti*] *oranti* Lg. 32 corr. *dehortanti* Gu. 1. sub *d* puncto mendi signo, ut voluisse videatur librarius *me hort.* — *quisquam*] sic Gu. tres, Lg. 13. 36. Ceteri *quispiam*, quod ferri non potest. — *plus valere te*] *plus te valere* Lg. 4. 81. Gu. 2.

neque auctoritate quisquam apud me plus valere te potest neque voluntate.

II. Ac mihi repetenda est veteris cuiusdam memoriae non sane satis explicata recordatio, sed, ut arbitror, apta ad id, quod requiris, ut cognoscas quae viri omnium eloquentissimi clarissimique senserint de omni ratione dicendi. 5. Vis enim, ut mihi saepe dixisti, quoniam † quae pueris aut adolescentulis nobis ex commentariis nostris inchoata ac rudia exciderunt vix hac aetate digna et hoc usu, quem ex causis, quas diximus, tot tantisque consecuti sumus, aliquid iisdem de rebus politius a nobis perfectiusque proferri: solesque non nunquam hac de re

II. *non sane*] *sane* om. Lg. 2. 13 add. 16. 17. 21. 32 add. 36. 70. 76. 84. 86., propter sequens quidem vocabulum. — *eloquentissimi clarissimique*] inv. Lg. 2. 21. Gu. 3., non recte; eloquentia enim claruerunt. — *senserint*] *senserunt* Lg. 4. 73. 76. Gu. 1.

5. *adolescentulis*] *adulesc.* Lg. 65. 81. *adolescentibus* 14. 15. 17. 21. 23. 24. 69. 86. 93. *adulesc.* 16. 20. 70. 73. 84. Hanc scripturam minime ita firmari libris, ut quibusdam visum, saepe indicabimus. — *nobis ex*] *aut* ante inserunt Vict. Lg. omnes praeter 2 pr. m. 81. sec. m. Recte videtur Henr. dicere huic periodo quam maxime rite procedenti et ab anacoluthi natura, qualem Orellius statuit, alienissima deesse verbum protaseos. Aut igitur cum Lamb. scribendum *quaedam* pro *quae*, aut cum Schuetzio *vix hac sint aetate digna*, aut, quod verisimillimum videtur, cum cod. U. expungendum *quae*. Qui Lambini correctionem nuper *duram* dixit, Ciceronianae orationis peritior sibi visus est quam vir elegantissimi iudicii; aliis imperitissimus videbitur. — *commentariis*] *commentariolis* Lg. 24. 69. 81. 84. Vict. Ern. Satis peccatum a Cicerone adolescente, quod libros minime elaboratos sibi excidere passus est; fuco illo ὑποχορηστικοῦ contemptim dicti melius carebimus. — *inchoata*] *incohata* et *incoata* quidam codd. minus boni. — *ac rudia*] *atque r.* Lg. 6. 93. Steph. *nuda* Gu. 1. — *consecuti*] *consequuti* Lg. 5. 65. 70. 73. 84. et uno *u* 17 corr. ut 5. Hoc secundum libros iudicandum foret, sed ab eis parum praesidii habet; defugisse id aetatis Ciceronianae homines, quod *quu* pronuntiare non possent, mera fabula est;

a me in disputationibus nostris dissentire, quod ego eruditissimorum hominum artibus eloquentiam contineri statuam, tu autem illam ab elegantia doctrinae segregandam putes et in quodam ingenii atque exercitationis genere ponendam. 6. Ac mihi quidem saepenumero in summos homines ac summis ingeniis praeditos intuenti quaerendum esse visum est quid esset cur plures in omnibus artibus quam in dicendo admirabiles exstitissent. Nam quocunque te animo et cogitatione converteris, permultos excellentis in quoque genere videbis non mediocrium artium, sed prope maximarum. 7. Quis enim est, qui, si clarorum hominum scientiam rerum gestarum vel utilitate vel

scribi enim utique sic potuit, cum pronuntiaretur *cu.* — *iisdem*] *isdem* Lg. 76. Quidam *hisdem* (Gu. 1.), alii *hiisdem* (Gu. 2.). — *non nunquam*] sic divisim Lg. praeter 3. 65. 73. solentque hoc et *non nihil non nullus non nemo me Hercule quo modo quem ad modum* aut plurimis aut optimis libris tuta esse, ut scribi ratio iubet. — *eruditissimorum*] praestantem scripturam librorum accuratius collatorum plerique suppeditant, certe Lg. omnes, Gu. tres, *α. β.* Vulgatum *prudentissimorum* perversum est, cum eleganti doctrinae recte opponi non possit. Nam *prudentium* (*πολιτικῶν*) artem esse eloquentiam ne Q. quidem Cicero infitiaturus erat. V. explicationes.

6. *ac*] *at* Lg. 6. Vict. *atque* 21. — *in summos*] *in* om. Lg. 2. 4. 76 add. Vict. v. explicationes. — *omnibus artibus*] vulgo *rebus.* Recepi illud ex Lg. praeter 21. 32. 76. omnibus et Gu. 3.; ita v. 21. ita corr. 32. ita inscr. in 76. — *exstitissent*] *extiterint* Gu. 2. *s* codd. ignorant. — *excellentis*] scripsi secutus Lg. 3. 5. 6. 13. 16. 17. 21. 23. 24. 32. 36. 65. 69. 70. *et* inserunt 3. 5. 6. 32. Lamb. *Et* ex errore fluxit *permultos* et *excellentes* coniungentium. — *in quoque*] *in quocunque* Vict. Lg. 2. 3. 4 corr. 6. 14. 21. 32. 35. 76. 81. 93. — *sed*] *set* Lg. 2.

7. *quis enim est*] *quis est enim* Erf. Lg. 14. 15. 20. 21. 23. edd. antiq. Muell. Or. Henr. male; v. explicationes ad III. 30, 119. — *qui*] *quin* Lg. 5. 13. 16. 17. 20. 21 corr. 35. 36. 65. 70. 84. Gu. 1. 2. ita corr. 76. — *utilitate* — *magnitudine*]. Plerique meorum *utilitatem* et *magnitudinem.* Verum servarunt Lg. 13. 69. 73. 76. et sec. m. 4. 21. — *innumerabiles*] *e* omnes mei

magnitudine metiri velit, non anteponat oratori imperatorem? Quis autem dubitet, quin belli duces praestantissimos ex hac una civitate paene innumerabilis, in dicendo autem excellentis vix paucos proferre possimus? 8. Iam vero consilio ac sapientia qui regere ac gubernare rem publicam possent, multi nostra, plures patrum memoria atque etiam maiorum exstiterunt, quom boni perdiu nulli, vix autem singulis aetatibus singuli tolerabiles oratores invenirentur. Ac ne quis forte cum aliis studiis, quae reconditis in artibus atque in quadam varietate literarum versentur, magis hanc dicendi rationem, quam cum imperatoris laude aut cum boni senatoris prudentia compa-

codd., sed mox *excellentis* Lg. 3. 5. 6. 17. 21. 24. 32. 36. 73. 76. 84. ita corr. 4. om. 65.

8. *sapientia*] *scientia* p. var. Lg. 5. *sententia* Gu. 2. *ac sapientia* om. Vict. Paulo post *utilitatem* et *magnitudinem* Pearcii codd. plures et Erl. 1. 2. quod si *scientia* legatur, non improbat ille; male quidem. — *possent*] *possint* U. et Lg. omnes, accommodatum ad *nostra memoria*, non ad verbum *exstiterunt*, et tamen fortasse verius. — *quom*] scripsi ex Lg. XVIII, quorum sunt 2. 4. 24. 32. 36. et Vict., *quam* prae se ferentes; idem in 6 p. var.; *qūō* distincte 13. — *ne quis*] *si quis* Lg. 23. *neque* 32 corr. *ne qui* Gu. 1. (in 2. nil reperio) Havn. 1. Erl. 1. Erf. Or., quorum et Beieri auctoritas ad Off. II. 21, 74. contra bonorum librorum plerorumque fidem valere non debet. Excidit *s* s. *f* (sic enim solet scribi) propter sequens *f*. — *versentur*] *versantur* Vict. Gu. 3. Paulo ante *atque* om. Gu. 1. — *qui convertat animum — floruerunt quam multi sint*] vulgo omittitur *qui*, scribitur *floruerint*, *quamque* et *sic* pro *sint*, distinguitur praeterea post *multi*, ut post id incipiat apodosis. Quanto sit elegantior nostra scriptura, qua ἕλκος ὕπουλον nemini animadversum sanavimus, non opus est dicere. *qui* addunt Gu. 3. Lg. 2. 3. 5. 6. 13. 15. 16. 21. 24. 65. 67. 70. 73. 84. 93. ita corr. 32. 36. *qui cum vertat* 69. *floruerunt* habent Lg. omnes, U. Vict.; *quam* Lg. 2. 13. 36. Gu. 3. addens *tn̄* (= tamen); *sint* Lg. XX, quorum sunt 2. 4. 5. 13. 36. 65. 69. 70. 73. Vict., quidam *sunt* exhibent. Praeterea *his* pro *iis* recepi ex Lg. 3. 4. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 84. Sic artes illae,

randam putet: qui convertat animum ad ea ipsa artium genera circumspiciatque qui in his floruerunt quam multi sint, facillime quanta oratorum sit semperque fuerit paucitas iudicabit.

III. 9. Neque enim te fugit omnium laudatarum artium procreatricem quandam et quasi parentem eam, quam φιλοσοφίαν Graeci vocant, ab hominibus doctissimis iudicari; in qua difficile est enumerare quot viri quanta scientia quantaque in suis studiis varietate et copia fuerint, qui non una aliqua in re separatim elaborarint, sed omnia, quaecunque possent, vel scientiae pervestigatione vel disserendi ratione comprehenderint. 10. Quis ignorat

ut in asseveratione par est, fortius opponuntur eloquentiae. — *semperque*] *et semper* Lg. 4. 16. 36 corr. 76.

III. 9. *omnium laudatarum artium*] sic pro falsa elegantia Gruteri *(laudatarum artium omnium)* et Ernesti *(art. omn. laud.)* Orellius et Henr. dedere Steph. Lamb. Pearcium secuti, ex Cant. Gonv. Norf. Z. γ. δ. Erl. 1. 2. Erf. Gu. 3., quibus accedunt Lg. omnes et Vict. Ut Gruterus, Gu. 1. *laudand. a. o.* Gu. 2. Havn. 2. Ald. Iunt. Man. Muell. — *hominibus*] correctio Victorii videtur; libri, puto, omnes *omnibus*, perpetua confusione: v. Drakenb. ad Liv. III. 54, 6. — *enumerare*] sic soli meorum Lg. 5. m. sec. 23. 35. 76. — *nūi* = *numeri* 17. *enumerari* 81 corr. ut 23. *iudicare* 20. Rell. *numerare*, non sane deterius, sed facile excidit *e* propter praecedens *est*. — *una aliqua in re*] *al. in re una* Lg. 23. 31. Gu. 1. 2. — *elaborarint*] *elaborassent* Lg. 2. 13. 36. Gu. 3. — *comprehenderint*] *comprenderint* Vict. *comprehenderent* Gu. 2.

10. *ii*] *hi* Lg. XIII, quorum boni 13. 65. 70. 73. 76. = *et quam recondita*] *et* delerunt Sch. Madv., uncis incl. Henr., secuti Havn. 1. 2. Gu. 1. 2. VII. Non placet ἀσύνδετον, cum partes eius sententiae particulas praefixas habeant. — *versentur*] *vors.* Vict. — *ut nemo*] *quod n.* Lg. 2. 13. 20. 36. Gu. 3. — *fere*] *forte* Gu. 3. et Lg. omnes vitiose, praeter 3. 23. 69. 76. 81. — *ei*] om. Lg. 2. 4 add. 13. 36. *eius* 15. *scientiae vehementius* om. 3. 67. — *consecutus*] per *quu* Lg. 17. 65. 70. 86. — *dedit*] vulgatum *dedidit* correxi ex Lg. XXIV bonisque omnibus, item

ii, qui mathematici vocantur, quanta in obscuritate rerum, quam recondita in arte et multiplici subtilique versentur? quo tamen in genere ita multi perfecti homines exstiterunt, ut nemo fere studuisse ei scientiae vehementius videatur, quin quod voluerit consecutus sit. Quis musicis, quis huic studio literarum, quod profitentur ii, qui grammatici vocantur, penitus se dedit, quin omnem illarum artium paene infinitam vim et materiem scientia et cognitione comprehenderit? 11. Vere mihi hoc videor esse dicturus ex omnibus iis, qui in harum artium studiis liberalissimis sint doctrinisque versati, minimam copiam poëtarum egregiorum exstitisse. Atque in hoc ipso numero,

Gu. 3. δ. ε. — *paene*] *pene* Lg. XXII. *poene* 13. Adversantur tituli. — *materiem*] sic Lg. praeter 3. 81., item U. et Gu. 3. Eadem forma aut nulla aut exigua discrepantia legitur I. 11, 49. 46, 201. II. 27, 116. 34, 144. 59, 238. et Inv. I. 7, 9 certe in cod. Turicensi optimo, semper de *dicendi materie.* Altera eodem sensu habetur Inv. I. 5, 7. Or. 34, 119. 55, 185.; item de *sermonibus* Divers. III. 6, 4. Q. Fr. I. 2. Att. I. 14, 4. de *disputatione philosophica* Ac. I. 37, 118. II. 6, 24.; sed pro *causa* et *opportunitate* de Or. II. 84, 342. Deinde etiam *materia iocandi* dicitur de Or. II. 65, 263. *sapientiae* Fin. III. 18, 61. Off. I. 5, 16. et *ὕλη τῶν ὄντων* N. D. III. 39, 92. De moribus hominum iunguntur *indoles et materies* Verr. IV. 68, 160., fortasse propter similiter cadens. Igitur eodem illa iure esse putanda sunt. — *scientia et cognitione*] ita Havn. 1. 2., Gu. 1. 2., Dr. δ. edd. antiquiss., Ald. Iunt. Crat. Man. Steph. Lamb. Or. Henr., quibus accedunt Lg. praeter 2. 4. 13. 23. 24. 35. 69. 86., ut tamen quinque posteriores *et* addant. Vulgatum fuit *scientiae cogitatione*, et sic Lg. quinque, Erl. Oxx. quidam, Gall. tres, Pall. 1. 2. Crut. — *scientiam cognitionem* 32 a pr. m. *scientiae cognitione* Erl. 2. De *πρωθυστέρῳ* dicemus in explicationibus. — *comprehenderit*] *comprenderit* Gu. 1. *cõprenderint* Lg. 13.

11. *mihi hoc*] inv. Lg. 3. 23. 69. 76. 81. Lamb. *in* s. *mi* quidam; haec enim non semper dignoscas. — *studiis liberalissimis*] inv. Vict. Lg. 3. 13. 32. 36. 67. 76. 81. Lamb. *liberalibus st.* Lg. 4. — *exstiterunt*] sic soli Lg. 3. 5. 13. — *versati*] *vorsati*

in quo perraro exoritur aliquis excellens, si diligenter et ex nostrorum et ex Graecorum copia comparare voles, multo tamen pauciores oratores quam poetae boni reperientur. 12. Quod hoc etiam mirabilius debet videri, quia ceterarum artium studia fere reconditis atque abditis fontibus hauriuntur, dicendi autem omnis ratio in medio posita communi quodam in usu atque in hominum more et sermone versatur; ut in ceteris id maxime excellat, quod longissime sit ab imperitorum intellegentia sensuque disiunctum, in dicendo autem vitium vel maximum sit a vulgari genere orationis atque a consuetudine communis sensus abhorrere.

Vict. — *reperientur*] *repperientur* Lg. 20. 32 corr. *reperiuntur* 6.

12. *quia*] *quod* Lg. 3. 5. 6. 67. ita corr. 32. — *ceterarum*] per *oē* Lg. 13. 20. per *aē* IX peiores; itaque solent libri. — *fontibus*] sic omisso *e* scribendum erat ex Lg. omnibus pr. 23. 35. 81., it. Vict. Gu. 3. Erl. utroque Erf. edd. antiquiss. et Iulio Victore p. 80. Dicitur *haurire fonte, de fonte, ex fonte, a fonte;* de qua re dicemus in explicationibus. Corrigendus secundum optimos libros est Brut. 26, 101., ubi vulgatur: *eius in dicendo facultas ex historia ipsius perspici potest.* — *et sermone*] *sermoneque* Lg. 65. *atque sermone* Lg. 81. — *versatur*] *vorsatur* Vict. — *ut*] *et ut* Lg. 3. 5 corr. 6. 14. 15. 17. 20. 21. 24 corr. 35 corr. 65. 67. 84. 86. ita corr. 4. 32. 76. — *ceteri*] per *oe* Lg. 67. *ae* Lg. XII, sed bonorum soli 13. 76. — *intellegentia*] scripsi ex Lg. 13. 65. faciendumque semper, ubi quid a scriptis fidei accedit, quod in his quidem libris constans est. — *disiunctum*] *diiunctum* Gu. 1. — *dicendo*] *dicundo* Lg. 13. 36. quibus, cum de re publica aut iudiciali non dicatur, parere nolui. — *maximum sit*] sic Havn. uterq. Norf. *α. β.* Lg. 23. 37. 81. Iulius Victor a Maio editus in iuris civilis anteiustinianei reliquiis p. 80., edd. ab Aldo ad Gruterum, Ern. Henrichs. Corr. ceteri edd. antiquiss. Grut. Or. *est,* non deterius; v. explicationes ad II. 27, 116. Ernesto *sit* deleri posse videbatur; Heusingero placebat anacoluthon, quod nulla sententia interposita probari non potest. — *atque a*] *a* om. Lg. 15. 23. 69.

IV. 13. Ac ne illud quidem vere dici potest aut pluris ceteris inservire aut maiore delectatione aut spe uberiore aut praemiis ad perdiscendum amplioribus commoveri. Atque ut omittam Graeciam, quae semper eloquentiae princeps esse voluit, atque illas omnium doctrinarum inventrices Athenas, in quibus summa dicendi vis et inventa est et perfecta: in hac ipsa civitate profecto nulla unquam vehementius quam eloquentiae studia viguerunt. 14. Nam posteaquam imperio omnium gentium constituto diuturnitas pacis otium confirmavit, nemo fere laudis cupidus adolescens non sibi ad dicendum studio omni enitendum putavit. Ac primo quidem totius rationis ignari, qui neque exercitationis ullam viam neque aliquod praeceptum artis esse arbitrarentur, tantum, quantum ingenio et cogitatione poterant, consequebantur. Post autem audi-

IV. 13. *pluris*] *plus* Lg. XIII. in quibus boni 3. 65. 67. 69. ita var. 2. ita corr. 76. Ut scripsimus, Lg. 13. 36. et a pr. m. 32., corr. ut vulg. — *ceteris*] *ae* Lg. 76. *oe* 13. 20. — *artibus* eiiciendum fuit ex Lg. omnibus praeter 4. 17. 23. 81. 93., item ex Vict. Gu. 3. Est eorum, qui non viderent etiam paulo ante id nomen in eadem iunctura omitti. — *uberiore*] *liberiore* Lg. 2 corr. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. ita var. 81. — *commoveri*] *conmov.* Lg. 2. 69. *permov.* 35. — *eloquentiae princeps*] inv. 24. 69. 86. — Totum illud *quae semper el. pr. esse voluit* seiungenda a verbis scriptoris censet Bakius; esse enim grammatici annotationem sententiae non aptam nec debuisse Athenas a reliqua Graecia separari. Sed Cicero haec dicit in Graecos sapientiae suae iactatores, quibus ipse Romanos anteferret, v. de Or. III. 24. 95. praecipue autem Tusc. I. 1, 2 sqq.; *atque* dicitur explicative pro *et quidem*. — *unquam* — *quam*] haec desunt in Lg. 2. 4 add. 13 add. 32 add. 36. 76 add. *nulla* — *vehem.* om. Gu. 3. Ceterum *unquam* Lg. omnes pr. 3. 5., in quibus *umquam*. Sic solent libri boni ubique, nec notabo posthac.

14. *posteaquam*] hoc retineo vitandae ambiguitatis causa. Divisim Lg. 67. 69. 70. 81. 93. *postquam* Lg. 2 var. *postea quam* Gu. 3. *post quam* Lg. 4. — *adolescens*] per *u* Lg. 5. 6. 32. 65. 73. 84. — *viam*] Lg. omnes, Gu. 3. Vict. *vim;* vulgatum

tis oratoribus Graecis cognitisque eorum literis adhibitisque doctoribus incredibili quodam nostri homines dicendi studio flagraverunt. 15. Excitabat eos magnitudo varietas multitudoque in omni genere causarum, ut ad eam doctrinam, quam suo quisque studio assecutus esset, adiungeretur usus frequens, qui omnium magistrorum praecepta superaret. Erant autem huic studio maxima, quae nunc quoque sunt, exposita praemia vel ad gratiam vel ad opes vel ad dignitatem. Ingenia vero (ut multis rebus possumus iudicare) nostrorum hominum multum ceteris hominibus omnium gentium praestiterunt. Quibus de causis quis non iure miretur ex omni memoria aetatum temporum civitatum tam exiguum oratorum numerum inveniri? Sed enim maius est hoc quiddam, quam homines opinantur, et pluribus ex artibus studiisque collectum.

est in 67, pr. m., idque sane lectius videtur. — *arbitrarentur*] *arbitrabantur* Lg. 67. — *literis*] sic Lg. VI. quanquam peiores. — *doctoribus*] *doctrinis* Lg. 27. 65. *eorum* — *adhibitisque* om. Gud. 3.

15. *varietas*] *et* vulgo praecedens om. Lg. 2. 4. 13. 32. 36. 76 add. ut 3. *et* et *que* om. Gu. 3. *ac* Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 81. 84. 86. 93. Vict. Illud praetuli. Saepe correctum est, cum unum *et* s. *que* ultimo membro adhaerebat, de qua re vide explicationes ad II. 34, 145. — *omni*] *omnium* Lg. 2. om. 6. — *suo quisque*] invertit Gu. 1. *ingenio* p. *studio* Vict. — *assecutus*] *adsecutus* Lg. 65. 70. 73. 84. 93. *consecutus* 23. 37. Gu. 1. 2. ε. et per *quu* 81. — *quae nunc quoque*] *quaecunque* Gu. 1. *sunt quoque* inverso ordine Lg. 65. Gu. 1. — *exposita*] codd., ut videtur, omnes et edd. antiqu. *proposita* Ald. Iunt. Crat. Man. Lamb. Ern. et recentiores. — *ceteris*] *oe* Lg. 13. 20. 67 *ae* 17. 23. 24. 36. 37. 84. 86. — *sed enim*] sic recte Lg. 2. 4 corr. 13. 32 corr. Gu. 3. Vict. Non intellectum hoc vulgatae scripturae *sed nimirum* originem dedit; quanquam *enim* inscr. *nimirum* Lg. 76., *nimirum* corr. *et enim* 81. *etenim* 35. *et nimirum* 3. 5, var. ut 2. 6. 17. 21. 24 corr. 65. 67. 73. — *collectum*] *conlectum* Lg. 5. 65.

V. 16. Quid enim quis aliud in maxima discentium multitudine summa magistrorum copia praestantissimis hominum ingeniis infinita causarum varietate amplissimis eloquentiae propositis praemiis esse causae putet, nisi rei quandam incredibilem magnitudinem ac difficultatem? 17. Est enim et scientia comprehendenda rerum plurimarum, sine qua verborum volubilitas inanis atque irridenda est; et ipsa oratio conformanda non solum electione sed etiam constructione verborum; et omnes animorum motus, quos hominum generi rerum natura tribuit, penitus pernoscendi, quod omnis vis ratioque dicendi in eorum, qui audiunt, mentibus aut sedandis aut excitandīs expromenda est. Accedat eodem oportet lepos quidam facetiaeque et eruditio libero digna celeritasque et brevitas et respon-

V. 16. *quid enim quis aliud*] Sic U. Z. *α. γ.* Lg. 2. 13. 36. Tos. Pith. Memm. (s. Var. Lect. Steph.) Pal. 1. 2. Erl. 1. 2. Erf. Gu. 3. et recentiores post Sch. *quis enim quid aliud* Havn. B. *quis enim aliud* Havn. B. Lg. ceteri et edd. — *ac*] *atque* Lg. 36.

17. *et scientia*] *et* om. 6. 76. 81. sed additum a sec. m. expung. 65. — *comprehendenda*] *conpr.* Lg. 2. — *irridenda*] *inr.* Lg. 5. 23. 32. 65. — *conformanda*] *confirmanda* Lg. 4. 32 corr. 36. 73 corr. 84. ita corr. 2., solita confusione. Cf. II. 87. 357. III. 9. 36. — *electione*] *elocutione* Lg. 3. 67. 69. 86 v. u. t. ita var. 2. ita corr. 32. — *omnes*] *omnis* Lg. XIII in quibus 2. 13. 65. 70. 73 corr., Gu. 3. — *expromenda*] *exprimenda* male plerique codd., etiam Lg. omnes praeter pr. m. 4. 32. 76. item 2. 15., in quibus supra scriptum *i* sic: *ex*^{i}*pmenda*. — *accedat accedant* Lg. 3. 32. 67 corr. *accedam* 5 corr. 65. 84 corr. Illud praefero, non quod saepius nomina singularis numeri mixta plurali cum verbo singularis numeri coniunguntur, sed quod unam notionem efficere videntur *lepos facetiaeque*. — *et respondendi*] *et* om. Lg. 4. 16 corr. 37. 67. 76. Lamb. — *et urbanitate*] *urbanitateque* Lg. 20.

18. *est*] cur Henr. secundum edd. antiquiss. uncis incluserit, non intelligo. *est praeterea* Lg. 5. *est pr. est* exp. altero *est* Gu. 1. — *neque*] mirum quod om. Lg. omnes et Gu. 3. — *ac*]

dendi et lacessendi subtili venustate atque urbanitate coniuncta. 18. Tenenda praeterea est omnis antiquitas exemplorumque vis neque legum ac iuris civilis scientia neglegenda est. Nam quid ego de actione ipsa plura dicam? quae motu corporis, quae gestu, quae vultu, quae vocis informatione ac varietate moderanda est; quae sola per se ipsa quanta sit histrionum levis ars et scena declarat: in qua cum omnes in oris et vocis et motus moderatione elaborent, quis ignorat quam pauci sint fuerintque, quos animo aequo spectare possimus? Quid dicam de thesauro rerum omnium memoria? quae nisi custos inventis cogitatisque rebus et verbis adhibeatur, intellegimus omnia, etiam si praeclarissima fuerint in oratore, peritura. 19. Quam ob rem mirari desinamus quae causa

Havn. 1, 2. Gu. 1. 2. Vet. Steph. Lg. 23. 32 corr. 36. 81. *atque* 2. 17. Gu. 3. Ceteri, ut vulgo, *aut*. — *neglegenda*] sic Lg. 13. 20. — *plura*] om. Lg. 16. 69. 70. 73. 86. — *gestu* et *vultu* inv. Lg. 15. — *conformatione*] *confirm.* Lg. 15. 32 corr. 86. — *ipsa*] om. Lg. 16. 70. 73. 86. pro verbis *sola per se ipsa* Gu. 3. *nam quid ego*, aberrante librarii oculo ad versum proximum. — *omnes*] *omnis* Lg. XIV et Gu. 3., sed correctum plerique. — *moderatione*] *modulatione* Gu. 1. — *elaborent*] sic quos vidi codicum soli Lg. 81. Gu. 1., hic puncto sub *e* posito, quod expungendi vim habet. — *ignorat*] *ignoret* Lg. XX, sed optimorum nullus. — *possimus*] *possumus* Lg. 84. *possemus* 23. 81. — *rebus* et *verbis*] inv. Lg. XVII., in quibus meliores 20. 65. 69. 70. 73. 93. — *cogitatisque*] sic codd. edd. Iul. Vict. p. 111 (is inverso ordine). Unus cod. *β*. *cognitisque* Pearcio probatum. *ordinatisque* ex August. princ. rhet. p. 295 probabat Burm. ad Cic. Rhet. p. VI. et recepit Schütz. Confutavit Muell. diss. de Cic. ll. de Or. pr. 30. — *intellegimus*] sic Lg. 5. 13. et eodem pertinet *intelligemus* 24 corr. 81.

19. *quam ob rem*] sic soli minimi preti codices Lg. 84. 86. — *quom*] sic Lg. 4. 5. 24. 65. 70. 84. 86. Vict. Gu. 3. Idem indicant ex male intellectis scribendi compendiis ducta *quoniam* 2. v. *quando*, quod ipsum est in 13. 32 v. ut 4. 35. 36. ita v. 81. — *ex iis*] *ex his* Lg. 4. 6. 13. 24. 36. 84. *illis* 21. 37. 81.

sit eloquentium paucitatis, quom ex iis rebus universis eloquentia constet, in quibus singulis elaborare permagnum est, hortemurque potius liberos nostros ceterosque, quorum gloria nobis et dignitas cara est, ut animo rei magnitudinem complectantur neque eis aut praeceptis aut magistris aut exercitationibus, quibus utuntur omnes, sed aliis quibusdam se id, quod expetunt, consequi posse confidant.

VI. 20. Ac mea quidem sententia nemo poterit esse omni laude cumulatus orator, nisi erit omnium rerum magnarum atque artium scientiam consecutus. Et enim ex rerum cognitione efflorescat et redundet oportet oratio: quae nisi sint ab oratore percepta et cognita, inanem

Gu. 1. *hiis* Gu. 3. *iisdem* Lg. 69. — *in quibus*] sic invertenda verba ex Lg. XX:, in quibus boni omnes sunt, et edd. antiq. — *ceteri*] *oe* Lg. 13. 20. *ae* Lg. XI. — *cara*] *curae* Lg. 15. *nobis cara* 20. — *complectantur*] *conpl.* Lg. 2 corr. *amplectamur* 69 corr. *amplectantur* 24 corr. 86. — *eis*] Lg. 2. 13. 14. 15. 20. 32 v. u. 3. 36. 93. Vict. Gu. 3. *his* Lg. 3. 4. 5. 6. 16. 17. 21. 65. 67. 69. 70. 73. 76 corr. 84. 86. Gu. 1. non deterius. — *se id*] om. 2. 4 add. 13. 32 add. 36. 76 add.

VI. 20. *omni*] *in omni* Vict. *magnarum atque*] *magnarumque* Lg. 93. — *consecutus*] *consequutus* Lg. 17. 65. 70. 84. uno *u* 81. — *et enim*] sic scribo ubique; hic ex Lg. 2. 70. 84. 86. Gu. 1. — *efflorescat*] *florescat* U. Lg. 2. 4 corr. ut 81. 13. 15. 32 corr. 36. 76 corr. *eflorescat*, Gu. 3. *et florescat* Lg. 81 Gu. 1. Vict. Excidit *ef* propter *e* proxime praecedens. — *nisi sint ab oratore*] Aut sic aut *sit* codd. omnes, praeter U. d. Z. ε., in quibus exstat *sibi*, sed etiam hi, ut Lg. omnes et Gu. 2. Vict., omittunt *res*. Inde manifesta correctionum *subest res*, quam a Stephano prolatam puto, et *subsit res*, quod Lamb. nvenit, origo patet. Non intellectum est, a nomine *res* transiri ad genus pronominis neutrum. At vide Heusing. ad Off. II. 4, 3. 5, 7. et exemplis ab eo allatis adde Rep. I. 30, p. 123 Mr. N. D. II. 34, 87. Plura aliorum scriptorum dabunt Drakenb. ad Liv. XXXIV. 58, 4. Wopk. Lectt. Tull. II. 7. Kritz. ad Sall. Iug. p. 235. — *elocutionem*] *quu* Lg. 65. 70. *eloquentiam* 14. 15. 17. 84. *quand. eloc. habet* 20.

quandam habet elocutionem et paene puerilem. 21. Neque vero ego hoc tantum oneris imponam nostris praesertim oratoribus in hac tanta occupatione urbis ac vitae, nihil ut iis putem licere nescire: quanquam vis oratoris professioque ipsa bene dicendi hoc suscipere ac polliceri videtur, ut omni de re, quaecunque sit proposita, ornate ab eo copioseque dicatur. 22. Sed quia non dubito, quin hoc plerisque immensum infinitumque videatur, et quod Graecos homines non solum ingenio et doctrina sed etiam otio studioque abundantis partitionem quandam artium fecisse video neque in universo genere singulos elaborasse, sed seposuisse a ceteris dictionibus eam partem dicendi, quae in forensibus disceptationibus iudicio-

21. *vero ego*] inv. Lg. 3. 67. *ego* ponunt post *hoc* Lg. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 84. 93. Iunt. *hoc* om. 4 add. ut 5. Lamb. — *iis*] *his* Lg. XII, quorum boni 2. 36., item Gu. 3. — *quanquam*] sic Lg. XIII. quorum sunt 13. 69. 73. Rell. per *m.* — *videtur*] *videatur* Lg. omnes praeter 2. 36. 76., item Cant. Gonv. *α. β. γ. δ.*, edd. antiquiss., Steph. a correctore, Iunt. Lamb. et omnes codd. Quintiliani hoc loco usi II. 21, 5. Apud hunc memoriter plerumque referentem aliorum testimonia coniunctivus ea aetate usitatus mirationem non facit. — *proposita*] *posita* Lg. 32 et 76 corr. Lambinus. — *ornate ab eo*] Sic Lg. omnes pr. 2. 81., qui *ab eo ornate*, ut Steph. Iunt. Man. Lamb. Gron.

22. *immensum*] *inmensum* Lg. 17. 24. 69. 76. 86. Gu. 1. — *abundantis*] sic Lg. 2. 13. 36. illi *habund.* — *partitionem*] *partionem* Vict. inde *portionem* invasit Lg. 2. 3. 13. 67 corr. omnes, Gu. 3. — *seposuisse*] *deposuisse* Lg. 17. — *ceteris*] *caet.* Lg. IX. *coet.* 13. 20. 67. — *ac deliberationem*] Hoc ex Gonv. Pearcius intulit; nec puto ita legi in Gu. 3., quanquam Schützius dicit. Ceteri omnes *aut*, quod ferri non potest, etsi saepe cum copulativis particulis mutatur. Verba *id unum genus* et sequentia ad §. 24 usque in Gu. 1. leguntur §. 28. post v. *describitur*. In Gu. 2. in margine scripta sunt. — *re quaesita*] haec vera scriptura in meorum solis legitur Lg. 73. 93. Nam U. *β. γ. δ. ε.* Lg. 3. 6. 14. 15. 17. 20. 21. 23. 24. 32. 35. 67. 69. 76 (hic corr. *sit requisitum et*). 81. 86. habent *requisitum et*, quod

rum ac deliberationum versaretur, et id unum genus oratori reliquisse: non complectar in his libris amplius, quam quod huic generi re quaesita et multum disputata summorum hominum prope consensu est tributum; 23. repetamque non ab incunabulis nostrae veteris puerilisque doctrinae quendam ordinem praeceptorum, sed ea, quae quondam accepi in nostrorum hominum eloquentissimorum et omni dignitate principum disputatione esse versata; non quod illa contemnam, quae Graeci dicendi artifices et doctores reliquerunt; sed quom illa pateant in promptuque sint omnibus neque ea interpretatione mea aut ornatius explicari aut planius exprimi possint, dabis hanc veniam, mi frater, ut opinor, ut eorum, quibus summa dicendi laus a nostris hominibus concessa est, auctoritatem Graecis anteponam.

VII. 24. Quom igitur vehementius inveheretur in causam principum consul Philippus Drusique tribunatus pro

p. var. est in 37. *requaesitum* 4. 5 corr. ut 3. 65. *requisita* 2 corr. ut 3. 13. 36. Gu. 3. Inde etiam *disputatum* invita Minerva facta correctio fluxit in illis, quos memoravi omnibus praeter 2 pr. m. 13. 36. 73. 93.

23. *disputatione*] *disputationibus* Lg. 14. 93. ita corr. 21. — *non quod*] *non quo* Lg. 4. 26. 32. corr. omnes *non quia* 23. — *quom*] scripsi ex Lg. omnibus, δ. ε. et Vict., *quoniam* prae se ferentibus. — *promptuque*] sic cum *p* litera, ut solent, Lg. XXII bonique omnes nec notabo posthac. — *planius*] *plenius* Lg. 17. — *possint*] *possent* Lg. 17. Gu. 2. *possint* corr. *possim* 76. *anteponam*] *anteponamus* Lg. 81.

VII. 24. *Quom*] scripsi ex Lg. 13. Vict., qui *cuom*. — *dici mihi memini*] sic Lg. 3. 4. 13. 32. 67. 76. Lamb. et recentt. *mem. dici mihi* Lg. 5. 14. 20. 24. 35. 65. 69. 70. 73. 84. 6. 23. Gu. 3. et *michi* 16. 21. *mem. mihi dici* 2. 15. 23. Rell. *mihi* om. — *colligendi*] *conligendi* Lg. 65. 70. — *socer eius qui fuerat*] *socerum* Gu. 1. 2. Lg. 4. 5. 6. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 70. 73. 84. 86. 93. α. δ. Havn. B. β. ε. Vet. Steph. edd. antiqu. Ern. ita corr. 32. Hi omnes etiam *fuisse*,

senatus auctoritate susceptus infringi iam debilitarique videretur, dici mihi memini ludorum Romanorum diebus L. Crassum quasi colligendi sui causa se in Tusculanum contulisse; venisse eodem, socer eius qui fuerat, Q. Mucius dicebatur et M. Antonius homo et consiliorum in re publica socius et summa cum Crasso familiaritate coniunctus. 25. Exierant autem cum ipso Crasso adolescentes et Drusi maxime familiares et in quibus magnam tum spem maiores natu dignitatis suae collocarent C. Cotta, qui tum tribunatum plebis petebat, et P. Sulpicius, qui

praeter Lg. 4. 35. 93. Gu. 2. *socerum* supposita lineola signo mendi sub *um* 16. 67., sub toto vocabulo 76. *socer* corr. *socerum* Lg. 32. *socer fuerat* recte Lg. 76. 81. pr. m. Gu. 1. *socer* etiam Lg. 3. 13. Ox. *fuerat* etiam Gu. 2. Lg. 93. *socius — fuerit* Gu. 3. *fuerit* etiam Lg. 3. 17. 35. 36. ita corr. 81. Mead. Gonv. Harl. 1. 2. γ. Erl. 1. Erf., unde Pearcius in ed. II scripsit *socer eius* (*qui fuerit Q. Mucius*) *dicitur;* in ed. III et sqq. *socer eius qui fuerit, Q. Mucius dicebatur.* In Lg. 13. 32 *fuerit* correctum a m. sec. *fuisse.* In Lg. 67. verbi locus vacuus est. In 93. adscriptum in margine „ita correctum ex antiquo, ut ait (Barzizius? an Politianus?) libro; *socer eius qui fuerit.*" *Fuerat* a librariis et editoribus plerisque non intellectum his erroribus origo fuit. v. explicationes. Tamen non certe deterius Lg. 2. *socer eius qui fuit.* — *Mutius* Lg. omnes, Gu. 1. 3. al.

25. *exierant*] *exierunt* Lg. 16. 17. 73. — *adolescentes*] *adulescentes* Lg. 5. 20. 65. 73. 81 corr. 84. *duo* vulgo additum Stephani inventum est ignoraturque a codd., puto, omnibus. — *collocarent*] recepi pro vulgato *collocarant* ex Lg. 2. 4. 6. 13. 16. 17. 21. 23. 24 corr. 32. 36. 69. 76. 84. 86. Gu. 3. U., item ex 5. 65. 70. 73, in quibus *conlocarent.* Vict. *collocarunt.* — *Cotta*] *Cocta* Gu. 2. et Lg. multi, ut saepe. — *tum*] ignorant Lg. plerique, praeter 2. 13. 81. sed compendium *t̄ s.* tē facile excidere potuit. — *tribunatum — petebat*] *tribunus — petebatur* Z. β. δ. ε. Vet. Steph. Havn. B. Mead. Cant. Gonv. Harl. 1. Erl. 1. 2. Erf. edd. antiquiss., et XIV Lg., optimorum nullus. *petatur* 6 corr. ut illi. *putabatur* 14 corr. ut illi. Corrupta haec et orta ex compendio *tr. pl.* et sequente *putabatur;* nec erat cur Pearc. in ed. II. legendum censeret *tribunus plebis erat,* Ernestus *tribunatum gerebat.* „Sine dubio male intellexerunt

deinceps cum magistratum petiturus putabatur. 26. Hi primo die de temporibus deque universa re publica, quam ob causam venerant, multum inter se usque ad extremum tempus diei collocuti sunt. Quo quidem sermone multa divinitus a tribus illis consularibus Cotta deplorata et commemorata narrabat, ut nihil incidisset postea civitati mali, quod non impendere illi tanto ante vidissent; 27. eo autem omni sermone confecto tantam in Crasso humanitatem fuisse, ut, quom lauti accubuissent, tolleretur omnis illa superioris tristitia sermonis eaque esset in homine iucunditas et tantus in iocando lepos, ut dies inter eos curiae fuisse videretur, convivium Tusculani. 28. Postero

locum III. 3. 11, ubi Cotta dicitur paucis diebus post mortem Crassi depulsus per invidiam tribunatu, quod recte de *petendo* tribunatu explicavit Pearc. in ed. III., et attulit Liv. III. 35, ubi *deiectus* simili modo usurpatur; cf. Liv. XXXIX. 32 ibique interpretes." *Henrichsen.* Post verba *et P. Sulpicius—putabatur* om. Gu. 3.

26. *temporibus*] *illis* vulgo additum eiiciendum fuit secundum Lg. 2. 13. 32. 36. 76. Vict. Lamb. et pr. m. 4. 35. — *collocuti*] *conlocuti* Lg. 5. 65. 70. 73. 84. — *sermone*] *in* omittendum fuit secundum Lg. praeter 4. 23. 67. 81 et pr. m. 76. — *deplorata et commemorata narrabat*] *et commemorata et depl. narr.* 17. et edd. *narrabat et commemorata deplorata* 65. Non omnia cum questu commemorata esse oportet. — *conmem.* Lg. 2.

27. *tantam hum. fuisse*] *tanta fuit humanitas* Vict. — *quom*] sic Lg. 76, ducitque eo *quoniam* in 2. 13. 36. — *lauti*] *loti* Lg. 3. 67. — *accubuissent*] *adcub.* Lg. 65. 70. 73. — *superioris*] *superior* Gu. 2. *tristitia sup. serm.* Lg. 2. — *iocando*] *loquendo* Lg. 2. 4. 6. 13. v. u. t. 20. 32 v. u. t. 35. 81. 83. Z. ε. ita corr. 5. 21. ita v. 24. *dicendo* 3 v. *iocondo.* 36. 67. v. u. t. Gu. 3. — *curiae*] vac. 20. expl. *civitatis.* — *convivium*] *et* praem. 2.

28. *postero*] postremo Lg. 6. *quom*] v. §. 27. — *quiessent*] *quievissent* Lg. 4. 76. Gu. 1. Vict. *quiescunt* Gu. 3. — *ambulationem*] *ambulatione* Gu. 1. Lg. 2. 15. 17. 86. — *ventum esse dicebat: tum*] ita auctore Madvigio Henr. ex α. β. Gu. 1. (quan-

autem die, quom illi maiores natu satis quiessent, in ambulationem ventum esse dicebat: tum Scaevolam duobus spatiis tribusve factis dixisse: Cur non imitamur, Crasse, Socratem illum, qui est in Phaedro Platonis? Nam me haec tua platanus admonuit, quae non minus ad opacandum hunc locum patulis est diffusa ramis, quam illa, cuius umbram secutus est Socrates, quae mihi videtur non tam ipsa acula, quae describitur, quam Platonis oratione crevisse: et quod ille durissimis pedibus fecit, ut se abiceret in herba atque ita illa, quae philosophi divinitus ferunt esse dicta, loqueretur, id meis pedibus

quam is *dicebant*] edd. Ald. Iunt. Crat.; accedit Gu. 2. Etiam in Havn. 1. 2. et Lg. 5. 14. 17. 20. 21. 35. 65. 70. 81. 84. 87. *et* omittitur. Est hic locus in eis, quos antiquiores codd. corruptos exhibent. Nam in vulgata scriptura, quam firmant illi (*et in ambulationem ventum esset, dicebat tum*] neque *dicebat* ferri potest neque locus particulae *tum*. *Dicebat* delevit Lamb. Sch. Muell., uncis incl. Orell. — *Phaedro*] *phedrone* Vict. (*e* p. *ae* scriptum postea non enotabo); invertit haec Gu. 3. — *admonuit*] *admovit* Lg. 16. 65. ita v. 2. *ammonuit* 81. Cur Bakio placeat *admonet* causa cogitari non potest. — *cuius*] *quoius* Lg. 32. quod eis locis recipiendum, quibus plus firmamenti accedit; perpetuum enim non magis est, quam *quom*. — *secutus*] *sequutus* Lg. 65. Hinc in Gu. 1. lacuna incipit ad usque verba *quid religiones* c. 10, 39. post quae verba sequuntur c. 8, 34 *quam ob rem* usque ad finem, dein c. 10, 39 init. usque ad prius memorata; tum c. 11. — *acula*] scripsi ex Lg. 13. 32 corr. 36. — *et*] *sed* Gu. 2. ut Steph. Iunt. — *se*] *a se* 5 corr. 6, 13 corr. 16. 21 corr. 32 corr. 35 corr. 65. 70. 73. 76. Gu. 3. ita corr. Lg. 2. — *abiceret*] sic 2 corr. Gu. 3. eodemque ducit *obiceret* in 13. 14. 15. 16. 20. 24. 32. 36. 65. 69 corr. 70. 73. 76. 81. 84. v. ad I. 42, 189. *abduceret* 17. — *herba*] hoc post Sch. receptum praeter Havn. 2. Erl. 1. Gu. 2. 3. Erf. edd. antiquiss. Ald. Iunt. Crat. Man. firmant etiam Lg. XVIII. bonique praeter 4 omnes; (a m. sec. id 32.) *herbam* Lg. 3. 4. 21. 23. 67. 69. 76. 85. 93. Havn. 1. Oxx. omnes, Lamb. Grut. Ern. — *illa*] om. Lg. XVIII, in quibus sunt boni omnes, propter praecedens *ita*. *illa quae* om. Gu. 3.

certe concedi est aequius. 29. Tum Crassum: Immo vero commodius etiam; pulvinosque poposcisse et omnis in iis sedibus, quae erant sub platano, consedisse dicebat.

VIII. Ibi ut ex pristino sermone relaxarentur animi omnium, solebat Cotta narrare Crassum sermonem quendam de studio dicendi intulisse. 30. Qui cum ita esset exorsus: non sibi cohortandum Sulpicium et Cottam, sed magis utrumque collaudandum videri, quod tantam iam essent facultatem adepti, ut non aequalibus suis solum anteponerentur, sed cum maioribus natu compararentur: neque vero mihi quicquam, inquit, praestabilius videtur, quam posse dicendo tenere hominum coetus mentes allicere voluntates impellere quo velit, unde autem velit deducere. Haec una res in omni libero populo maximeque in pacatis tranquillisque civitatibus praecipue semper floruit

29. *immo*] *imo* Lg. 15. 21. 67. 76. 84. 86. — *vero*] om. 3. 32. 67. — *commodius*] *conm.* Lg. 2. 69. — *pulvinosque*] *pulvillosque* Vict. Lg. 6 a m. sec. *et pulvinos* Lg. 20. — *omnis*] scripsi ex Lg. 13. 15. 36. 70 corr. 86. — *iis*] *his* Lg. XV, quorum boni 3. 65. 67. 69. 70. 73. 93. Gu. 2. *illis* Lg. 4. *suis* Gu. 3. In Lg. 13 sub *h* est lineola mendum indicans. — *dicebat* del. Muell.

VIII. 30. *compararentur*] *conpararentur* Lg. 2. 67. 76. *comparentur* Gu. 3. — *vero mihi*] inv. Lg. XVI. ita corr. 32. — *quicquam* Lg. omnes pr. 4. 20., item Gu. 2. 3. regnatque hoc et *quicquid* in codd., plaudentibus Grammaticis Prisc. p. 559. Capro p. 2241. Papir. ap. Cassiod. p. 2291. Mar. Victor. p. 2460, quanquam dissentire videtur Quintil. I. 7, 6; nisi is non tam ita scribi frigidum dicit, quam causam cur ita scribi quidam voluerint. Vide infra 10, 43. 12, 51. 25, 116. 29, 133. 30, 134. 34, 158. 39, 178. 62, 264. II. 7, 29. 19, 77. 19, 83. 24, 102. 25, 108. 55, 226. 81, 330. 85, 350. III. 7, 27. 8, 29. 19, 72. *Quicque* nec testatum satis est nec a me scribetur. — *mentis* scripsi ex Lg. 13. 36. — *allicere*] *adlicere* Lg. 65. 84 corr. — *impellere*] *inp.* Lg. 24. *implere* 17. 93. — *deducere*] *abducere* Lg. 76. — *maximeque*] *maxime* Lg. 2. 4. 32 corr. 36. Gu. 3. *maxime et* Gu. 2.

semperque dominata est. 31. Quid enim est aut tam admirabile, quam ex infinita multitudine hominum exsistere unum, qui id, quod omnibus natura sit datum, vel solus vel cum paucis facere possit? aut tam iucundum cognitu atque auditu, quam sapientibus sententiis gravibusque verbis ornata oratio et polita? aut tam potens tamque magnificum, quam populi motus iudicum religiones senatus gravitatem unius oratione converti? 32. Quid tam porro regium, tam liberale, tam munificum, quam opem ferre supplicibus excitare afflictos dare salutem liberare periculis retinere homines in civitate? Quid autem tam necessarium, quam tenere semper arma, quibus vel tectus ipse esse possis, vel provocare improbos, vel te ulcisci lacessitus? Age vero, ne semper forum subsellia rostra curiamque meditere, quid esse potest in otio aut iucun-

31. *quid enim est*] sic codd. pr. Lg. 15. 81. *est* om. 23. v. expl. III. 30, 119. *multitudine hominum*] inv. Lg. 3. 4. 32. 67. 76. Lamb. — *exsistere*] ita soli Lg. 5. 13. 67. — *sapientibus*] *sapientissimis* Lg. 81. Steph. Etiam *gravissimisque* Steph. — *polita*] sic codd. non, ut Henr. putat, plurimi, sed optimi, Lg. 2. 4 pr. m. 13. 32 pr. m. 36. 81. Gu. 1. 2. 3. Havn. 2. Lamb. Grut. Ern. Henr. *perpolita* Lg. XIX et 4. 32 m. sec., *β. δ. ε.*, edd. antiquiss., Ald. Iunt. Crat. Man. Steph. Sch. Harl. Muell. Or. — *tamque*] *atque* Lg. 93. — *religiones*] *rell.* Lg. 84. — *converti*] *convorti* Vict., quem non sequar solum, quod in aliis *νεωτεροίζει*.

32. *tam porro*] inv. Gu. 2. Lg. 17. 23. 81. ut Lamb. — *afflictos*] *adflictos* Lg. 65. — *tectus*] *rectus* Lg. 17. perpetua confusione. — *improbos*] sic codd. plurimi, non optimi, Havn. 1. 2. Cant. Mead. Harl. 1. *α. β. γ. δ. ε.* Gu. 2. Lg. omnes praeter 2. 4 pr. m. 13. 16. 36. 73, in quibus *integros* est, ut in mg. Havn. A. Vet. Steph. Z. *γ.* Erl. 1. 2. Gu. 3. Erf. Palatt. duobusque Gallicanis. „*provocare integer improbos* Muellerus, quam equidem coniecturam non ausim cum Orellio egregiam dicere, quamvis *integros* ex voce *integer* ortum putem; nam hoc ipsum merum glossema vocis praecedentis *tectus* esse videtur.“ *Hen-*

dius aut magis proprium humanitatis, quam sermo facetus ac nulla in re rudis? Hoc enim uno praestamus vel maxime feris, quod colloquimur inter nos et quod exprimere dicendo sensa possumus. 33. Quam ob rem quis hoc non iure miretur summeque in eo elaborandum esse arbitretur, ut, quo uno homines maxime bestiis praestent, in hoc hominibus ipsis antecellat? Ut vero iam ad illa summa veniamus, quae vis alia potuit aut dispersos homines unum in locum congregare aut a fera agrestique vita ad hunc humanum cultum civilemque deducere aut iam constitutis civitatibus leges iudicia iura describere? 34. Ac ne plura, quae sunt paene innumerabilia, consecter, comprehendam brevi; sic enim statuo perfecti oratoris moderatione et sapientia non solum ipsius dignitatem, sed et privatorum plurimorum et universae rei publicae salutem maxime contineri. Quam ob rem pergite, ut facitis, adolescentes atque in id studium, in quo estis, incumbite, ut et vobis honori et amicis utilitati et rei publicae emolumento esse possitis.

richsen. — *meditere*] *mediteris* Lg. 81. Gu. 2. — *ac*] *aut* Lg. 5 var. *et atque* 23. — *colloquimur*] *conloquimur* Lg. 5. 65. 70. 73. *loquimur* 4. 32 corr. ut 5. 76. — *dicendo*] *in* add. Lg. 2. 4. 6. 13. 32 corr. 35. 36. — *possumus*] *possimus* Lg. 5 corr. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 23. 24. 69. 70. 73. 86. 93. ita corr. 32.

33. *non*] om. Gu. 3. — *elaborandum*] *labor.* Lg. 6. — *maxime*] om. Lg. 35. — *antecellat*] *antecellant* Gu. 3. — *unum in locum*] *in unum l.* Lg. 23. — *a fera*] *a* om. Lg. 16. 17. — *ad*] om. Lg. 13. 36. *in* 16. 32 corr. 70. 73. Gu. 3.

34. *consector*] *verbis* addit Lg. 3. & 67. ita corr. 32. — *comprehendam*] *conpr.* Lag. 2. *comprendam* Vict. Gu. 2. *compandam* Gu. 3. *conpàndam* (i. e. *comparandam*) corr. *conprendam* et var. *amplectar* 32. — *brevi*] *breviter* Lamb. — *adolescentes*] *adul.* Lg. 65. 70. 73. 81. 84.

IX. 35. Tum Scaevola comiter, ut solebat, Cetera, inquit, assentior Crasso, ne aut de C. Laeli soceri mei aut de huius generi aut arte aut gloria detraham; sed illa duo, Crasse, vereor ut tibi possim concedere: unum, quod ab oratoribus civitates et initio constitutas et saepe conservatas esse dixisti; alterum, quod remoto foro contione iudiciis senatu statuisti oratorem in omni genere

IX. 35. *cetera*] Lg. XII. *caet.; coet.* 13. 20. 67. — *assentior*] *adsentior* Lg. 65. — *ne aut*] *ne quid* Lg. 3. 4. 67. 76. ita corr. 32. *de* om. 65. — *Laeli*] scripsi secundum Lg. 13. 17. 65. 70. 73. 84. 86. et semper faciam, quoniam aut plurimi aut certe bonorum librorum aliqui in ea scriptura genitivorum conspirant. Quod ubi non fit, eandem normam perpetuam habere ratio non est, quia vel tenacissimos antiquitatis defensores concedere oportet fuisse tempus, quo, cum novus scribendi mos primum in usum veniret, inter utrumque ambigeretur, cum praesertim doctorum dissensus esset (Varro enim *i* contractum vituperabat, v. Charis. I. 59. Müll. ad L. L. p. XXXVII. et p. 1.); et quia inscriptiones sunt satis novitiae unum *i* monstrantes. Constantiam autem in his codicum non esse ostendit Freundius ad Mil. p. 1., cum contrarium pronuntiasset Wunderus p. XXXVI., quanquam in libris reperta ab editoribus sperni solita videas ex Maii ed. Ciceronis de Republica, in qua nisi in fine libri primi legeretur *M. Tulli Ciceronis*, ne vestigium quidem eius scripturae exstaret, item ex annotatis Drakenborchii ad Liv. XXXVIII. 28, 7. Heusingeri ad Off. p. 304 et 418. Zpt. Rara sane sunt in inscriptionibus, quale est *Accii* nr. 1164. t. I. p. 254 Or. Nec I illud maius (velut ACCI) contractionis significans est. Nam et II iuxta posita reperiuntur, ut CLAVDII p. 25, 11. HELVII p. 26, 4. HOSTIIS p. 29, 13. contra HOSTIS p. 30, 2.; et *i* brevius in contractione, ut VETTI p. 33, 5. VICI SANDALIARI p. 79, 5. CLAVDI p. 113. 1. MVNICIPI ib. 2.; quin I maius illud non modo productionem syllabae indicat, ut in VIRIBVS nr. 4860. p. 355 t. I Or. CAELESTINO p. 18, 2. CVSTODI p. 19, 6. IVNONI p. 24, 16. DIVI p. 32, 1. CVLINA 49, 3. Graev.; sed saepe etiam in correpta se offert, velut PVBLICIS et DVODECIMVS in monumento Ancyrano ipso leguntur. — *vereor ut*] *vereor an* Lg. 2 var. *haud*, quod est in XIX codd. Lg., quorum sunt 13. 65. 67. 69. 70. 73. 76. item Vict. Gu. 3. *aut* U. Lg. 5. 15. uterque corr. *haud. haut* 32 corr. *haud.* Inde etiam *possum* Lg. 3. 5 corr. 6. 13. 14. 17. 21 corr.

sermonis et humanitatis esse perfectum. 36. Quis enim tibi hoc concesserit aut initio genus hominum in montibus ac silvis dissipatum non prudentium consiliis compulsum potius, quam disertorum oratione delenitum se oppidis moenibusque saepsisse? aut vero reliquas utilitates aut in constituendis aut in conservandis civitatibus non a sapientibus et fortibus viris, sed a disertis ornateque di-

23. 24 corr. 36. 65. 67. 84. 86. Gu. 3. ita corr. 32. Ex *ut* facta *aut, haut, haud,* et a correctore mendi futuro *an*, Ceterum *possim tibi* Gu. 1. — *conservatas*] *servatas* Vict. — *initio*] *ab initio* Lg. praeter optimos 2. 4. 13. 32 add. 36 add. 84 expung. item Gu. 3. — *contione*] sic Lg. 13. 14. 16. 20. 21. 35. 65. 70. 73. 76. 84 corr. 86. 93. Gu. 1. *contine* 32 corr. ut 13. *conctione* 67. *concionem* 2. corr. ut 13. Rectam scripturam firmant inscriptiones; v. Heusinger ad Cellar. Orthogr. p. 212. — *omni*] om. Gu. 3.

36. *concesserit*] *consenserit* Gu. 3. — *aut*] *haud* Vict. — *ac silvis*] *aut silvis* Lg. 24. 32 corr. 69. 86. — *prudentium*] *prudentum* Lg. 65. 81. Haec secundum codices iudicanda, ut recte pronuntiavit Conr. Leop. Schneiderus Gr. Lat. I. 2. p. 249; nec sectanda δοκησισόφων φιλοσοφήματα de participiis substantive dictis. — *non prud.* om. Gu. 3. habetque *consilii.* — *delenitum*] sic, ut Henr., Lg. 4. 13 corr. 32 corr. 36. Gu. 3. — *saepsisse*] sic unus Gu. 1. *sepisse* aut *sepsisse* rell. *ae* tenet rescriptus Cic. Rpubl. I. 26. v. Voll. Etym. L. L. p. 442. Cellar. I. p. 346. II. 284 Harl. — *aut vero*] *ac vero* Lg. 2. *at vero* 6. 13. 32 corr. Gu. 3. U. — *in constituendis*] sic optimi Lg. 2. 13. 36. et pr. m. 4. 32. it U. Z. β. γ. *in instituendis* 3. 5. 14. 15. 16. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 73. 81. 84. 86. 93. ita sec. m. 4. 32. 70. 76. δ. ε. *in* om. Ox. *stituendis* Gu. 2. v. explicationes. — *aut in conservandis*] sic Z. U. (is tamen *servandis*) β. γ. δ. ε. Erl. 1. 2. Erf. edd. antiquiss. Lamb. Muell. Or. Henr., quibus nunc accedunt Lg. omnes praeter 21. 23. 35. Vulgo et in his tribus et in Havn. 1. 2. *in* omittitur. Quanquam Wunderi decreto (Lectt. cod. Erf. praef. p. XVII) praepositionem in disiunctivis enuntiationibus iterari solere non multum tribuerim. Quot enim codicum adhuc diligenter collati sunt? Antiquiores critici coniunctivas et disiunctivas sententiarum formas minime distinguentes diversa congesserunt, ex Livio Drakenborch. ad VI. 28. 6. XXVIII. 8. 3. XL. 33. 6., de Caesare Oudend. ad BG. II. 10. 4., de Cicerone Wopken.

centibus esse constitutas? 37. An vero tibi Romulus ille aut pastores et convenas congregasse aut Sabinorum connubia coniunxisse aut finitimorum vim repressisse eloquentia videtur, non consilio et sapientia singulari? Quid? in Numa Pompilio; quid? in Servio Tullio; quid? in ceteris regibus, quorum multa sunt eximia ad constituendam rem publicam, num eloquentiae vestigium apparet? Quid? exactis regibus, tametsi ipsam exactionem mente, non lingua perfectam L. Bruti esse cernimus, sed deinceps omnia nonne plena consiliorum, inania verborum videmus?

Lectt. Tull. p. 6. 21. 385 Hand. Nec ea regula quicquam proficias, quam Handius posuit *de Stil. lat.* p. 233., iterari praepositionem, cum sui iuris sint subiectae notiones. Sunt enim semper et necessario in disiunctivis sententiis. Eodem redit Martyni-Lagunae observatio ad Cic. Divers. I. 1., quam sequitur Goeller. ad Or. p. 72., ut obtemperantibus nullum corrigendi finem fore iure dixerit Zumptius ad Div. in Caec. 12, 41. In de Or. II. 39, 163., plurimi et optimi libri *aut ad probandum aut refellendum.* Alia res est 12, 53. — *ornateque*] sic pro *et ornate* scribendum fuit ex Lg. XXIII bonisque omnibus, et U. Ita corrigi voluit Steph.

37. *an vero*] *vero* om. Gu. 1. 2. Lg. 4. 5. 6. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 65. 69. 70. 73. 84. 86. 93. reciperemque, cum gravius sit in exemplo inducendo, si addicerent optimi 2. 13. 32. 36. — *et convenas*] *aut conv.* Gu. 1. *advenas* Lg. 6. — *connubia*] *coniugia* Lg. 2. 13. 32 corr. 36. 84. Vict. Gu. 3. vocabulo in hac re non legitimo; dicerentur etiam Sabinorum inter se initia matrimonia. Originem vitii aperit Lg. 69., in quo est *conuiuia* (ex *connuia* falsa scriptura ortum, v. Schneideri Gr. Lat. I. p. 362. Freund. ad Cic. Mil. p. 32.), correctum *coniugia.* — *Tullio*] *Tullo* sueto vitio Lg. praeter 2. 3. 4. 13. 65. 67. 73. 76., *Tulo* Gu. 1. *Tullio* praeter illos distincte Gu. 3. Vict. — *num eloq.*] vulgo *num quod eloq.* expunxi inutilem vocem secundum Lg. omnes praeter 76. 81. 93. et Gu. 3. In Gu. 1. est *non quod,* in Gu. 2. *num quidem.* Addita fuit ab elegantiae captatoribus. — *apparet*] *adparet* Lg. 65. — *tametsi*] sustuli signa parenthesis; sequentia etiam *sed deinceps* non ad exactos reges sed ad interpositam sententiam spectant. — *videmus*] *vidimus* Lg. 17. — *sed deinceps*] *sic d.* Gu. 1.

38. Ego vero si velim et nostrae civitatis exemplis uti et aliarum, plura proferre possim detrimenta publicis rebus, quam adiumenta per homines eloquentissimos importata; sed ut reliqua praetermittam, omnium mihi videor exceptis, Crasse, vobis duobus eloquentissimos audisse Ti. et C. Sempronios, quorum pater homo prudens et gravis, haudquaquam eloquens, et saepe alias et maxime censor saluti rei publicae fuit. Atque is non accurata quadam orationis copia, sed nutu atque verbo libertinos in urbanas tribus transtulit; quod nisi fecisset, rem publicam, quam nunc vix tenemus, iam diu nullam haberemus. At vero eius filii diserti et omnibus vel naturae vel doctrinae praesidiis ad dicendum parati, cum civitatem vel paterno consilio vel avitis armis florentissimam accepissent, ista praeclara gubernatrice, ut ais, civitatum eloquentia rem publicam dissipaverunt.

38. *et nostrae*] *et* om. Lg. 69. 93. Gu. — *possim*] *possum* Lg. 4. 17 corr. 24. 65. 69. Vict. *possem* Lg. 20. 21. 76. — *importata*] *apportata* U. — *vobis*] *nobis* Gu. 3. — *audivisse*] *audisse* Lg. 3. 67 et inv. — *Ti.*] *T.* magna pars codd., quod non notabo post. — *atque*] *atqui* Lg. 6. 36. 76. — *is*] om. Lg. 2. 6. 16. 36 add. Gu. 3. — *accurata*] *adcurata* Lg. 65. — *nutu*] Haec verissima scriptura est in Havn. 1. 2. *α*. Gu. 1. 2. Lg. 81. edd. antiquiss. et mirum ceteros et probatissimos quidem libros in inepto illo *nuda* conspirare, quod p. var. adscriptum est in Lg. 81. Nam *nude*, quod Beckius coniecit, elevavit Orellius, in nullo legitur. — *atque*] om. Gu. 1. Dubito an forte illa *atque verbo* addita sint ad interpretandum *nutum;* de particula copulativa sic dicta videbimus ad II. 33, 141. *libertinos*] *liberrimo* Lg. 3. 24 corr. 67. ita corr. 5 c. var. *libertino. humili* 4 v. ut 3. inscr. *vulgari* 65. *verbo* corr. *liberrimo verbo* 76. *libertino* expuncto *verbo* 84. — *iam diu*] sic codd. plurimi et potiores. — *civitatem*] *patriam* Lg. 4 corr. ut text. — *florentiss. accep.*] inv. Lg. 84. *adcepissent* 65. 84. — *dissipaverunt*] *dissiparunt* Gu. 2.

X. 39. Quid? leges veteres mosque maiorum; quid? auspicia, quibus et ego et tu, Crasse, cum magna rei publicae salute praesumus; quid? religiones et cerimoniae; quid? haec iura civilia, quae iam pridem in nostra familia sine ulla eloquentiae laude versantur, num aut inventa sunt aut cognita aut omnino ab oratorum genere tractata? 40. Equidem et Ser. Galbam memoria teneo divinum hominem in dicendo et M. Aemilium Porcinam et C. ipsum Carbonem, quem tu adolescentulus perculisti, ignarum legum haesitantem in maiorum institutis rudem in iure civili; et haec aetas nostra praeter te, Crasse, qui tuo magis studio, quam proprio munere aliquo diser-

X. 39. *veteres*] *veterum* Lg. 69. — *mosque*] Sic Havn. 1. 2. Gu. 1. 2. Ald. Iunt. Or. Henr. vulgabatur *moresque*, qui pluralis nunquam dicitur de more publico civitatis, qui legum vim aequat. Non enim obstant *mores civitatis* i. e. civium, de Or. II. 82, 337., non magis quam *nec legibus nec moribus concessum* Script. bell. Alex. 67, 1. *et ego*] *et* om. Lg. XXIII (nec tamen 2. 13. 32.) et Gu. 3. Vict. addit *Scaevola* et om. *Crasse*. — *praesumus*] *prefuimus* Lg. 15. 24 corr. 84. — *cerimoniae*] sic Lg. omnes praeter 65. 67. 73. 86. 93, in quibus *caerimoniae*, item Gu. 2. 3. — Hic sequitur c. 11. in Gu. 1. — *iam pridem*] sic Lg. 2. 65. 67. 70. 73. 76. 81. 84. 86. 93. Rell. ὑφ' ἕν. — *num*] *nunc* Gu. 3.

40. *equidem*] *etenim* Lg. 21. — *Ser.*] *Sergium* Lg. VI., quorum 15. 69., mendo olim in edd. vulgatissimo. — *hominem*] *virum* Lg. 20. — *C.*] sic Lg. omnes pr. 32., qui *Cn.*, ut Gron., male; cogitasse videtur de Cn. Carbone Cinnano ter consule. — *adolescentulus*] *adul.* Lg. 36. 65. 69. 73. 81. — *perculisti*] sic Lg. 3. 4. 13. 14. 15. 16. 23. 24. 36. 69. 73. 76 (cum puncto sub *l*) 85. 86. ducitque eodem *peculisti* Lg. 70. In Vict. *pertulisti*, ex quo erasa superiore parte literae *t* factum *perculisti*. *pertulisti* Lg. 2. 32, in hoc corr. *perpulisti* et inscr. *percussisti*. *perpulisti* Lg. 5. corr. 6. 20. 21 corr. 35. 65. 84. 93. Gu. 1. 2. 3. *propulisti* 81. De his cum in libris tum secundum criticos cum errore confusis v. explicationes ad II. 70, 285. — *Crasse*] *o Crasse* Vict. v. explicationes. — *munere aliquo*] inv. Lg. 15. 35. 65.

torum ius a nobis civile didicisti, quod interdum pudeat, iuris ignara est. **41.** Quod vero in extrema oratione quasi tuo iure sumpsisti oratorem in omnis sermonis disputatione copiosissime versari posse, id, nisi hic in tuo regno essemus, non tulissem multisque praeissem, qui aut interdicto tecum contenderent aut te ex iure manum consertum vocarent, quod in alienas possessiones tam temere irruisses. **42.** Agerent enim tecum lege primum

41. *extrema*] *externa* Lg. 3. *hext.* 2. *exteram oratio* Gu. 3. — *tuo iure*] sic Lg. 2. 4. 13. 32. 35. 36. 67. 81. 85. Rell. *pro* addunt, itaque secunda manus 4. 32. 36. — *sumpsisti*] ita Lg. praeter 2. 3. 4. 5. 6, et Vict. Gu. 1. Rell. *p* om. — *omnis*] *omni* Gu. 1. 2. — *versari posse*] dedi ex Lg. XXIII bonisque omnibus et Gu. 3. Rell. inv., ut vulgo. — *praeissem*] sic duo Lamb. codd. (dubia fide) Pall. aliquot, *α.*, Havn. 1. 2. Lamb. Muell. Henr. Vulgatur *praeessem.* — *manum*] Sic Havn. 1. 2. Cant., *α. γ.* Pearc. Sch. Or. Henr. Ceteri plerique *manu.* In Lg. 2. hoc corrigitur *magno.* addunt *magna* Lg. 4. Vict. corr. uterque. *magna* est in mg. 32. *maniconsertum* 70. *confertum* Lg. 2. V. explicatt. — *irruisses*] *inruisses* Lg. 32. 65. 70. *ivisses* Vict.

42. *Pythagorei*] *Pythagorici* Lg. 6. 13. Varie peccant alii nonnulli. — *Democritii*] scripsi secundum Lg. 4 corr. 13. 15. 16. 36. 76., in quibus est *Democriti.* Rell. *Democritici*, partim corrupte scriptum. Non minus bene *Democritei* haberet, sed a libris standum. Nam sane *Democritius* rarius est. In libro de N. D III. 33, 82 Orellius ita scripsit inconsideratius ex Man. Lamb.; sed Tusc. I. 34, 82 coniectura Bentleii codicibus idem quod nostro loco prae se ferentibus firmatur optimique libri idem praebent II. 22, 51. V. ad I. 21, 98. — *iure suo*] Vulgatur *in suo genere*, et deinde *vindicarentque.* Sed *genere* om. Lg. 2 add. 5. 16. 17. 20. 21. 24. 32 add. 35. 36. 69 (corr. *physici genere*) 76. 81. Gu. tres. Pall. VI. Pith. Z. *α. β. δ. ε.* Havn. uterque (adscr. recent. m.) Erl. 1. Erf., ut illud praeter Lg. 3. 4. 13. 14. 23. 67. 70. 73. 93. exstet in Pall. nonnullis, Erl. 2. U. *γ.* et edd. antiquiss. *Suo iure* ex duobus codd. probavit Lamb., ediderunque Sch. Or. Henr. *iure suo* in Pal. V. est in mg., in cod. vero Norf. *in suo iure.* Ego in illo *in* libris omnibus firmato latere existimo vocem *iure* depravatam, eaque de causa transposui. Nam non semper dici *suo iure*, sed etiam *iure suo*

Pythagorei omnes atque Democritii ceterique iure suo physici vindicarent ornati homines in dicendo et graves, quibuscum tibi iusto sacramento contendere non liceret. Urgerent praeterea philosophorum greges iam ab illo fonte et capite Socrate; nihil te de bonis rebus in vita, nihil de malis, nihil de animi permotionibus, nihil de hominum moribus, nihil de ratione vitae didicisse, nihil omnino quaesisse, nihil scire convincerent: et cum universi in te impetum fecissent, tum singulae familiae litem tibi intenderent. 43. Instaret Academia, quae, quicquid dixisses, id te ipsum negare cogeret. Stoici vero nostri disputationum suarum atque interrogationum laqueis te irretitum tenerent. Peripatetici autem etiam haec ipsa, quae propria oratorum putas esse adiumenta atque ornamenta dicendi, a se peti vincerent oportere: ac non so-

ostendit exemplum Divers. XIII. 77. — *vindicarent* Lg. 4. 13. 32. 35. 36. Z. aliique, quorum notitia incerta est, eodemque ducit *iudicarent* in Gu. 2. Lg. 2 corr. *venditarent*. — *ornati*] om. Lg. 2. 4 add. 13. 32 add. 36. — *homines*] om. Lg. XXI. bonique omnes, Vict. Z. α. δ., quod mirere. — *quibuscum*] divisim Lg. 2. 67. 69. 70. 73. 81. 86. 93. — *iusto sacramento*] *iustum sacramentum* Gu. 1. 3. — *nihil te*] *te* om. Lg. 6. 14. 15. 73. 93. — *permotionibus*] *perturbationibus* Lg. 17. — *contenderent*] *incenderent* Lg. 65.

43. *quicquid*] sic Gu. 1. Lg. XXI bonique pr. 76. — *id te*] inv. Lg. 15. — *negare cogeret*] Lg. omnes pr. 2. 4. 13. 15. 32. 36. 76. et Ox. *scire negaret*, ut in mg. Vict. additum: memorabili scriptura, quae si recepta esset, nemo melius desideraret. *necaret* Lg. 13. 32 corr. Z. *negaret cogeret*, 36 corr. ut t. *negaret* etiam Gu. 3. supr. scr. al. m. *scire*. — *interrogationibusque*] *et interrog.* Lg. 23. — *irretitum*] *inretitum* Lg. 32. 65. 70. 73. — *etiam*] *et* Lg. 15. om. 76 add. 81. 84. 86. 93. — *putas esse*] *putasses* Gu. 3. U. Pearc. Alii quidam *putares*, ut Ern. — *a se*] sic Lg. omnes, U. al. Gu. 3. sese. — *vincerent*] *dicerent* Gu. 3. — *istis*] scripsi ex Lg. 2. 6. 13 corr. 36. *iis* 5. 16. 17. 24. 65. 70. 73. *hiis* 76. 81. Rell. *his*, ut vulg. — *omnis*] sic Lg. 2. 13. 32 corr. 36.

lum meliora, sed etiam multo plura Aristotelem Theophrastumque de istis rebus, quam omnis dicendi magistros scripsisse ostenderent. 44. Missos facio mathematicos grammaticos musicos, quorum artibus vestra ista dicendi vis ne minima quidem societate coniungitur. Quam ob rem ista tanta tamque multa profitenda, Crasse, non censeo. Satis id est magnum, quod potes praestare, ut in iudiciis ea causa, quamcunque tu dicis, melior et probabilior esse videatur; ut in contionibus et in sententiis dicendis ad persuadendum tua plurimum valeat oratio; denique ut prudentibus diserte, stultis etiam vere videare

44. *vestra*] *nostra* Lg. 69. 86. Gu. 3. — *coniungitur*] *contingitur* Pall. Tos. Pith. Havn. 1. 2. δ. Erl. 1. 2. Gu. 1. 2. Erf. Ald. Vict. itaque post Grut. vulgatum, quod Madvig. latinum esse recte negavit. Verior scriptura praeter Pearcii codd., edd. antiquiss. Iunt. Crat. Lamb. nunc reperitur in Lg. omnibus praeter antiquissimos et ceteroquin optimos 2. 4. 13. 36. item 5. 81. in quo add. tanquam var. et 32., in quo ita corr. m. sec. *coniungitur sociata* Vict. sed hoc punctis suppositis. *contigerit* Gu. 3. — *profitenda*] *esse* addit Lg. 76. — *id est*] *est id* Lg. 2. — *potes*] *potest* Lg. 2. 3. 4. 20. 32. 35. 36. om. 6. — *contionibus*] sic Lg. 2. 35. 36. 65. 67. 70. 73. 76. 81. 84. 86. Gu. 3. — *et in sententiis*] ita Gu. 2. 3. Erl. 1. 2. Erf. Sch. Or. Henr. *ut in s.* Havn. 1. 2. Ald. Iunt. Crat. Man. *in* om. Lg. omnes, Oxx. edd. antiquiss. Lamb. Grut. Ern., nec sane necessarium. Minime enim opus omissa praepositione *dicendis* etiam ad *conciones* referri, haereretque profecto nemo inverso ordine *dicendis sententiis*. — *dicundis* Lg. 6. — *valeat*] *valet* Lg. 6. 24 corr. 69. 81. Gu. 2. — *stultis*] *stultisque* Gu. 2. — *videare dicere*] sic scribendum fuit ex Lg. 3. 5. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 84. 86. 93., eodemque redeunt *videare edicere* 4. *videaris dicere* corr. *edicere* 2. *videar dicere* 6. *videar edicere* 13. 36. uterque corr. ut 3. Gu 3. Vulgo *videaris*, minus consentaneum mori Ciceronis. — *si quid poteris*] *si quis* Lg. 15. 73. *poterit* 2. 4. 6. 13. 15. 24. 36. 69. Vict. Gu. 3., iniuria accommodatum ad sq. *videbitur*. Qui scripserunt *quis*, praecedens *hoc* pro accusativo habuerunt. — *id*] *ut* Gu. 3. — *communi*] *conmuni* Lg. 24. 69.

dicere. Hoc amplius si quid poteris, non id mihi videbitur orator, sed Crassus sua quadam propria, non communi oratorum facultate posse.

XI. 45. Tum ille, Non sum, inquit, nescius, Scaevola, ista inter Graecos dici et disceptari solere. Audivi enim summos homines, cum quaestor ex Macedonia venissem Athenas florente Academia, ut temporibus illis ferebatur, cum eam Charmadas et Clitomachus et Aeschines obtinebant. Erat etiam Metrodorus, qui cum illis una ipsum illum Carneadem diligentius audierat hominum omnium in dicendo, ut ferebatur, acerrimum et copiosis-

XI. 45. *inquit, nescius*] inv. Lg. 23. — *disceptari*] *disputari* Gu. 1. — *cum*] vulgatum *quod* sensu non constat, quia non de causis, sed de tempore floris agitur, nec firmissimo pede nititur et ortum videtur ex antiqua scriptura. *Cum* enim legitur in *δ. ε.* et Lg. omnibus praeter 2. 3. 4. 67. 76. 93, quorum tamen priores quinque *tum* habent, et 2. quidem corr. in *cum; quod* corr. *cum* 81. — *ferebatur*] *ferebantur* Gu. 3. *serebat* et *serebatur* Oxx. quidam. — *Charmadas*] sic Lg. 2. 5 corr. ut t. Harl. 1. Z. Erl. 1. pr. m. ducitque eodem *Charniadas* in Gu. 1. Lg. 81. *Charneadas* Gu. 3., et Lg. VII. Item §. 47 *Charmada* habetur in Z. Erl. 1. Lg. 5 corr. *Charneada*, 13. 14. 16., *Carmada* Gonv. Harl. 1. Lg. 21. Sic scribendum ostendit Pearcius, paruerunt recentiores, quia Carneades, cuius nomen hic olim lectum est, Apollodoro teste ap. Diog. La. IV. 65 mortum est ol. 162, 4. = a. u. 625, Crassus autem quaestor fuit a. 645. — Cetera in hoc et *Clitomachi* nomine librorum vitia omitto. — *una ipsum*] *una etiam ips.* Lg. XVII bonique 3. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. ita corr. 4. *etiam illum ipsum* 15. 20. 21. *una autem* Vict. *illum* om. Lg. 76. — *Carneadem*] *Charneadem* Lg. 16. 65. 70. 73. 76. Gu. 1. ita corr. 84. — *ferebatur*] sic pro *ferebant* Gu. 1. Lg. omnes pr. 4. 13. 32 pr. m. 81. quorum 4. *dicebat*, 13. *ferebat;* in 76 duae ultimae literae subtus lineolam habent quasi de mendo suspectae. — *copiosissimumque*] *et copiosissimum* Lg. 3. 67. — *vigebatque*] scripsi ex Lg. 2. 3. 4. 5. 6. 13. 20. 21. 23. 32. 35. 36. 65. 67. 81. 84. Vict. Gu. 2. 3. U. *vigilatque* Lg. 69. 73. 76 corr. ut supr. Vulgo *vigebat.* Longe melius sic constat sententia, cuius tria capita sunt. Philo-

simum; vigebatque auditor Panaetii illius tui Mnesarchus et Peripatetici Critolai Diodorus. 46. Multi erant praeterea clari in philosophia et nobiles, a quibus omnibus una paene voce repelli oratorem a gubernaculis civitatum excludi ab omni doctrina rerumque maiorum scientia ac tantum in iudicia et contiunculas tanquam in aliquod pistrinum detrudi et compingi videbam. 47. Sed ego neque illis assentiebar neque harum disputationum inventori et principi longe omnium in dicendo gravissimo [et eloquentissimo] Platoni, cuius tum Athenis cum Charmada diligentius legi Gorgiam; quo in libro hoc maxime admirabar Platonem, quod mihi in oratoribus irridendis ipse esse orator summus videbatur. Verbi enim contro-

sophorum tunc Athenis docentium summa auctoritate florebant Charmadas Clitomachus Aeschines; secundum eos Metrodorus Mnesarchus Diodorus probabantur; praeterea erant multi alii nobiles quidem, sed illis non comparandi. — *Peripatetici Critolai Diodorus*] sic Pall. duo potiores, Gall. tres, Z. Harl. 1. 2. Erl. 1. 2. Erf. Pearc. recentt. post Ern.; nunc addicunt Lg. 2. 13. 36.

46. *voce repelli*] sic Lg. omnes pr. 76. 81. 85. Gu. 2., qui inv. — *oratorum* Gu. 1. — *civitatum*] *civitatis* Lg. 93. — *contiunculas*] sic Lg. omnes, Vict. Gu. 3. nec notabo post nisi per *c* scriptum ex notabiliorum aliquo. In Lg. 4 adscr. v. *contumelias*. — *tanquam*] sic, non per *m*, nec *umquam*, *quamquam* solent codd. plerique et meliores, hic XX, boni omnes. — *pistrinum*] *pristinum* Lg. 2. 4. 13. 32. 69 corr. omnes; 70. 81. Gu. 3. *pristrinum* Lg. 24. 65. — *et*] om. 6. — *compingi*] *conpingi* Lg. 2. 32. 76. *compungi* 70.

47. *assentiebar*] *ads.* Lg. 13. 65. 70. 73. — *disputationum inventori*] inv. Lg. 20. — *et eloquentissimo*] exclusi interpretis manum, quae etiam Bakio suspecta fuit. — *cum Charm. dll. legi Gorgiam*] hoc ordine Lg. omnes. — *hoc maxime*] *in* vulgo additum omisi secundum optimos Lg. 2. 3. 4. 13. 36. cum quibus conspirant 15. 32. 67. 69. 81. v. explicationes ad I. 3. 12. — *irridendis*] *inrid.* Lg. 32. 65. 70. 73. — *Graeculos homines*] sic transposui secundum Lg. 2. 4. 5. 6. 14. 16. 17. 20. 21. 23. 25. 35. 36. 65. 69. 70. 73. 81. 86. 93.

versia iam diu torquet homines Graeculos contentionis cupidiores quam veritatis. 48. Nam si quis hunc statuit esse oratorem, qui tantummodo in iure et in iudiciis possit aut apud populum aut in senatu copiose loqui, tamen huic ipsi multa tribuat et concedat necesse est. Neque enim sine multa pertractatione omnium rerum publicarum neque sine legum moris iuris scientia neque natura hominum incognita ac moribus in his ipsis rebus satis callide versari et perite potest. Qui autem haec cognoverit, sine quibus ne illa quidem minima in causis quisquam recte tueri potest, quid huic abesse poterit de maximarum rerum scientia? Sin oratoris nihil vis esse, nisi composite ornate copiose loqui: quaero id ipsum

48. *statuit*] *statuet* Lg. 81. Gu. 2. ut Steph. corr. — *tantummodo*] divisim Lg. 2., quod non probandum propter *ταυτολογίαν*. *tantum non* Gu. 2. — *et in iudiciis*] sic pro *aut* correxi secundum Ciceronis morem ex Lg. 2. 13. 70. 81. — *possit*] om. 20. add. *esse possit* 81 corr. — *apud*] *aput* Lg. 24 corr. Omnino eorum sententia, qui ubique corrigunt *sed haut aput* non alio nisi novandi studio capti, nec a libris nec ab inscriptionibus praesidium habent, et a Quintiliano redarguuntur, qui cum in fine vocum *b* ut *p*, *d* ut *t* dicit sonare, et a multis etiam scribi (XII. 10, 32. coll. I. 7, 5), minime suadet, ut recepta scriptura repudietur; ut Grammaticos taceam, quos testes adducit Schneiderus Gr. Lat. I. p. 252. Illa si sectamur, quae forte fortuna in libris aliquando occurrunt, nescio cur improbemus *atfuit* Inscr. 775. p. 186. II Or. *optinebit* p. 201. *pleps* p. 422, 9. *apstulit* p. 602, 7. *opstetrix* 636, 6. *suptilis* 637, 1. *apsolutus* 1083, 8., quod in monumento consulari aetatis Augusti legitur, *supsignato* in lege iudiciaria antiqua p. 512. *opses* p. 288, 3. 453, 1. ex Tiberii aetate, *apsens* p. 436, 2., *it* (i. e. *id*, quod maxime commendo *illut* amantibus), 801, 5. Graev. *apstinere* in decreto Herculanensi p. 475, 11. p. 477. Reines. Contra *adque* est p. 412, 3. 443, 6. 637, 1. 727, 17. 844, 7. eo probabilius, quod Quintilianus l. c. inter praepositionem et coniunctionem a plurimis nullum scribendi discrimen fieri solitum ostendit; *quodannis* 753, 4. *obtimus* 850, 10. *Apud* et *aput* in una in-

qui possit assequi sine ea scientia, quam ei non conceditis? Dicendi enim virtus, nisi ei, qui dicet, ea, de quibus dicet, percepta sint, exstare non potest. 49. Quam ob rem si ornate locutus est, sicut et fertur et mihi videtur, physicus ille Democritus: materies illa fuit physici, de qua dixit, ornatus vero ipse verborum oratoris putandus est. Et si Plato de rebus a civilibus controversiis remotissimis divinitus est locutus, quod ego concedo: si item Aristoteles, si Theophrastus, si Carneades in rebus iis, de quibus disputaverunt, eloquentes et in dicendo

scriptione leguntur p. 370, 3. — *pertractatione*] *protr.* Lg. 81. — *moris*] *morum*, ut vulgatur, Lg. praeter 23., quem ignoro an forte impressus liber sit. Verum est in Gu. 1. 2. Havn. 2. Erl. 2. Ald. Iunt. Crat. Man.; secuti sunt Or. Henr. *ac moribus*] *atque m.* Lg. 36. — *illa*] *ulla* Lg. 13. — *copiose*] *copioseque* Lg. 69. ita corr. 2. — *loqui*] sic Lg. 2. 3. 6. 13. 15. 23. 32 corr. 36. 67. 76. U. Henr. male vulgo *eloqui*. — *assequi*] *adsequi* Lg. 65. 70. 73. 84. — *conceditis*] sic Havn. 1. 2. Lg. omnes, Gu. 2. 3. ed. Hahn. et inde ab Aldo vulg.; *concedis* Erl. 1. rell. edd. antiquiss. Ern. In Vict. puncta supposita literis *it.* V. explicationes. — *ei*] *et ei* Gu. 3. — *dicet*] sic longe lectius utrobique Lg. omnes pr. 15. 24. 81.; modo quod om. alterum *dicet* 69. *is qui dicet* est futurus orator, quem mente instruit et effingit Crassus, *quae dicet* est forte futura dicendi materies. Rem a Goerenzio ad Legg. I. 14, 41. Fin. II. 7, 22. III. 8, 28. nobisque olim ad Brutum 50, 187. paulo minus distincte tractatam, in explicationibus iterum examinabimus ad II. 43, 182. — *ea*] *et ea* Lg. praeter 16. 17. 24. 81. vitiose. om. tres versus usque ad *materies illa* 13. — *de quibus dicet*] *quae d.* Lg. 2. 14. 32 corr. 36. om. 4 sed add. — *sint*] *sunt* Lg. 2. 4. 5. 6. 14. 16. 17. 21. 23. 24 corr. 35. 36. 65. 69. 70. 73. 81. 84. 86. Gu. 1. ita corr. 32. fortasse rectius. *non sint* 20. corr. 69. — *exstare*] *stare* Lg. 2. *extare*] omnes pr. 3. 5. 13.

49. *et fertur*] sic Lg. 2. 4 corr. ut 3. 6. 32 corr. ut 3. 36. 69. 76. U. Z. mg. δ. Erl. 1. 2. Erf. Or. Henr. *et ferunt* 3. 5. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 35. 65. 67. 70. 73. 84. 86. 93. β. δ. edd. antiquiss. *et* om. Havn. 1. 2. α. γ. Lg. 81. 85. et sic vulgo ab Ald. Iunt. — *materies*] *materia* Lg. 14. 15. 93. v. ad 3, 10. —

suaves atque ornati fuerunt: sint hae res, de quibus disputant, in aliis quibusdam studiis; oratio quidem ipsa propria est huius unius rationis, de qua loquimur et quaerimus. 50. Et enim videmus iisdem de rebus ieiune quosdam et exiliter, ut eum, quem acutissimum ferunt, Chrysippum, disputavisse neque ob eam rem philosophiae non satisfecisse, quod non habuerit hanc dicendi ex arte aliena facultatem.

XII. Quid ergo interest? aut qui discernes eorum, quos nominavi, in dicendo ubertatem et copiam ab eorum

physici] *physice* s. *ae, physices (fisice* Gu. 3.). item *philosophiae* s. *phiae* s. *phyae* quidam libri. — *oratoris*] *oratorum* Lg. omnes pr. 15. 17. 76. 81. *ornatorum* 17. *oratoris* p. var. 32. *putandus est oratorum* 36. — *a civilibus*] *ab civ.* Gu. 1. 2. Vict. — *locutus*] *loquutus* Lg. 17. 65. 70. 81 corr. 84. — *item*] *idem* Lg. 3. 4. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 84. 86. ita corr. 76. et Vict. *isdem* 32 corr. ut 3. — *Carneades*] *Charn.* 16. 65. 69 corr. 70. 73. 84. — *iis, de quibus*] *iisdem quibus* Lg. 24. *his* p. *iis* 67. 93. Gu. 2. *ipsis* 73. — *hae*] *eae* Lg. 23. 35. 36. 69. 86. Gu. 2. — *rationis*] *orationis* Lg. 17. 24 corr. 32 corr. 67.

50. *et enim*] sic Lg. 2. 67. 70. 84. 86. Gu. 1. 3. scribo divisim ut *at enim; καὶ γάρ* ut *ἀλλὰ γάρ*. — *iisdem*] *eisdem* Lg. 4 corr. *isdem* 86. Gu. 1. quidam *hiisdem*. — *disputavisse*] *invenisse* Lg. 6. — *hanc dicendi ex arte*] sic Lg. omnes pr. 4. 13. 32, qui *ex* om.; item Gu. 2. 3. *α. δ.* tres Lamb. Pall. nonnulli, Havn. 1. 2. Gu. 1. 2. edd. ab Aldo ad Grut. Or. Henr. — *hanc dicendi in arte* Pall. quidam, Gallicani, Grut. Ern. *in hac dic. arte* Cant. Gonv. U. Z. *ε.* Erl. 1. 2. Erf. Tum *aliena* Gallic. Lamb. tres Erl. 1. 2. Erf. U. *β.* Gu. 2. *alienam* Pall. omnes, Lg. omnes, Gu. 1. 3. Havn. 1. 2. Cant. Gonv. Z. *α. γ. δ. ε.* edd. ante Gurt. inde ab antiquiss. *ex arte alienam hanc dicendi facultatem* edd. antiquiss. Pearc. in ed. pr. verissimam scripturam putabat, quam exhibet *γ*: *in hac arte alienam dic. fac.*, sed in edd. sqq. Gruterianam restituit. Ars *aliena* a philosophia dicitur ars dicendi, *ex* qua facultas illa oriatur.

XII. *qui discernes*] *quo d.* Gu. 1. 2. *quia d.* Gu. 3. *in dicendo ubertatem*] sic pro *ub. in dic.* dedi ex Lg. praeter 36.

exilitate, qui hac dicendi varietate et elegantia non utuntur? Unum erit profecto, quod ii, qui bene dicunt, afferent proprium, compositam orationem et ornatam et artificio quodam et expolitione distinctam. Haec autem oratio, si res non subest ab oratore percepta et cognita, aut nulla sit necesse est aut omnium irrisione ludatur. 51. Quid est enim tam furiosum, quam verborum vel optimorum atque ornatissimorum sonitus inanis nulla subiecta sententia nec scientia? Quicquid erit igitur quacunque ex arte quocunque de genere, id orator, si tanquam clientis

76. 81. 84. 86. *urbanitatem* var. ut t. 2. 4. — *afferent*] sic Sch. de coni. Or. Henr. et sane aut sic aut *afferant* scribendum secundum Lg. 81. Havn. 1. 2. Ern. Bakius vulgatum defendens plane aliena comparat. Futurum *erit* alterum futurum postulat; utrumque enim de oratore non qui nunc sit, sed futuro dictum est. Nam illud *qui bene dicunt* ea lege non afficitur, cum circumlocutione quadam *oratores* significet. *adferunt* Lg. 65. 70. 73. *adserunt* 84. om. 93. — *proprium*] *propriam* Lg. 4. 5. 13. 14. 15. 16. 21. 32. 35. 36. 65. 69. 70. 73. 81. 84. 86. 93. Gu. 3. *propriam orationem* Lg. 20. *propriam et compositam* U. 20. 67. 76. ita corr. et exp. 32. — *expolitione*] *dispositione* Lg. XXI, quorum sunt 2. 3. 4. 65. 67. 69. 70. 73. Gu. 3. *β. δ. ε.* ita var. 76. quod unde ortum sit videbis ex Lg. 13. 32. 36., qui *expositione* habent, in 32 corr. *positione*. Verum mansit in Gu. 1. 2. Lg. 81. 93. — *irrisione*] *inrisione* Lg. 32. 65. 70. 73. 84. Vict. — *ludatur*] *laedatur* U. *ledatur* Lg. 6. 17. 65 corr. 67. 69. 76. *laudatur* 2 corr. Vict. corr. Gu. 3. *laudetur* 32.

51. *est enim*] inv. Lg. 23. 69. 84. Gu. 1. *ergo* p. *enim* 67. om. 84. — *nec*] *neque* Lg. 15. 20. 24. 69. om. 14 add. — *quicquid*] sic Lg. pr. 32. 67., item Gu. 1. v. ad 8, 30. — Distinctiones sustuli post *igitur* et *arte*, ut in unam sententiam colligantur *quidquid erit quacunque ex arte*, ὁποιονοῦν ὁποιαοδήποτε τέχνης ὄν. Ita emendavimus post 15, 67. 19, 87. III. 20, 76. — *id orator, si*] *orator si id* Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 70. 73. 93. *orator id si* 4 corr. ut 3. *or. id scit* Gu. 3. *tamquam* Lg. 65. 69. 70. 73. 93. — *causam*] *causa* Gu. 1. — *ipse ille*] sic pr. *ille ipse* Lg. omnes pr. 3. 17. 67. 76. 81., item Gu. 3. — *eius rei*] *illius rei* Lg. 17.

causam didicerit, dicet melius et ornatius, quam ille ipse eius rei inventor atque artifex. 52. Nam si quis erit, qui hoc dicat esse quasdam oratorum proprias sententias atque causas et certarum rerum forensibus cancellis circumscriptam scientiam: fatebor equidem in his magis assidue versari hanc nostram dictionem, sed tamen in his ipsis rebus permulta sunt, quae isti magistri, qui rhetorici vocantur, nec tradunt nec tenent. 53. Quis enim nescit maximam vim exsistere oratoris in hominum mentibus vel ad iram aut ad odium aut ad dolorem incitandis vel ab hisce iisdem permotionibus ad lenitatem misericordiamque revocandis? quae, nisi qui naturas hominum vimque

52. *certarum*] *ceterarum* Gu. 2. Lg. 2. 4. 14. 15. 20. *quasi certarum* 3. 26 corr. 37. 67. 93. ita corr. et exp. 32. *coeterarum* aut *caet.* nonnulli. *cancellis*] *quasi canc.* Lamb. — *in his*] *in illis* Gu. 1. — *fatebor equidem*] *fateor enim* Lg. 15. — *dictionem*] *ditionem* Lg. 4. ita corr. 76. *dicionem* Gu. 1. — *in his*] *in iis* Lg. 23. 93. Gu. 1. *his* om. 81. — *isti*] *ipsi* Lg. omnes pr. 81. 85. al., quod praeferrem, nisi proxime praecederet *ipsis.* — *nec tenent*] *neque t.* Gu. 2.

53. *exsistere*] *existere* Lg. omnes pr. 3. 4. 5. 15. — *ad dolorem*] *ad* om. Gu. 3. Lg. plerique, al. Addunt Lg. 23. 81. Havn. 1. 2. Gu. 1. 2. et sane imparilitas illa ferenda non est. — *incitandis*] *excitandis* Lg. 17. — *hisce*] *iisce* Gu. 1. 2. 3. — *iisdem*] *eisdem* Lg. 2. *isdem* 4. Gu. 1. 3. — *quae nisi*] Sic omnes codd. ἀναχολούθως, defendit Pearc., restituit Or. Lambinus de Passeratii coniectura *quare nisi,* quod rec. Ern. Sch. Muell. „Vide an ita defendi possit *quae,* ut dicas ἀναχόλουθον esse. Cum enim dicere vellet Cicero *quae, nisi qui* (naturam hominum) *perspexerit, dicendo perficere non poterit,* post longius circumductam orationem *quod volet* per redundantiam quandam addidit.“ *Matthiae* in Misc. Cr. I. 676. cuius cf. comm. de anacol. in Wolf. Anal. II. p. 17. Fateor tamen verba illa *naturas hominum — reflectuntur,* cum fere integram referant sententiam proximam, interpretamenti male adiecti similia videri. — Ceterum *revocandisque* pro *revocandis? quae* Gu. 2. *inflectuntur* 21. 36 corr. ut 67., i. e. *flectuntur.*

omnem humanitatis causasque eas, quibus mentes aut incitantur aut reflectuntur, penitus perspexerit, dicendo quod volet perficere non poterit. 54. Atque totus hic locus philosophorum proprius videtur neque orator me auctore unquam repugnabit; sed quom illis cognitionem rerum concesserit, quod in ea solum illi voluerint elaborare, tractationem orationis, quae sine illa scientia nulla est, sibi assumet. Hoc enim est proprium oratoris, quod saepe iam dixi, oratio gravis et ornata et hominum sensibus ac mentibus accommodata.

XIII. 55. Quibus de rebus Aristotelem et Theophrastum scripsisse fateor. Sed vide ne hoc, Scaevola, totum

54. *atque*] sic Gruteri codd. U. Havn. 1. 2. Erf. Hahn. Med. accedunt Lag. XXV, quorum sunt 3. 5 corr. 13. 36. 65. 67. 69. 70. 73. Vict. Gu. 3. Rell. *atqui.* Perpetuo haec miscentur; sed *atqui* ferri non potest, cum non sequatur conclusio. — *proprius videtur*] sic Lg. XVIII bonique omnes, Erl. Erf. — Gruteri codd. edd. antiq. Grut. Ern. *proprius putatur,* ut Havn. 1. 2. *α. ε.* mg. *δ.* Lg. 3. 6. 16. 21. 65. 67. 70. 73. 76. 81. Gu. 1. 2. ita corr. Lg. 5. var. 32. Sic opus non est illa *neque orator — repugnabit παρενθέτως* dicta cum Bakio putare, ut oratio interrupta resumatur *ἀνακολούθως.* Invertunt codd. nulli, sed edd. Ald. Iunt. Crat. Man. Lamb. Sch. Muell. Or. Henr. *pr. videatur* U. — *auctore*] *actore* Gu. 3. — *unquam*] *nunquam* Lg. 17. 23. 36 pr. m. — *quom*] scripsi ex Gu. 3. Lg. 2. 13., qui *quam* habent; 4. 32 corr. (*qm̄*), 36., is *quom.* — *voluerint*] *voluerunt* Lg. 15. 17. 20. 70 corr. 81. Lamb. — *tractationem*] *traditionem* Lg. 3. 67. *tractatione* 23. *tractionem* (i. e. *rationem*, expunctis duobus *t)* Gu. 1. — *scientia*] *scientiam* Lg. 2. 13. 32 corr. 36 corr. iidem *nullam.* Vict. utrumque corr. — *assumet*] *assumat* Lg. 4. *adsument* 5 corr. ut 6. *adsumet* 6. 13. 65. 84. — *hoc enim est*] *enim* om. Lg. VII, quorum est 67. *est* om. Gu. 3. *est enim* Lg. 69. — *dixi*] Lg. soli 13. 36. 76. 81. 85. Rell. et Gu. 3. *dixeram.* — *sensibus ac ment.*] inv. Lg. 13. — *accommodata*] *acconmodata* Lg. 69. *adcomm.* 84.

XIII. 55. *a me*] *a mea causa* Lg. 76. — *isti quae*] *isti qui* Lg. 2. 13. 14. 15. 20. 21. 32 corr. 36. 67. 69. 76 corr. 93. Vict. Gu. 3. ita corr. 3. 24. — *de his*] *de iis* Lg. 5. 17. 20. 24.

sit a me. Nam ego quae sunt oratori cum illis communia non mutuor ab illis: isti quae de his rebus disputant oratorum esse concedunt. Itaque ceteros libros artis suae nomine, hos rhetoricos et inscribunt et appellant. 56. Et enim quom illi in dicendo inciderint loci, quod persaepe evenit, ut de diis immortalibus de pietate de concordia de amicitia de communi civium de hominum de gentium iure de aequitate de temperantia de magnitudine animi de omni virtutis genere sit dicendum, clamabunt, credo, omnia gymnasia atque omnes philosophorum scholae, sua esse haec omnia propria, nihil omnino ad oratorem per-

65. 70. 73. — *rebus*] om. Gu. 1. — *oratorum*] *horum* Gu. 3. Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36 corr., quod ex male intellecto compendio vitiosae scripturae *horatorum* fluxit, quae ipsa legitur in 36. a sec. m. — *ceteros*] *certos* nonnulli Lg. *coeteros* 3. *caet.* VIII libri. — *artis suae*] *artis isti suae* vitiose lectum in quibusdam edd.: *isti* abest a Lg. omnibus, Gu. 1. 2. 3. Vict. quanquam in Lg. 36. a sec. m. expunctum. *aristii artis suo* Lg. 4. Vict. a m. sec. *arti* Lg. 13. 36. Gu. 3. U. *suo* Gu. 3. U. — *inscribunt*] *scribunt* Lg. 3. 4. 6. 16. 67. *et* ante *inscr.* om. Gu. 2.

56. *et enim*] sic Lg. 2. Gu. 3. *eo enim* Gu. 1. *cum enim illi* Lg. 3. 16. 23. 24. 67. 69. 86. *quom enim* 5. 65. 81. *quem enim* 6. *quom enim illi* 21. 73. *quom enum* 70. Utique scribendum *quom.* — *diis*] *dis* Lg. 5. 6. 15. 16. 24 corr. 65. 86. quod non repudio, cum optimi libri offerunt, sed non magis probo solum, quam *ei, eis, eisdem, isdem.* Quod Cicero dicit *isdem* una syllaba pronuntiari in Oratore 47, 157, non necessario ita scriptum esse demonstrat. Probo Orellium in Addendis ad Acad. p. 60. Goerenzii sententiae adversantem. — *immortalibus*] *inmort.* Lg. 24. 69. 76. 84. — *communi*] *conm.* Lg. 69. Hoc et seqq. quatuor verba om. 17. — *de* ante *hominum* et *gentium* om. Vict. non male. — *de omni*] *de* om. Gu. 3. — *credo*] *credunt* Gu. 3. *Cum inciderunt — clamant* Bakius legendum putat, quod posterius sententiam perdit. *Evenit* pro praeterito habuisse videtur. *Cum inciderint* est *quotiescunque.* — *omnes*] om. Lg. 14. 15. 20. 93. *omnium* 81. — *esse haec omnia*] sic Lg. XVII bonique omnes, et Lambinus. ita corr. 35. *omnia* om. Gu. 1. *Propria* interpretem redolet. — *oratorem*] *retorem* Gu. 3.

tinere. 57. Quibus ego, ut de his rebus in angulis consumendi otii causa disserant, cum concessero, illud tamen oratori tribuam et dabo, ut eadem, de quibus illi tenui quodam exsanguique sermone disputant, hic cum omni gravitate et iucunditate explicet. Haec ego cum ipsis philosophis tum Athenis disserebam. Cogebat enim me M. Marcellus hic noster, qui nunc aedilis curulis est et profecto, nisi ludos nunc faceret, huic nostro sermoni interesset; ac iam tum erat adolescentulus his studiis mirifice deditus. 58. Iam vero de legibus tuendis de bello de pace de sociis de vectigalibus de iure civium generatim in ordines aetatesque descripto dicant vel Graeci,

57. *his*] *iis* Lg. 17. 23. 65. 70. 73. *his de rebus* Gu. 1. 2. — *omnibus* ante *in* eiecit Lamb.; quem sequor, cum inutile vocabulum absit a Gu. 1. 3. et Lg. omnibus praeter 4. 69. — *illud tamen*] inv. 81. — *eadem*] *ea* Gu. 1. — *exsanguique*] sic Lg. 2. 4. 13. 23. 32. 36. 69. Plerique *exiguoque*, ut et Vict. Gu. 1. 2. Viam corrumpendi vocabuli monstrat *exiguique* in Gu. 3. — *gravitate et iuc.*] inv. Lg. 3. 4. 13. 17. 20. 32. 36. 67. 81. — *ego*] *ergo* Gu. 3. *tum*] om. Lg. 2. 3. 13. 23. 32 add. 36. 67. 69 add. U. *cum* 20. 81. — *disserebam*] *disserebat* Gu. 3. *disputabam* U. — *et profecto*] *qui pr.* Hav. 2. Gu. 2. Lg. 3. 5. 6. 16. 17. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 70. 73. 81. 84. 86. ita corr. 32. — *ac iam*] *etiam* Lg. 69. 93. — *tum*] *cum* Lg. 2. 20. 32 corr. 69. — *adolescentulus*] *adul.* Lg. 65. 73. 84.

58. *vero*] *non* Gu. 3. — *tuendis*] scripsi ex U. Z. Lg. 2 v. u. t. 4. 13. 32 corr. 36. 69 corr. Gu. 3. Erl. 1. 2.; quod non minus aptum ad genus suasionum et dissuasionum. Vulgo *instituendis*. — *de sociis*] *et de soc.* Lg. 21 corr. *de* om. Lg. 2. 3. 13. 32. 36 add. 67. 69. Vict. Gu. 3. U. — *de vectig.*] *de* om. Vict. Gu. 3. U. — *civium*] unde *civili* ab editoribus recentioribus repertum sit non perspicio; nisi quod ita Vict. a sec. m. et Gu. 2. Est autem plane perversum: v. explicationes. — *aetatesque*] *etatisque* Lg. 2 corr. 6. 13. 17. 20. 21. 35. 36. 65. 73. 84. *aetatis* 23. *ac aetates* 32. *ac aetatesque* 69. — *si volunt*] *si* om. Gu. 3. — *quanquam*] plerique per *m.*; illud Lg. 16. 73. 86. *quoniam* 2. 13. 36. 69. U. *quam* 32 corr. — *eloquentium*] *lo-*

si volunt, Lycurgum aut Solonem (quanquam illos quidem censemus in numero eloquentium reponendos) scisse melius, quam Hyperidem aut Demosthenem perfectos iam homines in dicendo et perpolitos: vel nostri decemviros, qui XII tabulas perscripserunt, quos necesse est fuisse prudentis, anteponant hoc genere et Ser. Galbae et socero tuo C. Laelio, quos constat dicendi gloria praestitisse: 59. nec enim negabo esse quasdam artis proprias eorum, qui in his cognoscendis atque tractandis studium suum omne posuerunt: sed oratorem plenum atque perfectum esse eum, qui de omnibus rebus possit copiose varieque dicere.

quentium Lg. 4. *eloquentum* 32. — *et perpolitos*] *et* om. Lg. 69. — *nostri*] codd. omnes *nostros.* illud Man. Lamb. recentt. post Sch. — *decemviros*] divisim aut *X viros* XIII Lg. quorum 65. 67. 70. 76. — *perscripserunt*] *scripserunt* Gu. 1. 2. — *prudentis*] sic Lg. 13. 14. 16. 17. 21. 24. 35. 65. 70. 73. 84. 86. 93. *providentis* 36. — *hoc genere*] *in* vulgo additum pauciores, sed meliores libri om., Lg. 2. 3. 4, 13. 32. 36. 67., itaque 69. 76. a sec. m. v. explicatt. ad I. 3, 12. — *Ser.*] *sergio* Lg. 32. 69. 76. Vict. *sermo* Gu. 1. — *gloria*] *gloriam* Lg. 69. Gu. 3.

59. *nec enim*] scripsi secundum Lg. 2. 69. Gu. 3. convenit 4., in quo *neque enim. quam* 13. *nemo* 17. *non* 36. *nec enim non* U. Z. Rell. et vulg. *nunquam.* — *artis*] sic Lg. 23. 86. *partis* 13. 36. *partes* Gu. 3. Lg. 2. 3. 4. 32. 35 corr. 67. 69 corr. 76 corr. *artes quasdam* inverso ordine Gu. 1. 2. — *omne*] *omnes* Lg. 14. 65. 84. item a pr. m. 5. 24. ita corr. 32. *oms* 6. *omne suum pos.* fucata elegantia Lamb. — *posuerunt*] *deposuerunt* Lg. praeter 4. 17. 81. 85. 86. 93., item Gu. 3. U. Sed in Lg. 93. est *disposuerunt,* in 24. a sec. m. *reposuerunt.* — *esse eum, qui*] sic omisso *dicam* dedi ex Lg. omnibus praeter 3. 67., item Gu. 1. 2. *voluerunt* (p. *dicam)* Gu. 3. manifesta interpolatione. Assumendum verbum affirmandi ex praegresso *negabo,* v. explicationes. — *copiose varieque*] sic Gu. 3. Lg. omnes pr. 2., et melius est, cum prius ad inventionem, hoc ad disponendi artem pertineat.

XIV. Et enim saepe in iis causis, quas omnes proprias esse oratorum confitentur, est aliquid, quod non ex usu forensi, quem solum oratoribus conceditis, sed ex obscuriore aliqua scientia sit promendum atque sumendum. 60. Quaero enim num possit aut contra imperatorem aut pro imperatore dici sine rei militaris usu aut saepe etiam sine regionum terrestrium aut maritimarum scientia, num apud populum de legibus iubendis aut vetandis, num in senatu de omni rei publicae genere dici sine summa rerum civilium cognitione et prudentia, num admoveri possit oratio ad sensus animorum atque motus vel inflammandos vel etiam exstinguendos (quod unum in oratore dominatur) sine diligentissima pervestigatione earum omnium rationum, quae de naturis humani generis ac moribus a philosophis explicantur. 61. Atque haud scio

XIV. 59. *Et enim*] sic divisim Lg. 67. 84. 86. Gu. 2., in quo id perpetuum. — *iis*] *his* Lg. 23. 65. 67. 69. 70. 73. 84. 86. — *est aliquid*] inv. Lg. 69. — *conceditis*] *concedis* Lg. 15. *conceditur* 17. — *ex obscuriore*] *ex* om. Lg. 2. 3. 67. 69 add. — *in* 4. — *atque*] sic Lg. omnes, Havn. 1. Cant. Norf. Mead. Gonv. Harl. uterq. Erl. uterq. U. Z. β. γ. δ. ε. Erf. Gu. 3. *et* Havn. B. Gu. 1. 2. al. — *sumendum*] sic Lg. omnes et illi, in quibus *atque* legitur, praeter Havn. 1., item edd. antiquiss. Pearc. 1. 2. Ern. *assumendum* Havn. 1. Lamb. Sch. Or. Henr. Colliganda autem *promendum atque sumendum*, i. e. in usum vocandum; vide tamen explicationes.

60. *num*] om. Gu. 3. *non* Gu. 1. idque et post bis. — *usu*] om. Lg. 2. 4 add. 13. 32 add. 36. 69 add. — *et*] *atque* Lg. 23. — *prudentia*] *scientia* Lg. 20 corr. — *exstinguendos*] *exting.* Lg. omnes pr. 5. — *oratore*] *oratione* Lg. 3 v. u. t. 32. 67. 69. Lamb.

61. *haud scio an*] *haud scio haud* Gu. 1. 2. Pro *haud* Gu. 17 *aut*. — *hoc vobis*] sic Lg. 2. 20. 23. 76. 81. 85. Rell. et Gu. 2. inv. *haec* Vict. — *dubitabo*] *dubito* Gu. 2. Lg. 2. 3. 14. 15. 20. 26. 37. 67. 93. Havn. 1. pr. m. edd. antiquiss. Ald. Iunt. Crat. Sch. — *paulo*] sic Lg. XX, quorum sunt 13. 17. 65.

an minus hoc vobis sim probaturus: equidem non dubitabo quod sentio dicere. Physica ista ipsa et mathematica et quae paulo ante ceterarum artium propria posuisti, scientiae sunt eorum, qui illa profitentur; illustrare autem oratione si quis istas ipsas artis velit, ad oratoris ei confugiendum est facultatem. 62. Neque enim, si Philonem illum architectum, qui Atheniensibus armamentarium fecit, constat perdiserte populo rationem operis sui reddidisse, existimandum est architecti potius artificio disertum quam oratoris fuisse. Nec, si huic M. Antonio pro Hermodoro fuisset de navalium opere dicendum, non, quom ab illo causam didicisset, ipse ornate de alieno artificio copioseque dixisset. Neque vero Asclepiades, is quo nos medico amicoque usi sumus, quum eloquentia vincebat ceteros medicos, in eo ipso, quod ornate dicebat, medicinae fa-

67. 69. 70. 73. 76., quidem ὑφ' ἓν eum *ante*, paulo *post* 17 corr. *paulo* om. 14. 15. 20. De scriptura v. Schneideri Gr. Lat. vol. I. p. 2. p. 413. — *illustrare*] *inlustr.* Lg. 65. 70. 73. 84. *illustrare* Gu. 3. Ern. *inlustri* Vict. — *artis*] dedi ex Lg. 13. 36. 86. — *ad oratoris*] addunt *tanquam ad architecti alicuius* Gu. 1. t. a. arch. potius α. γ. δ. primus *alicuius* in mg. *alienis* p. alicuius Gu. 2.

62. *constat perdiserte*] inv. Lg. 17 corr. *constet* Gu. 1. 2. — *quam oratoris*] om. Z. Lg. 2. 4 add. 13. 32 add. 36. 69 add. Gu. 3., bene, nisi adesset *potius*. — *nec*] *neque* Lg. 6. *ne* Gu. 3. — *huic*] *hoc* Gu. 1. 2. — *fuisset*] *fuisse* Gu. 3. — *quom*] scripsi ductus Lg. 2. 4. 5. 6. 13. 15. 17. 24. 32. 36. Gu. 3., in quibus est *nunquam* pro *non quom* s. *cum;* corr. u. t. a sec. m. in 5. 24. v. u. t. 32. *quam* (p. *cum)* 21. *cum* c. v. *nunquam* in 76. — *causam*] *carmen* Lg. 6. — *artificio*] *aedificio* s. *edif,* Lg. 5. 6. 13. 16. 17. 24. 65. 73. 84. 86. ita corr. 23. — *Asclepiades*] *Asclepides* Lg. 2. 13. 20. 35. 36 corr. Gu. 3. — *is*] om. 23. 67. Falso autem inciditur post *is*, cum *is qui* non alia vi praeditum sit, quam *qui* solum, sed paulo significantius. Sic dicitur p. Cluent. 1. Rull. I. 1. N. D. I. 13, 35. II. 41, 104., quae sententia, ut haec nostra, male distinguitur, Legg. I. 16, 44. et

cultate utebatur, non eloquentiae. 63. Atque illud est probabilius neque tamen verum, quod Socrates dicere solebat, omnes in eo, quod scirent, satis esse eloquentis: illud verius neque quenquam in eo disertum esse posse, quod nesciat, neque si optime sciat ignarusque sit faciundae ac poliendae orationis, diserte id ipsum, de quo sciat, posse dicere.

XV. 64. Quam ob rem, si quis universam et propriam oratoris vim definire complectique vult, is orator

in his libris I. 23, 109. 60, 256. II. 7, 29. 8, 38. 12, 52., ubi male distinguunt, 13, 56. 17, 72. 46, 194. 48, 200. Cf. Buechnerum ad Rosc. Am. p. 142. — *cum*] omisi inutile *tum* secundum Lg. omnes praeter 81. In 76. m. sec. delevit. Contra *cum* deest in Gu. 3. — *ceteros*] *caeteros* Lg. VIII., sed bonorum nullus; *coet.* 13. 20. 67.

63. *eloquentis*] scripsi ex Lg. 13. 36. — *quenquam*] sic Lg. XIV., quorum 13. 15. 36. 67. — *si optime*] *si id optime* vulgo. Sed abest *id* a Lg. XVIII bonisque omnibus, item ab Havn. 1. 2. Gu. 2. 3. nec habet quo referatur, nisi ad proximum *quod nesciat:* quae sententia inepta est. Statim *si* ante *sit* inculcant Lg. 3. 4 corr. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 17. 21. 24. 35 corr. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 84. 86. 93. ita a sec. m. 2. om. 32 add. sec. m. Havn. 1. 2. Erl. 1. 2. edd. antiquiss. Muell. Or. Abest *si* a Lg. 2 pr. m. 20. 23. 32 pr. m. 76. 81. 85. Ald. sqq. et iure quidem. Iteratur in conditione ea, quae sui iuris est et ordine cum antecedente nectitur, non in ea, quae oppositum quoddam continet, ut haec, in qua *ignarusque sit* est *ita tamen, ut ignarus sit.* — *faciundae*] *facunde* Lg. 2 corr. 14 corr. 70. *facundie* 4 corr. 16. 70. 73. 86. ita corr. 3. *faciendae* 20. 21. Gu. 1. 2. Lamb. *facundae* 21. 84. *facundiae* 21. corr. om. 69. 76 add. — *poliendae*] *poliundae* Lg. 17. *polliunde* 76. — *de quo sciat, posse dicere*] sic Lg. omnes praeter 69. 76. 81. 85. it. Erl. 1. Erf. In Lg. 69 est *non posse dicere*, itaque sec. m. 32. Vet. Steph. Erl. 2. γ. ed. s. l. & a. Med. 1. 2. Ven. *posse* ponit post *dicere* Gu. 3. *quod sciat* Lott. Asc. Vulgatur quod Lg. 76. 81. 85. Havn. 1. 2. habent, *posse, de quo sciat, dicere.* Heusing. et Or. *de quo sciat* uncinis includebant.

XV. 64. *quam ob rem*] ἐφ' ἕν vulgo et X Lg. quorum 65. 67. 69. 73. 76, item Gu. 1. *complectique*] *conpl.* Lg. 2. 67. —

erit mea sententia hoc tam gravi dignus nomine, qui, quaecunque res inciderit, quae sit dictione explicanda, prudenter et composite et ornate et memoriter dicet cum quadam actionis etiam dignitate. 65. Sin cuipiam nimis infinitum videtur, quod ita posui, *quacunque de re,* licet hinc quantum cuique videbitur circumcidat atque amputet: tamen illud tenebo, si quae ceteris in artibus aut studiis sita sunt orator ignoret tantumque ea teneat, quae sint in disceptationibus atque usu forensi: tamen his de rebus

vult] *volt* Vict. quod probarem, si meliores testes haberet. — *quaecunque*] sic, non per *m*, XIV Lg. quorum sunt 2. 4. 13. 15. 36. 67. 69. 70. 76. — *res*] om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. 69. Z. *β*. — *inciderint*] Gu. 3. *ε*. — *sit*] *sint* Gu. 3. *ε*. non deterius haec. — *composite*] *conp.* Lg. 2. 67. — *dicet*] sic Vet. Steph. Gu. 3. Erl. 2. Erf. edd. antiquiss. fortasse exc. Hahn., Sch. Or. Henr. firmatur nunc Lg. omnibus pr. 81. 85. Vulgo (it. Havn. 1. 2. et post Ald. edd.) *dicat*. — *actionis etiam*] sic pro *etiam actionis* posui ex Gu. 2. 3. et Lg. omnibus pr. 15. 23. 69. 84. 85.

65. *cuipiam*] *cuidam* Lg. 3. 67. *cuipam* 23. *quoipiam* Vict., quod reciperem, si qui bonus liber accederet. — *posui*] sic Lg. 2. 4. 13. 32. 36. 69. 85. vet. Steph. Z. itaque Lamb. Grut. Ern. Muell. Henr. Rell. et Havn. 1. 2. *α. β. γ. δ. ε.* edd. antiquiss. et Or. *proposui*, ut et in ceteris Lg. item in 32. 36. 69 a correctore legitur. „Nullam enim sententiam attulit, sed verba quaedam, quae nunc cum correctione aliqua repetit“ *Henrichsen.* Quanquam etiam alio significatu aliquando *ponere* dicitur; v. explicatt. ad I. 34, 154. — *quocunque*] Lg. XV. v. supr. — *hinc*] *huic* Lg. 32. 67. 69 corr. 73. 81. Vict. ita corr. 76. Quippe in codd. paulo antiquius scriptis *in* et *ui* dignosci saepe nequeunt. — *sint*] *sunt* Gu. 1. — *atque usu*] sic Lg. 2. 4. 5 corr. 6. 13. 16. 23. 24. 32 v. *aut*. 35. 36. 69. 70. 73. 84. 86. edd. post Ern. Ceteri *aut*. om. Gu. 3. Praepositionem *in* om. Lg. omnes praeter 17. 81. 85., item Gu. 3. Nec est causa addendae, cum alterum ex altero quasi fluit et gignitur. Non magis egemus praepositione II. 25, 105: *benignitatem ab ambitu et largitione seiungere,* ubi *ab* addunt codd. peiores. Est genus ambitus largitio. ib. 27, 116: *quae tota in disputatione et argumentatione oratoris collocata est.* Disputat orator argumentandi artificio utens. Codd. hic boni adeo *in* addunt, non tamen 4. 32. 69. 81.

ipsis si sit ei dicendum, cum cognoverit ab iis, qui tenent, quae sint in quaque re, multo oratorem melius, quam ipsos illos, quorum eae sint artes, esse dicturum. 66. Ita si de re militari dicendum huic erit Sulpicio, quaeret a C. Mario affini nostro; et cum acceperit, ita pronuntiabit, ut ipsi C. Mario paene hic melius, quam ipse, illa scire videatur; sin de iure civili, tecum communicabit teque hominem prudentissimum et peritissimum in iis ipsis rebus,

Acad. I. 35, 112: *in tantas angustias et stoicorum dumeta.* In Off. II. 1, 1. *de instituto ac iudicio meo* fortasse rectius cod. Goth. Etiam infra 52, 225 plures codd. fortasse rectius omittunt *in;* cf. III. 29, 111. Contra in rebus simpliciter compositis praepositio additur, ubi libenter ea careas, velut II. 11, 44. — *si sit*] *si* ante *his de rebus* ponunt Gu. 3. et Lg. praeter 2. 4. 13. 17. 20. 23. 32. 36. 69. 81. 85., sed et 32 et 69 a corr. Convenit *siis* 4 corr. *si his, si hiis* 17. *si iis* 20. 25. — *cognoverit*] *agnoverit* Lg. 3. 67. 69. ita v. 32. *cognorit* 76. 81. et Anglici quidam, ut Ern. — *quaque re*] *unaquaque re* Lg. 93. et divisim 36. *quacunque* 69. — *ipsos illos*] inv. Lg. 69. 71. 81. — *eae*] *hec* Lg. 2. *he* 3. 4. 13. 14. 21. 32. 35. 67. 69. om. 6. — *sint*] sic Gu. 3. Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. 69. Lamb., quibus parui, quod in apodosi sententiae oratione obliqua prolata ceteris etiam locis coniunctivi comparent. Al. *sunt.*

66. *ita*] *itaque* Lg. 69. — *huic erit*] inv. Lg. 3. 67. ita corr. 32. — *a C. Mario*] *at melio* Gu. 3. et om. sqq. usque ad *paene. G.* pro *C.* nonnulli, ut solent. — *affini*] non multum absum quin *affine* scribam ex Lg. 2. 20. 69. 76. 81. Gu. 1. 2. ita var. 32. Quod Schneiderus dicit p. 222. illud praeter Ter. Hec. V. 3, 9. certa fide non esse, non constabit pluribus libris accuratius inspectis; vide Quintil. VI. 3, 86. et Charisium, qui *nobile* attulit fortasse ex autographo Ciceronis (p. 478. Orell.). — *adfini* Lg. 65. 70. 73. 84. Ceterum *nostro affine* Lg. 76. 81. Gu. 1. — *acceperit*] *accepit* Lg. 2. *adceperit* 65. 70. 84. — *pronuntiabit*] haec (per *t* literam) est constans optimorum scriptura, hic quidem omnibus pr. 17. 73. om. haec usque ad *iure civili* 24. — *C.*] om. Lamb. male, v. expl. ad III. 1, 4. — *ipse illa*] *illa ipse* Lg. 20. 76. 81. — *commun.*] *conm.* Lg. 69. — *teque*] *te* U. γ. δ. ε. Vict. Gu. 1. 2. 3. Lg. omnes pr. 76. 81. 85. 86. ita corr. 76. ortum ab eis, qui *te* apo-

quas abs te didicerit, dicendi arte superabit. 67. Sin quae res inciderit, in qua de natura de vitiis hominum de cupiditatibus de modo de continentia de dolore de morte dicendum sit, forsitan, si ei sit visum (etsi haec quidem nosse debet orator), cum Sex. Pompeio erudito homine in philosophia communicarit: hoc profecto efficiet, ut, quamcunque rem a quoquo cognoverit, de ea multo dicat ornatius, quam ille ipse, unde cognorit. 68. Sed

dosin incipere putarent. Figura anaphora orationi minime convenit. — *iis*] *his* Lg. 3. 4. 13. 14. 16. 21. 24. 32. 65. 67. 69. 70. 73. 84. 86. 93. Gu. 3. non deterius, et reciperem, si addicerent Lg. 2. 36. *iis* om. Gu. 2. *ipsis* ibi om. Lg. 2. 4. Gu. 3. *rebus ipsis* 4.

67. *quae*] sic (vel *que)* Lg. omnes, Gu. 1. 3. Ern. ut edd. antiq. pleraeque. Aliae *qua*. — *inciderit*] *inciderint* Lg. 67. — *etsi*] *et si* Lg. 2. 67. 69. 70. 73. 81. 84. 86. 93. *et* Gu. 1. — *nosse*] *noscere* Lg. 17. *communicarit*] sic aut *conmun.* aut *comunic.* Havn. 1. Erl. 1. *δ. ε.* Erf. Lg. 2. 5. 6. 13. 14. 16. 17. 20. 21. 32. 69. ita corr. 24. *communisarit* 15 corr. ut 2. *communicaverit* Gu. 1. Lg. 76. 81. *communicaret* Havn. 2. *communicavit* 3. 5. 36. 65. 70. 73. 84. 86. 93. medium inter verum illud et vulgatum ab Ald. Iunt. Erl. 2. Ox. plerisque *communicabit*. Verum est etiam in edd. antiquiss. praeter Med. 2. Lott., et recentt. post Ern. — *quamcunque*] *quamque* Lg. 3. 14. 20. 24. 36. 67. *quamquam (quanq. quāq.)* 5 corr. ut 3.; 6. 13. 21. 23. 32. 65. 69. 73. 84. 86. Or. vitiose, siquidem *quisquis* nisi substantive non dicitur, et feminino genere plane caret. *quanque* 35. *quam quam* 70. *quancunque*, ut solent, Iunt. Lamb. — *a quoquo*] restitui secundum edd. antiquiss. Havn. 1. 2. *β.* Gu. 3. Lg. 2. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 35. 65. 69. 70. 73. 76. 84. 86. 93. ita corr. 81. *quoque* Gu. 2. V. ad 12, 51. Nam errabit, si quis hoc pro *quoque* dictum opinabitur. — *cognoverit*] scripsi ex Lg. omnibus pr. 81. it. U. Vict. Gu. 2. Lamb. In Vict. a pr. m. fuit *agnoverit*. Post *cognorit* tuentur Lg. pr. 3. 4. 6. 35. 67. 69. 76. Vict.

68. *audiet*] scripsi ex Z. Erf. Lg. optimis 2. 3. 4 corr. 13. 32. 35. 36. 67. 69. Gu. 3. Ita sequitur *nisi tenebimus*. — *quoniam*] *quem* Lg. 2. 3. 4 corr. *q̃m* Vict. Gu. 1. — *tris*] scripsi ex Gu. 1. Lg. 3. 6. 13. 16 corr. 23. 24. 67. 86. — *partis*] sic

si me audiet, quoniam philosophia in tris partis est tributa, in naturae obscuritatem, in disserendi subtilitatem, in vitam atque mores: duo illa relinquamus atque largiamur inertiae nostrae; tertium vero, quod semper oratoris fuit, nisi tenebimus, nihil oratori, in quo magnus esse possit, relinquemus. 69. Quare hic locus de vita et moribus totus est oratori perdiscendus; cetera si non didicerit, tamen poterit, si quando opus erit, ornare dicendo, si modo ad eum erunt delata et ei tradita.

quos modo dixi et 17. 21. 24. 65. 70. 73. 84. ita corr. 32. — *tributa*] longe elegantius hoc olim vulgato *distributa* exstat in Lg. 4 corr. 5. 13. 14. 16. 21. 23. 24 corr. 32. 35. 36. 65. 70. 73. 76. 81. 84. 86. duobus Lamb. Havn. 1. ε. Erl. 1 pr. m. recentt. inde ab Ern. Rell. et edd. antiquiss. *distributa.* — *in naturae*] *una in n.* Gu. 3. — *atque*] sic Vet. Steph. Cant. Harl. 1. 2. Gonv. Z. β. γ. δ. ε. Erf. Erl. 1. 2. edd. antiquiss. accedunt Lg. omnes praeter 4. 6. 20. 36. 76. 81. 84. 85. 86. ita corr. 81. *ac* 6. 20. om. usque ad *quare his* 36. *aut* 69. Vulgo *idque* inde ab Ald. Iunt., itaque Havn. 1. 2. Gu. 1. 2. — *largiamur inert. n.*] *inertiae n. l.* Lg. 69. *inertiae* om. Gu. 2. — *esse possit*] inv. Lg. 32. 67. 69. Vict.

69. *et moribus*] *ac m.* Lg. 76. 81. *cetera*] per *ae* Lg. VIII. per *oe* 13. 20. 67. Perpetuae sunt hae scripturae, nec notabo posthac, nisi quis bonus liber praeter Lg. 13. *ae* s. *oe* monstrat. *opus erit*] *volet* Lg. 3. 5. 6. 16. 17. 21. 23. 24. 65. 67. 70. 73. 76. 81 v. u. t. 84. 86. ita corr. 32. Gu. 1. 2. memorabilis scriptura, quam reciperem, si addicerent 2. 4. 13. 36. — *ad eum erunt*] vulgo *erunt ad eum.* Mutavi propter Vict. Lg. omnes praeter 3. 17. 35. 76. 81. Paulo ante pro *si modo* in Lg. 76. 81 corr. et Gu. 1. 2. est *cum*, ut in Steph. Iunt. — *et ei tradita*] sic Lg. omnes pr. 3. 17., item Vict. *tradita ei* 17. Vulgo *ei* abest: de quo zeugmate casus bene disseruit Kritzius ad Sall. Iug. p. 296. Sed si ullo loco pronomen excidere per errorem potuit, hic est, cum praecedit *et*, sequiter vox a *t* litera incipiens. *Et ei tradita* glossatoris putat esse Ernestus, cum tamen a praegresso *delata* sensu diversissimum sit. Significat enim *exposita* ad oratorem edocendum.

XVI. Et enim si constat inter doctos hominem ignarum astrologiae Aratum ornatissimis atque optimis versibus de caelo stellisque dixisse; si de rebus rusticis hominem ab agro remotissimum Nicandrum Colophonium poëtica quadam facultate, non rustica, scripsisse praeclare: quid est cur non orator de rebus iis eloquentissime dicat, quas ad certam causam tempusque cognorit? 70. Est enim finitimus oratori poeta, numeris astrictior paulo, verborum autem licentia liberior, multis vero ornandi generibus socius ac paene par; in hoc quidem certe prope idem, nullis ut terminis circumscribat aut definiat ius suum, quo minus ei liceat eadem illa facultate et copia vagari, qua velit. 71. Nam illud qua re, Scaevola, negasti te

XVI. 69. *Et enim*] scripsi ex Lg. 2. 65. 67. 70. 84. 86. — *hominem*] *homines* Lg. 2. 4 corr. 13. 15. 32 corr. 36. 69 corr. Z. γ. — *ornatissimis*] *ornatissime* Lg. 3. Hic plura verba errore librarii iterantur in Gu. 2. — *versibus*] *verbis* Lg. 24 corr. *Aratum* ponit post *verbis* Vict. Gu. 1. 2. et primus corr. *Menandrum*. — *stellisque*] *stellisve* Gu. 1. — *caelo*] sic IX codd. Lg., in quibus 13. 65. — *hominem*] om. Gu. 2. — *iis*] *his* Vict. Lg. 2. 13. 14. 16. 17. 21. 24. 65. 67. 69. 70. 73. om. 15. *is* 32 corr. ut 2. — *certam causam*] *certas causas* Lg. 3. 67. — *cognorit*] *cognoverit* Vict.

70. *astrictior*] sic Lg. omnes pr. 5. 15. 73. Vict. — *paulo*] Lamb. *paullo*. — *liberior*] *uberior* Lg. 15. 35 corr. ita v. 81. — *par*] om. Gu. 3. — *idem*] *id est* Lg. 2. 20. *iidem* 69. Gu. 3. — *quo minus*] ὑφ' ἓν Lg. 2. 67. 69. 70. 81. Gu. 1. — *qua velit*] *quo v.* Lg. 16. 32 corr. 35. 70. 73. ita corr. 5. 24 et 81.

71. *nam illud quare, Scaevola, negasti*] *nam quod* Tosanus ap. Grut. Manut. Talaeus, ut post emendavit Madvigius ante *nunquam* medie distinguens, ut sit apodosis. *Nam* dedi ex U. Lg. 3. 4. 13. 32. 67. 69. „In occupatione usurpatur *nam*, non *namque* (v. Madvig. ep. ad Orell. p. 70); neque hic indicatur causa, ad quam significandam provocare solet particula *quare*.“ *Henrichsen*. Recte de particula *nam;* non item sequentia. *Qua re* codd. mei omnes. Indicat Crassus Scaevolam causam non habuisse cur ita loqueretur. — *nunquam*] sic per *n* Lg. praeter 3.

fuisse laturum, nisi in meo regno esses, quod in omni genere sermonis, in omni parte humanitatis dixerim oratorem perfectum esse debere? Nunquam me Hercule hoc dicerem, si eum, quem fingo, me ipsum esse arbitrarer. 72. Sed ut solebat C. Lucilius saepe dicere homo tibi subiratus, mihi propter eam ipsam causam minus, quam volebat, familiaris, sed tamen et doctus et perurbanus, sic sentio neminem esse in oratorum numero habendum, qui non sit omnibus iis artibus, quae sunt libero dignae, perpolitus; quibus ipsis si in dicendo non utimur, tamen apparet atque exstat utrum simus earum rudes an didicerimus. 73. Ut qui pila ludunt non utuntur in ipsa lusione artificio proprio palaestrae, sed indicat ipse motus didicerintne palaestram an nesciant; et qui aliquid fingunt,

5. 65. 73. — *me Hercule*] sic divisim Lg. 2. 13. 32. 36. 76. 86. Gu. 3. et boni plerique sic solent. *hercle* 4. 5. 6. 23. *me hercle* 14. 15. 16. 21. 24. 65. 69. 70. 81. 84. — *ipsum esse*] inv. Lg. 4. 69. *arbitrarer esse* 65 corr. om. *esse* 76 add. 81. *arbitrer* 86.

72. *C.*] *G.* Lg. 81. — *Lucilius*] *Lucillius* Lg. 17. 32. ut Lamb. — *volebat*] *volebam* coni. Ern. — *et doctus*] *et* om. 17. 69 add. *edoctus* Vict. — *esse*] om. Lg. 4. 76. 81. — *iis artibus*] *his art.* Lg. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 84. 86. Vict. corr. *iis.* — *libero*] *homine* add. Lg. 2. 4 corr. Gu. 3. *β. γ.* — *sunt — dignae*] *dignae sunt* Gu. 3. — *si*] *et si* Lg. 3. 67. ita corr. 32. — *apparet*] *adparet* Lg. 65. 84 corr. — *atque*] om. Gu. 2. — *exstat*] *extat* Lg. omnes pr. 5. — *earum*] addit *rerum* Gu. 1. — *an*] *aut* corr. *an* Vict.

73. *indicat ipse motus*] *motus ipse ind.* Lg. 5. 6. 16. 17. 23. 24. 65. 70. 73. 84. 86. *vidicat* s. *indicat* 21. — *didicerintne*] *didiceritne* Lg. 2 corr. 81. — *aliquid*] *aliqui* Gu. 3. — *etsi*] divisim Lg. 35. 67. 69. 73. 76. 81. 84. 86. 93. Gu. 1. 3. *quamvis* Lg. 15. — *tum*] *tam* Gu. 1. — *orationibus*] *oratoribus* vitiose Lg. omnes pr. 2. 3. 67. 69. 85. 86. correctum in 32. Ut Lg., ita Gu. 2. 3. — *contionum*] sic per *t* Lg. XX bonique omnes; *contionumque* 4. 32 corr. u. t. *contronum* 81. Hic semel *c* Gu. 1. — *etiam si*] sic divisim Lg. XIV., quorum sunt 13. 36. 65. 69. 70. 73. 76.

etsi tum pictura nihil utuntur, tamen utrum sciant pingere an nesciant non obscurum est: sic in orationibus hisce ipsis iudiciorum contionum senatus, etiam si proprie ceterae non adhibeantur artes, tamen facile declaratur utrum is, qui dicat, tantummodo in hoc declamatorio sit opere iactatus, an ad dicendum omnibus ingenuis artibus instructus accesserit.

XVII. 74. Tum ridens Scaevola, Non luctabor tecum, inquit, Crasse, amplius. Id enim ipsum, quod contra me locutus es, artificio quodam es consecutus, ut et mihi quae ego vellem non esse oratoris concederes et ea ipsa nescio quomodo rursus detorqueres atque oratori propria traderes. 75. Quae, cum ego praetor Rhodum venissem et cum illo summo doctore istius disciplinae

Vict. Gu. 1. *et si* 67. — *proprie*] ita edd. antiquiss. (praeter Med. utramque), Man. Ern. Sch. Muell. Henr.; meliusque vulgato *propriae*, quod in Erf. diserte scriptum. Veri simile est *proprie* in plerisque codd. legi quamvis tacentibus editoribus; sic enim solent libri et plurimi et plurimis locis. — *ceterae*] *oe* Lg. 13. *ae* IX, in quibus est 76. — *adhibeantur*] *adhibentur* Lg. 69. ut Steph. Iunt. Ern., male. — *iactatus*] *versatus* Lg 69. — *ingenuis*] *ingeniis* Lg. peiores. — *accesserit*] *adaccesserit* Lg. 15 corr. *adcesserit* 65. 70. 84.

XVII. 74. *tecum, inquit*] sic inverti secundum Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36. 69. 70. Gu. 3. — *consecutus*] *consequutus* Lg. 17. 65. 70. 81. 84. — *vellem*] *velim* Gu. 3. Vict. Lg. 2. corr. ut 17. 3. 13. 32 corr. 36. 67. *vellim* 4. *velem* 17 corr. — *detorqueres*] *detorques* Lg. 2. *torqueres* 24 corr. *detorqu. rursus* Gu. 3.

75. *quae*] vulgatur *haec*. Illud Memm. 1. 2. Pall. Pith. U. Z. γ. Erl. 1. 2. quibus accedunt Lg. 2. 13. 14 corr. 20. 32 corr. 36. Gu. 3. „Cum vox *haec* (sive, quod idem, *quae)* a verbo suo *irrisit* longiore oratione separatum sit, Cicero addidit *philosophiam*. Simile anacoluthon notavimus c. 12, 53., ubi v. Matthiae observationem. Offendit tamen haec abundantia interpretes, ideoque Lamb. om. *haec*, Ald. Iunt. Vict. Sch. sic distinxerunt: *haec — irrisit ille quidem, ut solebat philosophiam* (sc. irri-

Apollonio ea, quae a Panaetio acceperam, contulissem: irrisit ille quidem, ut solebat, philosophiam atque contempsit multaque non tam graviter dixit quam facete; tua autem fuit oratio eius modi, non ut ullam artem doctrinamve contemneres, sed ut omnis comites ac ministratrices oratoris esse diceres. 76. Quas ego si quis sit unus complexus omnis idemque si ad eas facultatem istam ornatissimae orationis adiunxerit, non possum dicere eum non egregium quendam hominem atque admirandum fore; sed is, si quis esset aut si etiam unquam fuisset aut vero si esse posset, tu esses unus profecto, qui et meo iudicio et omnium vix ullam ceteris oratoribus (pace ho-

dere), *atque;* censor Lips. ed. Schuetzianae delendum putat *philosophiam;* denique Muell. et Olsh. e coni: *ut solebat, philosophiamque contempsit.*" *Henrichsen.* Hac ipsa explicatione Bakius anacoluthon tolli dicit; quod non intelligo. — *Rhodum*] *Corinthii* Lg. 2 v. *Rhodii* et corr. u. t. Al. *rhodium, rodum, odum, cothum* (sic Gu. 3.) — *cum illo summo*] vulgo *summo illo;* sed sequor Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36. 67. Gu. 3. Quippe etsi alter positus plura exempla habet, tamen ne hic quidem testimoniis destituitur. *Illas primas hastas* legimus II. 68, 316., quanquam hoc secundum optimos libros corrigendum est. *illud alterum genus* III. 28, 110. — *doctore summo* Lg. 69. — *acceperam*] *adceperam* Lg. 65. 84. — *irrisit*] *inrisit* Lg. 32. 65. 70. 73. — *ille*] om. Gu. 3. — *contempsit*] sic Lg. omnes praeter 5., Gu. 2. 3.: solentque ita boni libri. — *eius modi*] *huiusmodi* Lg. 3. 15. 67. 69. 76. Gu. 2. ita corr. 32. om. 17. — *ullam*] *illam* Lg. 24. 69 corr. *nullam* 76 corr. *doctrinam ac ministras* Gu. 1. mediis omissis. — *ministratrices*] correxi vulg. *ministras* ex Nonio in v. p. 142 Merc.

76. *unus*] om. Gu. 1. 2. — *sit — complexus*] *complexus fuerit* Lg. 2. fortasse melius. — *facultatem*] *facultates* vitium occupavit optimos Lg. 2. 4. 13. 32. 35. 36. item 21. 23. 85. 93. In 4. correctum est. — *admirandum*] *mirandum* Lg. 81 corr. 93. Gu. 1. 2. — *quis*] *qui* Lg. 5 corr. 6. 14. 15. 16. 65. 69. 70. 73. 84. edd. post Ern. *si is qui esset* Vict. *sed ut si quis esset* Gu. 3. om. 14. 15. 69. — *si etiam*] *si* om. Lg. 20. 76. 84. *etiam si* 17. — *unquam*] sic Lg. pr. 5. 17. in hoc est *nunquam.* — *posset*] *possit* Lg. 81. om. 20.

rum dixerim) laudem reliquisti. 77. Verum si tibi ipsi nihil deest, quod in forensibus rebus civilibusque versetur, quin scias neque eam tamen scientiam, quam adiungis oratori, complexus es: videamus ne plus ei tribuas, quam res et veritas ipsa concedat. 78. Hic Crassus, Memento, inquit, me non de mea, sed de oratoris facultate dixisse. Quid enim nos aut didicimus aut scire potuimus? qui ante ad agendum quam ad cognoscendum venimus; quos in foro, quos in ambitione, quos in re publica, quos in amicorum negotiis res ipsa ante confecit, quam possemus aliquid de rebus tantis suspicari. 79. Quod si tibi tantum in nobis videtur esse, quibus

77. *si tibi ipsi nihil*] *si nihil tibi* Lg. 15. *ipsi* om. Vict. — *versetur*] *versatur* U. Lg. 2. 4 corr. 13. 32 corr. 36. 69. Vict., qui *vorsatur*. Non potest probari in ea sententia. — *eam tamen*] inv. Lg. 15. 17. 23. 76. *ea* 15. — *complexus*] *conpl.* Lg. 2. — *et veritas*] *et* om. Gu. 3. — *tribuas*] *tribuamus* Lg. 2. 4. inscr. ut t. 4. 13. 32. 36. 67. 69. Vict. Melius paulo ante scriberetur *vide*. — *concedat*] *concedit* Lg. 2 corr. 24. Gu. 3.

78. *aut didic.*] *aut* om. Lg. 76. 81. 84. *nos aut* om. Gu. 1. — *ad cognosc.*] *ad* om. 24 add. 70. — *rebus tantis*] inv. Lg. 20. 73.

79. *etiam si*] sic Lg. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 84. 86. 93. *et si* 2. *si* 81. — *non maxime defuit*] *max. non fuit* Vict. — *hercule*] *hercle* Lg. 3. 67. 69. *ercle* 32 corr. ut 3. *me hercule* 76. — *etiam*] om. Gu. 1. 2. — *discendi*] *dicendi* usitatissimo mendo Erl. 2. mg. Havn. 1. γ. δ. ε. Lg. 3. 4. 21. 32. 36 corr. 67. 76. 81. 93 v. u. t. ita corr. 2. Sed alterum ne quis cum Orellio pro coniectura habeat, est in Lg. XVIII., Pall. plerisque, codd. Suffridi, U. Z. α. β. Erl. Havn. 1. 2. Erf.; sic iam Lamb. ed. 1573. de Hotom. coni. — *censes*] om. 23. *adcenses* 32 corr. 65. — *alicuius*] *alicui* Lg. 2. ante id om. *ad* Gu. 3. — *attigi*] *adtigi* Lg. 65. 70. — *accesserint*] *accesserit* Gu. 3. Lg. 14. 24 corr. 35. 69 corr. 84. 86. *adcesserit* 65. *adcesserunt* 70 corr. *adcesserint*. — *qualem illum et quantum or.*] sic Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 35. 36. *qualem qualiter et quantum or.* Vict. corr. Ceteri *qualem illum oratorem et quantum*, et sic Henr.

etiam si ingenium, ut tu putas, non maxime defuit, doctrina certe et otium et Hercule etiam studium illud discendi acerrimum defuit: quid censes, si ad alicuius ingenium vel maius illa, quae ego non attigi, accesserint? qualem illum et quantum oratorem futurum?

XVIII. 80. Tum Antonius, Probas mihi, inquit, ista, Crasse, quae dicis, nec dubito, quin multo locupletior in dicendo futurus sit, si quis omnium rerum atque artium rationem naturamque comprehenderit. 81. Sed primum id difficile est factu, praesertim in hac nostra vita nostrisque occupationibus; deinde illud etiam verendum est ne abstrahamur ab hac exercitatione et consuetudine dicendi

XVIII. 80. *Crasse*] inscr. *o* Lg. 24. 32. — *rationém*] om. Lg. 65. *rationemque* 32 corr. — *naturamque*] *naturam rerum* Lg. 4. *naturam* 65. — *comprehenderit*] *conpr.* Lg. 2. *comprehendit* 24 corr. 86. *comprenderit* Vict.

81. *primum id*] inv. Lg. 23. — *id*] *illud* Lg. 3. 67. om. 14. 15. 20. — *diff. est factu*] *d. factu est* Lg. XIX, non tamen 2. 3. 4. 13. 32. 36. 67. 81., item Gu. 2. — *illud etiam*] inv. Lg. 4. — *abstrahamur*] *extrahamur* Lg. 2. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 69. 70. 73. 84. 86. 93. Gu. 3. — *ab hac*] *ex hac* Lg. 69. 93. — *et consuetudine*] *atque cons.* Lg. 17. *et* om. 35 add. — *orationis genus*] sic inverti ex Lg. 2. 3. 5. 13. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 32. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 84. 86. Vict. Gu. 3. — *paulo*] sic Lg. omnes pr. 5. 86. — *genus est verborum*] *est verb. gen.* Lg. 15. *verb. g. e.* 24. *est verb. g.* 76. 81. — *sed palaestrae*] *et p.* Voss., quod probat Bakius. Nam etiam priora illa non sine quadam reprehensione dici ut a fori usu aliena. Haec ipsa mihi causa servandae vulgatae videtur. Conceditur philosophis oratio laeta ac nitida, sed a forensi usu amovenda. — *olei*] *otii* Lg. 17. 21 corr. Gu. 1. Havn. 1. 2 pr. m. Dresd. (in mg. *olei*] recepit Sch.: paleas frugibus praetulit.

82. *ac*] *et* Lg. 70. 73. 81. — *leviter*] *leniter* Gu. 2. Lg. 5. 16. 21. 65. 70. 73. *graviter* 76. — *attigissem*] *adtigissem* Lg. 65. 70. — *pro consule*] sic diserte scriptum Gu. 1. Rell. aut *proconsul* aut *procos.* — *Ciliciam*] *Cicilia* Lg. 17. *Siciliam* 81 corr. *Ciciliam* plures et Gu. 1. 2. — *venissem Athenas*] vulgo inv.

populari et forensi. Aliud enim mihi quoddam orationis genus esse videtur eorum hominum, de quibus paulo ante dixisti, quamvis illi ornate et graviter aut de natura rerum aut de humanis rebus loquantur. Nitidum quoddam genus est verborum et laetum, sed palaestrae magis et olei, quam huius civilis turbae ac fori. 82. Namque ego-met, qui sero ac leviter Graecas literas attigissem, tamen, quum pro consule in Ciliciam proficiscens venissem Athenas, compluris tum ibi dies sum propter navigandi difficultatem commoratus. Sed cum cotidie mecum haberem homines doctissimos eos fere ipsos, qui abs te modo sunt nominati, cumque hoc nescio quomodo apud eos incre-

Secutus sum Lg. 2. 13. 36. Vict. Gu. 3. — *compluris*] sic Lg. 3. 6. 16. 17. 21. 65. 67. 70. 73. 84. 86. *cumpluris* 5. — *sum*] ponit ante *commoratus* 76. *conmoratus* 69. — *cotidie*] scripsi ex Lg. 2. 67. 81. *quottidie* 24. 76. Gu. 1. 3. hique duo sic solent. — *cumque*] *cum* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. — *hoc*] *hec* Lg. 3. 69. *hic* 67. ita corr. 32. — *eos*] om. Gu. 3. — *increbuisset*] *increbr.* Lg. 13. 20. Gu. 2. *increpuisset* 69. *increbuissent* 69. *increbr.* 93. — *pro se quisque quae poterat*] sic Henrichsenus prob. Madvig. codd. vestigia secutus. Nam *pro se quae quisque* codd. quidam Lamb. Pal. 1. 2. (et Lg. 13. 35. 36. 69. 93.) edd. antiquiss., nisi quod *pro seque* ed. s. l. e. a. Ven. *pro seque quisque ut p.* Hahn. — *pro se quisque poterat* Pal. 3. Memm. U. Z pr. m. ε. Lg. 5 corr. ut 13. 6. 21. 24. 32 add. *ut.* 65. 84. Gu. 3. *pro se ut quisque pot.* Erf. *pro se ipse quisque ut p.* Erl. 1. *pro se quantum q. pot.* δ. Gu. 1. Lg. 17. *pro se quisque eorum quantum quisque p.* codd. quidam Lamb. Havn. 1. 2. α. Pall. rel. Gu. 2. (non 1. ut Henr. dicit). *pro se quisque quantum quisque p.* codd. nonnulli Lamb. *pro se quisque eorum ut quisque pot.* codd. nonn. Lamb. Iunt. Crat. Man. Lamb. Horum pleraque ex omisso *quae* fluxere. — *et ratione*] *de* ab Henrichs. inculcatum ex codd. plerisque nulla dignitate praeter Erf. U. Z. α. δ. ε., quibus accedunt Gu. 3. et Lg. XVII., rursum delevi secundum Lg. 2. 4. 20. 36. 69. 76. 81 pr. m. 85. *oratione* Gu. 3. *de oratoris orat.* Lg. 13 corr. 69. *de oratore* 32 corr. ut 3. *de oratoris ratione* 93.

buisset me in causis maioribus, sicuti te, solere versari, pro se quisque quae poterat de officio et ratione oratoris disputabat. 83. Horum alii, sicuti iste ipse Mnesarchus, hos, quos nos oratores vocaremus, nihil esse dicebat, nisi quosdam operarios lingua celeri et exercitata; oratorem autem nisi qui sapiens esset, esse neminem; atque ipsam eloquentiam, quod ex bene dicendi scientia constaret, unam quandam esse virtutem et qui unam virtutem haberet omnis habere easque esse inter se aequalis et paris; ita, qui esset eloquens, eum virtutes omnis habere atque esse sapientem. Sed haec erat spinosa quaedam et exilis oratio longeque a nostris sensibus abhorrebat. 84. Charmadas vero multo uberius eisdem de rebus lo-

83. *sicuti*] scripsi hiatum non veritus ex Lg. XIX omnibusque pr. 76. bonis, et Gu. 3. — *iste ipse*] inv. Gu. 3. — *nihil*] *non* Lg. 2. — *operarios*] *operatores* Lg. 2 corr. *operatoris* Gu. 3. — *scientia*] *ratione* Lg. 83. — *omnis*] scripsi ex Lg. 14. 16. 17. 21. 65. 69. 70. 73. 76. 84. 86. 93. — *easque esse*] interiicit *ipsas* Gu. 2. expunctum in 81. habent Ald. Man. aliaeque edd. — *qui esset*] *qui* om. Gu. 3. — *aequalis*] sic aut *equalis* Lg. 13. 14. 15. 20. 24. 32. 36. 65. 69. 70. 73. 84. 93. — *paris*] sic quos modo dixi praeter 36. 69. 93. — *omnis* Lg. 14. 17. 24. 35. 65. 70. 73. 81. 84. Gu. 1., in quo hic primum ea scriptura emergit.

84. *Charmadas*] sic distincte Lg. 2 corr. *Charmades*. 5 corr. *chara*. 6. 65. Z. Harl. 1. Erl. edd. post Ern. Rell. codd. in *Carneades*, *Carniades*, *Carmadas* (Lg. 21.), *Charniadas* (Lg. 70. Gu. 1.) aberrant, et *Carneades* olim vulgabatur. — *eisdem*] Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36. 67. Gu. 3. Vict., hic cum puncto sub *e*. Gu. 2. haec ab initio sectionis ad voc. *mos* om. — *non quo*] *non quod* Gu. 3. Vict. Lg. 6. 23. 24 corr. 76. — *patrius*] *patronis* Lg. 2. om. Gu. 2. Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 65. 67. 70. 73. 76. 86. exp. 32. *achademie patrius* 35 corr. ut 2. *paterus* 81. *patruus* Gu. 3. — *sed cum maxime*] sic Z. ε. Erl. 1. Lag. 32. corr. et recentt. post Ern. eodemque ducit *secum maxime* in Lg. 2. Item *maxime cum* positum habent Lg. 3. 5 corr. 6. 16. 17. 21. 23. 24 corr. 65. 67. 70. 73. 86. ita var. 93.

quebatur non quo aperiret sententiam suam: hic enim mos erat patrius Academiae adversari semper omnibus in disputando; sed cum maxime tamen hoc significabat eos, qui rhetores nominarentur et qui dicendi praecepta traderent, nihil plane tenere neque posse quemquam facultatem assequi dicendi, nisi qui philosophorum inventa didicisset.

XIX. 85. Disputabant contra diserti homines [Athenienses] et in re publica causisque versati, in quibus erat etiam is, qui nuper Romae fuit, Menedemus hospes meus. Qui cum diceret esse quandam prudentiam, quae versaretur in perspiciendis rationibus constituendarum et regendarum rerum publicarum, excitabatur homo promptus

om. *cum* Lg. 81 add. Gu. 1. Vict. Havn. 1. supr. scr. *tum al. cum.* Ceteri codd. et edd. ab antiquissimis *tum.* — *significabat*] *signumfiebat* Gu. 2. — *nominarentur*] *nominabantur* Lg. 14. 15. 69. 93 corr. *nominantur* 20 corr. ut 14. — *neque*] *nec* Lg. 67. — *quemquam*] *quenquam* Lg. XV. (13. 36. 67. 70). *quanquam* 69. *quāquam* 2. 84. — *assequi*] *adsequi* Lg. 65. 70. — *didicisset*] *didicissent* Lg. 69. 76.

XIX. 85. *Athenienses*] uncinis inclusi manifestum additamentum; ut et Bakio placuit. — *in quibus*] sic Lg. 4. 17. 20. 36. 76. 81. 84. Vict. Gu. 1. 2. Steph. Iunt. Man. al. ita corr. 16. 32. Ceteri meorum *in quis.* — *excitabatur* — *doctrina*] nihil hic ne a meis quidem variatur; *promptus* codd. omnes, *habundanti* s. *e.* Lg. 2. 15. 20. 67. 76. 81. Gu. 2. — Hotomanus, ut sententiae mederetur, *excipiebatur* corrigebat, quod Lambino in ed. 1566. probatum repetita ed. 1573. in mg. exhibet; Gulielmus Schuetzio in ed. min. et Orellio sequentibus *exagitabatur.* Sed Henrichsenius iure sequitur Schuetzii in ed. mai. suspicionem verba *ab homine* uncinis includendo. v. explicationes. Latinitatem illa coniectura everti ait Bakius corrigitque *homo promptus et omni abundans doctrina.* Sed et *omnis* doctrina otiosum videtur et *doctrina abundans* non minus bene dici quam *oratio superfluens.* — *atque copia*] dedi ex Lg. XXIII bonisque omnibus. — *omnis partis*] illud Lg. 2. 4. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 69. 70. 73. 84. 86. 93. *(omni senis* Gu. 3.), hoc Lg. 2. 4. 13. 14.

[ab homine] abundanti doctrina et quadam incredibili varietate rerum atque copia. Omnis enim partis illius ipsius prudentiae petendas esse a philosophia docebat neque ea, quae statuerentur in re publica de diis immortalibus de disciplina iuventutis de iustitia de patientia de temperantia de modo rerum omnium ceteraque, sine quibus civitates aut esse aut bene moratae esse non possent, usquam in eorum inveniri libellis. 86. Quod si tantam vim rerum maximarum arte sua rhetorici illi doctores complecterentur, quaerebat cur de prooemis et de epilogis et de huiusmodi nugis (sic enim appellabat) referti essent eorum libri, de civitatibus instituendis de scribendis le-

16. 17. 21. 24. 32. 35. 36. 65. 69. 70. 73. 84. 86. 93. — *docebat*] sic optimi Lag. 2. 5. 13. 14. 15. 16. 21. 32. 36. 73. 76. 81. Gu. 2. 3. Angl. quidam, edd. vett. ad Ern. usque, Lg. 4 a m. sec. Contra *dicebat*, ut in plurimis est, a correctore Lg. 5. 26. 32. 86. item Vict. Gu. 1. γ. δ. ε. *Conatum docere* intellige. — *ceteraque*] *coet.* Lag. 13. 20. *caet.* VII peiores. *ceterarumque* 76. — *possent*] *possunt* Lg. 15. 21. 67. — *usquam*] *nusquam* Lg. 32 corr. *usque* 76. — *inveniri libellis*] *libris inveniri* s. *invenire* Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 26. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 93.

86. *complecterentur*] *conpl.* Lg. 2. Paulo ante Lg. omnes Vict. Gu. 1. 3., ut solent meliores, *quod si* divisim. — *quaerebat*] *querebatur* Gu. 3. — *epilogis*] *prologis* Lg. 4. — *huiusmodi*] *eiusmodi* Lg. 3. 13. 84. *huiuscemodi* 67. — *referti*] *refercti* Lg. 35. *refecti* 13. 32 corr. Gu. 3. — *essent eorum*] inv. Gu. 3. — *instituendis*] *instruendis* Lg. 2 corr. *statuendis* 6. *constituendis* 14 corr. 15. Lamb. V. ad §. 36. — *de scribendis*] *et descr.* Lg. 23. *et de scrib.* 81. *de describ.* Gu. 1. Lg. 3. 5. 14. 17. 20. 24. 35. 65. 67. 76. 93. ita corr. 32. *scribundis* Vict. om. haec ad *frangendis* usque Lg. 15. — *de conformandis*] *de* addunt Lg. 2. 3. 4. 15. 23. 67. 84. 85. 93. *et conf.* Gu. 2. Rell. *de* om. Deinde *confirmandis* Lg. 2. 3. 6. 14. 15. 20. 32 corr. 67. 69. 81 corr. 84. U. *formandis* 4. *conformandisque* 17. 76. — *litera*] hic Lg. IV minus boni. — *nulla in eorum libris*] vulgo *lit. in eor. lib. nulla.* Sed sequendi fuere Lg. omnes pr. 81. 84. 85., it. Gu. 3. *nulla* post *inveniretur* p. Gu. 2.

gibus de aequitate de iustitia de fide de frangendis cupiditatibus de conformandis hominum moribus litera nulla in eorum libris inveniretur. 87. Ipsa vero praecepta sic illudere solebat, ut ostenderet non modo eos expertis esse illius prudentiae, quam sibi asciscerent, sed ne hanc quidem ipsam dicendi rationem ac viam nosse. Caput enim arbitrabatur esse oratoris, ut et ipsis, apud quos ageret, talis, qualem se ipse optaret, videretur; id fieri vitae dignitate, de qua nihil rhetorici isti doctores in praeceptis suis reliquissent: et uti ei, qui audirent, sic afficerentur animis, ut eos affici vellet orator: quod item fieri nullo modo posse, nisi cognovisset is, qui diceret,

87. *illudere*] *inludere* Lg. 32. 65. 70. 73. — *eos* om. 69. 76. 86. — *illius*] vulgo ante *expertes* legi solitum ante *prudentiae* ponunt Lg. omnes praeter 81. 84. 85., item Gu. 3. Vict., itaque corr. 81., quos sequor. — *expertis*] scripsi ex Lg. 5. 16. 17. 21. 24. 65. 70. 73. 76. 86. *expertos* 2. 4 corr. ut vulgo. — *asciscerent*] *assisteret* Gu. 1. *adscisc.* Lg. 17. 20. 21. 32 corr. ut 3., in quo et 67. & Vict. est *ascriberent*, item 65. 70. 73. — *arbitrabatur esse*] sic Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 35. 36. 67. 76. 81. Vict. Gu. 2. Vulgo inv. — *ipse opt.*] *esse opt.* Lg. 4. 13. 36. non deterius. — *uti ei — sic afficerentur animis*] hanc praestantissimam scripturam recepi ex optimorum auctoritate. Vulgo *uti eorum — sic aff. animi.* Sed *eorum* ignorant Lg. 4. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24 corr. 32. 36. 65. 70. 73. 76. 84. 86. Gu. 1. 2. *ei* s. *ii* s. *hi* habent Lg. 4. 13. 32 v. u. t. 36. Gu. 1. Z. *α. γ.* Havn. B. Erf. Rell. quos dixi *ut qui* s. *uti qui κ. τ. λ.* Deinde *animis* Lg. 13. 20. 32 corr. 36. 81 corr. 84. Gu. 1. 2. Havn. 1. 2. Z. *α. γ. δ.* Erf. Ald. Iunt. Crat. Man. De usu loquendi vide explicatt. — *afficerentur*] *adf.* Lg. 65. — *affici*] *adfici* Lg. 5. 65. 70. — *vellet*] *velit* Vict. Gu. 3. Lg. XIX (pr. 2. 4. 13. 15. 36) ita corr. 81. — *item*] non deterius *idem* Harl. 2. *γ.* edd. antiquiss., prob. Pearc. *quod ita* Steph. Lamb. *q. autem* Havn. 2. — *posse*] *aiebat* add. U. Lg. 3. 15. 67. ita corr. 32. — *cognosset*] sic Lg. 5. 13. 14. 20. 21. 36. 65. *cognoscet, cognoset, cognossent* peccant 6. 15. 17. 70. 76. Vulgo male *cognosceret.* Secundum Madvigium *cognovisset* Henr. ex Erf. — *mentes*] *mentis* Lg. 13. 32. — *quibus*] *rebus* vulgo additum ignorant optimi Lg. 2. 3. 4. 13. 36.

quot modis hominum mentes et quibus, et quo genere orationis in quamcunque partem moverentur; haec autem esse penitus in media philosophia retrusa atque abdita, quae isti rhetores ne primoribus quidem labris attigissent. 88. Ea Menedemus exemplis magis quam argumentis refellere conabatur. Memoriter enim multa ex orationibus Demostheni praeclare scripta pronuntians docebat illum in animis vel iudicum vel populi in omnem partem dicendo permovendis non fuisse ignarum quibus ea rebus consequeretur, quae negaret ille sine philosophia quemquam nosse posse.

XX. 89. Huic ille respondebat non se negare Demosthenem summam prudentiam summamque vim habuisse

67. Gud. 3. Arctius colligantur *quot modis et quibus*, iunctisque opponuntur illa *quo genere orationis*. — *quamcunque*] scripsi ex Lg. 2. 15. 69. 81. Vulgo et XV Lg. *quamque*. 3. 67. *quaque*. v. ad 12, 51. — *partem*] *parte* Lg. 3. 67. — *moverentur*] *commoverentur* Lg. 35. ita corr. 5. — *primoribus*] *prioribus* Lg. 4 corr. 13. 84. *primis* 15. Ferri haec non possunt, cum sensu, tum propter Nonii auctoritatem p. 428, 5. hoc Ciceronis loco usum. — *labris*] *libris* Lg. 2. 13. 14. 69. item 4. 32. 70 hi quidem corr. *labiis* 15. — *attigissent*] *adtigissent* Lg. 65. 70. 73.

88. *conabatur refellere*] *tredabatur* Gu. 3., unde quis coniecerit *tendebat*. Invertunt haec Lg. 2. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 69. 70. 73. 86. 93. Gu. 3. — *Demostheni*] sic Pith. Z. pr. m. Lg. 13. 32 (sine *h*) 36. v. explicatt. — *pronuntians*] sic Lg. omnes. — *docebat*] unus Lg. 93. *dicebat*, quod fortasse ex ed. Rom. arripuit Ern. et sqq. *demonstrabat* Lg. 2., quae est explicatio verae scripturae. — *dicendo*] *docendo* Lg. 5 corr. 13. 32 corr. 36. — *quibus*] *in quibus* Lg. 3. 5 corr. 6. 14. 15. 21. 35. 65. 67. 69. 81. 84. Gu. 2. ita corr. 32. — *consequeretur*] *consequerentur* Lg. 3. 67. 86. — *quemquam*] *quenquam* Lg. XI., quorum sunt 13. 67. 69. 70. om. 15. — *nosse*] scripsi ex Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36. 67. Gu. 3. Z. γ. ita var. 76. eodem ducit *noscere* in Vict. Facile vulgarius *scire* in locum selectioris verbi subrepere potuit, non hoc in illius.

XX. 89. *huic ille*] sic edd. antiquiss. Ern. Sch. Henr. Codd. omnes *ille* om., fortasse recte; omittitur enim aliquando re-

dicendi; sed sive ille hoc ingenio potuisset, sive, id quod constaret, Platonis studiosus audiendi fuisset, non quid ille potuisset, sed quid isti docerent esse quaerendum. 90. Saepe etiam in eam partem ferebatur oratione, ut omnino disputaret nullam artem esse dicendi; idque cum argumentis docuerat, quod ita nati essemus, ut et blandiri et suppliciter insinuare iis, a quibus esset petendum, et adversarios minaciter terrere possemus et rem gestam exponere et id, quod intenderemus, confirmare et id, quod contra diceretur, refellere et ad extremum deprecari aliquid et conqueri, quibus in rebus omnis oratorum versaretur facultas; et quod consuetudo exercitatioque et intellegendi prudentiam acueret et eloquendi celeritatem in-

spondentis significatio; v. explicatt. *hic ille* Muell. de coni., Or. *hic* Lg. 3. 14. 15. 17 v. u. t. 20. 21. 65. 67. 70. 73. 76. Mead. *δ*. Havn. 2. Man. ita corr. Lg. 5. et v. 32. — *negare*] *negasse* Lg. 2. 3. 4 corr. 36. 67. Vict. Gu. 3. — *audiendi*] om. Lg. 14. 20. — *docerent*] *dicerent* 9. 23. *drent* 13. *doceret* 32 corr.

90. *ferebatur*] *ferebat* Lg. 2. corr. *δ*. in mg. *ferebant* 32 corr. eidemque *orationem* corr. omnes. — *omnino*] *omni modis* Lg. 2. 13. 32 corr. 36 corr. Gu. 3. memorabilis scriptura; *omnibus modis* Vict. — *blandiri et suppliciter insinuare iis a quibus*] Lg. XVI Pall. praeter 1. Havn. 1. 2. Gu. 1. 2. U. *α. δ. ε. et* omittunt. Deinde *insinuare iis a* om. illorum Lg. 2. 4 add. 13. Gu. 3. non sane deterius vulgato. *insinuare* om. Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 70. 20. 21. 23. 24. 32 add. et exp. Gu. 2. Pall. rell. *α. δ.* (om. *a)* Havn. 1. 2. eod. antiquiss. Lamb. *insinuari* Lg. 35. 36. 65. 70. 73. 81. 86. U. *ε*. Memm. 2. *subtiliter* corr. *supliciter* Vict. *subtiliter* etiam Gu. 3. Pal. 1. Memm. 2. Erl. 2. Steph. U. *ε. bland. suppl. et subtiliter insinuare iis* quidam Lamb. *blandiri et subtiliter quibus esset* Z. Gu. 3. Erl. 1. Erf. — *iis*] *his* Lg. 3. 4. 21. 32. 70. 73. 84. 86. Gu. 2. om. *iis* 36 add. *is* 65. *hiis* 81. — *esset*] *aliquid esset* Lg. 93. — *minaciter*] *minis* Vict. — *possemus*] *possimus* Lg. 86. — *versaretur*] *versatur* Lg. 69. — *quod*] *cum* Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 24 corr. 65. 67. 69. 70. 73. 86. Lamb. ita var. 32. Errore hoc relatum ad sequens *tum*. — *intellegendi*] scripsi ex Lg. 13. 65. — *et*] *atque* Lg. 2. 4. 32 corr. 36. 84. — *eloquendi*] *loquendi* Lg. 70. 81. 93.

citaret: tum etiam exemplorum copia nitebatur. 91. Nam primum quasi dedita opera neminem scriptorem artis ne mediocriter quidem disertum fuisse dicebat, quom repeteret usque a Corace nescio quo et Tisia, quos artis illius inventores et principes fuisse constaret; eloquentissimos autem homines, qui ista nec didicissent nec omnino scire curassent, innumerabilis quosdam nominabat; in quibus etiam (sive ille irridens, sive quod ita putaret atque ita audisset) me in illo numero, qui illa non didicissem et tamen (ut ipse dicebat) possem aliquid in dicendo, proferebat. Quorum ego alterum illi facile assentiebar nihil me didicisse; in altero autem me illudi ab eo aut etiam ipsum errare arbitrabar. 92. Artem vero negabat esse ullam, nisi quae cognitis penitusque

91. *ne mediocriter*] *non m.* Vict. *mediocri* Gu. 3. — *fuisse*] *esse* Lg. 15 corr. — *quom*] scripsi; *quam* enim habent Lg. 2. 13. 32 corr. *quem* Gu. 3. et *qua* corr. *quum* 36. — *Corace et Tisia*] varie deformantur haec nomina in libris; Lg. nullus videtur verum habere, *etesia, ectesia, ethesia, tysia, thysia, cresia, thisia* omnes. *acorace* — *Lisia* corr. *tisia* Vict. *et isia* Gu. 3. — *scire*] *scisse* codd. omnes; excipe Havn. 1. 2. Norf. Gu. 2. si fides; item edd. antiquiss. Lamb. Pearc. Ern. Or. Henr. Hoc non est Ciceronis nec sententiae convenit. — *innumerabilis*] sic Lg. 3. 13. 32 corr. 36. — *nominabat*] *in nobis* Gu. 3. — *etiam*] om. Lg. 3. 67. — *irridens*] *irrideret* Lg. 2. *inrident* 32. 65. 70. — *putaret*] *putabat* Lg. 36. — *in illo*] *in eo* Gu. 1. Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 70. 76. 81. 84. 93. ita corr. 32. *illo* om. Havn. 2. — *didicissem*] *audivissem* Lg. 17. — *qui*] *quo* Gu. 3. — *ego alterum illi*] sic Gu. 3. Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36. 67. *ego illi alterum* Lg. ceteri, Gu. 1. 2. Vict. — *assentiebar*] *adsentiebar* Lg. 13. 32. 65. 70. *absent* 17. — *illudi*] *inludi* Lg. 65. 70. 73.

92. *contineretur*] *continetur* Lg. 2. 13. 16. 21. 24. 36. 65. 70. 73. 76. 86. Gu. 3. — *quoniam*] sic pro vulg. *cum* scripsi ex Lg. 2. 13. 32 corr. 36. 69. *q̃m.* Vict. — *ab iis*] *ab his* Lg. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 24. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 84. 86. Gu. 1. 2. idemque paulo post eidem praeter 14. 15. 17. 69. 76. om. 76. *ab*

perspectis et in unum exitum spectantibus et nunquam fallentibus rebus contineretur. Haec autem omnia, quae tractarentur ab oratoribus, dubia esse et incerta, quoniam et dicerentur ab iis, qui ea omnia non plane tenerent, et audirentur ab iis, quibus non scientia esset tradenda, sed exigui temporis aut falsa aut certe obscura opinio. 93. Quid multa? sic mihi tum persuadere videbatur neque artificium ullum esse dicendi neque quemquam posse, nisi qui illa, quae a doctissimis hominibus in philosophia dicerentur, cognosset, aut callide aut copiose dicere. In quibus Charmadas solebat ingenium tuum, Crasse vehementer admirari; me sibi perfacilem in audiendo, te perpugnacem in disputando esse visum.

om. id. sed add. — *omnia ea*] sic inverti secundum Lg. 2. 3. 4. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 32. 35. 65. 67. 70. 73. 76. 86. om. *omnia* Gu. 2. — *aut falsa aut certe obscura*] *aut certe falsa aut obscura* Lg. 3. 67. ita corr. 32. *certa* 65. — *opinio*] addit *immittenda* Lg. 93. Vict. a. m. sec. *contradenda* Gu. 3. Illud etiam edd. antiquiss. pr. Hahn.

93. *persuadere*] *persuaderi* Lg. 2. 3. 4 corr. 13. 32. 36 corr. 67. 69. 84. Vict. corr. *persuaderi tum* Gu. 3. *neque quemq.*] *nec* q. Lg. 4. *quenquam* XI Lg. qui solent; bonorum nullus. — *nisi*] *ni* Lg. 13. 32 corr. 36 corr. *nisi illa* 17. 81. — *cognosset*] *cognovisset* Lg. 2. 6. Vict. Gu. 2. *cognosceret* 84. — *in quibus Charmadas solebat ingenium tuum, Crasse, vehementer admirari; me sibi*] Recepi antiquarum editionum scripturam optimorum librorum auctoritate firmatam. Vulgo: *in quibus dicere Charm. solebat ing. t. Cr. v. admirans me sibi* etc. Sed *admirari* Erl. 1. 2. ε. Erf. Steph. edd. antiquiss., accedunt optimi Lg. 2. 13. 16. 32 corr. 36. 69. 70. 73. 93. Gu. 3. In Lg. 93. correctum est *admirans dicere*, quae manifesta est difficilioris scripturae interpretatio. *Dicere* alieno loco intrusum fuit; expunctum habent Lg. 4. 32., omittunt edd. antiquiss., item codd. una cum *in quibus* 5. 6. 14. 15. 20. 21. 23. add. ut 16. item Havn. 1. 2. Gu. 2. δ. ε. Waldarf.; *in* om. Lg., praeter 16. 70. 73. 86., qui *quin* pro *quibus* habent, item rell. libri plerique; ut

XXI. 94. Itaque ego hac eadem opinione adductus scripsi etiam illud quodam in libello, qui me imprudente et invito excidit et pervenit in manus hominum, *disertos* me cognosse non nullos, *eloquentem* adhuc neminem; quod eum statuebam disertum, qui posset satis acute atque dilucide apud mediocris homines ex communi quadam opinione hominum dicere; eloquentem vero, qui mirabilis et magnificentius augere posset atque ornare quae vellet omnisque omnium rerum, quae ad dicendum pertinerent, fontis animo ac memoria contineret. Id si est difficile nobis, quod ante, quam ad discendum ingressi sumus, obruimur ambitione et foro, sit tamen in

exstet tamen *in quibus* in edd. antiquiss. et Lg. 69. 93. De dicendi genere v. explicatt ad I. 13, 59. Lambinus ex Hotomani coniectura dedit *quibus adiicere*, Gulielmius malebat *e quibus dicere*, Pearcius *quibus subiicere*. — *Charmadas* sic Lg. 5. 14 corr. 16. 70. *Carmadas* 21. Gu. 3.; correctum *Carneadas* 24. (quod est in Gu. 1.), incertum an *Carmadas* an *Carniadas* 13. *Carniadas* corr. *Carneades* 2. 86. Rell. et vulg. *Carneades*. — *audiendo*] *dicendo* Lg. 35. 93. edd. antiquiss. pr. Hahn. ita corr. 24. var. 36., quem ad modum suadebat Lambinus.

XXI. 94. *itaque*] sic U. Z. Gu. 3. Erl. 1. 2. Erf. Sch. Henr., accedunt nunc Lg. 2. 13. 16. 32 corr. ut 3. 36. 70. 73. 84. 86. *tum* 3. 4 exp. 5. 6. 14. 15. 17. 20. 21. 23. 24 corr. ut 2. 35. 65. 67. 69. 76. 93. δ. Vict., edd. antiquiss., melius certe vulgato *tumque*, quod ab Aldo inde edd. occupavit. — *imprudente*] *inpr.* Lg. 14. 81. — *excidit*] *excitabit* Gu. 3. — *cognosse*] *cognoscere* Lg. 3. 67. 69. Vict. *cognosce* Gu. 2. 3. Lg. 17. Eidem pr. 17. et 69. *me* post infinitivum habent. — *non nullos*] divisim scripsi ut Lg. 13. 69. 81. 84. *non ullos* 67. — *mediocris*] scripsi ex Lg. 20. 32. — *ex*] *et* Vict. — *opinione hominum*] posterius a Gron. Ern. al. abest, addunt vero codd. plerique, certe Lg. omnes pr. 17., Gu. tres. Sed addunt *mirabili* Gu. 2. α. δ. ε. Lg. 3. 5. 6. 24 exp. 35 corr. ut 14. 65. 67. 76. 81., et *mirabiliter* 14. 15. 20. 69. 93. *opinione mirabili dicere* 17 corr. ut 3. *op. hom. ter* corr. *eleganter* 86. — *omnisque*] sic Lg. omnes praeter 4. 85. Gu. 1. *fontis* eidem et Gu. 3. Vict. — *nobis, quod*] vulgo *nobis, qui*. Illud sensu non minus aptum recipiendum fuit ex

re positum atque natura. 95. Ego enim, quantum auguror coniectura quantaque ingenia in nostris hominibus esse video, non despero fore aliquem aliquando, qui et studio acriore, quam nos sumus atque fuimus, et otio ac facultate discendi maiore ac maturiore et labore atque industria superiore quom se ad audiendum legendum scribendumque dederit, exsistat talis orator, qualem quaerimus, qui iure non solum disertus, sed etiam eloquens dici possit; qui tamen mea sententia aut hic est iam Crassus aut, si quis pari fuerit ingenio pluraque quam hic et audierit et lectitarit et scripserit, paulum huic aliquid poterit addere. 96. Hoc loco Sulpicius, Insperanti

Z. β. Lg. omnibus praeter 81. 84. 85. Vict. Gu. 3. — *ante quam*] ὑφ' ἓν Lg. VII, quorum 65. 70. 73. 76. — *discendum*] *dicendum* Lg. optimi 2. 3. 4 corr. 13. 20. 23. 32 corr. 36. 67. 70. 93 Z. pr. m. hic manifesto errore. — *sumus*] *simus* Lg. 84. Steph. Iunt.

95. *enim*] *autem* Lg. 23. — *auguror*] om. Gu. 1. — *nostris hom.*] inv. Vict. — *aliquando aliquem*] inv. Lg. 69. 93. *alium* p. *aliquem* Vict. — *acriore*] *acriori* Lg. 23. *acriorem* 84 corr. — *atque f.*] *ac* Lg. 17. 20. *ac etiam fac.* Gu. 3. — *discendi*] *dicendi* Lg. 4. 6. 17. 23. — *et labore*] *atque lab.* Gu. 81. — *atque industr.*] *et ind.* Lg. 23. — *quom*] sic Vict. — *audiendum legendum*] inv. Vict. *scribendum legendumque* Lg. 86. — *dederit*] sic Pal. 2. duo Lambini, Havn. 1. 2. Gu. 1. 2. δ. Z. Erl. 1. 2. Erf. Lg. omnes, edd. antiquiss. Steph. Lamb. Sch. Henr. *dediderit* Pal. 1. α. β. γ. ε. et vulgo post Ald. Iunt. Ante hoc additur *maiore opera* in Havn. 1. 2. α. β. γ. δ. ε. Gu. 2. Lg. plerisque, praeter 4. 13. 32. 36. *in mai. op.* Gu. 1. — *exsistat*] *existat* Lg. omnes pr. 3. 5. — *possit*] *posset* Lg. 2. 67. 84. Gu. 2. 3. — *hic est iam Crassus*] *aut iam hic est Cr.* Gu. 1. Lg. 81. 84. *hic est Cr. iam* Vict. *est iam hic Cr.* Lg. 20. — *pari — ingenio*] inv. Lg. 14. 15. 20. 69. 93. *par* 84. — *lectitarit*] *lectitaverit* Lg. 4. 23. — *paulum*] sic uno *l* Lg. omnes pr. 5. 69. in illo est *paululum*, ut in Gu. 1. 2. Vict. — *huic*] *huc* Gu. 3. — *poterit*] *oportet* Gu. 2.

96. *mihi, inquit*] inv. Lg. 3. 4. 13. 36. 67. Gu. 3. — *cecidit*] *excidit* Lg. 17. *accidit* 76. — *delaberemini*] *dilab.* Lg. 3. 20. 35. 67. perpetua confusione. — *huc*] *huic* Gu. 3. — *iucundum*]

mihi, inquit, et Cottae, sed valde optanti utriqne nostrum cecidit, ut in istum sermonem, Crasse, delaberemini. Nobis enim huc venientibus iucundum satis fore videbatur, si, cum vos de rebus aliis loqueremini, tamen nos aliquid ex sermone vestro memoria dignum excipere possemus; ut vero penitus in eam ipsam totius huius vel studii vel artificii vel facultatis disputationem paene intimam perveniretis, vix optandum nobis videbatur. 97. Ego enim, qui ab ineunte aetate incensus essem studio utriusque vestrum, Crassi vero etiam amore, cum ab eo nus-

sic Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36. 67. rell. *iocundum. si*] om. Gu. 3. *cum*] Vict. in litura, ut fuerit *tum.* — *tamen*] *iam* Gu. 3. *vestro*] *nostro* Gu. 2. — *possemus*] *possimus* Lg. 21. *vero*] *non* Gu. 3., isque *totius* om. — *intimam*] *infimam* Gu. 3. — *perveniretis*] *veniretis* Vet. Steph. Grut. Ern. Sch. et Lagomarsianorum optimi 2. 4. 13. 32. 36. 81. Quod Orellius item in quibusdam edd. inesse dicit, incompertum est. Rell. illud prius sensuque melius. *perveneritis* Gu. 1.

97. *vestrum*] *nostrum* Lg. 3. 4 corr. 32. f. *vostrum* scribendum. — *Crassi*] *Crasse* codd. ε. δ. Gu. 1. 2. Lg. 3. 5. 6. 15. 17. 20. 21. 35 corr. 65. 69. 76. 81. ita corr. 32. illi omnes *tuo vero* p. *vero*, ponuntque ita *tuo vero, Crasse, etiam* etc. Lg. 67. 93. Gu. 1. — *nunquam*] *numquam* Lg. 3. 5. — *elicere*] *dicere* Gu. 3. *eice*[c] Gu. 2. *discere* in vacuo spatio scriptum m. sec. Lg. 2. *de via ac ratione*] Ita Gonv. Lott. Pearc. Or. Henr. *d. v. ac de r.* Man. Havn. 1. 2. *ac via ac r.* Erf. *de vi ac de r.* Ald. *de vi ac r.* mei omnes dubitoque magnopere de scriptura *via* in libris reperta. — *memet ipsum*] *me ipsum* Lg. 65. 67. 69. 70. 76. 81. 84. 86. 93. Vict. Lamb. — *per Drusum*] *pdusum* Gu. 3. — *tentassem*] *temptassem* Lg. XII. quorum 13. 65. 67. 69. Gu. 1. 2. Vict. Quanquam ea scriptura etiam in marmoribus hic illic exstat, velut n. 4425. p. 289 t. II Or. p. 946. 6 Graev., tamen eidem errori tribuenda est, cui *pedetemptim* debetur, de quo v. Heusinger ad Off. I. 33, 8. Melius Lambino (Emend. Tull. p. 219 Kl.) haec iudicat Kritz. praef. ad Sall. Iug. p. VII. — *percontanti*] sic Lg. 2 (sub *o* lineola, voluit corrector quod est in 4.). 13. 20. 23. 32 corr. ut 4. 36. 69. 84. 93. Vict. Gu. 2. *percuntanti* Lg. 4. 17 corr. *percunct.* 14 corr. ut 13. 35. 67. 76. Rell. et vulg. *percunctanti*, ut et Gu. 1. 3.

quam discederem, verbum ex eo nunquam elicere potui de via ac ratione dicendi, cum et per memet ipsum egissem et per Drusum saepe tentassem; quo in genere tu, Antoni, (vere loquar) nunquam mihi percontanti aut quaerenti aliquid defuisti et persaepe me quae soleres in dicendo observare docuisti. 98. Nunc quoniam uterque vestrum patefecit ipsarum rerum aditum, quas quaerimus, et quoniam princeps Crassus eius sermonis ordiendi fuit, date nobis hanc veniam, ut ea, quae sentitis de omni genere dicendi, subtiliter persequamini. Quod quidem

98. *vestrum*] *vostrum* Lg. 35. — *ipsarum rerum*] scripsi ex Gu. 1. Lg. 3. 5. 6. 16. 17. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 70. 73. 76. 81. 83. Praeterea *earum* om. 2. 32. 84 omnes corr. ut 3., item 4. add. 13. 36. *earum ipsarum rerum* Gu. 2. it. Vict. m. sec., prima enim om. *rerum* (ut Gu. 3) scripsitque *ipsum aditum. Ipse* is *is ipse* dictum illustrarunt Goer. ad Cic. de Legg. II. 14, 34. Wopk. et Hand. Lectt. Tullian. p. 390. — *persequamini*] *prosequamini* Lg. 14. 15. 16. 20. 23. 24. 65. 70. 73. 76. 84. 86. *prosequamur* 17. *prosequendi* 21 corr. ut 14. — *Lycio*] sic aut *licio* s. *Licio* aut *Lytio* s. *Litio* codd. fere omnes. *Lycio* Lg. 24 corr. *Lycio* Gu. 3. *adiicio* (p. *ac Lycio)* 32. *aglicio* Gu. 1. *aglitio* Gu. 2. *aclitio* Vict. Haec omnia firmant quod dedi. In his vocabulorum inclinamentis Graecum ῑ referentibus tenendum quod optimi fontes suppeditant; discrimen aliud non est. De radicibus non loquor. Illorum pleraque adiectiva sunt. Igitur *Aristotelius* legitur, quantum novimus, in plurimis vel optimis de Or. III. 19, 71. 21, 80. Divers. I. 9, 23 (Orell. ex Med.). Att. II. 1, 1. Fin. III. 3, 10., ut post Gruterum editum; eodemque ducit scriptura vitiosa *Aristotelicus* et *Aristoteleius* (cf. *Eleus, Eleius)* hic illic reperta. *Carneadius* de Or. III. 19, 71. Fin. IV. 18, 49. V. 6, 16. 8, 22. sed *Carneadeus* Acad. I. 48, 148. Fin. II. 13, 42 non sine discrepantia scripturae. *Aristoneus* Fin. IV. 15, 40. *Aristippeus* Fin. II. 6, 18 et 20. *Antiochius* (a philosopho Antiocho) Ac. I. 22, 70. 31, 98. sed 36, 113 plerique libri ē praeferunt. *Aristophaneus* Qu. Fr. III. 1. 6, 19. *Archilochius,* quod excusatius est, Att. II. 20. 21, 4. *Annicerius* Off. III. 33. 116. cod. Goth. ē. *Aratius* Legg. II. 3, 7. *Cylonius* Legg. II. 11, 28. *Elius* (Ἠλεῖος) Divin. II. 12, 28. Brut. 8, 30. Liv. XLII. 37. *Hesiodius* Brut. 4, 15. *Empedocleus* Tusc. I. 17, 41. *Demo-*

si erit a vobis impetratum, magnam habebo, Crasse, huic palaestrae et Tusculano tuo gratiam et longe Academiae illi ac Lycio tuum hoc suburbanum gymnasium anteponam.

critius Tusc. I. 34, 82. II. 22, 51. sed *Democriteus* ND. I. 26, 73. III. 33, 82. Divin. II. 13, 52. *Thericlius* Verr. V. 18, 38. *Praxitelius* Divin. II. 21, 48. ed. Marsi *ē*. *Prodicius* Off. I. 33, 118. *Lycurgeus* Att. I. 13, 3. *Themistocleus* Att. X. 8, 4. *Pyladeus* Fin. II. 26, 84. *Polemoneus* Ac. I. 43, 132. *Thucydidius* Or. 9, 30. *Argium* Freundius damnat, defendit Klotz. ad Tusc. I. 47, 113; recte, si quid video. Regnant autem *Epicureus, Euripideus, Pythagoreus,* saepe *Pythagoricus* scriptum. — Alia in substantivorum usum degenerarunt. Urbium nomina sunt *Alexandrea* Phil. II. 19, 48 v. Orell. 26, 64. 40, 103. XIV. 8, 23. Divers. I. 4, 2. 7, 4. VII. 17, 1. (cod. Med.) Qu. Fr. II. 3, 2. Att. II. 5, 1. IX. 9, 2. XI. 13, 1. 15, 1. 2. 16, 1. 17, 3. 25, 2. *Alexandria* minus testatum est: Acad. I. 4, 11. Fin. V. 19, 54. Apud Liv. XLV. 10 et 11. utrumque codices suppeditant. *Antiochea* Divers. II. 10, 2 (Med. v. Orell.). XII. 4, 4. 15, 7. XV. 4, 7. Att. XI. 20, 1. *Antiochia* Att. V. 20, 3. 21, 1. Liv. XXXIII. 49. *Seleucea* Divers. VIII. 14, 1 (Med.). *Epiphanea* Divers. XV. 4, 8. *Lebadia* Divin. II. 26, 56. Liv. XLV. 27. De *Cassandria* s. *ēa* v. Drak. ad Liv. XLIII. 23, 10; de *Antigonia* s. *ēa*, *Heraclea,* et terrae nomine *Parorea* v. a. eundem ad XXXI. 43; de *Scarphia* s. *Scarphea* ad XXXVI. 19. Regnant autem apud Livium *Apamea* (at *Apamia* mulieris nomen XLV. 47. cf. Drakenb. ad XXXVIII. 13), et *Laodicea,* contra *Elatia* et *Lysimachia.* Sed *Laudicia* s. *Laodicia* frequens est in marmoribus, ut nr. 3764. p. 169 t. II Orell. — Locorum nomina sunt *Thetidium* (Θετίδειον) Liv. XXXIII. 6. *Bendidium* XXXVIII. 41. *Heracleum* XLIII. 9. XLIV. 15. *Amalthium* Cic. Legg. II. 3, 7. Verr. V. 53, 119. 57, 125 v. Zumpt. *Musium* v. Casaub. et Oudend. ad Sueton. Claud. 42.; denique *Lycium* nostrum, quod exstat et Acad. II. 4, 17. Eadem finitione nomen urbis *Gythium* apud Livium tritum est. Ab urbis nomine usitatissimo *Heraclea,* ut Livio, non Ciceroni, semper dicitur, *Heraclienses* in Sicilia scribuntur Cic. Balb. 8, 21. 22, 50. Liv. XXIV. 20. cf. Drak. et quae Zumptius dicit ad Verr. III. 14, 35. 21, 51. 50, 125. In nominibus festorum Siculorum *Marcellia* et *Verria* (saepe vitiose *Verreia* dicuntur) praeferri oportet *Marcelleis* et *Verreis*, v. Zumpt. ad Verr. III. 63, 154. IV. 49, 114. V. 10, 24. 67, 151.

XXII. 99. Tum ille, Immo vero, inquit, Sulpici, rogemus Antonium, qui et potest facere, quod requiris, et consuevit, ut te audio dicere. Nam me quidem fateor semper a genere hoc toto sermonis refugisse et tibi

Adde barbarum nomen *Darius*, quod et ipsum saepe *Dareus* dicitur, Divers. II. 10, 2 v. Orell. Fin. V. 30, 92. et sic cod. Med. Tac. Ann. III. 63. Compositum *Areopagus* et *Areopagita* etiam per *i* scribi reperias: illo modo Rp. I. 27. hoc N. D. II. 29, 74 (Heindorf. *ē*), Divin. I. 25, 54 (Mars. al. *ē*). Att. I. 16, 5. Postremo nomen *Polycleti*, cum cetera eiusdem originis *i* praeferant, haud vana suspicio est *Polyclitus* scribendum, v. Schneider. Gr. Lat. I. p. 70. Ita legitur de Or. II. 16, 70. Verr. V. 3, 5. Liv. XXV. 25 v. Drakenb.

XXII. 99. *Immo*] *ymo* Lg. 2. *enim* 3. 4. 5. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 65. 67. 69. 70. 81 corr. *ymmo* Gu. 1. 2. *enumero inquit* 14 corr ut 3. *enim ille vero* 6 corr. ut 3. — *Sulpici*] *supplicis* Gu. 3. — *rogemus*] *rogamus* Gu. 3. — *facere potest*] inv. Lg. 20. — *quod*] vulgatum *id quod* correxi ex Lg. 2. 4. 13. 16. 20. 32. 36. 70. 73. 85. 86. ita corr. 32. *id quidem* 16 corr. *id quod, id quidem quod* 70. 73. 86. — *fateor*] sic Lg. 3. 67. 69. Norf. Cant. Gonv. Harl. 1. 2. Erl. 2. edd. antiquiss. Steph. Pearc. recentt. post Ern. Abest a plurimis, etiam Gu. 1. 2. 3. Ita corr. Lg. 5. 21. 86. — *semper*] om. Vict. — *ut tute*] *ut* om. Ox. omnes, Havn. 1. 2. Erl. 1. Erf. Gu. 2. Lg. X., quorum boni sunt 2. 13. 32 pr. m. 36. Addunt 4. 5. 6. 14. 15. 20. 21. 23. 32. a sec. m. 65. 67. 69. 76. 84. 86. 93. Vict. — *tu* p. *tute* Lg. 4. 23. 67. 69. 84. Plurimi *tu te* divisim. — *paulo*] sic Lg. omnes et Vict. — *neque*] *nec* Lg. 13. 36. — *quo*] om. 2 add. ut 3. 32 add. ut 3. *ut* 3. 67. 84. Vict. *quod* 13. 23. 35. 36. 81. — *cognossem*] *cognovissem* Lg. 2. 67. Vict. Gu. 3. *cognoscerem* 20. — *me Hercule*] sic divisim Vict. Gu. 3. Lg. 2. 13. 69. 81. 84. 86. 93. *me hercules* 5. 6. 14. 16. 17. 65. 70. 76. *mehercules* 73. *mehercle* 20. Rell. *mehercule*, ut vulgatur. — *in arte traduntur*] sic Lg. 3. 13. 23. 36. 67. 69. Vict. Pith. Memm. 2. Cant. Harl. 1. 2. Gonv. Norf. Z. *β. γ. ε.* Erl. 1. 2. Erf. *tradentur* Pal. 2. Gu. 3. Lg. 5. 6. 21. 24 corr. 65. 76. *tradantur* 2. 35. *traduntur in arte α. δ.* U. (modo *tradentur)* Havn. 1. 2. et sic vulgo ab Ald. Iunt. *tr. arte* rell. edd. antiquiss. *in arte* om. Memm. 2. prob. Grut. — *inscitia*] *inscientia* Lg. 17 corr. ut t. 32. nonnulli ap. Grut. U. Erl. 1. 2. Lamb. male probatum Orellio.

cupienti atque instanti saepissime negasse, ut tute paulo ante dixisti. Quod ego non superbia neque inhumanitate faciebam neque quo tuo studio rectissimo atque optimo non obsequi vellem, praesertim cum te unum ex omnibus ad dicendum maxime natum aptumque cognossem, sed me Hercule istius disputationis insolentia atque earum rerum, quae quasi in arte traduntur, inscitia. **100.** Tum Cotta: Quoniam id, quod difficillimum nobis videbatur, ut omnino de his rebus, Crasse, loquerere, assecuti sumus, de reliquo iam nostra culpa fuerit, si te, nisi omnia, quae percontati erimus, explicaris, dimiserimus. **101.** De his credo rebus, inquit Crassus, ut in cretionibus scribi solet, QUIBUS SCIAM POTEROQUE. Tum ille: Nam quod tu non poteris aut

100. *quoniam*] *q̃m.* Gu. 3. — *de his rebus*] *iis* Lg. 23. 36. 65. 70. 73. 76. *rebus* om. 14. 15. *Crasse rebus* 4. — *loquerere*] *loquereris* Lg. Lg. 4. — *assecuti*] *adsecuti* Lg. 13. 65. 70. om. 15. *assequuti* 17. 81. — *percontati*] sic aut *percuntati* aut *percotanti* Lg. XIX, quorum 13. 32 (pr. m.) 36. 65. 69. 93. — *explicaris*] *explicari* Lg. 17. *explicaveris* 20. ita corr. 21. —

101. *de his*] abiiciendae scripturae a codd. plerisque et edd. retentae causa non erat. *his* Lg. praeter 23. 24. 35. 36. 65. 70. 73. 76. Havn. 1. v. explicationes ad II. 15, 64. — *cretionibus*] coniectura certissima Franc. Duareni lib. II. disput. anniv. c. 42. confirmari dicitur cod. Z. Erl. 1. Erf. pr. m. et sic vulgo post Grut. Meorum nullus habet. Proxime abest *critionibus* in Havn. 1. 2. Pal. 3. 4. 6. 7. β. Lg. 2. 13. 65. Alii *certioribus* (Pal. 1. 2. α. δ. Gu. 2 al.), *incertioribus* (Gu. 1. non *certioribus*, ut Henr. dicit) *cautionibus* in scr. *creationibus* Vict. (is est Monacensis Harlesii), *crassionibus* (Gu. 3.), *orationibus*, *conditionibus*. *nam*] sic Lg. 2. 3. 4. 13. 23 (ad mg.) 32. 35. 36. 67. Vict. Rell. *namque* s. *nanque*. v. explicatt. — *impudens*] *imprudens* Gu. 2. Lg. 2 corr. 3. 4 corr. 17. 67. 81. 84. 86. ita corr. 32. Verba *postulet* — *negare posse* om. Gu. 3. — *condicione*] scripsi. Proxime absunt 17. 20. 23. corr. 69, in quibus *condictione*. — *negare*] *negasse* Lg. 69. — *percontemini*] sic Lg. plerique (pr. 3. 4. 17. 35. 67. 70. 81. 85) Gu. 3. Vict. (is semper ita). In 17.

nescies, quis nostrum tam impudens est, qui se scire aut posse postulet? Iam vero ista condicione, dum mihi liceat negare posse quod non potero et fateri nescire quod nesciam, licet; inquit Crassus, vestro arbitratu percontemini. 102. Atqui, inquit Sulpicius, hoc primum ex te, de quo modo Antonius exposuit, quid sentias quaerimus, existimesne artem aliquam esse dicendi. Quid? mihi nunc vos, inquit Crassus, tanquam aliquoi Graeculo otioso et loquaci et fortasse docto atque erudito quaestiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis? Quando enim me ista curasse aut cogitasse arbitramini, et non semper irrisisse potius eorum hominum impudentiam, qui, quom in schola assedissent magna hominum frequentia, dicere iuberent,

35. 70. 81. est *precont. percontam. percotem. percunt.*, in Gud. l. *perconctemini.* — *Sulpicius*] om. Gu, 3.

102. *atqui*] scripsi pro *atque* ex U. Z. *β. ε.* Lag. omnibus praeter 4. 32 pr. m. 81. 84. 85. v. explicationes. — *ex te, de quo modo Ant.*] ante haec verba *primum* om. XX Lg. bonique omnes, eoque carere possimus. Verum pro *ex te de* perperam intellectis *ostende* (sive *ostēde)* Lg. 2. 3. 4. 5. 6. 13. 14. 16. 17. 20. 21. 23. 32. 36. 65. 69. 70. 73. 76. 84. 86. 93. U. Z. *β. ε.* (Z. pr. m. *os xtende);* ut soli 35. 67. 81. 85 verum retinuerint. Deinde pro *quo modo quae* Lg. 2. *quom* 13., *quod* 17., *modo* corr. *quomodo* 20., *qūō* 69. *quod modo* 93 corr. *quod* Vict. exp. *q.;* rell. quos dixi *quomodo.* — *artem aliquam*] inv. 17. — *nunc vos*] inv. Lg. pr. 2. 4. 81. 84. *vos inquit nunc* Gu. 2. *nunc* om. Gu. 1. — *aliquoi*] scripsi ex Lg. 4. 6. 13. 20. 21. 32 corr. 36. Gu. 3., qui *aliquo* praebent; *aliqui* 24 corr.; *aliquoi* distincte scriptum 5. 35. 65. *Quoius, quoi* praefero, cum codd. firmatur. Sic enim non modo Augusti adhuc aetate (quanquam non hoc solum) dictum ostendunt inscriptiones eius temporis nr. 541. p. 147 t. I. Orell. p. 349. t. II. p. 406, 7 Graev.; sed puero adhuc Quintiliano ita scribendo vitabatur similitudo soni *qui* (Qu. I. 7, 27). *Pinguior*, quam sic effectum Quintilianus dicit, pronuntiatio non alia est nisi ō pro ū, quippe plenius sonantis. — *ponitis*] *imponitis* Lg. XXI, praeter 13. boni cuncti, *α, β, ε. irrisisse*] *in-*

si quis quid quaereret. 103. Quod primum ferunt Leontinum fecisse Gorgiam, qui permagnum quiddam suscipere ac profiteri videbatur, cum se ad omnia, de quibus quisque audire vellet, esse paratum denuntiaret. Postea vero vulgo hoc facere coeperunt hodieque faciunt, ut nulla sit res neque tanta neque tam improvisa neque tam nova, de qua se non omnia, quae dici possint, profiteantur esse dicturos. 104. Quod si te, Cotta, arbitrarer aut te, Sulpici, de iis rebus audire velle, adduxissem huc Graecum aliquem, qui vos istiusmodi disputationibus delectaret; quod ne nunc quidem difficile factu est. Est enim apud M. Pisonem adolescentem iam huic studio

risisse Gu. 32. 65. 70. 73. — *impudentiam*] *imprud.* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. omnes, item 17. 35. 81. Gu. 2. — *quom*] scripsi, cum *quod* exstet in Lg. 32 corr. Gu. 3. — *assedissent*] *adsed.* Lg. 17. 65. 70. 73. *adscendissent* Vict. — *magna*] *ex* praemitti solitum delevi secundum Lg. 13. 20. 35. 36. 81. 93. Gu. 3. ita corr. 76. expungitur in 24. 32 corr. ut 3. Is cum 67. Vict. U. *et in*, explicationis causa additum. Quippe iungenda sunt *cum assedissent magna hominum frequentia.* — *iuberent*] *auderent* memorabilis scriptura in γ. δ. (hic modo in mg.), Lg. 3. 4 corr. 13. 24. 36. 67. 69. 81. 84. 93. Gu. 3. ita corr. 32. *auderet* U.

103. *esse paratum*] inv. Lg. 17. — *denuntiaret*] per *c* Vict., ut solet. — *improvisa*] *inprovisa* Lg. 24. *neque*] *nec* Gu. 2. — *tam nova*] *tam* om. Gu. 3. — *se non*] *non se* Lg. 3. 67. ita corr. 32., ut Lamb. — *possint*] sic Gu. 8. Erl. 1. 2. Erf. Lag. 3. 67. eoque ferunt *possent* in Z. ε., Lg. 13. 32 corr. 36. *psit* in 2. *possunt* (sic) 4. Vulgabatur ante Harl. et Henrichs. *possunt*, etsi sententia rectius illis tribuitur, qui de qualicunque argumento se dicturos profitebantur. — *esse dicturos*] *se dicturos* Gu. 3.

104. *iis*] *his* Gu. 1. Lg. 24. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 84. 86. — *vos*] sic pauci nec optimi, Lg. 3. 24. 35. Lamb. Ern. rell. Ceteri, puto, omnes *nos*. ut Gu. 1. 2. 3. — *disputationibus*] *delectationibus* Gu. 3. Lg. 2 corr. 86. — *ne nunc*] *nec nunc* Vict. — *adolescentem*] *adulesc.* Lg. 65. 84 Vict. isque semper ita. — *iam*] ignorant optimi Gu. 3. Lg. 2. 4. 13. 23. 32 add. 36. Lamb. del. U: et quin sequar non multum absum. Quippe per-

deditum summo hominem ingenio nostrique cupidissimum peripateticus Staseas homo nobis sane familiaris et, ut inter homines peritos constare video, in illo suo genere omnium princeps.

XXIII. 105. Quem tu mihi, inquit Mucius, Staseam, quem peripateticum narras? Gerendus est tibi mos adolescentibus, Crasse, qui non Graeci alicuius cotidianam loquacitatem sine usu neque ex scholis cantilenam requirunt, sed ex homine omnium sapientissimo atque eloquentissimo atque ex eo, qui non in libellis, sed in maximis causis et in hoc domicilio imperii et gloriae sit consilio linguaque princeps, cuius vestigia persequi

placet scriptura Lg. 16. 70. 73. 86. 93. qui *hominem* omittunt. Non mediocriter enim offendit, quod idem Piso *adolescens* et mox *homo* dicitur, nec placet sane *adolescentem deditum* vocari qui ab adolescentia deditus fuerit. In 2. 4 corr. 13. 32 corr. 36. U. Z. *homo* et post *cupidissimus* scribitur, quod posterius etiam ε. et Vict. habent, itaque corr. 5. expungitur *homo* in Lg. 24. Vict. — *Staseas homo*] addunt *eruditus* Lg. 14. 15. 69. 93. — *nobis*] om. Lg. 14. 69. *ac nobis* 15. — *video*] *videor* Vict.

XXIII. 105. *mihi, inquit Mucius*] sic Lg. 2. 3. 4. 13. 15. 23. 32. 36. 67. Gu. 1. 2. 3. addit *Scaevola* 84., ut Lamb. Grut. et recentt. Al. nimis concisa sententia *inquit, mihi, Mucius.* cf. 17, 74. *Mucii* nomen hic, ut assolet, a plerisque per *t* scribitur. (Lg. XXII). *Mucius* (t) *mihi Staseam* 65. corr. *mihi* om. 73. 81. post *Mucius* iterat *mihi* Gu. 3. — *gerendus*] *gerundus* Gu. 1. — *adolesc.*] *adul.* Lg. 65. 73. 86. — *alicuius*] om. Gu. 3. — *cotidianam*] scripsi secundum Lg. 2. 13. 32. 81. 86. *quottidianam* 5. 6. 65. 70. Gu. 2. *cottid.* 24 corr. ut 2. — *ex scholis*] *e sch.* Lg. 32 corr. *scolis* Lg. X, quorum 13. 15. 67. Vict. isque semper ita. — *requirunt*] *requirent* Gu. 2. — *sapientiss. atque eloqu.*] inv. Lg. 15. — *vestigia persequi cupiunt, eius*] *v. p. qui cup. eius* Erf. *v. qui p. cup. eius* Erl. 1. 2. Lg. 3. 15. 20. 67. 69. 84. 93. Vict. Iunt. Crat. Cockm. ita corr. 32. „e correctione minime necessaria; recte enim observavit Lambinus *eius* positum esse propter hyperbaton et longam interpositionem, cum praecesserit *ex homine*". *Henrichsen.* — *persequi*] *prosequi* Vict. — *eius*] *cuius* Lg. 17. om. ad fin. §. 106. usque 76. add. in mg.

cupiunt, eius sententiam sciscitantur. 106. Equidem te cum in dicendo semper putavi deum, tum vero tibi nunquam eloquentiae maiorem tribui laudem, quam humanitatis; qua nunc te uti vel maxime decet neque defugere eam disputationem, ad quam te duo excellentes ingeniis adolescentes cupiunt accedere. 107. Ego vero, inquit, istis obsequi studeo neque gravabor breviter meo more quid quaque de re sentiam dicere. Ac primum illud (quoniam auctoritatem tuam neglegere, Scaevola, fas mihi non esse puto) respondeo mihi dicendi aut nullam artem

106. *te*] om. Lg. 17. 73, add. Gu. 1. *tecum* 65. 86. — *putavi*] *patuit* VII Lg. (3. 13. 67). Gu. 3. — *deum*] *eum* Lg. 2. 67. Gu. 3. ita corr. 24. *dm.* 6. *dominum* 93. *maiorem — laudem*] inv. 76. — *nunc te*] *te* om. Lg. 5. 6. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 69. 70. 73. 76. 81. 86. 93. expung. 32. — *neque defugere*] *denique def.* Lg. 2. 13. 36. Gu. 3. *nec denique def.* 3. 67. Hi duo et 4. *decet* om. — *te duo*] inv. 24. 86. *duo* om. 36. — *excellentes ingeniis*] sic Lg. 2. 3. 4 corr. 13. 32. 36. 67. Vict. Gu. 3. Pal. 1. 2. Pith. Memm. 1. 2. U. Z. Erl. 2 pr. m. Erf. Havn. f m. sec. Henr. *excellentes* etiam Erl. 1. Gu. 1. — *adolescentes*] *adulesc.* Lg. 65. 73. 84. — *accedere*] *adcedere* Lg. 5. 6. 65. 70. *abducere* VI libri peiores. Lg. 3. 67. U. et a corr. 4. 32. addunt *minime decet*, imperiti inventum, qui praecedentia *vel maxime decet* sequentibus. *neque defugere* consentanea non putaret; qua de re supra etiam *decet neque* in *denique* mutatum est.

107. *nec gravabor*] *neque gr.* Lg. 69. 93. *gravabo* 13 corr. — *meo more*] *meo* om. Lg. 2 add. 3. 32. 67. 86. inv. 13. 36. corr. *modo* 32. — *neglegere*] scripsi ex Lg. 13. 65. — *fas mihi non esse puto*] sic posui secundum Lg. 2. 3. 13. 32. 36. 67. Vict. Gu. 3. *non esse m. p.* 23. *fas m. e. non puto* cett. et vulgo. — *dicendi*] *dicenti* Gu. 3. — *artem*] *esse artem* Lg. 36 corr. — *verbi*] *verbis* Gu. 3. Lg. 4 et 32 corr. 13. 35. 36. ita corr. 2. Omissurus librarius fuit *controversia*. Pro eo *controversiam* Gu. 3. Lg. 24. 35. *in controversia* 4 corr. — *positam*] *posita* Lg. 2. 13. 32. 36. U. Gu. 3. *positor* Lg. 17. Haud incommode ex his elicias hanc scripturam: *esse contentionem inter homines doctos in verbis controversia posita.*

aut pertenuem videri, sed omnem esse contentionem inter homines doctos in verbi controversia positam. 108. Nam si ars ita definitur, ut paulo ante exposuit Antonius, ex rebus penitus perspectis planeque cognitis atque ab opinionis arbitrio seiunctis scientiaque comprehensis: non mihi videtur ars oratoris esse ulla. Sunt enim varia et ad vulgarem popularemque sensum accommoda omnia genera huius forensis nostrae dictionis. 109. Sin autem ea, quae observantur in usu ac tractatione dicendi, haec ab hominibus callidis ac peritis animadversa ac notata,

108. *ars*] *ars ipsa* Lg. 2. *ista* 13. 23. 32 corr. Gu. 3. ita corr. 36. ita var. 5. — *ita*] om. Lg. 14. 15. 20. 93. — *paulo*] sic Lg. omnes pr. 5. et 20., hic om. — *exposuit*] *deposuit* Lg. 2. 3. 13. 32. 36. 67. *dixit* 4. 15. Vict. corr. *posuit* Lg. 20. — *planeque — seiunctis*] haec om. Gu. 2. — *comprehensis*] *conpr.* Lg. 2. *comprensis* Lg. 6 corr. Vict. — *accommodata*] *adcomm.* Lg. 65. 70. 73. *acconm.* 69.

109. *observantur*] optimam scripturam recepi ex Lg. 2. 36. Vulgo *observata sunt. sunt* om. etiam Lg. 17. 24. 86. Quae quotidie et ab omnibus dicentibus observantur, ea in artem redigere periti possunt. Si *factae* et quasi *collectae* observationes significarentur, verius erat *usu,* quam *in usu,* nec apte dicerentur *observata esse* quae perpetuo et quotidie observantur. — *tractatione*] vulgo *ratione,* de qua non agitur. Illud ex Havn. utroque, U. Gu. 1. 2. 3. Erl. 1. Erf. Erl. 2 sec. m. Ald. receperunt edd. a Schuetzio inde. Accedunt Lg. 2. 84. *tractatio dicendi* est *dictio ipsa, τὸ λέγειν, τὺ χρῆσθαι λόγῳ.* — *hominibus*] *omnibus* Gu. 3. — *ac peritis*] *et p.* Lg. 3. 4. 32. 67. 81. *atque* 17. 36. — *definita*] vulgo *designata.* Mutavi ex optimis Lg. 2. 13. 32 v. ut 4. 36. Erl. 1. Eodem ducunt *diffinita* Lg. 4 corr. Vict. corr. *distincta* 16. 70. 86. *destincta* 73. *finita* Z. γ. — *verbis definita* sqq. sic invertunt Lg. 13. 67. quos, si omitterent *distributa,* lubenter sequerer sic distinguens *notata verbis, definita generibus, illustrata partibus.* — *illustrata*] *inlustr.* Lg. 65. 70. 73. — *id quod*] *id* om. Lg. plerique, praeter 2. 3. 4. 13. 32. 36. 67. 84. 85. *idque* 13. haud male. — *potuisse fieri* inv. 13. *video potuisse fieri* 2. 3. 4. 32. 36. 67. Vict. Gu. 3. eosque secutus sum. Vulgo *fieri potuisse video.* — *intellego*] scripsi secundum Lg. 5. 6. 13

verbis definita generibus illustrata partibus distributa sunt (id quod video potuisse fieri): non intellego, quam ob rem non, si minus illa subtili definitione, at hac vulgari opinione ars esse videatur. Sed sive est ars sive artis quaedam similitudo, non est ea quidem neglegenda; verum intellegendum est alia quaedam ad consequendam eloquentiam esse maiora.

XXIV. 110. Tum Antonius vehementer se assentiri Crasso dixit, quod neque ita amplecteretur artem, ut ii solerent, qui omnem vim dicendi in arte ponerent, neque

65. 73. — *definitione*] *de fine* Lg. 2. 32. corr. *diffinit.* multi vitiose. — *at hac*] *ac* Gu. 3. — *ars*] om. Lg. 17. — *sive artis*] *sive est artis* Lg. 35. — *quidem*] om. hoc et sqq. usque ad *alia* Gu. 3. *quidem* om. Lg. 2. 13. 32. 36. *non est ea quidem* Lg. ceteri, quos sequor, quod adverbio *quidem* carere non possumus. Steph. Iunt. Man. Grut. *non est quidem ea. equidem* Lg. 81. — *neglegenda*] sic Lg. 36. 65. eidem *intelligendum.* — *est*] om. Gu. 1. idem om. *esse.*

XXIV. 110. *assentiri*] sic codd. plerique, sed non optimi Lg. 2. 3. 13. 32. 36. 65. 70. Gu. 2. 3. Vict. Sed exempla verbi deponentis plus quinquaginta Ciceroniana collecta habeo, activae formae tria, et quidem praeteriti: Divers. V. 2, 9. Q. Fr. II. 1, 2. Att. II. 1, 8.: nam *assentire* Div. I. 1, 3., quamvis in cod. Med., male scribi puto, nec recepit Orellius, et *assentires* in eodem Att. XIV. 19, 1 dudum emendatum est *assentiris* alterum sensu non ferente. Itaque solitariam formam probare non audeo. — In Lg. 4. *assentiri* legitur cum mendi suspicione, *adsentiri* in 5. 67. 70. — *amplecteretur*] *complecteretur* Lg. 17. — *ii*] *hi* Lg. 76. 84. 93. *hii* 2. 67. — *solerent*] *solerit* Lg. 2. — *rursus*] vulgo *rursum.* Alterum habent Lg. 2. 3. 4. 13. 20. 21. 36. 67. 84. Gu. 3. — *sicut*] *sicuti* Lg. 15. 20. — *repudiaret*] *repudiari* Gu. 3. — *gratum te his, Crasse facturum*] sic plerique codd. (etiam Lg. 2. 4. 13. 36. 85. 93. Gu. 3), Steph. Lamb. Grut. Ern. Henr. *hic esse, Crasse, fact.* Havn. A. Hahn. Ald. Iunt. Crat. Man. Sch. Or., quibus Lg. plerique accedunt nam *te his gratum* corr. *esse gratum* 15. *te his grat. esse fact. Crasse* 20. *te his gr. Crasse esse fact.* 3. 23. 32. 65. 67. *te his Crasse esse fact.* Havn. B. Muell. om. *Crasse*, cetera ut 2. cett. edd.

rursus eam totam, sicut plerique philosophi facerent, repudiaret. Sed existimo, inquit, gratum te his, Crasse, facturum, si ista exposueris, quae putas ad dicendum plus quam ipsam artem posse prodesse. 111. Dicam equidem, quoniam institui, petamque a vobis, inquit, ne has meas ineptias efferatis; quanquam moderabor ipse, ne ut quidam magister atque artifex, sed quasi unus ex togatorum numero atque ex forensi usu homo mediocris neque omnino rudis videar non ipse aliquid a me promisisse, sed fortuito in sermonem vestrum incidisse.

antiquiss. et Lg. 35. In 21. 24. 84. *Crasse* inscr. *o. exposueris*] *exposuisses* Gu. 3.

111. *quidem*] *equidem* Vict. — *efferatis*] *referatis* Lg. 2. *affer*. Gud. 2. — *quanquam*] sic Lg. XIII. (13. 69. 70. 73. 76). — *ne*] *nec* Lg. 2. 3. 13. 15. 16. 23. 32. 35. 36. 67. 70. 73. 84. 86. — *atque*] *et* Lg. 81. — *ex*] vulgatur *e*. Illud Lg. 2. 23. 32 corr. 36. U. Z. idem significat *est* 67. om. 81 add. — *togatorum*] *oratorum* Lg. 2 v. u. t. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. U. Z. ε. Bonorum librorum igitur pauci verum servaverunt. Corruptela ex errore scribendi *promisse* fluxit, quod in *prompsisse* correctum est. *non ipse*] *non* delendum censuit Matthiae, quod praecessit *ne;* „Est ἀνακολούθου genus ita solvendum atque explicandum: *ne ut quidam — sed quasi unus — videar dicere, atque ut videar, non ipse — sed fortuito* sqq. cf. Gernhard. ad Off. excurs. p. 448. et ad Cat. M. 3, 7.“ *Henrichsen.* Ipse postea Matthiae Ciceronem defendit diss. de Anacol. ap. Cic. in Wolfii Anall. vol. 2. p. 22. — *ipse aliquid a me*] sic vulgatur et sic codd. praeter Erf. Lg. 32 corr. Gu. 3. Hi et Lamb. Muell. Or. Henr. *ipse a me aliquid,* vereor ne fucatae elegantiae specie inducti. — *promisisse*] sic Lg. 3. 5. 6. 13. 14. 16. 17. 21. 23. 24. 35 corr. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. 93. Norf. Mead. Harl. 1. Cant. U. Z. β. γ. δ. ε. Gu. 1. 3. Erl. 1. 2. Havn. 1. pr. m. 2 sec m., edd. antiquiss. praeter Lott. Sch. Muell. Or. Henr. Idem significat *promisse* Lg. 2 corr. ut 3. 15. Ceteri Lg. Erf. a. al. Lott. et vulg. ab Ald. Iunt. *promsisse. de me promisisse* suspicio Pearcii. v. explicationes. — *fortuito*] fortasse *fortuitu* scribendum ex Lg. 4. Gu. 3. *fortuitum* Lg. 2. De qua forma inspici possunt Sylvius ad Cic. p. Sulla p. 33 Frotsch. Oudend. ad Suet. Tib. 39. Em. ad Tac. Germ. 10. Heusinger. et Zumpt. ad Cic. Off. p. 149.

112. Equidem quom peterem magistratum, solebam in prensando dimittere a me Scaevolam, cum ita ei dicerem me velle esse ineptum; id erat petere blandius, quod, nisi inepte fieret, bene non posset fieri; hunc autem esse hominem unum ex omnibus, quo praesente ego ineptum me esse minime vellem; quem quidem nunc mearum ineptiarum testem et spectatorem fortuna constituit. Nam quid est ineptius, quam de dicendo dicere, cum ipsum *dicere* nunquam sit non ineptum, nisi cum est necessarium? Perge vero, Crasse, inquit Mucius; istam enim culpam, quam vereris, ego praestabo.

Herzog. ad Caes. B. G. p. 464. — *sermonem*] *sermone* Lg. 13. — *vestrum*] om. Lg. 3. 4 add. 32. 67.

112. *quom*] scripsi ex Gu. 3. Lg. 2. 13. 32 corr. 36. qui *quo* habent; *quom* distincte Vict. — *magistratum*] sic Lg. omnes; Gu. 1. 3. Havn. 1. 2. Erl. 1. 2. Erf. Oxon. omnes, edd. antiquiss. et recentiores ab Ernesto. *magistratus* Grut. Gron. Henrichsen. v. explicationes. — *in prensando*] *impēsando*, *impensando*, *imprensando*, *in pēsando*, *in pensando*, *in praesando*, *praesando*, *presando*, *pressando* aberrantes Lg. XVI. Gu. 2. 3. *prehensando* Lg. IV. — *cum*] *dum* Lg. 93. — *ita ei dicerem*] Gu. 3. Lg. 2. 3. 13. 23. 32. 36. 67. om. *ei* 4. Ceteri *ei ita*, insuaviore hiatu. — *esse hominem*] *semper iudicavi hominem esse unum* Vict. Lg. 3. Erl. 2. cod. Arntzenii ad Mamertini Paneg. c. 2., qui duo tamen om. *esse*. Ut Vict., edidere Sch. et Muell. *semper esse unum hominem ex omnibus iudicavi* Steph. Sed bene Matthiae ap. Henrichsen. „coniunctivi illi *quod nisi fieret, bene non posset* et haec constructio accusativi cum infinitivo rem a Crasso tantummodo cogitatam indicant.“ Bakius illum verborum ordinem probat secundum cod. Voss.: *unum hominem ex omnibus;* iniuria, si quidem *unum ex omnibus* coniungenda sunt, nec quicquam interest utrum pronomen antecesserit, nec ne. — *hominem unum* praeterea Lg. 2. 3. 13. 67. Harl. 2. γ. Erl. 2. Lamb. Pearc. Muell. Or. Henr. Ceteri codd. omnes et edd. *unum hominem*. — *ineptum me esse*] sic U. Steph. Lamb. Or. Henr. eodem ducit *ineptum esse* in Lg. 2. 13. 36. *ineptum esse me* Gu. 3. Erl. 1. 2. Erf. Lg. 32. Cett. codd. et edd. *ineptus esse*. — *ipsum*] Lg. XX bonique omnes *id* om., quod in U. Z. δ. ε. (in δ.

XXV. 113. Sic ergo, inquit Crassus, sentio naturam primum atque ingenium ad dicendum vim afferre maximam; neque vero istis, de quibus paulo ante dixit Antonius, scriptoribus artis rationem dicendi et viam, sed naturam defuisse. Nam et animi atque ingenii celeres quidam motus esse debent, qui et ad excogitandum acuti et ad explicandum ornandumque sint uberes et ad memoriam firmi atque diuturni; 114. et si quis est, qui haec putet arte accipi posse (quod falsum est; praeclare enim res se habet, si haec accendi aut commoveri arte possunt; inseri quidem et donari ab arte non possunt:

a sec. m.) et aliis nescio quibus, item edd. Grut. Gron. al. praemittitur.

XXV. 113. *Crasse, inquit*] inv. Lg. 13. 32. 36. — *Mutius* plerique libri. — *sic ergo*] scripsi ex Lg. 2. 4. Gu. 3 (in quo *sit*). *sic sentio igitur* Lg. 5. 6. 16. 17. 21. 24. 65. 70. 73. 76. 86. sic *inquit igitur Crassus: sentio* 14. 20. 69. 81. 84. 93. Gu. 1. Praeterea *sentio censeo* 3. 4. 13. 23. 32. 35. 36. 67. 81. 84. Grut. Lamb. recentt.: quos secutus sum; *censeo* Iunt. Man. Gron. Haec etiam alibi confunduntur, velut infra III. 61, 229. Rp. I. 29., de qua sententia Moserus, etsi recte Heinrichium *censeo* scribentem secutus est, imperite tamen iudicat. — *afferre*] *adferre* Lg. 5. 13. 65. 73. — *maximam*] *maxumam* Vict. — *paulo*] sic omnes Lg. pr. 5. — *atque ingenii*] *et ing.* Lg. 3. Vict. — *celeres quidam*] inv. Gu. 3. — *qui et ad excogitandum*] *et* abest a Lg. omnibus pr. 13. 36. item a Vict. Gu. 2. — *excogitandum*] *excitandum* Gu. 3. *cogitandum* Lg. 5. 15. 17. 32 corr. Vict. Z. γ. — *et ad explic.*] *et* om. Gu. 2. Lg. 5. 6. 16. 17. 21. 24. 65. 70. 73. 76. 81. 84. 86.

114. *et si*] *sed si* Lg. 5. 6. 14. 15. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 69. 76. 93. ut Lamb. ita corr. 81. del. U. — *putet*] *putat* Lg. 2. 3. 13. 32. 36. 67. sed potentialis modus (ὅστις ἂν νομίζοι) aptior. — *accipi*] *adcipi* Lg. 65. 70. *assequi* 15. *percipi* 36. U. γ. ε. *arte p. accepisse* Gu. 3. — *quod*] *id* Gu. 2. U. — *habet* — *possunt*] scripsi illud ex Lg. 4. 13. 14. 15. 20. 35. 36. 69. 93. Vict. Gu. 1. 3. eidemque praeter Gu. 1. etiam *res se. res habeant* 21. Vulgo *se res habeat. Possunt* Lg. 2. 4. 5. 6. 13. 16. 20. 21. Gu. 3. ita corr. 65. *possit* 3. 67. Vulgatur *pos-*

omnia sunt enim illa dona naturae): quid de illis dicit, quae certe cum ipso homine nascuntur, linguae solutio vocis sonus latera vires conformatio quaedam et figura totius oris et corporis? 115. Neque haec ita dico, ut ars aliquos limare non possit (neque enim ignoro et quae bona sint fieri meliora posse doctrina et quae non optima aliquo modo acui tamen et corrigi posse); sed sunt quidam aut ita lingua haesitantes aut ita voce absoni aut ita vultu motuque corporis vasti atque agrestes, ut, etiam si ingeniis atque arte valeant, tamen in oratorum numerum venire non possint. Sunt autem quidam ita in eisdem rebus habiles, ita naturae muneribus ornati, ut non nati, sed ab aliquo deo ficti esse videantur. 116. Magnum

sint. — *si haec*] displicet *haec;* malim *aut.* *sunt enim*] sic omnes codd. pr. U., qui *enim* om. delevitque Henr.; Ern. *omnia,* Sch. totam sententiam. Restituto *enim* omnia recte habent. Propter asyndeton Bakius corrigebat *suntque illa dona naturae.* — *dicet*] *dicam* Lg. XXIV bonique omnes, it. Gu. 3. U. *β. δ. ε.* imparilitate vix ferenda. — *vires*] *aures* Lg. 13. 15. 67. Gu. 2. Vict. v. u. t. El. — *conformatio*] *confirmatio* Lg. 4 corr. 86. Vict. corr.

115. *neque*] *neque enim* Lg. omnes pr. 81. 84. 85, it. Vict.; haesit ex proximis. ita corr. 81. — *aliquos*] scripsi ex Lg. 2. 13. 14. 15. 20. 32 corr. 36. 69. 93. Gu. 3. Z. Vulgo *aliquid.* — *bona sint*] *bona sunt* Lg. 3. 4. 5. 6. 14. 15. 17. 20. 21. 24. 35. 65. 67. 99. 70. 73. 76. 86. 93. ita corr. 32. — *non optima*] inv. Gu. 3. — *sed sunt*] *si aut* Gu. 3. — *etiam si*] sic divisim Gu. 1. Lg. 3. 65. 69. 70. 73. 76. *et si* 4 corr. — *ingeniis — arte*] *in ing. — in arte* Gu. 2. — *numerum*] *numero* Lg. 35. 36. 69. 81. 93. — *possint*] *possunt* Lg. 3. 4. 14. 15. 17. 21. 32 corr. 67. 69. 76. 84. Vict. — *eisdem*] *hisdem* Lg. 2. 15. 17. 23. Gu. 1. 3. *isdem* 5. 6. 16. 65. 70. 86. Deinde Lg. XXI. bonique omnes, ut Grut. Ern. rec., verba ita ponunt: *ita in eisdem rebus habiles, ita naturae muneribus ornati.* Quaedam edd. antiquiores et Gron.: *ita nat. mun. in eisdem r. h. ita ornati.* — *ficti*] *facti* Gu. 2.

116. *quoddam*] *quiddam* Lg. 15. 93. *quidem* Gu. 3. — *suscipere atque*] om. Gu. 2. — *atque profiteri*] *ac pr.* Lg. 3.

quoddam est onus atque munus suscipere atque profiteri se esse omnibus silentibus unum maximis de rebus magno in conventu hominum audiendum. Adest enim fere nemo, qui non acutius atque acrius vitia in dicente, quam recta videat. Ita quicquid est, in quo offenditur, ita etiam illa, quae laudanda sunt, obruit. 117. Neque haec in eam sententiam disputo, ut homines adolescentes, si quid naturale forte non habeant, omnino a dicendi studio deterream. Quis enim non videt C. Caelio aequali meo magno honori fuisse homini novo illam ipsam, quamcunque assequi potuerit, in dicendo mediocritatem? Quis vestrum aequalem Q. Varium vastum hominem atque foedum non intelligit illa ipsa facultate,

20. 35. 67. 76. — *unum maximis*] inv. Gu. 1. — *fere nemo*] inv. Gu. 1. 2. Lg. 32 corr. 81. — *qui non*] vulgatur *quin*. Mutavi secundum Lg. omnes praeter 24. 32. 76. 81. 84. 85. Vict. Lamb. *quin* om. 24. add. ut 2. *qui* 76 corr. ut 2. — *vitia in dicente*] *vitia iudicet* Z. β. γ. δ. ε. Erl. 2. Lg. praeter 13. 16. 36. 69. 73. 81. 86., qui *indicet* (i. e. *i dicēt*, = *in dicente*), ut et Gu. 3. Erl. 1. Erf. Post *quam* in edd. antiquiss. praeter Hahn. assuitur pannus ineptus *quam ea laudet, quae*. — *quam*] *quāve* Lg. 69 corr. — *recta*] *recte* Lg. 84. — *ita*] *itaque* Vict. — *quicquid*] Lg. omnes pr. 32. 81. 84. quorum hi duo *quicquam;* it. Gu. 3; isque ita perpetuo. v. ad 8. 30. — *illa quae*] *illa* om. Vict.

117. *neque*] *neque enim* Lg. 23. 24. — *adolescentes*] *adul.* Lg. 65. 70. 73. 81. 86. — *videt*] sic Grut. Lamb. Lg. praeter 14. 15. 24. 35. 69. 76. 81. 85. 93. quorum 35. 81. habent *iudicet*. Edd. Steph. Iunt. Man. al. *videat*. *C. Caelio*] sic per *ae* s. ε VIII. mei, plerique autem *Celio*. Rectiusne nomen gentis Romanae *Coelius* scribatur, an *Caelius*, controversum est. Ex marmoribus enim utrique scripturae praesidium peti licet; alterum vide apud Graevium p. 393. 394, 2. 3. 657, 10. 774, 6. 7. 8. 9. 835, 6. 866, 13. 907, 7. 937, 1. 969, 9. 10. 1008, 1. 1025, 12. 1089, 6. 1131, 6; apud Reinesium p. 639, 84. 708, 33. 799, 18. 808, 50. 825, 38. et *Coilius* p. 392, 64. Alterum exstat Graev. p. 635, 5. 670, 8. 696, 3. 845, 9. 863, 3. 934, 7. 1107, 6. Reines. p. 407, 27. 867, 6. Zumptius ad Verr. VI. 70, 181. *oe* ex numis defendit; contrarium tuetur Niebuhrius Hist. R. I. p. 423: etsi *Caelii Vi-*

quamcunque habet, magnam esse in civitate gratiam consecutum?

XXVI. 118. Sed quia de oratore quaerimus, fingendus est nobis oratione nostra detractis omnibus vitiis orator atque omni laude cumulatus. Neque enim, si multitudo litium, si varietas causarum, si haec turba et barbaria forensis dat locum vel vitiosissimis oratoribus, idcirco nos hoc, quod quaerimus, omittemus. Itaque in iis artibus, in quibus non utilitas quaeritur necessaria, sed animi libera quaedam oblectatio, quam diligenter et quam prope fastidiose iudicamus? Nullae enim lites ne-

bennae et *Caelii* montis nomina non necessario cum gente Romana coniunguntur. — *magno*] *maximo* Gu. 2. — *homini novo*] *omnino* Vict. Vet. Steph. U. Z. Harl. 1. Havn. 1. a sec. m., quod iniuria recepit Pearcius. Nullus enim ante hunc Caelius consulatum gessit, novumque fuisse etiam Mur. 8, 17. et Verr. l. c. significatur. — *assequi*] Lg. 65. 70. ab hoc verbo usque ad *facultate* intermedia om. Gu. 3. — *aequalem*] addunt *meum* codd. praeter Gu. 1. 2. duo Steph. Gonv. Harl. 2. et Havn. 1. Ald.; hos Pearc. Ern. recentt. sequuntur, recte, nam non Crassi aequalem, sed Cottae et Sulpicii fuisse intelligitur ex Brut. 49, 182. Nunc illis accedunt testes Lg. 3. 6. 13. 36. 76 add. *Varium*] *Varum* Lg. 4. Quidam *Varrium*, *vanum*, *varrum*. — *foedum*] *fedum* multi; *fecundum* Lg. 17. — *habet*] sic meorum soli Lg. 81 corr. Gu. 1. 2. Longe plures et optimi omnes, ut ante Man. Lamb. Grut. scribebatur, *habuit*. Sed etiam tum in vivis et in civitate erat, v. explicatt. — *consecutum*] *consequutum* Lg. 5. 6. 17. 65. 70. 76. 81.

XXVI. 118. *detractis*] *detractatis* Gu. 1. — *cumulatus*] sic Lg. 3. 5. 6 corr. 15. 17. 23. 35. 36. 65. 67. 76. 81. 93. Gu. tres. ita corr. 32. Steph. corr. Iunt. Man. Lamb. Grut. recentt. Ceteri libri *cumulandus*, parum apte. — *si multitudo*] *similitudo* Gu. 3. — *varietas*] *varietates* Lg. 2. — *barbaria*] *barbaries* Lg. 20. 23 corr. *haec barbaries* 21. *barbarica* 84 corr. — *idcirco*] sic solent boni libri, *iccirco* Lg. IX. quorum 15. 69. divisim Gu. 1. Lg. 67. 70. 81. 84. 86. — *quod quaerimus*] inv. Gu. 3. — *omittemus*] *obmitt.* et *obmutt.* Gu. 3. Vict. Lg. IX minus boni. — *in iis*] *ut in his* Lg. 13. 14. 16. 20. 21. 23. 24.

que controversiae sunt, quae cogant homines, sicut in foro non bonos oratores, item in theatro actores malos perpeti. 119. Est igitur oratori diligenter providendum, non uti eis satisfaciat, quibus necesse est, sed ut iis admirabilis esse videatur, quibus libere liceat iudicare. Ac si quaeritis, plane quid sentiam enuntiabo apud homines familiarissimos, quod adhuc semper tacui et tacendum putavi. Mihi etiam qui optime dicunt quique id facillime [atque ornatissime] facere possunt, tamen, nisi timide ad dicendum accedunt et in exordienda oratione perturbantur, paene impudentes videntur; tametsi id ac-

65. 67. 69. 70. 73. 76. 84. 86. 93. *his* etiam Gu. 2. Vict. — *quaeritur*] *requiritur* Gu. 3. — *diligenter*] *indiligenter* Lg. XVI minus boni (in his 3. 35. 65. 67. 69. 76. hic inscr. *valde diligenter)* 81. 84. 93. *α. β. γ.* Gu. 2., itaque corr. 32. et 86.; haesit ex ultima litera praecedentis *quam.* In 4. et *δ. indilig.* sublito *in.* — *iudicamus*] *indicamus* Gu. 3. — *sunt*] *sint* Lg. 86. — *cogant*] *cogitant* Gu. 3. — *sicut*] *sic* Gu. 1.

119. *non uti*] *ne uti* Lg. 2. 65. Vict. Gu. 3. unde coniicias *ut ne. ut* (p. uti) Gu. 2. — *eis*] sic pro vulgato *illis* scripsi ex Gu. 3. Lg. XX bonisque omnibus, pr. 15. 93. qui *ei* corr. *eis.* — *providendum*] om. Gu. 3. — *sed ut*] om. ad *libere* 4 add. — *iis*] *his* Lg. 3. 6. 13. 14. 16. 17. 20. 21. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 86. 93. om. 15. *iis ipsis* Steph. Man. al. *is.* Lg. 32 corr. ut 3. *his ipsis* 84. *ipsis* Gu. 1. — *ac si*] *at* Lg. XIX bonique pr. 13. 36. ita corr. 32. — *adhuc*] divisim Gu. 1. — *etiam qui optime*] Sic Havn. 1. 2. Steph. Lamb. Muell. Or. Henr. accedunt Lg. 3. 4. 5. 6. 15. 16. 17. 21. 23. 24. 65. 67. 70. 73. 76. 81. 84. 86. Gu. 2. *etiam quoque opt.* Vet. Steph. Erl. 1. 2. Gu. 3. Lg. 2. 13. 14 corr. ut 3. 32 corr. ut 3. 36. *etiam quoque qui ε.* Erf. Lg. 35. 69. Hahn. *etiam quique* olim vulg. ab antiq. edd. *etiam qui quam opt.* futili coniectura Sch. Harl. — *quique id*] *id* om. Lg. 5. 6. 16. 17. 21. 23. 24 corr. 65. 70. 73. 76. 86. *qui me* (p. *quique)* Lg. 36. Gu. 3. — *atque ornatissime*] uncis inclusi *ταυτολόγον*: qui enim optime, eidem ornatissime dicunt. Bakius conliciebat *promptissime.* — *possunt*] *possint* Lg. 73. — *accedunt*] *adcedunt* Lg. 65. 70. — *exordienda*] Lg. omnes pr. 13. 20. Ille *ordienda*, hic *exordiunda.* — *impudentes*] *imprudentes* Lg. 4

cidere non potest; 120. ut enim quisque optime dicit, ita maxime dicendi difficultatem variosque eventus orationis exspectationemque hominum pertimescit. Qui vero nihil potest dignum re, dignum nomine oratoris, dignum hominum auribus efficere atque edere, is mihi, etiam si commovetur in dicendo, tamen impudens videtur. Non enim pudendo, sed non faciendo id, quod non decet, impudentiae nomen effugere debemus. 121. Quem vero non pudet (id quod in plerisque video), hunc ego non reprehensione solum, sed etiam poena dignum puto. Equidem et in vobis animadvertere soleo et in me ipso saepissime experior, ut exalbescam in principiis dicendi et tota mente atque artubus omnibus contremiscam.

et 5 corr. 6. 14 corr. 16. 21. 65. 70. 73. 76. 86 corr. *inpud.* 84. — *tametsi*] *tamen etsi* Lg. 2. 16. 35 corr.

120. *quisque*] *quis* Lg. 93. — *exspectationemque hominum*] sic Lg. omnes, rell. plerique. inv. Henrichsen. cum Gu. 2. solo. — *pertimescit*] *pertimescat* Lg. 2. — *etiam sic*] sic divisim Vict. Gu. 1. Lg. XVIII bonique pr. 5. 13 et pr. m. 2., qui *quasi* p. *etiam si;* sec. m. *etiam si non.* — *commovetur*] *conm.* Lg. 2. *commoveatur* 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 93. *δ. ε.* Vict. ita corr. 32. *commoveretur* Z. — *impudens*] *imprudens* Lg. 4 et 24 corr. *inpudens* 17. — *videtur*] *mihi videtur* Lg. 76. — *pudendo, sed non*] haec om. Gu. 3. — *id*] om. Lg. 21. — *debemus*] *possemus debemus* Gu. 1.

121. *animadvertere*] *animum advertere* Lg. 32. Vict. uterque corr. — *artubus omnibus*] vulgo inverso ordine; sed sequendi fuere Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36. 67. Gu. 3. — *artibus* 2 corr. 4 var. ut corr. 2. 21. 24 corr. 67. 70. Gu. 1. 2. 3. Vict. corr. *actibus* Lg. 81 corr. — *contremiscam*] *contremescam* Lg. 13. 36. 81. — *adolescentulus*] *adulesc.* Lg. 65. 69. 70. 73. 81. 84. — *initio*] *in initio* Lg. 14. 16. 21. 23. 24. 35. 65. 69. 70. 73. 76. 86. 93. *in nitio* 15. Idem mendum, quasi *initium* significare *προοίμιον* s. *exordium* possit, etiam alios locos occupavit. — *consilium*] *concilium* Lg. 20. — *simul ac*] sic divisim Lg. 2. 20. 65. 70. 73. 76. 84. 86. 93. Gu. 3. Vict. (is *simulac* cum signo correctoris). *simul hac* 67. *simul atque* 36.

Adolescentulus vero sic initio accusationis exanimatus sum, ut hoc summum beneficium Q. Maximo debuerim, quod continuo consilium dimiserit, simul ac me fractum ac debilitatum metu viderit. 122. Hic omnes assensi significare inter se et colloqui coeperunt. Fuit enim mirificus quidam in Crasso pudor, qui tamen non obesset eius orationi, sed probitatis commendatione prodesset.

XXVII. Tum Antonius, Saepe, ut dicis, inquit, animadverti, Crasse, et te et ceteros summos oratores, quanquam tibi par mea sententia nemo unquam fuit, in dicendi exordio permoveri. 123. Cuius quidem rei cum causam quaererem quidnam esset cur, in quoquo oratore plurimum esset, ita maxime is pertimesceret, has causas

122. *omnes*] *omnis* Lg. 5. 6. 13. 16. 17. 24 corr. 32 corr. 36. 65. 70. 73. 86. Gu. 3. — *assensi*] *adsensi* Lg. 2. 5. 6. 13. 17. 65. 70. Gu. 3. *assensum*, Gruteri scriptura, nusquam reperitur in codd. — *inter se*] sic Lg. omnes praeter 13. 67. 85. 86., item Gu. 1. Alii *sese*. — *colloqui*] *conloqui* Lg. 17. 32. 65. 70. 73. Ponunt post *significare* Lg. 69. 93. Lamb. — *mirificus quidam*] inv. Gu. 1. 2. — *non obesset — sed prodesset*] sic dedi pro vulgata et plurimorum librorum scriptura *non modo non obesset — sed etiam prodesset*, fucatam et quaesitam elegantiam prae se ferente. *modo non* abest a Lg. 2. 4. 13. 15. 32 add. 36. Gu. 3. U. Z. ε, *etiam* abest a Lg. 2. 13. 15, 36. Gu. 3. Corruptelam et coniectandi licentiam indicat etiam Vict., in quo est *tantum non obesset*. — *commendatione*] *conmend.* Lg. 2. om. et add. al. m. Gu. 3.

XXVII. *animadverti*] *animum adverti* Lg. 2 a corr. in lacuna scriptum. *animum advorti* (sic punctis suppositis mendi signo), Vict. — *summos oratores*] inv. Lg. 2. 5. 6. 14. 16. 17. 20. 24. 32 corr. 35. 65. 69. 70. 73. 76. 84. 86. 93. Gu. 3. — *par*] ponit post *sententia* Lg. 20. — *unquam*] sic Lg. omnes pr. 5. *umquam* hic et Gu. 3. — *permoveri*] *permoneri* Gu. 1. *promoveri* (sic) Vict.

123. *cuius*] *eius* Lg. 2. — *quidnam*] divisim Lg. 67. 81 corr. 87. 93. Gu. 1. ut Iunt. *curnam* 4. — *in quoquo*] egregie sic optimi. Vulgatum *ut in quoque* interpolatoris interpretis manus

inveniebam duas: unam, quod intellegerent ii, quos usus ac natura docuisset, non nunquam summis oratoribus non satis ex sententia eventum dicendi procedere; ita non iniuria, quotienscunque dicerent, id, quod aliquando posset accidere, ne tum accideret, timere 124. Altera est haec, de qua queri saepe soleo, quod ceterarum

est. Sed *ut* omittunt Lg. 2. 4. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 17. 21. 32. 35 add. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81 add. 86. Gu. 3. *quoquo* Lg. 2. 13. 15. 23. 36. Gu. 3. Similiter *si* ante *quemcunque* inferserunt librarii c. 34, 159. — *intellegerent*] scripsi ex Lg. 13. 36. 65. — *ac*] *et* Lg. 81. — *non nunquam*] divisim secundum Lg. XIII., et per *n* secundum XXII scripsi (pr. 5. 15. 73. 81. 84. 86.) 81. et 86 *non unq.* s. *umq.* — *quotienscunque*] haec ubique est plurimorum optimorumque scriptura; hic XXIII. *quotiēcūque* Lg. 20 corr. ut cett., et per *c* 24. 81. Gu. 1. *quotiescunque* Steph. Man. Lamb., codd. Gu. 2. 3. Vict. Illa scriptura restituetur etiam infra 27, 125. 59, 251. II. 3, 13. 30, 130. 32, 137. 46, 191. 60, 244. 61, 249. III. 31, 123. Alia Ciceroniana vide apud Freundium ad Mil. p. 23. qui quanquam iure adversatur Wundero in codice Erf. alteram scripturam nusquam, si tres locos excipias, reperiri affirmanti, tamen, cum talia non uno libro confici possint, recte eam, quam dedimus, apud Ciceronem regnare dicemus. De Verrinis v. Zumpt. ad IV. 57, 130. 70, 163. VI. 8, 21. 15, 38. *Quotiens* legitur in iudiciaria lege p. 509 Graev. it. p. 715, 10. *quinquiens* in inscr. p. 201, 9. *quadragiens, centiens, milliens* in monumento Ancyrano p. 230. et 231. Quae quam depravari in codd. potuerint perspicuum est. — *posset*] *possit* Vict. Lg. praeter 4. 69. 81. 84. 85. 93. Sed sic etiam *dicat* et *accidat* scribendum. In 4. est *potuit*. *accidere*] *adcidere* Lg. 5. 6. 65. 70. Post *accideret* 65. — *ne tum accideret*] Sic Lg. plerique, Anglici plerique. *tum ne acc.* Erl. 1. *ne tum illud ipsum* acc. et Lg. 84. Lott. Steph. Lamb. *illud ipsum* supr. scr. in *δ*. *ne tum id ipsum* Havn. 1. *ne illud ipsum* Havn. 2. *γ*. Erl. 2. rell. edd. antiquiss., Lg. 69. 93 corr. Gu. 1. *ne illo ipso* Z. Erf. Gu. 3. hic adscripto *tempore*. *ne tum illo ipso* Lg. 2. 4 corr. ut 69. *ne ipsum* 3. 67. Ex illa, quae ipsi nota erat, discrepanti scriptura colligit Madvig. legendum esse *ne tum ipsum* i. e. *ne ipso illo tempore*. Ita *tum ipsum*, *cum* Fin. II. 20. 65. et *nunc ipsum* Att. VII. 3. VIII. 9. XII. 16. 40. dicuntur. Elegans, sed non necessaria coniectura.

homines artium spectati et probati, si quando aliquid minus bene fecerunt, quam solent, aut noluisse aut valetudine impediti non potuisse consequi id, quod scirent, putantur; — *Noluit*, inquiunt, *hodie agere Roscius;* aut: *Crudior fuit;* — oratoris peccatum, si quod est animadversum, stultitiae peccatum videtur; 125. stultitia autem

124. *quod ceterarum*] sic cod. Lamb. nemine sequenti. Sed sic Lg. 2. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 21. 23. 24. 35. 65. 70. 73. 76. 81. 86. *de cetera* 32 corr. Gu. 3. Z. *de caetu* 36 exp. de *cetu* 4 v. *de certis*. *de coetu* 13. Est forma sententiae ea, de qua dictum in explicationibus ad II. 27, 116. Asyndeton pariter improbans Bakius *et enim* scribebat. — *spectati — probati*] *spectanti — probanti* Lg. 4. v. u. t. 13. 32 corr. 36. Z. — *fecerunt*] *fecerint* Lg. 3. 6. 14. 15. 20. 21. 23. 24. 35. 36. 65. 67. 76. ita corr. 32. 81. *si fecerint* 5. 13. 16. 17. 69. 70. 73. Vict. — *valetudine*] *valit.* Lg. praeter 5. 13. 65. 84. 93. — *impediti*] *impeditos* Lg. 3. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 93. ita corr. 32. Vict. *impeditis* 24. 86 corr. uterque ut 3. — *potuisse*] *voluisse* Vict. — *scirent*] *scire* Gu. 3. — *putantur*] *putentur* Gu. 1. — *crudior*] *crudelior* Lg. 24 corr. — *si quod*] *si quid* Lg. 3. 32 corr. ὑφ' ἓν 4. 67. — *animadversum*] *animum adv.* Lg. 4. 32 corr. *animo adv.* — *videtur*] *esse videtur* Lg. 81.

125. *non habet*] om. Gu. 3. — *quia*] *quare* Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 86. 93. *quãte* Gu. 3. *quante* Vossianus Bakii, qui corrigit *atque*, aptum esse *quia* negans cum non causa reddatur sed explicatio adiiciatur. Nobis excusationis causa sane videtur afferri. *quo* 24 corr. ut 3. *quam te* 32 corr. ut 3. *quoniam* 35. ita corr. 81. — *subimus*] *subiciamus* Gu. 3. — *quotiens*] sic et post *totiens* Lg. omnes, Gu. tres Vict., modo quod nonnulli *c* pro *t*. — *de nobis*] *enim de nobis* Gu. 3. — *existimatur*] *extimatur* Lg. 2. 3. 4. 21. 24. 32. 67. 86. Gu. 1. 3. *estimatur* 16. 70. 73. quae est Italorum librariorum scriptura, unde quod scioli imperiti excuderunt, *aestimatur*, legitur in 5. 6. 23. 65. Hoc bene animadvertit Herzog. ad Caes. B. G. II. 17. p. 142; conferrique possunt Drakenb. ad Liv. VI. 22, 10. XXV. 24, 8. XXVI. 19, 4. XXXIV. 2, 5. Cort. ad Luc. I. 218. Satis antiquum autem est pronuntiandi illud vitium. Nam eiusdem farinae exstant in Inscriptionibus *sescenti*, quod parum perspecte cum *Esquilino* et *Exquilino*, *Sestio* et *Sextio*

excusationem non habet, quia nemo videtur aut quia crudus fuerit aut quod ita maluerit stultus fuisse. Quo etiam gravius iudicium in dicendo subimus. Quotiens enim dicimus, totiens de nobis iudicatur; et qui semel in gestu peccavit non continuo existimatur nescire gestum; cuius autem in dicendo quid reprehensum est, aut aeterna in eo aut certe diuturna valet opinio tarditatis.

XXVIII. 126. Illud vero, quod a te dictum est esse permulta, quae orator a natura nisi haberet, non multum a magistro adiuvaretur, valde tibi assentior inque eo vel maxime probavi summum illum doctorem Alabandensem Apollonium, qui cum mercede doceret, tamen non patiebatur eos, quos iudicabat non posse oratores evadere,

componit Oudend. ad Suet. Claud. 12., etsi *Exquilinus* certe ratione et auctoritate longe inferius est; item *cressere* pro *crescere* dictum, et *obstrinserit* pro *obstrinxerit,* quae in marmore aetatis Antoninianae leguntur p. 408, 1. Graev., et *Flassina* vocabulum mulieris ex genere cognominum patronymicorum, quod *Flaccinam* significare clarum est p. 469, 1. Eodem pertinet, quod *hesternus* et *externus* confunduntur in codd., velut II. 4, 15. item *hesternus* et *extremus,* v. III. 6, 21., *lassare* et *laxare* v. var. lect. I. 60, 254. — *quid*] sic vulgatum *aliquid* correxi ex Lg. XX bonique praeter 2., in quo est *quidem.* — *reprehensum*] *reprehensus* Lg. 2. 4. 5. 6. 14 corr. 32 corr. 65. Vict. Z. — *autem*] om. Lg. 81 add. 84. Gu. 2. Schuetz. *aut* U. — *certe*] om. Lg. 4. 32 add.

XXVIII. 126. *a te*] *abs te* Lg. 69. Iunt. — *a natura nisi*] sic posui secundum Gu. 3. Lg. 2. 3. 13. 32. 67. item 4. et 36., nisi quod ille *haberent,* hic *habeat.* Vulgo *nisi a natura;* sed etiam illo modo collocatis verbis sonus in *natura* cadit. *nisi haberet a nat.* Lg. 5. 6. 15. 16. 17. 21. 23. 24. 65. 70. 73. 76. 86. — *a magistro*] *a* om. Vict. — *inque*] *inquit* Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36. 67. 93. *inquam* 20. 69. et hi *eoque*, inventum eius, qui falsam scripturam probabili modo explicaturus esset. — *summum illum*] inv. Lg. 3. 4. 32. 35. 67. 73. — *doceret* — *non posse*] om. Gu. 1. *oratores evadere* interpolatoris esse putat Bakius nec sic dici omnino *evadere.* Simili additamento *efficere* legi II. 20, 85. Quod dici potuit, non debuit protinus. De latinitate vide Brutum 34, 132: *Albucius* — *perfectus Epicureus*

operam apud sese perdere dimittebatque et, ad quam quemque artem putabat esse aptum, ad eam impellere atque hortari solebat. 127. Satis enim est in ceteris artificiis [percipiendis] tantummodo similem esse hominis et id, quod tradatur vel etiam inculcetur, si qui forte sit tardior, posse percipere animo et memoria custodire. Non quaeritur mobilitas linguae, non celeritas verborum, non denique ea, quae nobis non possumus fingere, facies vultus sonus. 128. In oratorem autem acumen dialecticorum sententiae philosophorum verba prope poëtarum memoria iuris consultorum vox tragoedorum gestus paene summorum actorum est requirendus. Quam ob rem nihil in hominum genere rarius perfecto oratore inveniri potest.

evaserat. — *apud*] *aput* hic semel Lg. 4. — *quam quemque*] Sic duo Lamb. Gu. 3. Hayn. 1. (*quam* tamen ibi add. in mg. a m. rec.) pleraeque edd. antiquiss. Man. Lamb. in not. Pearc. rec. post Ern. *quamque* Havn. 2. Vet. Steph. Pall. 1. 2. Z. α. Gu. 1. 2. Erl. 1. 2. Erf. Lg. 3. 4. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 32. 35. 67. 69. 70. 84. 86. *quamcunque* Pall. rell. Ox. rell. Lg. rell. Ven. et vulgo inde ab Aldo. — *impellere*] *incitare* Lg. 2. — *hortari*] *ortari* Lg. 67. 84.

127. Quomodo Lg. 4. hic ex Barzizii mente suppletus sit, v. praef. Eadem etiam Vict. habet. *satis enim est in ceteris*] vulgo *satis est enim ceteris.* Sed illo modo posita verba sunt in Lg. 2. 4. 13. 36. Gu. 3. etsi hi quatuor *esse* habent. *in* addunt Lg. XXI bonique omnes praeter 81., qui tamen ipse id a m. sec.; item U. Gu. 3. — *percipiendis*] *perficiendis* Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 67. Vict. Z. γ. Uncis inclusi propter sequens *percipere animo.* — *vel etiam*] *ut leticiam* U. (idem *tardatur,* Gu. 2. *tradetur).* — *inculcetur*] *inculcet* Lg. 3. 13. 32. — *percipere*] *percurrere* Lg. 70. 73. — *nobis*] *nos* Lg. 65. — *non*] om. Lg. 3. 4. 32. 67 acd.

128. *autem*] om. Lg. 4. *āt* 65. 67. — *sententiae*] *sententia* Lg. omnes pr. 17. 23. 85., item Gu. 3. *scientia* U. — *prope*] om. Lg. 35. *prudentiam* U. Z. ε. — *poëtarum*] *prudentum* Lg. 2 corr. *prudentium* 4. 13. 36 corr. om. δ add. m. sec. *prudentum poëtarum* Gu. 3. *prudentium* β. — *iuris consult.*] sic divisim Lg. 2. 67. 76. — *gestus*] *gestum* Gu. 3. — *paene*] Lg. omnes pr. 3. 5. 13. 15. 20., quorum 13. 20. *poene.* A vocabulo *summorum* Lg. 2.

Quae enim singularum rerum artifices singula si mediocriter adepti sunt, probantur, ea nisi omnia summa sunt in oratore, probari non potest. 129. Tum Crassus, Atqui vide, inquit, in artificio perquam tenui et levi quanto plus adhibeatur diligentiae, quam in hac re, quam constat esse maximam. Saepe enim soleo audire Roscium, cum ita dicat se adhuc reperire discipulum, quem quidem probaret, potuisse neminem; non quo non essent quidam probabiles, sed quia, si aliquid modo esset vitii, id ferre ipse non posset. Nihil est enim tam insigne, nec tam ad diuturnitatem memoriae stabile, quam id, in quo aliquid offenderis. 130. Itaque ut ad hanc similitudinem huius histrionis oratoriam laudem dirigamus, videtisne quam nihil ab eo nisi perfecte, nihil nisi cum summa venustate fiat, nihil nisi ita, ut deceat et uti omnis moveat atque

lacunam habet ad c. 34, 157 usque. *summa* Lg. 4. *summo* Gu. 3. Lg. 13. 36 corr. — *actorum*] *citatiorem* Gu. 3. *auctorum* Lg. 6. Gu. 1. vac. 36. Hinc ad c. 34, 157 lacunosi sunt Lg. 4. 13. Gu. 3. — *requirendus*] vac. Lg. 36. expl. *inquirendus* 65. — *quam ob rem*] scripsi divisim. Hic in Lg. 36. et U. incipit lacuna ad vocem usque *exercitatione* c. 34, 157. — *perfecto oratore*] inv. Lg. 15. — *inveniri*] *reperiri* Vict. — *summa sunt*] *summa sint* Lg. 14. 16. 20. 69. 93. *potest*] libri *possunt*. Sequor Bakii correctionem, cum non id probari dicatur, quod ceteri artifices aut orator adepti sunt, sed ipsi artifices et orator.

129. *video*] *vide* Lg. 14. 20. 69. — *artificio perquam*] *artificio opera quam* Gu. 1. 2. Lg. 3. 5. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 32. 35. 67. 69. 70. 73. 76. 84. 86. *α. β. γ. artif. et opera δ.* Lg. 17. 93. Steph. al. quaed. edd. *operam quam* Lg. 6. 65. *o. quem* 81. corr. ut 3. — *adhuc*] *ad huc* Lg. 67. — *probaret*] *probare* Lg. 20 corr. *probare potuisset* 69. 93. — *potuisset*] *reperire potuisse* Lg. 81. *potuisset* 5 et 20 corr. uterque. *reperire* supra scr. *reperisse*, om. *potuisse* Vict. — *non quo*] *non quod* Lg. 20. 23. — *ferre*] om. Gu. 1. — *nihil est*] *est* om. Lg. 15. — *nec tam*] *tamque* Lg. 67.

130. *perfecte*] *perfectum* Lg. omnes pr. 3. 81. 84. 85. Paulo ante pro *videtisne quam nihil ab eo* Gu. 1. *videtis nequam*

delectet? Itaque hoc iam diu est consecutus, ut, in quo quisque artificio excelleret, is in suo genere Roscius diceretur. Hanc ego absolutionem perfectionemque in oratore desiderans, a qua ipse longe absum, facio impudenter; mihi enim volo ignosci, ceteris ipse non ignosco; nam qui non potest, qui vitiose facit, quem denique non decet, hunc (ut Apollonius iubebat) ad id, quod facere possit, detrudendum puto.

XXIX. 131. Num tu igitur, inquit Sulpicius, me aut hunc Cottam ius civile aut rem militarem iubes discere? Nam quis ad ista summa atque in omni genere perfecta potest pervenire? Tum ille, Ego vero, inquit, quod in vobis egregiam quandam ac praeclaram indolem ad dicendum esse cognovi, idcirco haec exposui omnia; nec magis ad eos deterrendos, qui non possent, quam ad vos,

nihil habeo. — *nihil nisi ita*] *nihil* om. Lg. omnes pr. 84. 85. — *et uti*] *et ut* Lg. omnes pr. 15. 81. 84. 85 om. 15 add. ut plurimi. Non recipio praesidio optimorum destitutus: talibus locis cautum esse oportet. — *omnis*] scripsi ex Gu. 2. Lg. 5. 6. 15. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 70. 73. 76. 81. 86. — *delectet*] *delectat* Lg. 17. 81. *deleat* 23 corr. ut 17. *delettet* 70. novitii Ilali signum. Idem §. 135. *profetto.* — *iam diu*] sic divisim Lg. 24. 65. 70. 73. 81. 84. 86. 93. *iam duo* Gu. 1. — *consecutus*] *consequutus* Lg. 17. 65. 70. 81. Gu. 2. (uno *u*). — *in suo*] Lamb. *is in eo*, sine dubio rectius. Madvigii suspicio *ut, in quocunque quis artificio excelleret, is in suo* etc. vulgatis nihilo melior est. — *ipse longe*] inv. Lg. 81. — *mihi enim volo*] *volo enim* Lg. 23. — *ignosci*] *ignosco* Gu. 1. — *iubebat*] *videbat* Lg. 3. 24 corr. 67. 76 corr. 86 corr. Vict. corr. Utrumque habet et corrigit 81.

XXIX. 131. *num tu*] om. Gu. 1. — *nam quis*] *nam qui* Lg. 24 corr. — *atque*] *et* Lg. 23. — *perfecta*] *perfectam* Lg. 23 corr. om. 67. — *quandam*] om. Lg. 65 add. — *ac*] *atque* Lg. 20. *aut* 84. — *idcirco*] *iccirco* Lg. 15. 20. 69. 76. *id circo* 67. 70. 84. — *accommodavi*] *adcomm.* Lg. 17. 65. 70. 73. *acconmod.* 69. — *esse ingenium*] inv. Lg. 3. 67. — *plura fortasse*] inv. Vict.

qui possetis, exacuendos accommodavi orationem meam; et quanquam in utroque vestrum summum esse ingenium studiumque perspexi, tamen haec, quae sunt in specie posita, de quibus plura fortasse dixi, quam solent Graeci dicere, in te, Sulpici, divina sunt. 132. Ego enim neminem nec motu corporis neque ipso habitu atque forma aptiorem nec voce pleniorem aut suaviorem mihi videor audisse; quae quibus a natura minora data sunt, tamen illud assequi possunt, ut iis, quae habent, modice et scienter utantur, et ut ne dedeceat. Id enim est maxime vitandum et de hoc uno minime est facile praecipere non mihi modo, qui sicut unus pater familias his de rebus loquor, sed etiam ipsi illi Roscio, quem saepe audio dicere caput esse artis *decere,* quod tamen unum id esse, quod tradi arte non possit. 133. Sed, si placet, sermonem alio transferamus et nostro more aliquando non rhetorico loquamur. Minime vero, inquit Cotta. Nunc

132. *nec*] *neque* Lg. 21. 23. 67. — *a natura*] *ab natura* Gu. 1. — *minora data sunt*] *d. s. minora* Lg. 20 corr. — *illud*] *qui illud* Vict. Gu. 2. Lg. omnes praeter 6. 20. 85. correctum nonnulli. — *assequi*] *adsequi* Lg. 65. 70. 73. — *iis*] *his* Vict. Gu. 1. Lg. praeter 20. 21. 23. 24. 81. 85. *is* 24 corr. *his*. Defendi potest, ut sint *quae nunc habent*, s. *quae habent, ut nunc est*. — *habent*] Olim vulgabatur *habeant*. Illud, Lg. omnes praeter 85., Havn. 1. 2. Erl. 1. Gu. 2. Hahn. Ven. Sch. Muell. Or. Henr. *haberent* Gu. 1. (errat Henrichs.). *habebant* Med. 1, 2. Lott. — *dedeceat*] *deceat* Lg. 17. — *maxime*] *maxume* Lg. 73. — *minime*] *nomine* Gu. 1. — *pater familias*] Lg. 14. 67. — *ipsi illi*] inv. Lg. 15. 67. 70. 76. — *decere*] *dicere* Lg. 6. 15 corr. 70. — *tradi arte*] inv. Lg. 20. — *possit*] *posset* Lg. 81 corr.

133. *transferamus*] *conferamus* Lg. 14 corr. *transferemus* Gu. 2. — *inquit Cotta*] inv. Lg. 23. — *artem*] *partem* Lg. 21. 81 corr. — *quicquid*] Lg. praeter 3. 5. 15. 70. 81. 84., item Vict. Gu. 1. Lg. duo posteriores *quicquam*, alter corr. — *eloquentia*] *loquentia* Lg. 20. — *assequamur*] *adsequamur* Lg. 17. 70. 73. eidemque et 5. post *adsecutus*. *assequutus* 81.

enim te iam exoremus necesse est, quoniam retines nos in hoc studio nec ad aliam dimittis artem, ut nobis explices, — quicquid est istud, quod tu in dicendo potes; neque enim sumus nimis avidi, ista tua mediocri eloquentia contenti sumus, idque ex te quaerimus, ut ne plus nos assequamur, quam quantulum tu in dicendo assecutus es — quoniam, quae a natura expetenda sunt, ea dicis non nimis deesse nobis, quid praeterea esse assumendum putes.

XXX. 134. Tum Crassus arridens. Quid censes, inquit, Cotta, nisi studium et ardorem quendam amoris? sine quo cum in vita nihil quicquam egregium, tum certe hoc, quod tu expetis, nemo unquam assequetur. Neque vero vos ad eam rem video esse cohortandos, quos cum mihi quoque sitis molesti, nimis etiam flagrare intellego cupiditate. 135. Sed profecto studia nihil prosunt perveniendi aliquo, nisi illud, quod eo, quo intendas, ferat

XXX. 134. *arridens*] *adridens* Lg. 17. 70. 73. — *quendam*] *quemdam* Lg. 65. Hoc et *quamdam* reiicio, quippe minus testata, etsi *quemque* et affinia probo. — *cum — tum*] *tum — tum* Lg. 20. *cum* 1. 93. — *quicquam*] Lg. omnes praeter 3. 5. item Vict. — *tum certe*] *cum c.* Gu. 1. — *unquam*] sic Lg. praeter 5. — *assequetur*] *exsequetur* Lg. 3. 32. 67. 84 (s. *exequ.*). *adsequetur* 70. *assequeretur* 86. — *cohortandos*] Lg. omnes praeter 84. 86., item Gu. 2. *adhortandos.* Etiam 6. *adortandos,* 84. *ortandos.* — *intellego*] scripsi ex Lg. 17. 65. *video* 20. om. et add. 24.

135. *nihil*] *nil* Lg. 3. 32. 67. — *prosunt*] *possunt* Lg. 5. 65 corr. — *intendas*] *tendas* Lg. 81 corr. — *ferat*] *deferat* Lg. 20 corr. om. 69 add. — *quoddam*] *quiddam* Lg. 81. — *non quandam aut perreconditam*] restitui hunc codicum omnium et edd. ante Lamb. verborum ordinem; ille primus *quandam non aut p.* Male. v. explicationes ad I. 10, 39. *quantam* p. *quandam* Lg. 85 v. u. t. — *perconditam* 16. *reconditam* 69. 93. — *adolescenti*] *adul.* Lg. 17. 32. 70. 73. *adulescentuli* 65. *adolescentem* Gu. 1.

deducatque, cognoris. Qua re quoniam mihi levius quoddam onus imponitis neque ex me de oratoris arte, sed de hac mea, quantulacunque est, facultate quaeritis, exponam vobis non quandam aut perreconditam aut valde difficilem aut magnificam aut gravem rationem consuetudinis meae, qua quondam solitus sum uti, cum mihi in isto studio versari adolescenti licebat. 136. Tum Sulpicius, O diem, Cotta, nobis, inquit, optatum! quod enim neque precibus unquam nec insidiando nec speculando assequi potui, ut quid Crassus ageret meditandi aut dicendi causa non modo videre mihi, sed ex eius scriptore et lectore Diphilo suspicari liceret, id spero nos esse adeptos omniaque iam ex ipso, quae diu cupimus, cognituros.

XXXI. 137. Tum Crassus: Atqui arbitror, Sulpici, cum audieris, non tam te haec admiraturum, quae dixero, quam existimaturum tum, cum ea audire cupiebas, causam cur cuperes non fuisse. Nihil enim dicam reconditum, nihil exspectatione vestra dignum, nihil aut inauditum vobis aut cuiquam novum. Nam principio, id quod est

136. *Sulpicius*] post hoc ponit *inquit* Lg. 21 corr. — *unquam*] sic Lg. omnes. — *nec*] *neque* Lg. 17. 24. 86. Altero loco *nec* 17 solus. *modo* supra scr. Vict. — *assequi*] *adsequi* Lg. 70. 73. ita corr. 17. — *meditandi aut dicendi causa*] *dicendi* causa nihil agere potuisse Crassum Bakius ratus corrigit *discendi*. Sed meditabatur futuras dictiones. Qua re si displicet vulgata lectio eiicienda potius videntur *meditandi aut*. — *Diphilo*] *Diiphilo* aut *Diiphylo* aut vitiosius etiam Lg. plerique, Gu. 1. 2. — *esse adeptos*] *esse* om. 15. *adepturos* 93. — *iam*] om. Lg. 69. — *ex ipso*] om. 16. — *quae*] om. 3, 67. — *diu*] *tam diu* a sec. m. 69.

XXXI. 137. *atqui*] *atque* 73. *acqui* 81. *at qui* 86. — *Sulptci, cum*] *Sulpicium* Lg. 5. 65. Gu. 1. *Sulpicium cum hec audieritis* exp. *hec* 15. — *te haec*] inv. Lg. 3. om. 14. — *exspectatione*] *s* extritum in Lg. praeter 3. 5. 15. *vestra exsp. dignum* 23. *nostra* 76. om. 81 add. 84. — *id*] vulgo *illud*. Correxi ex Lg. 3. 6. 7. v. explicationes.

homine ingenuo liberaliterque educato dignum, non negabo me ista omnium communia et contrita praecepta didicisse: 138. primum oratoris officium esse dicere ad persuadendum accommodate; deinde esse omnem orationem aut de infinitae rei quaestione sine designatione personarum et temporum aut de re certis in personis ac temporibus locata. 139. In utraque autem re quicquid in controversiam veniat, in eo quaeri solere aut factumne sit aut, si est factum, quale sit aut etiam quo nomine vocetur aut, quod non nulli addunt, rectene factum esse videatur. 140. Exsistere autem controversias etiam ex scripti interpretatione, in quo aut ambigue quid sit scriptum aut contrarie aut ita, ut a sententia scriptum dissentiat; his autem omnibus partibus subiecta quaedam esse argumenta propria. 141. Sed causarum, quae sint a communi quaestione seiunctae, partim in iudiciis versari, partim in deliberationibus; esse genus etiam tertium, quod in laudandis aut vituperandis hominibus poneretur; certosque esse locos, quibus in iudiciis uteremur, in quibus aequitas

138. *dicere ad persuad.*] inv. Lg. 21 corr. — *infinitae*] *infinita* Vict. Gu. 2 — *et temporum*] *aut temporum* Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 17. 20. 21. 23. 24 corr. 32. 35. 65. 67. 69. 76. 81. 84. 93. Gu. 2. — *ac temporibus*] *et temp.* Lg. 81. *aut* 84.

139. *quicquid*] sic Lg. omnes, Vict. — *factumne*] *factumve* Lg. 6. *factum nescit* (p. *factumne sit*). — *non nulli*] sic divisim Lg. 67. 70. 84. 86. — *rectumne*] divisim Lg. 14. 23. 69. 93. — *esse videatur*] inv. Vict.

140. *exsistere*] *existere* Lg. praeter 3. 5. 15. 24.; hic autem *esistere*, manus novitii Itali. — *etiam ex scripti*] inv. Lg. 3 corr. 67. *et* p. *etiam* 15. om. 20. 23. — *ita ut*] *ita aut* Lg. 84. — *a sententia*] *a* om. Lg. 15. 86 add. — *scriptum*] *scriptura* Lg. omnes pr. 84. 85. — *dissentiat*] sic Lg. omnes, *α. β. γ. δ. ε.* Gu. 1. 2., omnino accurate collati omnes. Vulgatum *dissideat* ex Aldi correctione fluxisse videtur. — *subiecta* — *sint* §. 141. om. 15.

141. *communi*] *cōmuni* Lg. 24. — *seiunctae*] *seiuncta* Lg. 20. 35. 84. Hic in 93. additur interpolatoris inventum θέσεως

quaereretur; alios in deliberationibus, quae omnes ad utilitatem dirigerentur eorum, quibus consilium daremus; alios item in laudationibus, in quibus ad personarum dignitatem omnia referrentur. **142.** Cumque esset omnis oratoris vis ac facultas in quinque partes distributa, ut deberet reperire primum quid diceret; deinde inventa non solum ordine, sed etiam momento quodam atque iudicio dispensare atque componere; tum ea denique vestire atque ornare oratione; post memoria saepire; ad extremum agere cum dignitate ac venustate: etiam illa cognoram; **143.** et acceperam, antequam de re diceremus, initio conciliandos eorum esse animos, qui audirent; deinde rem demonstrandam; postea controversiam constituendam; tum id, quod nos intenderemus, confirmandum; post quae contra dicerentur refellenda; extrema autem oratione ea, quae pro nobis essent, amplificanda et augenda, quaeque essent pro adversariis, infirmanda atque frangenda.

definitio. — *certosque*] *ceterosque* Lg. 21. — *uteremur*] *uterentur* Lg. 76. — *quaereretur*] sic Crat. Streb. Pearc. recentt. post Ern. Codd. (etiam Gu. 1. 2) et edd. inde ab antiquissimis *quaeritur*. — *quae omnes*] vulgatur *qui*. Correxi ex Lg. 13. 32. 69. Non *loci*, sed *deliberationes* diriguntur ad utilitatem eorum, quibus consilium damus. — *dirigerentur*] *dirigentur* Lg. 17. 67. 69. 81 corr. *diligenter*. — *idem*] *autem* Lg. 6. 17. — *referrentur*] *referentur* Lg. 17. 24. Gu. 1. — *transferentur* 84.

142. *oratoris vis*] inv. Lg. 15. *oratorum* 81. — *partis*] scripsi ex Lg. 15. 67. — *reperire*] *repperire* Lg. 20. *recipere* 15. — *atque iudicio*] *ac iud.* Lg. 14. 20. 23. 35. 93. ita corr. 81. — *componere*] *disponere* edd. plures, Steph. Iunt. Man. Lamb. Id pro *dispensare* prae se ferunt Lg. 15. 76. Pro *atque* ibidem *et* Lg. 69. 93. — *oratione*] *dictione* Lg. 2. — *saepire*] sic Lg. 81 corr. 84. Rectius sic διαφόγγως, v. Cellar. Orthogr. p. 346 Harl. — *dignitate ac venustate*] inv. Lg. 21. 32 corr.

143. *eorum esse*] inv. Lg. 20. 23. 81. — *intenderemus*] *contenderemus* Lg. 20. *id* om. idem. — *confirmandum*] *confirmanda* Lg. 73. — *contra dicerentur*] ὑφ' ἓν Lg. 65. 81. 86. 93. — *augenda*] *agenda* Lg. 65.

XXXII. **144.** Audieram etiam quae de orationis ipsius ornamentis traderentur; in qua praecipitur primum, ut pure et latine loquamur; deinde, ut plane et dilucide; tum, ut ornate; post ad rerum dignitatem apte et quasi decore: singularumque rerum praecepta cognoram. **145.** Quin etiam, quae maxime propria essent naturae, tamen his ipsis artem adhiberi videram. Nam de actione et de memoria quaedam brevia, sed magna cum exercitatione praecepta gustaram. In his enim fere rebus omnis istorum artificum doctrina versatur; quam ego si nihil dicam adiuvare, mentiar. Habet enim quaedam quasi ad commonendum oratorem quo quidque referat et quo intuens ab eo, quodcunque sibi proposuerit, minus aberret. **146.** Verum ego hanc vim intellego esse in praeceptis omnibus, non ut ea secuti oratores eloquentiae laudem sint adepti, sed, quae sua sponte homines eloquentes facerent, ea quosdam observasse atque id egisse; sic esse

XXXII. 144. *orationis*] *oratoris* 6 corr. — *et dilucide*] *atque dil.* Lg. 85. — *post*] *tum* Lg. 15. 20. om. haec usque ad *his* §. 145. Lg. 67. — *quasi* om. Lg. 32 add. 35. exp. 81.

145. *quin etiam*] divisim XIII Lg. quaedam edd. antiquiores ὑφ' ἕν. — *tamen*] *tum* Lg. 65. — *his*] *in his* Lg. 17. 84. Gu. 1. 2. (Lamb. *iis* Lg. 23. 35. *in* exp. 84. — *adhiberi*] *adhibere* Lg. 35. 69. — *gustaram*] *cognoram* Lg. 14. 23 corr. — *omnis*] *omnibus* Lg. 67. — *ego si*] inv. 23. — *dicam adiuvare*] inv. Vict. — *commonendum*] *commovendum* Lg. 21. 24 corr. 65. Gu. 1. ita v. 81. *conmon.* 69. — *quo*] *quod* Lg. 70. *quodque* corr. *quo quid* 81. — *quidque*] *quicque* 15. 32. 67. quod intestatum cum sit, non recipio, etsi *quicquam* et *quicquid* probo. *quicquid* Vict. — *ab eo*] *ab* om. Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 86. 93. Habent Anglici, Gu. 1. 2. Lg. 17. 32. 81. 84. 85. — *proposuerit*] *posuerit* Lg. 6.

146. *ego*] om. Gu. 1. — *intellego*] sic Lg. 17. 65. — *non ut*] *ut non* corr. *non modo* Lg. 23. — *secuti*] *sequuti* Lg. 17. 21. 23. 70. — *id egisse*] sic codd. plerique. *adegisse* Lg. 23. v. explicationes. — *esse non*] *non* om. 23. 65. ille postea *ex* in *non ex* correctum habet. — *eicio*] scripsi ex Lg. 14. 15. 20. 21.

non eloquentiam ex artificio, sed artificium ex eloquentia natum; quod tamen, ut ante dixi, non eicio; est enim, etiam si minus necessarium ad bene dicendum, tamen ad cognoscendum non illiberale. 147. Et exercitatio quaedam suscipienda vobis est; quanquam vos quidem iampridem estis in cursu: sed iis, qui ingrediuntur ad stadium quique ea, quae agenda sunt in foro tanquam in acie, possunt etiam nunc exercitatione quasi ludicra praediscere ac meditari. 148. Hanc ipsam, inquit Sulpicius, nosse volumus; attamen ista, quae abs te breviter de arte decursa sunt, audire cupimus, quanquam sunt nobis quoque non inaudita. Verum illa mox; nunc de ipsa exercitatione quid sentias quaerimus.

XXXIII. 149. Equidem probo ista, Crassus inquit, quae vos facere soletis, ut causa aliqua posita consimili causarum earum, quae in forum deferuntur, dicatis quam

23. 65. 69. 70. 73. 76. 81. 84. ita corr. 86. *eiitio* Vict. *citio* Gu. 1. eodem ducentia. *reiicio* Lamb. — *etiam si*] sic divisim Lg 3. 5. 14. 15., quorum postremus *etiam etsi*, it. Vict. am. sec. Prima om. *si*. — *illiberale*] *inliberale* Lg. 5. 6. 15. 70. 73. 81. 84. ita corr. 16.

147. *et*] codd. plerique *ea*, quod probari non potest; om. Lg. 69. *eius* edd. Man. al. *praeterea* Lamb. ex libris nescio quibus, et Pearcius. *Et* ed. Lott., Strebaeus, Ern. rell. pr. Muell., qui cum *at* in ed. Lips. Thanneri repertum olim verum putasset, post de coni. scripsit *etiam*. *ad ea* Havn. 1. a corr., ut videtur. Bakius corrigebat *sed;* oppositum enim esse prioribus. Asseverationem potius dixerim *et* explicans *et sane*. — *suscipienda*] *suspicanda* Gu. 1. — *sed iis*] Ita cod. Lamb. Havn. 1. (*his* 2.) Lg. plerique. *sed his* Gu. 1. 2. Lg. 5. 24. 65. 67. 70. 73. 76. 86. *hi* 6. *ii* 69. Erl. 1. edd. antiq. (Hahn *hi*), Ern. — *ingrediuntur ad stadium*] *studium* librorum omnium scriptura est: nam quod Henrichsenius nescio undo de Gu. 1. 2. sive, ut ille numerat, B. C. dicit, falsum est. *stadium* Med. 2. Lott. Crat. Man. Lamb. Sch. Henr. *In stadium* Grut. Ern. Sch. inventum recentiores recepere. — *possunt*] *possint* 93 a m. sec. — *praediscere*] *prodiscere* Lg. 5. 14 corr. 17. 21. 35. 65. 76. *perdiscere* 15. 20. 32. 67. 81. 84. Vict. corr. ita corr. 93. — *ac*] *atque* Lg. 20. 70. 84.

maxime ad veritatem accommodate; sed plerique in hoc vocem modo, neque eam scienter, et vires exercent suas et linguae celeritatem incitant verborumque frequentia delectantur. In quo fallit eos, quod audierunt dicendo homines, ut dicant, efficere solere. **150.** Vere enim etiam illud dicitur perverse dicere homines perverse dicendo facillime consequi. Quam ob rem in istis ipsis exercitationibus, etsi utile est etiam subito saepe dicere, tamen illud utilius sumpto spatio ad cogitandum paratius atque accuratius dicere. Caput autem est, quod, ut vere dicam, minime facimus (est enim magni laboris, quem plerique fugimus), quam plurimum scribere. Stilus optimus et praestantissimus dicendi effector ac magister; neque iniuria. Nam si subitam et fortuitam orationem commentatio et cogitatio facile vincit, hanc ipsam profecto assidua ac diligens scriptura superabit. **151.** Omnes enim,

148. *attamen*] divisim Lg. 81. 83. *ac tamen* Lg. quidam, Gu. 1. 2. Havn. 1. 2. Sch. in ed. mai. — *abs te*] *a te* Lg. 6. — *quanquam*] ut solent XII Lg., 15. 67. 69. 73. 76. — *vobis*] *nobis* Gu. 2. Lg. 65. — *quoque*] om. Lg. 3. 20. 32. 67. — *non*] om. Gu. 1.

XXXIII. 149. *earum*] om. Lg. 17. — *accommodate*] *adcomm.* Lg. 17. 70. 73. *acconm.* 69. — *modo*] om. Lg. 3. 5. 15. 16. 17. 21. 23. 24. 32. 65. 67. 70. 73. 76. 86. *hoc modo* Gu. 1. inverso ordine vocabulorum. — *qui aud.*] *quod aud.* Lg. 69.

150. *enim*] om. Lg. 70. — *perverse dicere homines*] om. Gu. 2. add. in mg. — *sumpto*] ita Lg. omnes et edd. pleraeque. — *paratius*] *paratiusque* Lg. 3. 67. om. *atque*. — *accuratius*] *adcur.* Lg. 73. — *scribere*] *scriberet* Lg. 6. — *stilus*] *stylus* Steph. Iunt. Man., sed liber nullus. — *optimus*] *opimus* Lg. X., in quibus 3. 5. 65. 67. 69. 76. corr. in 24 et 69. ita var. 81. — *praestantissimus*] addunt *est* Lg. 16. 70. 73. 86. — *ac magister*] *atque mag.* Lg. 14. 20. 93. *et m.* 84. — *assidua*] *adsidua* Lg. 17. *ac*] *et* Lg. 21. 23. 24. 73.

151. *sunt*] *sint* Lg. 81. 84. *ac prud.*] *atque* vulgatum mutavimus ex Lg. omnibus pr. 85. — *prudentiae*] *providentiae* s *e* s. *cie* Lg. VIII., quorum sunt 15. 65. 70. 73. — *inquirentibus*]

sive artis sunt loci sive ingenii cuiusdam ac prudentiae, qui modo insunt in ea re, de qua scribimus, inquirentibus nobis omnique acie ingeni contemplantibus ostendunt se et occurrunt; omnesque sententiae verbaque omnia, quae sunt cuiusque generis maxime illustria, sub acumen stili subeant et succedant necesse est; tum ipsa collocatio conformatioque verborum perficitur in scribendo, non poëtico, sed quodam oratorio numero et modo. 152. Haec sunt, quae clamores et admirationes in bonis oratoribus efficiunt, neque ea quisquam, nisi diu multumque scriptitarit, etiam si vehementissime se in his subitis dictionibus exercuerit, consequetur. Et qui a scribendi consuetudine ad dicendum venit hanc affert facultatem, ut, etiam subito

ita Havn. 1., Oxx. omnes, Gu. 1. 2. Erl. 1 a pr. m., Lg. 17. 21. 32. 65. 70. 73. Vict.; idem est *in quirentibus* 24 corr.; et sic Iulius Victor Art. rhet. p. 116. Ven. Ald. Iunt. Crat. Man. Steph. Henr. V. Gernhard. ad Off. I. 3, 9. Beier ad Off. I. 30, 105. *anquirentibus* Lg. plerique, Gu. 2. Havn. 1. Erl. 1. m. sec. pleraeque edd. antiquiss. Lamb. Grut. sqq. *an quer.* et *acquir.* Lg. nonnulli. — *acie*] om. Lg. 3. 32. 67., eidemque *ingenio.* — *ingeni*] scripsi secundum Lg. 16. 65. 70. — *maxime*] *maximeque* Lg. 84. Gu. 1. Steph. al. — *illustria*] *inlustria* Lg. 65. 70. 73. — *acumen*] *acumine* Vict. — *collocatio*] *collatio, conlatio, collatione,* Lg. XXI (praeter 17. 84. 85). Medias sic errore omissas esse vocabulorum partes tralaticia res est; velut *intus* pro *intento*, *inhostus* pro *inhonesto, status* pro *statuto*, v. Heins. ad Tac. Ann. V. 4. Drak. ad Liv. XXII. 37, 9. XXIV. 48, 7. XXVIII. 24, 4. XXXIX. 13, 8. — *conformatioque*] *et conformatio* Lg. 16. 23. 70. 73. 86. *et confirmatio* 3. 32. 67. *confirmatioque* 5 corr. *conformatio* 6. 21. 14 corr. 15. 20. 65. 76 corr. 81. 84. — *perficitur*] *conficitur* Lg. 21 corr. — *in scribendo*] om. Lg. 23.

152. *nisi diu*] *nisi qui diu*, ut Lambinus dedit, Lg. 20. 21. 23. 81. 84., quod omnes veritatis numeros habere videtur. — *scriptitarit*] *perscriptitarit* Lg. 24 corr. *scriptarit* 23. *scriptitaverint* Vict. — *etiam si*] sic divisim Vict. Lg. omnes praeter 76. — *subitis*] *locis subitis* Lg. 3. — *hanc affert*] inv. Lg. 20. *adfert* 73. — *dicantur*] *dicat* Lg. 20. *dicuntur* 65. — *attulerit*] *adtulerit* Lg. 70. 73. — *consequetur*] *consequitur* Lg. 65.

si dicat, tamen illa, quae dicantur, similia scriptorum esse videantur; atque etiam, si quando in dicendo scriptum attulerit aliquid, cum ab eo discesserit, reliqua similis oratio consequetur. 153. Ut concitato navigio cum remiges inhibuerunt, retinet tamen ipsa navis motum et cursum suum intermisso impetu pulsuque remorum: sic in oratione perpetua, cum scripta deficiunt, parem tamen obtinet oratio reliqua cursum scriptorum similitudine et vi concitata.

XXXIV. 154. In cotidianis autem commentationibus equidem mihi adolescentulus proponere solebam illam exercitationem maxime, qua C. Carbonem nostrum illum inimicum solitum esse uti sciebam, ut aut versibus pro-

153. *ut*] *et ut* Bakius asyndeto offensus. Particula in simili comparando otiosa et sententiae incommoda videtur. — *concitato*] *incitato* Lg. 14. 20. 93. ita rar. 17. — *remiges*] *remigiis* Lg. 81 corr. — *inhibuerunt*] *inhibuerint* Lg. 35. 93. ita corr. 81. *sustinuerunt* Lamb. v. explicationes. — *cum scripta*] *conscripta* Lg. 6. *cum scriptum* 76., idemque *deficit*. — *obtinet*] *optinet* Lg. 17. 20. 21. 24. 65. 70. commendandum illis, qui *sed* et *aput* unice probant. V. ad 11, 48.

XXXIV. 154. *commentationibus*] sic non modo Manut. et recentt. post Sch., sed etiam Lg. 16, 23. 70. 73. 86. *condēcōnibus* (sic) Erl. 1. *concionibus* Havn. 2. supra scr. *exercitationibus*. *concitationibus* Pall. Grut. Oxon. Gu. 1. 2. Havn. 1. edd. antiquiss. Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 20. 21. 65. 69. 76. 81. 83. et c. var. *exercitationibus* 35. ita corr. 67. *concertationibus* Steph. Lamb. *cogitationibus* Ald. Iunt. Crat. Grut. Ern. *exercitationibus* ed. Lips. Thanneri. — Paulo ante *cotidianis* Lg. 15. 24. *cottidianis* 67. 81. 84. 86. Iunt. *quottid.* 76. Gu. 1. — *adolescentulus*] *adul.* Lg. 17. 32. 65. 70. 73. 81. 84. — *illam*] *istam* Lg. 65. — *sciebam*] *solebam* Lg. 76. — *comprehendere*] *conprendere* Gu. 1. Lg. 6. *cōpr.* 70. — *post*] *postquam* Lg. 69. Verba *quod ea — posuissem* parentheta esse vult Bakius et sermonem institutum absolvi sequentibus *ita si*. Sed *ita* ἀνακόλουθον efficeret orationem, quod post parenthesin probari nequit. — *cuiusque*] *cuiuscunque* Lg. 65. — *Gracchus*] *Graccus* Lg. X., quorum 15. 67. 69. 76. *Gracus* Vict. *Grachus* quidam. Illam priorem scripturam defendens Cortius

periclitandae vires ingeni et illa commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est. 158. Legendi etiam poetae cognoscendae historiae omnium bonarum artium doctores atque scriptores legendi et pervolutandi, et exercitationis causa laudandi interpretandi corrigendi vituperandi refellendi; disputandumque de omni re in contrarias partis et quicquid erit in quaque re, quod probabile videri possit, eligendum [atque dicendum]; 159. perdiscendum ius civile cognoscendae leges percipienda omnis

educenda] *sed ducenda* Lg. 21. — *in clamorem*] *in* om. Lg. 69. — *in aciem*] anaphorae figura iterari praepositionem iubet, estque alia res illa, de qua diximus ad 15, 65. Addunt *in* Lg. 2. 3. 5. 6. 14. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 32. 35. 36. 65. 67. 70. 73. 76. 86., ut Lamb. Grut. recentt. — *subeundus usus omnium*] *visus omnium* Iul. Vict. p. 119. *visus hominum* Madvigius. *Usus* omnes codd. tuentur, sed *hominum* Lg. 2. 86. suppeditant. Creberrima est horum confusio orta ex spiritu initiali omisso in scriptura ceteroquin pari *oium;* cf. etiam Drakenborch. ad Liv. III. 54, 6. Schaef. ad Plin. Paneg. 45, 5. v. explicatt. — *et periclit.*] *et* om. Lg. 2. — *ingeni*] scripsi ex Lg. 13. 16. 17. 65. 70. — *illa*] *ista* Lg. 65. — *commentatio*] *commendatio* Gu. 3. *conmentatio* Lg. 2. 69.

158. *cognoscendae historiae*] scripsi ex Lg. 2. 3. 4. 13. 32 corr. 36. 67. Gu. 3. U.; horum 2. *ystoriae,* 67. *hyforiae,* Gu. 1. *ystorie.* Vulgatum *cognoscenda historia.* — *artium doctores atque scriptores*] inverti secundum Lg. 2. 3. 13. 32. 36. 67. Gu. 3. *doctores atque* om. Lg. 4. *Atque* pro vulgato *ac* est in Lg. omnibus praeter 20. 93. — *legendi*] *et* ante addi solitum delevi secundum Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36. 37. Gu. 3. — *refellendi*] om. Lg. 2. 4. 13. 32. (add. 2. m.) 36. Distinctiones mutavi. *Legendi* enim et *pervolutandi* unum sententiae incisum faciunt, alterum quae exercitationis causa fiunt, *laudandi interpretandi corrigendi vituperandi refellendi.* — *partis*] scripsi ex Lg. 3. 5. 16. 17. 21. 65. 70. 73. 76. ita corr. 32. — *quicquid*] sic Lg. omnes praeter 32. — *quaque*] *omni* Lg. 15. *quoque* 17. *quacunque* 69. 93. — *re*] om. Lamb. — *eligendum*] sic nonnulli Lamb. codd., isque pro *atque dicendum* mox *atque eliciendum* scripsit (sic Vict.); Pal. 1. 2. Pith. Memm. U. Z. Gu. 3. Erf. Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. *eliciendum* codd. prae illis nulla fide, idque quomodo ortum sit, Lg. 17. docet, in quo *elicendum.* Quae sequuntur *atque*

antiquitas senatoria consuetudo disciplina rei publicae iura sociorum foedera pactiones, causa imperii cognoscenda est; libandus est etiam ex omni genere urbanitatis facetiarum quidam lepos, quo tanquam sale perspergatur omnis oratio. Effudi vobis omnia, quae sentiebam, quae fortasse, quemcunque patrem familias arripuissetis ex aliquo circulo, eadem vobis percontantibus respondisset.

XXXV. 160. Haec cum Crassus dixisset, silentium est consecutum. Sed quanquam satis iis, qui aderant,

dicendum om. nonnulli Lamb. codd., eiicienda putavit Lamb., eiecit Sch. Solum *dicendum* om. Havn. 1. 2. Pal. 3. 5. 6. 7. 8. *α. ε.* Lg. 84. Gu. 1. 2. (Errat Henrichsen.) *discendum* Lg. 4. *educendum* 15. Nobis interpretis manus videtur addita per *atque*, v. ad II. 36, 144.

159. *perdiscendum*] *perdiscendumque* Lg. 4. — *imperii*] *inperii* Lg. 67. Verba *pactiones causa imperii* om. Gu. 3. — *libandus est*] abest vulgo *est*, quod addidi ex Gu. 2. Lg. omnibus praeter 6. 67., qui om. In Vict. Lg. 4. 13. 32. 36., invertitur *est libandus ex* etc. *et libandus* Lg. 3. *est* in Gu. 3. partim expunctum. Praeterea *etiam* om. Lg. plerique, non tamen 2. 3. 14. 81. 93. Vict. et Gu. 2. id ponunt post *omni*. — *facetiarum*] *et* addunt Lg. 16. 73. 86. id supra scr. Gu. 3. — *perspergatur*] *perspargatur* Lg. XIV., quorum 3. 13. 15. 65. 67. 70. 73. Vict. Gu. 3. *aspergatur* Lg. 6. *spargatur* 69. 93. Gu. 2. *spargitur* Lg. 86. *perspargitur* 20. 32 corr. Vide ad III. 29, 114. — *oratio*] supra scr. Gu. 3. a m. sec. — *quemcunque*] *si quemcunque* Lg. 6. 15. 16. 17. 23. 24. 35. 65. 70. 76. 86. *si quandocunque* 93 corr. ut 6. Vide ad c. 27, 123. — *patrem familias*] divisim Lg. X, quorum 15. 67. 70. 76. — *arripuissetis*] *adrip.* Lg. 24. 70. 73. 86. — *percontantibus*] Gu. 2. Lg. omnes praeter 2. 81. qui *percuntantibus*. Hic semel *percunctantibus* Vict.

XXXV. 160. *consecutum*] *consequutum* Lg. 5. 17. 81. om. 6. — *iis*] *his* Lg. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 84. 86. 93. *id* (p. *iis*) Gu. 3. — *vellent*] *mallent* Lg. 2. — *quid est*] *est* om. Lg. 23. — *inquit*] om. Lg. 15. 17. — *quod*] *quid* Lg. praeter 2. 15. 21. 23. 24. 76. 81. 86., itaque corr. 81. — *ab*] om. Lg. 4 add. *ab* 13. 21. 32. 36. ita corr. 5., quos sequor, eam formam etiam praeter locutionem *ab re*, ante consonas crebro reperiri videns. *ab sese* Verr. II. 31, 78. Caec. 2, 4. Cluent. 36. Q. Fr. II. 3, 8. Liv. XXV,

periclitandae vires ingeni et illa commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est. 158. Legendi etiam poetae cognoscendae historiae omnium bonarum artium doctores atque scriptores legendi et pervolutandi, et exercitationis causa laudandi interpretandi corrigendi vituperandi refellendi; disputandumque de omni re in contrarias partis et quicquid erit in quaque re, quod probabile videri possit, eligendum [atque dicendum]; 159. perdiscendum ius civile cognoscendae leges percipienda omnis

educenda] *sed ducenda* Lg. 21. — *in clamorem*] *in* om. Lg. 69. — *in aciem*] anaphorae figura iterari praepositionem iubet, estque alia res illa, de qua diximus ad 15, 65. Addunt *in* Lg. 2. 3. 5. 6. 14. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 32. 35. 36. 65. 67. 70. 73. 76. 86., ut Lamb. Grut. recentt. — *subeundus usus omnium*] *visus omnium* Iul. Vict. p. 119. *visus hominum* Madvigius. *Usus* omnes codd. tuentur, sed *hominum* Lg. 2. 86. suppeditant. Creberrima est horum confusio orta ex spiritu initiali omisso in scriptura ceteroquin pari *oium;* cf. etiam Drakenborch. ad Liv. III. 54, 6. Schaef. ad Plin. Paneg. 45, 5. v. explicatt. — *et periclit.*] *et* om. Lg. 2. — *ingeni*] scripsi ex Lg. 13. 16. 17. 65. 70. — *illa*] *ista* Lg. 65. — *commentatio*] *commendatio* Gu. 3. *conmentatio* Lg. 2. 69.

158. *cognoscendae historiae*] scripsi ex Lg. 2. 3. 4. 13. 32 corr. 36. 67. Gu. 3. U.; horum 2. *ystoriae,* 67. *hyforiae,* Gu. 1. *ystorie.* Vulgatum *cognoscenda historia.* — *artium doctores atque scriptores*] inverti secundum Lg. 2. 3. 13. 32. 36. 67. Gu. 3. *doctores atque* om. Lg. 4. *Atque* pro vulgato *ac* est in Lg. omnibus praeter 20. 93. — *legendi*] *et* ante addi solitum delevi secundum Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36. 37. Gu. 3. — *refellendi*] om. Lg. 2. 4. 13. 32. (add. 2. m.) 36. Distinctiones mutavi. *Legendi* enim et *pervolutandi* unum sententiae incisum faciunt, alterum quae exercitationis causa fiunt, *laudandi interpretandi corrigendi vituperandi refellendi.* — *partis*] scripsi ex Lg. 3. 5. 16. 17. 21. 65. 70. 73. 76. ita corr. 32. — *quicquid*] sic Lg. omnes praeter 32. — *quaque*] *omni* Lg. 15. *quoque* 17. *quacunque* 69. 93. — *re*] om. Lamb. — *eligendum*] sic nonnulli Lamb. codd., isque pro *atque dicendum* mox *atque eliciendum* scripsit (sic Vict.); Pal. 1. 2. Pith. Memm. U. Z. Gu. 3. Erf. Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. *eliciendum* codd. prae illis nulla fide, idque quomodo ortum sit, Lg. 17. docet, in quo *elicendum.* Quae sequuntur *atque*

antiquitas senatoria consuetudo disciplina rei publicae iura sociorum foedera pactiones, causa imperii cognoscenda est; libandus est etiam ex omni genere urbanitatis facetiarum quidam lepos, quo tanquam sale perspergatur omnis oratio. Effudi vobis omnia, quae sentiebam, quae fortassè, quemcunque patrem familias arripuissetis ex aliquo circulo, eadem vobis percontantibus respondisset.

XXXV. 160. Haec cum Crassus dixisset, silentium est consecutum. Sed quanquam satis iis, qui aderant,

dicendum om. nonnulli Lamb. codd., eiicienda putavit Lamb., eiecit Sch. Solum *dicendum* om. Havn. 1. 2. Pal. 3. 5. 6. 7. 8. *α. ε.* Lg. 84. Gu. 1. 2. (Errat Henrichsen.) *discendum* Lg. 4. *educendum* 15. Nobis interpretis manus videtur addita per *atque*, v. ad II. 36, 144.

159. *perdiscendum*] *perdiscendumque* Lg. 4. — *imperii*] *inperii* Lg. 67. Verba *pactiones causa imperii* om. Gu. 3. — *libandus est*] abest vulgo *est*, quod addidi ex Gu. 2. Lg. omnibus praeter 6. 67., qui om. In Vict. Lg. 4. 13. 32. 36., invertitur *est libandus ex* etc. *et libandus* Lg. 3. *est* in Gu. 3. partim expunctum. Praeterea *etiam* om. Lg. plerique, non tamen 2. 3. 14. 81. 93. Vict. et Gu. 2. id ponunt post *omni*. — *facetiarum*] *et* addunt Lg. 16. 73. 86. id supra scr. Gu. 3. — *perspergatur*] *perspargatur* Lg. XIV., quorum 3. 13. 15. 65. 67. 70. 73. Vict. Gu. 3. *aspergatur* Lg. 6. *spargatur* 69. 93. Gu. 2. *spargitur* Lg. 86. *perspargitur* 20. 32 corr. Vide ad III. 29, 114. — *oratio*] supra scr. Gu. 3. a m. sec. — *quemcunque*] *si quemcunque* Lg. 6. 15. 16. 17. 23. 24. 35. 65. 70. 76. 86. *si quandocunque* 93 corr. ut 6. Vide ad c. 27, 123. — *patrem familias*] divisim Lg. X, quorum 15. 67. 70. 76. — *arripuissetis*] *adrip.* Lg. 24. 70. 73. 86. — *percontantibus*] Gu. 2. Lg. omnes praeter 2. 81. qui *percuntantibus*. Hic semel *percunctantibus* Vict.

XXXV. 160. *consecutum*] *consequutum* Lg. 5. 17. 81. om. 6. — *iis*] *his* Lg. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 84. 86. 93. *id* (p. *iis*) Gu. 3. — *vellent*] *mallent* Lg. 2. — *quid est*] *est* om. Lg. 23. — *inquit*] om. Lg. 15. 17. — *quod*] *quid* Lg. praeter 2. 15. 21. 23. 24. 76. 81. 86., itaque corr. 81. — *ab*] om. Lg. 4 add. *ab* 13. 21. 32. 36. ita corr. 5., quos sequor, eam formam etiam praeter locutionem *ab re*, ante consonas crebro reperiri videns. *ab sese* Verr. II. 31, 78. Caec. 2, 4. Cluent. 36. Q. Fr. II. 3, 8. Liv. XXV.

ad id, quod erat propositum, dictum videbatur, tamen sentiebant celerius esse multo, quam ipsi vellent, ab eo peroratum. Tum Scaevola, Quid est, Cotta? inquit, quid taceris? nihilne vobis in mentem venit, quod praeterea ab Crasso requiratis? 161. Id me Hercule, inquit, ipsum attendo. Tantus enim cursus verborum fuit et sic evolavit oratio, ut eius vim et incitationem aspexerim, vestigia ingressumque vix viderim; et tanquam in aliquam locupletem ac refertam domum venerim non explicata veste neque proposito argento neque tabulis et signis propalam collocatis, sed his omnibus multis magnificisque rebus constructis ac reconditis: sic in oratione Crassi divitias

31, 4. *ab solitudine* de Or. I. 45, 199. *ab Statilio* Rosc. Com. 10. Verr. I. 17, 50. *ab senatu* II. 8, 23. Div. X. 10, 1. *ab suis sedibus* Fontei. 10. *ab republica* Verr. IV. 1, 2. *ab reo* Cael. 10, 29. *ab Rhodo* Div. XII, 15, 5. *ab liberti filio* de Or. I. 39, 176. *ab iure* 39, 179. *ab quoque* I. 49, 212. *ab spe* Liv. XXII. 15, 2. *ab nondum capta* XXI. 11, 10. *ab dominis* 15, 1. *ab Tiberio* 15, 6. *ab Druentia* 32, 6. *ab diis* Cic. Rosc. Com. 16. *ab tergo* Liv. XXI. 34, 6. XXVIII. 16, 4. *ab nobilibus* XXII. 38, 6. et quae huic nostro loco simillima sunt, *ab Quinti Fabii opibus* Liv. XXII. 34, 2. *ab Carthaginiensibus* XL. 17, 3. *ab Carano* XLV. 9, 3. *ab Clodia* Cic. Att. IX. 6, 3. *ab Caesare* X. 4, 6. XIV. 17, 3. *ab Quinto* IV. 17, 2. Conferri possunt Goer. ad Cic. Legg. III. 16, 35. ad Ac. I. 2, 8. Herzog. BG. III. 9., quem tamen errare ostendit Freund. in Iahnii Ann. philol. XIII. 3. p. 295. — *requiratis*] *requiritis* Gu. 1.

161. *id*] sic om. *immo* non modo Havn. 1. 2. U. Z. *γ. δ. ε.* Gu. 1. 2. 3. Erl. 1. Erf. Steph. Lamb., sed etiam Vict. et Lg. XXI., boni omnes. Quod dicit Orellius, non posse intelligi cur *immo* a librariis insertum sit, verum esset de multis aut bonis codd. — *id*] *in* Lg. 5. 14. 65. *inmehercle* 6. 20. *id* om. 13. 36. *me Hercule* (s. *herc.*), ut dedi, Lg. 2. 65. 67. 69. 70. 81. 86. *mehercle* 4. 32. *hercle* 13. 36. *in eo hercules* 84. Hic est fons illius *immo*. — *inquit*] om. 5. 6. 14. 20. 24. 35. 65. 69. 76. 81. Gu. 3. *ipsum* praemittit 23. — *attendo*] *adtendo* Lg. 17. — *cursus*] *crassus* Gu. 3. — *sic* — *incitationem*] om. Lg. 6. *sic* om. 65. — *et incit.*] dedi pro *atque* vulgato ex Lg. omnibus praeter 67. —

atque ornamenta eius ingeni per quaedam involucra atque integumenta perspexi; sed ea contemplari cum cuperem, vix aspiciendi potestas fuit. Itaque nec hoc possum dicere me omnino ignorare quid possideat neque plane nosse atque vidisse. 162. Quin tu igitur facis idem, inquit Scaevola, quod faceres, si in aliquam domum plenam ornamentorum vel in villam venisses? Si ea seposita, ut dicis, essent, tu, qui valde spectandi cupidus esses, non dubitares rogare dominum, ut proferri iuberet, praesertim si esset familiaris; similiter nunc petes a Crasso, ut illam copiam ornamentorum suorum, quam constructam uno in loco quasi per transennam praetereuntes strictim aspeximus, in lu-

aspexerim] sic, non *adspexerim*, Lg. XXI. bonique, solentque ita ante *sc* et *sp* probatissimi libri. Lg. 13. id om. — *vestigia*] om. Gu. 1. — *ingressumque*] *ingressique* Gu. 3. — *venerim*] sic omnes codd. et edd. inde ab antiquiss. Ern. *venirem*, operarum fortasse peccato. — *explicata*] *explicavisti* Gu. 3., dein om. *veste*. — *sic*] *si modo* Lg. 65. *modo* om. optimi, Gu. 3. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36., eosque sequor. — *neque tabulis*] om. Gu. 3. — *atque ornamenta*] *ac̄ orn.* Lg. XVII., in quibus sunt 2. 65. 69. 70. 73. *et* 76. — *ingeni*] dedi ex Lg. 13. 16. 36. 65. *ingenii eius* 20. 73. — *integumenta*] *integmenta* Lg. 2 corr. 6. *integimenta* Gu. 2. 5. 16. 17. 21. 24. 65. 73 corr. 76. 86. ita corr. 32. *integimentis* 23. De illis formis permixtis v. Drak. ad Liv. XXXVI. 32, 6. — *perspexi*] *prospexi* Lg. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 23. 24. 35. 65. 69. 70. 73. 81. 86. 93. ita corr. 32. — *contemplari cum*] vulgo inv. Mutavi ex Lg. 2. 3. 16. 13. 23. 32. 36. 67. 76. Gu. 3. Paulo ante *ea* om. Vict. — *aspiciendi*] *aspiciundi* Lg. 21. — *itaque*] scripsi pro vulg. *ita* ex Lg. 2. 3. 4. 13. 32 corr. 35. 36. 67. 86. 93. ita corr. 69. — *nec*] scripsi ex Lg. 13. 32 corr. 35. 36. 69. 93. Vulgo *neque*. om. 14. 15. 86. — *atque vidisse*] sic pro *ac* Lg. XXI. bonique omnes praeter 2., qui *neque*. Pro *vidisse* Lg. 2. 3. 13. 32. 36. 67. Gu. 3. *invidisse*.

162. *vel in villam*] scripturae *villamve* fons nullus ostendi potest. *ullam* Lg. 2 corr. *in villam;* porro 4. v. *in villam;* 5. 6. 14. 15. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 76. 81. 84. *villam* 13. 32 corr. ut 3. 36. *illam* 16. 70. 73. 86. Ox. Steph. Iunt. om. 69. *vel illam invenisses* U. *villamque* ceteri. Putida videtur villae mentio

cem proferat et suo quicque in loco collocet. 163. Ego vero, inquit Cotta, a te peto, Scaevola (me enim et hunc Sulpicium impedit pudor ab homine omnium gravissimo, qui genus huius modi disputationis semper contempserit, haec, quae isti forsitan puerorum elementa videantur,

Bakio. *vel in villam*, ut Lambinus, Lg. 3. 67. 93., idque recipiendum, cum simul originem vitii monstret: *vel* omissum fuit propter similitudinem proximorum. — *si ea*] *ea* om. Vict. — *tu qui*] vulgo *tuque*. Recepi egregiam scripturam, ἦθος orationi addentem ex Lg. omnibus praeter 20. 69. 81. 84. 93. itaque iam Lambinus. Est *tu, quippe qui cupidus esses, pro tua cupiditate*, ἅτε ἐπιθυμῶν. — *si esset*] *si esses* dimidia pars codd. nec minus boni, Havn. 1. 2. Cant. Norf. Mead. Harl. 2. Gonv. *α. γ. δ. ε.* Erl. 1. Gu. 2 (?). Lg. 3. 5. 6. 13. 16. 21. 23. 24. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. ita corr. 32. ed. Hahn. Wald. Pearc. Ern. Sch. Muell. *esset* Lg. 2. 4. 14. 15. 17. 20. 32 m. pr. 93. Pall. aliquot, Pith. U. Z. *β.* Erf. Gu. 1. 3. pleraeque edd. antiquiss. et vulgo ante Ern.; restituere Or. Henr. — *petes*] sic Havn. 1. 2. Cant. *ε.* Erl. 1. Gu. 1. 3. Lg. 3. 5. 16. 17. 21. 23. 65. 67. 69. 70. 73. 84. 86. ita corr. 32. edd. Hahn. Wald. vulg. ab Aldo ad Grut.; restituit Pearc. et recentt. post Ern. *petis* Lg. ceteri plerique, Pall. aliquot, Pith. Ox. plerique Erf. Grut. De Gu. 3., (quem A. nominat) errat Henrichsenus. *petas* Lg. 4. 93. quod non deterius recepto; idem 24. sed *a* sublito. *potes* Vict. Gu. 2 (?). Lg. 14. 15 corr. ut 3. 35. *quin petis* Lamb. *pete* Nonius v. *transenna* p. 180 et 512. fortasse recte. — *illam copiam*] vulgo *eam*. Mutavi secundum Lg. 2. 3. 6. 13. 35. 36. 67. Gu. 3. itaque Lamb. om. 4 add. ut 2. it. 32. — *constructam*] *constrictam* Lamb. — *transennam*] add. *navim* Gu. 1. *sentina qi (= quasi) navem* Vict. adscr. vulg. p. var. *qũa sennam quasi navem* Gu. 3. *navem* Lg. 15. *transenam, trassennam, transsennam, transcenam, transitum* aberrantes Lg. 14. 15. 17. 23. 32. 35 corr. 65. 69. 76. 84. 93. — *praetereuntes*] *praetereuntem* Gu. 3. Lg. 32 et 86 corr. uterque. — *strictim*] *vix* 23. — *aspeximus*] *conspeximus* Lg. 36. *adsp.* 21. a m. sec. — *quidque*] *quicque* Lg. IX. quorum est 70. *quicquam* X. quorum 3. 5. 13. 15. 65. 67. 69. 76. *quicquid* 81. A prima manu *quicquam* etiam 2. 4. 32. 36. a secunda *quandoque* 2. idem inscr. et expunctum rursus in 32. 36. — *in loco*] sic Lg. omnes praeter 15. et post Ern. recentt. Olim *in suo quidque loco* nonnullae edd. et codd. Ox. — *collocet*] *conlocet* Lg. 65. 70. 73.

exquirere); sed tu hanc nobis veniam, Scaevola, da; perfice, ut Crassus haec, quae coartavit et peranguste refersit in oratione sua, dilatet nobis atque explicet. 164. Ego me Hercule, inquit Mucius, antea vestra magis hoc causa volebam, quam mea; neque enim tanto opere

163. *huius modi*] *huiuscemodi* Lg. 17. — *contempserit*] sic, ut solent, cum litera *p* Lg. pr. 5., Gu. 3. Vict. — *forsitan*] *forsan* Lg. 14. 15. 69. 93. *forsam* 35 corr. ut 14. — *tu hanc nobis veniam, Scaevola, da; et perfice*] „hanc Madvigii emendationem meliores codd. confirmant; nam: *tu h. nob. ven: Sc. perfice* Cod. Cler. ap. Lamb. Pal. 1. 2. Memm. (V. St.) Pith. Gu. A (= 3) U (modo *profice)* Z (modo *nobis hanc)*, in quibus *da* post *la* excidit (ita et Lg. 2. 4. 13. 32 corr.) *tu hanc nobis ven. Scaevola . . . . . et perfice* (VIII. fere litterarum spatio relicto). Erf. *tu veniam nobis da, Scaevola et perfice* Ven. Lott. *tu nobis hoc da, Scaevola, et perfice* Lamb. Vulgo: *tu hoc nobis da, Scaevola, et perfice.*" *Henrichsen.* — *coartàvit*] sic Lg. 3. 4. 5. 6. 13. 14. 16. 17. 20. 32. 36. 65. 67. 79. 70. 73. 93 corr. Gu. 2. 3. it. 24 sublito *a.* *cohartavit* 2. 15. 76. 81. 84. 86. *coarctavit* pauci accurate collatorum, Gu. 1. Lg. 21. 23. 35. — *nobis atque*] *nobisque* Lg. 81.

164. *me Hercule* (s. *h.)* Lg. 2. 67. 69. 70. 76. 81. 86. 93. *me hercle* 4. 20. Vict. *me hercules* 84. — *antea*] *a natura* Gu. 3. — *vestra magis*] om. Lg. 36. *magis haec vestra* 81. — *tanto opere*] sic Lg. 4. Gu. 3. et post *quanto opere* 93. Gud. 3. isque semper divisim, quae omnino scriptura aut a plurimis aut ab aliquo saltem bonorum praesidium habere solet. Eam ubique recepi; sine dubio enim divisim scriptum, cum elisione pronuntiatum est. Editorum quidem quid in codicibus exstet incuriosorum altum plerisque locis silentium est. In libris de Inventione *magno* et *tanto opere* Turicensem librum secutus dedit Orellius I. 23, 33. 41, 76. II. 1, 1. 3, 9. 6, 21. et fortasse 25, 75. in epistolis codicem Mediceum exprimens Div. II. 4, 1. III. 2, 1. IV. 5, 4. V. 12. 2. 18, 1. 19, 1. VI. 12, 3. 18, 4. VIII. 1, 2. IX. 24, 1. XII. 14, 7. XIV. 4, 4. XV. 1, 4. Q. Cic. de pet. cos. 11, 41. Att. 1, 20. II. 1, 5. III. 8, 2. IV. 17, 2. XII. 35, 2. XIV. 7, 2. XV. 5, 1. XVI. 13, 9. Contra in aliis scriptis aut ne hiscit quidem aut sibi non constat. — *magnopere* dedit Her. II. 22, 34. et locis praeterea innumeris. Verior forma legitur etiam Verr. III. 40, 98 v. Zumpt. IV. 87, 201. Mur. 10, 23. Arch. 6, 12 et 14. Planc. 2, 4. Sext. 49, 145. Vatin. 17, 41 (ex cod. Barb.). Balb. 18, 41.

hanc a Crasso disputationem desiderabam, quanto opere in causis oratione delector; nunc vero, Crasse, mea quoque etiam causa rogo, ut, quoniam tantum habemus otii, quantum iam diu nobis non contigit, ne graveris exaedificare id opus, quod instituisti. Formam enim totius negotii opinione meliorem maioremque video, quam vehementer probo.

XXXVI. 165. Enimvero, inquit Crassus, mirari satis non queo etiam te haec, Scaevola, desiderare, quae neque ego teneo, ut ii, qui docent, neque sunt eius generis, ut, si optime tenerem, digna essent ista sapientia ac tuis auribus. Ain tu? inquit ille. Si de istis communibus

Rab. Posl. 8, 21. Ac. I. 19, 63. 35, 112. Fin. II. 27, 85. 32, 106. Tusc. I. 42, 100. III. 6, 12. 8, 16. 9, 19. Republ. I. 8. 14. 18. ND. III. 1, 3. Cat. M. 11, 38. Off. I. 1, 3 (sed v. Heus. et Gernh.). 11, 35. 26, 90. II. 16, 56. Eandem, sed ut delectum nullum fecerint, ex Livio enotant Drak. ad XXVIII. 18, 4., ex Caesare Oudend. ad B. G. I. 14, 5. ex Suetonio idem et Graevius ad Caes. 1. cf. Calig. 5. Vespas. 2. In his libris ita scribitur II. 13, 55. 23, 98. 31, 133. 40, 172. 60, 244. 70, 310. — *in causis*] *eius* praemitti vulgo solitum delevi ex Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. 65 add. Gu. 3. *in eius causis* 81. Facile subauditur genitivus ex prioribus. — *iam diu*] sic divisim XIII Lg. (65. 67. 69. 70. 73. 76.) Vict., qui semper ita, Gu. 3. — *contigit*] hoc ante Gruterum vulgatum a Sch. Muell. Or. Henr. restitutum praebent Lg. 2. 3. 4. 14. 16. 17. 20. 23. 32. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 81. 93. Vict. Gu. 3. *contingit* cett. Lagomarsini, Havn. 2. Erf. al. Grut. Ern., male. — *graveris*] *gravere* Lg. plerique, non tamen 2. 4. 13. 32. 36. Ita corr. 32. edidit Lambinus. *gravare* Gu. 1. *graviter* Vict. — *exaedificare*] *exaedificari* Lg. 3. 5. 16. 20. 65. 67. 70. 73. Gu. 3 *(exhed.)*. — *meliorem maioremque*] sic transposui ex Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36. Vict. Gu. 3.

XXXVI. 165. *enimvero*] divisim Gu. 3. Lg. 2 corr. — *tum vero* 32. v. et corr. ut 2. 67. 70. 76. 81. 84. Vict. — *uti*] *ut* Lg. 23. 35. 70. 81. 84. Ga. 1. — *ii*] om. Vict. *et a te* (pro *ego teneo*) *nec uti qui docent* Gu. 3. — *optime*] *optume* Lg. 5. 17. 70. 73. recipiendum, si boni fontes conspirant. — *neglegere*] sic Lg. 13. 36. 65. — *dixisti*] *duxisti* Lg. 6. 20 corr. — *quibus hominum*]

et pervagatis vix huic aetati audiendum putas, etiamne illa neglegere possumus, quae tu oratori cognoscenda esse dixisti, de naturis hominum de moribus de rationibus iis, quibus hominum mentes et incitarentur et reprimerentur, de historia de antiquitate de administratione rei publicae, denique de nostro ipso iure civili? Hanc enim ego omnem scientiam et copiam rerum in tua prudentia sciebam inesse; in oratoris vero instrumento tam lautam supellectilem nunquam videram. 166. Potes igitur, inquit Crassus, (ut alia omittam innumerabilia et immensa et ad ipsum tuum ius civile veniam) oratores putare eos, quos multas horas exspectavit, cum in cam-

quō hom. Lg. 2. Gu. 3. *quomodo hom.* 4. 36. om. ab *de moribus* usque ad *hominum* 13. *de moribus de rationibus iis* om. Gu. 3. — *iis*] *his* Lg. 5 corr. 6. 24. 69. 70. 76. 84. 93. — *et incitarentur*] *et* om. Lg. 15. 81. 84. Vict. Gu. 2. *incitantur* 14. 15. 20. 69. 93. *citarentur* 17. — *reprimerentur*] *reprimuntur* Lg. 14. 15. 20. 69. 93. — *de nostro*] *de* om. Gu. 3. *ipso nostro* Lg. 5. 6. 14. 15. 20. 69. 76. 93. — *hanc enim ego*] *h. ego enim* Lg. 3. 4. 20. 67. 70. 84. om. *enim* 14. 15. 32 add.

166. *igitur, inquit*] inv. Gu. 1. *petes* Gu. 3. idem om. *igitur.* — *omittam innumerabilia et immensa*] Sic Havn. A. Lg. omnes, edd. antiquiss. et vulgo post Grut. *om. quae sunt inn. et imm.* duo Steph. codd. Dresd. Man. *om. quae s. immensa* Vict. Gu. 2. Havn. B. Z. δ. β. γ. ε. Ald. mg. Crat. Steph. Lamb. — *et ad*] *et ut ad* Lg. 15. 81. 84. Gu. 2. *ut et* 69. ita corr. 14. — *ius tuum civ.*] *civile ius tuum* Lg. 5. 14. 15. 16. 17. 20. 23. 24. 65. 69. 70. 73. 76. 93. *ius tuum civ.* 35. *et* ante om. Vict. — *putare*] *putarem* Lg. 2 corr. *putares* 23. — *exspectavit*] *spectavit* 70. *spectavi* 24. 73. *expectavi* et postea *properarem* Gu. 2. 3. 5. 6. 14 corr. 16. 20. 21. 35. 65. 67. 69. 84. 86. 93. hoc etiam 70. 73. 76. 81. ita corr. 32. *properare* 17. *properarent* Vict. — *Hypsaei,* nomen in XXII. Lg. (2. 3. 5. 65. 73. 76) varie depravatum. Paulo ante *ridens secum* Gu. 1. — *praetore*] om. quidam, ut Gu. 3. alii *pr. praet. pater patri* etc. *a M. Crasso pr.* om. Gu. 2. — *causa*] *causae* Lg. 3 corr. 5. 14. 17. 21. 23. 35. 65. 67. 81. Gu. 1. ita corr. 32. *cedere a causa* 2 corr. — *causa caderet*] ut supr. et 69. *cause cederet* Vict. —

pum properaret, et ridens et stomachans Scaevola, cum Hypsaeus maxima voce plurimis verbis a M. Crasso praetore contenderet, ut ei, quem defendebat, causa cadere liceret; Cn. autem Octavius homo consularis non minus longa oratione recusaret, ne adversarius causa caderet ac ne is, pro quo ipse diceret, turpi tutelae iudicio atque omni molestia stultitia adversarii liberaretur. 167. Ego vero istos, inquit, (memini enim mihi narrare Mucium) non modo oratoris nomine, sed ne foro quidem dignos putarim. Atqui non defuit illis patronis, inquit Crassus, eloquentia neque dicendi ratio aut copia, sed iuris civilis scientia; quod alter plus lege agendo petebat, quam quantum lex in XII tabulis

turpi tutelae] *turpitudine* Lg. 2. 6. *turpitule* 3. corr. ut 15. 70. 86. Gu. 3. *turpitulae* s. — *laee* 5. 13. 14. 16. 17. 36. 65. 67. 73. 76. *turpicule* 15. 23. 93 et sublito *c* 4. *iudici* idem et 13. et Gu. 3. *turpicule* corr. *turpitule* 32. *turpitutele* Gu. 3. *turpitudele* inscr. *t.* Gu. 2. Aldus primus emendasse videtur. — *adversarii*] *adversari* Lg. 17. 32 corr. Gu. 3.

167. *istos, inquit*] inv. Lg. 35. 76. — *non modo*] *non puto* Lg. 2. 4. 5. 6. 13. 14. 16. 20. 21. 23. 24. 32. 36. 65. 70. 73. 76. Gu. 3. U. *oratores esse non puto* 3. 67. *oratores non esse puto* 69. *non puto oratores* 81. *or. non puto* 93. — *ne foro*] *ne* om. Lg. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 70. 73. 76. 81. 84. 86. ita corr. 32. — *quidem*] om. Lg. 2. 81. 84. — *putarim*] *putarem* Steph. Iunt. Lamb. al. *vix putarem* Lg. 5. 14 corr. ut 3. 17. 21 corr. ut 3. 35. 65. 84. 86. Gu. 1. 2. *vix putare* 3. 6. 15. 16. 20. 23. 69. 70. 73. *vix putari* Gu. 3. Lg. 4. 13. 32 corr. ut 5., 36. 76. 81. vitia ex praegressorum interpolatione orta, cum probabilis haec cum verbo *memini* coniungendi ratio quaereretur. — *scientia*] vulgo *prudentia*. Emendavi ex Lg. 2. 4. 13. 14. 15. 20. 32 corr. 35. 36. 69. 81. 93. Gu. 3. U. Z. mg. *δ*. — *quam*] om. Lg. 13. 32 add. *quam cum lex* Gu. 3. *quanquam tum* s. *tunc* 3. 67. — *permiserat*] *permittebat* Lg. 24. *permiserit* 81. 84. — *causa*] *causae* Lg. 3 corr. 5. 13. 14. 17. 21. 65. 67. 69. 81. Gu. 1. 2 (e). Z. *δ. ε.* — *quod esset*] codd. optimi *erat*. Sed cum haec sententiae obliquae esse videantur, secutus sum Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76.

permiserat; quod cum impetrasset, causa caderet; alter iniquum putabat plus secum agi, quam quod esset in actione, neque intellegebat, si ita esset actum, litem adversarium perditurum.

XXXVII. 168. Quid? his paucis diebus nonne nobis in tribunali Q. Pompei praetoris urbani familiaris nostri sedentibus homo ex numero disertorum postulabat, ut illi, unde peteretur, vetus atque usitata exceptio daretur CUIUS PECUNIAE DIES FUISSET? quod petitoris causa comparatum esse non intellegebat, ut, si ille infitiator probasset iudici ante petitam esse pecuniam, quam esset coepta deberi, petitor, rursus cum peteret, ne exceptione excluderetur QUOD EA RES IN IUDICIUM ANTE VENISSET.

81. 84. 86. 93. Havn. 1. 2. al., itaque Lamb. Muell. Or. Henr. — *intellegebat*] sic Lg. 13. 65. 70.

XXXVII. 168. *his*] *in* addunt Lg. 2. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 86. 93. ita corr. 32. *his* om. 17. *hic* Gu. 1. — *Pompei*] sic Gu. 3. Lg. 2. 3. 17. 20. 23. 32. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 93. — *praetoris*] nonnulli varie prave, propter siglam PR. — *urbani*] *urbis* 6. 16. 20. 23. 35. 76. 81. plerique per compendium. — *numero disertorum*] inv. Lg. 3. 32. *(diss.)* 67. — *illi*] *illud* om. Gu. 3. *usitata* om. idem. — *cuius*] *eius* Lg. 2 corr. *quod* 15. *cum* 16. *cuius* var. *quis* 93. — *dies fuisset*] *dies non fuisset* Lg. 86. ita corr. 3. — *comparatum*] *comperatum* Gu. 1. librarii Itali signum. — *non intell.*] *non* om. Gu. 3. *intellegebat* scripsi ex Lg. 13. 65. — *infitiator*] per *c* omnes codd., etsi de Anglicis nihil dicitur. *inficiaretur* Lg. 3 corr. ut rell. *inficiatur* 6. — *esse pecuniam*] inv. Lg. 5. 14. 16. 17. 20. 21. 24. 35. 65. 69. 70. 73. 81. 84. 86. et praeterea *quae* pro *quam* 5. 14. 16. 17. 65. 76. 81 corr. u. t. *quare* 70. — *ne exceptione*] sic Lg. omnes praeter 13. 36. 69. 70., Havn. 1. 2. Erl. 1. Gu. 2. 3. α. β. γ. δ. ε. Ald. Iunt. Crat. Man. Lamb. Muell. Or. Henr. *ne* om. Lg. ceteri, Gu. 1. Pall. 1. 2. Memm. Pith. Z. edd. antiquiss. Grut. Ern. Sch. v. explicationes. — *ante*] scripsi ex Lg. 2. 6. 24. 32 corr. 36. 69. 81 corr. *non antea* 5. — *venisset*] sic Gu. 3. Lg. 2. 4. 5. 13. 32 corr. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. 93. Pall. duo, Memm. Pith. Z. Erf. pleraeque edd. antiq. Man. Lamb. Grut. recentt. post. Ern. *non venisset*

169. Quid ergo hoc fieri turpius aut dici potest, quam eum, qui hanc personam susceperit, ut amicorum controversias causasque tueatur laborantibus succurrat aegris medeatur afflictos excitet, hunc in minimis tenuissimisque rebus ita labi, ut aliis miserandus, aliis irridendus esse videatur? 170. Equidem propinquum nostrum P. Crassum illum Divitem et multis aliis rebus elegantem hominem et ornatum et praecipue in hoc efferendum et laudandum puto, quod, cum P. Scaevolae frater esset, solitus est ei persaepe dicere neque illum in iure civili satis illi arti facere posse, nisi dicendi copiam assumpsisset (quod quidem hic, qui mecum consul fuit filius eius est con-

Lg. ceteri, Havn. 1. 2. *α. β. γ. δ. ε.* Erl. 1. Gu. 1. 2. Hahn. Ald. Iunt. Crat.

169. *quid ergo hoc*] *hoc ergo* Lg. 35. — *turpius*] *turpius fieri potest* 84. *fieri t. potest* 81. — *succurrat*] *subcurrat* Lg. 70. 73. — *afflictos*] *adflictos* Lg. 70. — *irridendus*] *inridendus* Lg. 5. 32. 70. 73.

170. *propinquum nostrum*] om. Gu. 1. — *illum Divitem*] insititium putat Bakius; non dici enim eo cognomento hominem de Or. III. 33, 134. Brut. 19, 77. nec praemitti *ille* cognominibus. Sed postponitur II. 70, 284., quod hic fieri propter sensus ambiguitatem non potuit; nemo enim *Divitem* pro cognomine haberet. Deinde doctius illud est quam pro glossatoris ingenio. — *et multis — et praecipue*] scripsi illud ex Havn. 1. 2. Gu. 1. 2. Norf. Mead. Harl. 2. Cant. *α. γ.* Erl. 1. et Lagomarsini omnibus praeter 32. pr. m. edd. antiquiss. Ald. Iunt. Crat. Pearc. Muell.; hoc ex illis plerisque, quos dixi praeter Gu. 2 (errat Henrichsen.); sed Lag. solis 4. 81. 84. Illo loco *cum* Gu. 3. Ox. plerique, Steph. Lamb. Grut. et recentt. omnes pr. Muell.; hoc Lg. plerique, al. *quoniam* Erf.; v. Wunder. praef. p. XCVIII. Sed om. *tum* Erl. 1. Erf. Gu. 3. Ox. plerique, edd. antiquiss. Grut. sqq. Deinde *multis aliis rebus* omisso *in* dedi ex Cant. Ox. omnibus, Erl. 1. Gu. 1. 3. (de 2. errat Henrichs.) Erf. edd. antiquiss., et Lg. ad unum omnibus, ut iam Grut. Ern. Sch. fecere. Longe lectius hoc vulgato: v. explicatt. ad I. 3, 12. — *efferendum*] plerique codd. et edd. *ferendum*, quod non addito *laudibus* verum esse non potest. Illud in solis Lg. 84. 93 reperi, deditque iam Lambinus ex mg.

secutus), neque se ante causas amicorum tractare atque agere coepisse, quam ius civile didicisset. 171. Quid vero ille M. Cato? nonne et eloquentia tanta fuit, quantam illa tempora atque illa aetas in hac civitate ferre maximam potuit, et iuris civilis omnium peritissimus? Verecundius hac de re iam dudum loquor, quod adest vir in dicendo summus, quem ego unum oratorem maxime admiror; sed tamen idem hoc semper ius civile contempsit. 172. Verum, quoniam sententiae atque opinionis meae voluistis esse participes, nihil occultabo et quoad potero vobis exponam quid de quaque re sentiam.

XXXVIII. Antoni incredibilis quaedam et prope sin-

Crat., dein Pearc. Sch. Muell. Or. Henr. *laud. et fer.* inv. Lg. 20. — *P. Scaevolae*] sic (aut *Scevolae* s. *Scevulae)* Lg. XX., in quibus 2. 15. 65. 69. 70. 73. 76. Gu. 1. 2. sed 3. *Scevola*, ut olim vulgatum. Dein post *solitus* addunt *est* Lg. 2. 6. 23. 81. 84. Gu. 2. ut dederunt Steph. Iunt. Lamb. Alii ante Ern.: *cum P. Scaevola frater esset solitus ei persaepe dicere*, in qua scriptura neque apodosis cernitur, nec sententia constat. Nam non cadit in Scaevolae personam ius civile discere voluisse ante causas agendas, cum ea scientia illius gentis patrimonium fuerit, neque L. Crassus cum P. Crassi Divitis filio, sed cum P. Scaevolae Pont. M. filio cognomine consulatum gessit. — *illi arti*] *illi arte* Gu. 1. Lg. 2. 69. uncis inclusere Ern. Or. om. Sch. Muell. v. explicatt. — *assumpsisset*] sic Lg. omnes (cum *p*). *adsumpsisset* 5. 17. 65. 69. — *mecum consul*] inv. Lg. 6. 21. — *consecutus*] *consequutus* Lg. 17. 70. 81 corr. 93. *sevutus* 65 corr. — *se antea*] *se ante* Lg. 23. — *ius civile*] inv. Lg. 84. om. *ius* 86.

171. *M. Cato*] *M.* om. optimi omnium Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 3. nescio an recte. — *ferre*] *efferre α*. Lg. 81. v. u. t. Gu. 2. *afferre* 84. — *maximam*] *maxime* vitiose quamvis optimi, Lg. 2. 4. 13. 23. 32 corr. 36. 67. Gu. 3. U. Z. de verbis *illa aetas* suspectis v. ad II. 34, 144. — *iam dudum*] sic divisim Lg. 65. 67. 70. 73. 81. 84. 93. — *contempsit*] sic cum *p* Lg. omnes praeter 5.

172. *quoniam*] *q̃m̃*. Gu. 3. soletque ita.

XXXVIII. *Antoni*] *M. Antonii* Lg. 4. Quod dedimus, Lg. 6 inscr. *o*. 16. 21 ut 6. *o*. 36. 65. 70. 76. 84 ut 6. 86. Gu. 1. —

gularis et divina vis ingenii videtur etiam si hac scientia iuris nudata sit, posse se facile ceteris armis prudentiae tueri atque defendere. Quam ob rem hic nobis sit exceptus; ceteros vero non dubitabo primum inertiae condemnare sententia mea, post etiam impudentiae. 173. Nam volitare in foro haerere in iure ac praetorum tribunalibus iudicia privata magnarum rerum obire, in quibus saepe non de facto, sed de aequitate ac iure certetur, iactare se in causis centumviralibus, in quibus usucapionum tutelarum gentilitatum agnationum alluvionum circumluvionum nexorum mancipiorum parietum luminum stillicidiorum,

etiam si] sic Lg. 2. 32. 84. 86. *etsi* s. *et si* 16. 67. 69. 70. 73. *si* 5. 6. 14. 15. 17. 20. 21. 23. 24 corr. 35. 65. 76. 81. 93. Vict. — *posse se*] *se* om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Lamb. Etsi aliquando excidit pronomen, proniores ad omittendum hic librarios fuisse verisimile propter verbum praecedens. — *facile*] om. Lg. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 65. 70. 73. 76. 81 add. 84. 86. — *tueri*] *causas tueri* edd. antiquiores omnes praeter Iunt., item Z. *α. β. δ. ε.* Sed om. *causas* Lg. omnes et Gu. 1. 2. 3. — *atque*] *ac* Lg. 3. — *ceteros*] *coet.* Lg. 13. 20. 67. *caet.* VI. minus boni. — *dubitabo*] *dubito* Lg. 3. 14. 67. — *impudentiae*] *inpudentiae* Gu. 3.

173. *centumviralibus*] *centum iurabilibus* (s. *vir.*) Lg. 2 corr. ut 4. *coniecturalibus* 4 corr. quidam divisim. — *usucapionum*] divisim Lg. 2. *ususcap.* Gu. 1. et Lg. XIII. ita corr. 32. — *alluvionum* et *circumluvionum* plures corrupte, ut tamen in 17. 21. 65. 70. 73. illud constet. Alterum XIX codd. om., in quibus 15. 65. 70. 73. 76. item Vict. — *luminum*] *fluminum* Gu. 3. et Lg. XIV, quorum sunt 3. 5 corr. 13. 15. 67. 69. 70. *luminum fluminum* 16. 73. — *ruptorum aut ratorum*] ita Havn. 1. 2. Harl. 1. 2. *α. β. γ.* mg. *δ.* Erl. 1. Gu. 2. (errat de 1. et 3 Henrichs.) Erf. Lg. 5. 14. 21. 23. 24. 65. 69. 84. 93. edd. ante Grut. Pearc. Ern. Or. *test. raptorum aut ratorum δ. t. rupt. aut raptor.* Pal. 1. Tosan. Memm. 1. (V. Steph.) Z. U. (is *et* p. *aut*) *ε.* Vict. Gu. 1. 3. Lg. IX, in quibus 3 inscr. *) 13. 67. ita corr. 32. *test. raptorum* omissis ceteris Pal. 2. *test. ruptorum* omissis cett. Memm. 2. Pith. Lg. ceteri, Grut. Verba *ruptorum aut ratorum* Ernesto suspecta delevere Sch. Muell., nos cum Henrichs. uncinis clausimus. In ipsa oppositione, quod Schuetzio visum, vitium

testamentorum [ruptorum aut ratorum] ceterarumque rerum innumerabilium iura versentur, cum omnino quid suum quid alienum qua re demum civis aut peregrinus servus aut liber quispiam sit ignoret, insignis est impudentiae. 174. Illa vero deridenda arrogantia est in minoribus navigiis rudem esse se confiteri, quinqueremis aut etiam maiores gubernare didicisse. Tu mihi cum in circulo decipiare adversarii stipulatiuncula et cum obsignes tabellas clientis tui, quibus in tabellis id sit scriptum, quo ille capiatur: ego tibi ullam causam maiorem committendam putem? Citius Hercule is, qui duorum scalmorum

non est: v. Isid. Origg. V. 24. Gai. II. 138. Inst. II. tit. 17; nec concinnitatis lex violatur, ut ait Henrichsen., quod fieret, si alterutrum adderetur. Verum quod *ratorum* quidem, sed non *ruptorum* testamentorum iura sunt, additamentum arguit. — *demum*] pro vulgato *denique* scripsi ex Lg. 2. 4. 13. 36. Gu. 3. U. Z. Ea in libris non raro confunduntur. Sed bene constat sententia. Quaeritur quo modo demum (δῆτα) civis fiat, si id agatur, ut hoc sciatur. — *civis*] *ius* Gu. 3. — *impudentiae*] sic Lg. omnes, 4 a m. sec. *inpud.* 6. 15. 17. 81. Gron. et al. edd. quaed. *imprudentiae.*

174. *deridenda*] *irridenda* Lg. 21. — *arrogantia*] *adrog.* Lg. 17. 65. 70. 73. *est* praem. 32. — *quinqueremis*] sic aut *quinque remis* Lg. 2. 4. 20. 36. 69. 81. 84. qua de re antiquam accusativi scripturam restitui. *qn qui* (hoc al. m.) *remes* Gu. 3. — *maiores*] *maioris* Lg. 5. 16. 17. 21. 65. 69. 70. 73. 76. *maioribus* 13. *maiorem* 84. *maiorum* 86 corr. add. *naveis* Lamb. — *tu*] *tum* Lg. 2. 4. 5 corr. 6. 13. 14. 15. 16. 20. 21. 24 corr. *tu in.* 32. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76 corr. *tun* Vict. *tunc* 93. — *decipiare*] *decuplare* Lg. 13. 14 corr. 20. 36. Vict. *decipiare* v. ad mg. *deciplare* Gu. 3. — *adversarii*] *adversari* Lg. 3. 13. 32. 67. Gu. 3. om. 23. — *et cum*] sic Lg. omnes pr. 13. 32. pr. m. Al. *et* om. — *obsignes*] *ob insignes* Lg. 13. 36. 81 v. u. t. Vict. *insignes* 16. — *in tabellis*] om. Lg. 81. Vict. Gu. 1. 2. Havn. 1. 2. Ald. Steph. add. Crat. Man. al., v. explicationes. *tabulis* Lamb. — *quo*] *quod* Gu. 3. — *committendam*] *conm.* Lg. 69. *conmictendam* 2. — *Hercule is*] *herculis* Gu. 3. — *scalmorum*] *psalmorum*, *scaltrinorum*, *scaltriorum*, *selmorum*, *scalinorum*

naviculam in portu everterit, in Euxino ponto Argonautarum navem gubernarit. 175. Quid? si ne parvae quidem causae sunt, sed saepe maximae, quibus certatur de iure civili: quod tandem os est eius patroni, qui ad eas causas sine ulla scientia iuris audet accedere? Quae potuit igitur esse causa maior quam illius militis? de cuius morte cum domum falsus ab exercitu nuntius venisset et pater eius re credita testamentum mutasset et quem ei visum esset fecisset heredem essetque ipse mortuus: res delata est ad centumviros, cum miles domum revenisset egissetque lege in hereditatem paternam [testamento exheres filius]. In ea causa quaesitum est de iure civili possetne paternorum bonorum exheres esse filius, quem pater testamento neque heredem neque exheredem scripsisset nominatim.

Lg. VIII. Vict. varie aberrantes. — *portu*] *portum* Gu. 3. — *everterit*] *everterat* Lg. 2. *evertit* 3. *everteret* 65. — *gubernarit*] *gubernaverit* Lg. 14 corr. *gubernabit* 4. Vict. *gubernarat* Gu. 1.

175. *ne*] *nunc* Gu. 3. — *quibus*] delevi *in* vulgo additum secundum Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 3. v. explicatt. I. 3, 12. — *os*] *mos* Lg., praeter 13 (is *in os)* 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24 (hi duo om.) 73. 76. 81. 84. Gu. 3. — *eius*] scripsi pro *illius* ex Lg. omnibus pr. 5. 6. 69. 93., item Gu. 2. *illius* om. Gu. 1. — *eas*] *eius* Gu. 3. — *audet*] *audeat* Lg. 32 corr. *auderet* 81. — *quae*] *qua* Gu. 3. — *nuntius*] omnes codd. sic per *t.* — *ei visum*] *ei* om. Vict. — *fecisset heredem*] inv. Lg. 69. 93. Lamb. — *revenisset*] *venisset* Lg. 3. 4. 32. 36. hi duo corr. *revertisset* Vict. — *testamento exheres filius*] haec merito suspecta sunt omnibus, et abesse ab uno cod. Lamb. dicit, idemque de quibusdam exemplaribus affirmat Talaeus. Notorum quidem et collatorum nullus est, qui non habeat. — *in ea*] vulgo praecedens *nempe* delevi secundum duo Pall. duo Gall. U. Z. Erf. Gu. 3. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Turbat sententiam. — *testamento*] add. *in* Lg. 4. om. 73. — *scripsisset nominatim*] inv. Lg. 4.

XXXIX. 176. *qua de re*] *quaque d. r.* Lg. praeter 4. 81. 93. *ea* inscr. *quod* 4. *qa* corr. 81. *qui* Gu. 3. — *iudicarunt*] *iudicaverunt* Lg. 2. 6. *iudicarint* 20. 67. — *ab*] *ac* Lg. 2. om. 6.

XXXIX. 176. Quid? qua de re inter Marcellos et Claudios patricios centumviri iudicarunt, cum Marcelli ab liberti filio stirpe, Claudii patricii eiusdem hominis hereditatem gente ad se redisse dicerent: nonne in ea causa fuit oratoribus de toto stirpis et gentilitatis iure dicendum? 177. Quid? quod item in centumvirali iudicio certatum esse accepimus, cum Romam in exsilium venisset, cui Romae exsulare ius esset, si se ad aliquem quasi patronum applicavisset, intestatoque esset mortuus: nonne in ea causa ius applicationis obscurum sane et ignotum patefactum in iudicio atque illustratum est a patrono? 178. Quid? nuper cum ego C. Sergi Oratae contra hunc nostrum Antonium iudicio privato causam defenderem, nonne omnis nostra in iure versata defensio est? Cum enim M. Marius Gratidianus aedis Oratae vendidisset,

a 14. 15. 20. 23. 69. *A* corr. *Auli* 24. 93. — *liberti*] *liberto* 84. — *filio*] *filii* Lg. 24. 93. — *hominis*] sic Havn. 1. 2. Erf. Erl. 1. Gu. 1. 2. 3. codd. reg. ap. Leclercq. Lg. omnes praeter 17. in quo *homines* et 32. in quo est *nominis*, sed corr. u. cett., it. edd. antiq. Ald. Iunt. Crat. Man. Ern. Or. Henr. — *nominis*] Steph. Lamb. Grut. Sch. — *redisse*] scripsi cum Henr. secutus Erf. Havn. 2. Gu. 1. 2. 3. Lg. omnes praeter 6. (it. om.) et edd. antiq. Vulgo *rediisse. dicerent redisse* Gu. 3. Lg. XVI, quorum sunt 2. 13. 35. 65. 69. 70. 73. 76. 93. — *et gentil.*] sic pro *ac* restitui ex Lg. XIX (pr. 15. 69. 86.), it. Gu. 2. 3.

177. *certatum*] *certum* Gu. 3. Lg. XX, quorum sunt 3. 13. 15. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. — *accepimus*] *adcepimus* Lg. 70. — *cum Romam*] correxi ex coniectura; v. explicationes. — *exsilium*] *exilium* Lg. pr. 5, et post *exulare* omnes, quae non recipio, quia certa est veterum de originando vocabulo sententia. — *Romae*] *Roma* Lg. 6. *Romam* Gu. 3. Lg. cett. praeter 2. et alios IV; in 4 *Romam* supra scr. *e*. — *applicavisset*] *adplicuisset* Lg. 5. 17. 73. *appl.* U. Z. et post *adplicationis* 17. 73. — *illustratum*] *inlustr.* Lg. 65. 70. 73. — *patrono*] *patronis* Gu. 1.

178. *Sergi*] scripsi ex Lg. 13. 16. 17. 36. 65. 70. 73. Vict. — *Oratae*] sic Henr. ex *ε*. mg. *δ*. et infra ed. s. l. et a. Ven., ut scribitur Off. III. 16, 67. Fin. II. 22, 70. frg. vol. IV. p. II. p. 484.

neque servire quandam earum aedium partem in mancipi lege dixisset: defendebamus, quicquid fuisset incommodi in mancipio, id si venditor scisset neque declarasset, praestare debere. 179. Quo quidem in genere familiaris noster M. Buculeius homo neque meo iudicio stultus et suo valde sapiens et ab iuris studio non abhorrens simili quodam modo nuper erravit. Nam cum aedes L. Fufio venderet, in mancipio lumina, uti tum essent, ita recepit.

Sic etiam Lg. 14. 20. 93. — *iudicio*] *in iudicio* Lamb — *in iure versata*] om. Gu. 3. — *M. Marius*] praenomen a Grut. Gron. al. omissum Gu. 2. 3. et Lg. XIX bonique pr. 4. 36. (hi *Varius)* omnes exhibent. V. ad III. 1, 4. *Gratidiani* nomen varie corruptum est in Lg. omnibus, quorum qui *Cratidianus* (15.) et *Gradicianus* exhibent, proxime a vero absunt. Optimi 2. 4. 36. *Gaditanus,* Gu. 3. *Gatidanus.* — *aedis*] scripsi secundum Lg. 2. 4. 36., qui *edis.* — *quicquid*] scripsi ex Lg. XXI. bonisque pr. 4. 13. — *incommodi*] *inconmodi* Lg. 69. *in manc. incommodi* inverso ordine Vict. — *debere*] *deberet* Lg. 3. 5. 6. 14. 20. 21. 23. 24 corr. 65. 67. 69 corr. 76. 81 corr. 84. 93. ita corr. 32. om. 13.

179. *M. Buculeius*] *Mbuculeius* Lg. 4. 36. *Buchulerius* 81 corr. *Buchuleius,* ut est in 21. *Buculerius* 84. *Buculeius* scribendum fuit secundum Lg. 2. 3. 5. 6. 13. 23. 65. 67. 69. 73. 76. Vict. Gu. 1. 2. 3. U., idemque paulo post in XVIII Lg. exstat, quorum sunt 2. 3. 4. 5. 6. 13. 16. 20. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. Gu. 2. 3. Nam Gu. 1. hic duplicat *c.* Nomen in marmoribus semel repertum, sed ibi quoque quod praetulimus legitur. — *meo iudicio*] inv. Gu. 3. — *ab iuris*] scripsi ex Lg. 2. 4. 5. 13. 16. 20. 21. 24. 32. 35. 36. 65. 67. 70. 73. 76. 84. 86. Gu. 2. 3. (Lg. 2. *abiuris)* v. ad c. 35, 160. — *simili quodam modo*] vulgo post *simili* inculcata *in re* omisi secundum edd. antiq. codd. Havn. 1. 2. *α.* Gu. 2. Vict. Lg. XVII, quorum sunt 2. 36 add. 65. 73. 76. *in iure* Lg. 67. 69. 84. 86. *iure* Gu. 3. Lg. 3. 4. 13. „Nam quod dicit Schuetzius, haec vocc. omitti non posse propterea, quod nondum alius cuiusquam, qui erraverit, facta sit mentio, is alius fuit M. Marius Gratidianus.“ *Henrichsen.* — *Fufio*] *Fuffio* et post *Fuffius* Lg. 15. 17. hoc etiam 14. 35. Gu. 3. (is ante *Fussio,* ut Vict.); eodemque spectant *Suffio* in Lg. 2. 14. 35. Hoc nomen nullum fuit; v. Zumpt. ad Acc. in Verr. I. 43. 109. *Fusio* et post *Fusius* Lg. XIV. (3. 5. 16. 21. 23. 32. 67. 69. 70. 76) Gu. 1. al.; perpetua enim haec est confusio nominum, qua ne Zumptius

Fufius autem, simul atque aedificari coeptum est in quadam parte urbis, quae modo ex illis aedibus conspici posset, egit statim cum Buculeio, quod, cuicunque particulae caeli officeretur, quamvis esset procul, mutari lumina putabat. 180. Quid vero? clarissima M'. Curi causa Marcique Coponi nuper apud centumviros quo concursu hominum, qua exspectatione defensa est? cum Q. Scaevola aequalis et collega meus homo omnium et disciplina iuris

quidem abstinuit *Fusium* Aquilii accusatorem nominans Div. in Caec. 21, 69., quem ipsum illum, qui hic commemoratur, fuisse coniectura satis verisimilis est (v. III. 13. 30. Brut. 49, 182). Vide Bentl. ad Hor. Serm. II. 3, 60. Heusinger. ad Off. II. 14, 9. Etiam in describendis marmoribus ita peccatur; v. n. 3731. p. 162. t. I. Orell. Nam *Fusium* nomen ad illa tempora, quibus dicta sunt *Valesius lases clamos*, ablegat Quintilianus I. 4, 13. *Fufius* nunc ex bonis codd. legitur II. 22, 91. III. 13, 50. — *lumina*] *limina* Lg. 15 corr. — *uti*] *ut* Lg. 2. 4. *ut ita* (p. *uti tum)* 4. 17 corr. *esset ita. ut itum* Gu. 3. — *essent*] *esset* Lg. XII., quorum sunt 13. 15. 65. 67. 70. 73. 76. — *Fufius autem*] *Fufius enim* Erl. 1. Lg. 3. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 86. *F. licet* Gu. 3. *vero* Lamb. quidam. V. ad II. 58, 237. om. *autem* unus Lamb. Lg. 4. 17. — *simul atque*] sic divisim Lg. 2. 73. 76. 93. ita corr. 84. — *aedificari*] *exedificari* Lg. 15. — *posset*] *possit* Lg. XVIII., quorum sunt 4. 5. 6. 13. 15. 65. 69. 70. 73. 76. — *cuicunque*] *quicunque* Lg. 2 corr. *cuique* 6. 15 corr. Gu. 3. — *caeli*] sic Lg. 13. 23. 24. 36. *cēli*, quod idem, 17. 21. Magis placet hoc, quam *coelum* scribere. *coeli* Lg. XII. — *quamvis*] *via quamvis* Gu. 3. Z. *sua* 9. U. — *mutari*] om. Lg. 4. supra scr. *obscurari*, ad mg. *mutari. mutata* Lg. 84. Vict. Gu. 1. ut edidit Lamb. — *lumina*] *limina* Lg. 15 corr.

180. *Curi*] dedi secundum Lg. 16. 17. 24 corr. 32. 65. 70. 73. et mox *Coponi* ex 5. 6. 24. 35. 65. 70. 73. 76. 86. quo ducunt *componi* in 17. 23., *copi* Gu. 3. Lg. 2. 13. Z. Ox., *capi* var. *cepi* 4. Sueto mendo *M.* pro *M'*. Gu. 1. edd. Steph. Iunt. Man. Lamb. al. *Marci* Vict. — *exspectatione*] *s* extritum in Lg. praeter 3. 5. — *cum Q. Scaevola*] *cumque Scaev.* Lg. 3. 5. 17 *(cūnque)*. 23. 65. 67. 76. 86. ita corr. 23. *cumque Q. Scaevola* 4. De illo mendi genere v. Drakenb. ad Liv. XXII. 31, 7. cf. XXIII. 30, 18. — *collega*] *conlega* Lg. 70. 73. — *meus*] *eius* Gu. 3. Lg. 4. 36. — *limatus*] *elimatus* Gu. 3. sublito *e*. — *iuris peri-*

civilis eruditissimus et ingenio prudentiaque acutissimus et oratione maxime limatus atque subtilis atque, ut ego soleo dicere, iuris peritorum eloquentissimus, eloquentium iuris peritissimus, ex scripto testamentorum iura defenderet negaretque, nisi postumus et natus et, antequam in suam tutelam veniret, mortuus esset, heredem eum esse posse, qui esset secundum postumum et natum et mortuum heres institutus; ego autem defenderem hac eum tum mente fuisse, qui testamentum fecisset, ut, si filius non esset, qui in suam tutelam veniret, M'. Curius esset heres. Num

torum] ἐφ' ἓν Lg. 73. 81. 84. — *postumus*] *posthumus* Lg. 14. 21. 93. St. Iunt. Ald. Man. ita corr. 23. *postumius* 24. — *suam tutelam*] inv. Lg. 69. 93. *tutellam* 4. Cf. Schneideri Gr. Sat. vol. I. 2. p. 414. — *veniret*] restitui plurimorum scripturam; sic enim Erl. 1. Gu. 3. Erf., al. ap. Pearcium, Lg. omnes praeter 4. 81 corr. 84. *Venisset* nulla re potius est; agitur enim de regula iuris constituenda ex re iudicata: v. nostram comm. de formis enunt. conditt. L. L. p. 40. Id legitur in Norf. Harl. 2. α. γ. Havn. 1. 2. Gu. 1. 2. Lg. tribus, Ald. Iunt. Crat. Man. Lamb. Pearc. recentt. post Ern. — *esse posse*] *esse non posse* Lg. praeter 2. 3. 4. 13. 32. 36. 67. Gu. 1. 2. ita corr. 32. — *postumum*] *postumus* Lg. 69. de scr. *posthumus* v. supr. — *et natum*] *et* om. Lg. 67. — *ego autem defenderem*] Ita Havn. 1. 2. Z. α. γ. Erl. 1. Erf. Gu. 1. 2. Vict. Lg. 4. 15. 16. 24. 70. 73. 81 corr. ut 2. 84. 86. et vulgo ab Ald. ad Grut.; restituerunt Sch. Or. (qui uncinis tamen clausit) Henr. *ego licet def.* U. β. δ. ε. Vet. Steph. Gu. 3. Hahn. Lg. 2. 3. 5. 6. 13. 14. 17. 20. 21. 23. 35. 36. 67. 69. *sed* 32. *videlicet* Lg. 93. rell. edd. antiquiss. marg. Crat. *ego voluntatem def.* de Camerari coni. Grut. Muell. — *hac eum tum*] *eum hac tum* Lg. 3. 5. 6. 13. 23. 65. 70. 73. 86. 93. *eum actum* Gu. 3. *eum ea tum* 4. *tum* om. Gu. 1. 2. Havn. 2. Vict. Ald. Iunt. Crat. Man. Steph. Lamb.; uncinis clausit Or. *eum cum* Havn. 1. *eum hac cum* Erl. 1. *eum hac tamen* Lg. 14. 69. Hahn. — *ut si*] *si* om. Lg. 2. 13. 32 add. Gu. 3. *ut filius si* 36. — *veniret*] *non iret* Lg. 14. 15. 20. Hahn. *iret* 93. rell. edd. antiq. *venisset* Lamb. Ern. Sch. *qui — veniret* om. U. Z. Erf. Lg. 4. 13. 32 add. 36. — *M'. Curius*] *M. Curius* hic Lg. omnes praeter 3., item Vict. — *esset heres*] inv. Lg. 3. 23. 32. 67.

destitit uterque nostrum in ea causa in auctoritatibus in exemplis in testamentorum formulis, hoc est in medio iure civili versari?

XL. 181. Omitto iam plura exempla causarum amplissimarum, quae sunt innumerabilia; capitis nostri saepe potest accidere ut causae versentur in iure. Et enim si C. Mancinum nobilissimum atque optimum virum atque consularem, cum eum propter invidiam Numantini foederis pater patratus ex S. C. Numantinis dedidisset eumque illi non recepissent posteaque Mancinus domum revenisset

XL. 181. *omitto*] *obmitto* Gu. 3. — *potest accidere*] inv. Lg. 15. *accedere* 17. *adcidere* 73. — *et enim*] Sic divisim Lg. 2. 67. 69. 84. 86. 93. Gu. 1. — *si*] Havn. 1. 2. et Lg. 2. 3. 4. 5. 13. 23. 24. 32. 36. 65. 69. 70. 73. 76. 81. edd. antiquiss. Ald. probant Madvig. et Henr., ut apodosis incipiat a verbis *quam possumus* §. 182., ne illa nimis abrupte prioribus inferantur. Legebatur *sic*. — *atque*] vulgatum *ac* mutavi secundum Lg. omnes praeter 2. 17 (is *et*) 81. 84. 93., item Gu. 3. Erl. 1. Erf. — Havn. 1. 2. Vict. Gu. 1. 2 plane omittunt particulam. — *cum*] additum *eum* ignorant Havn. 1. Ox. omnes, Gu. 1. 2. 3. Erf. Lg. XX., quorum boni 4. 36. sunt; Vict. Fortasse verius est *quem*. — *pater patratus*] *p. probatus* Lg. 65. *paratus* 67. — *dedidisset*] *dedisset* Lg. praeter 14. 86. 93. sed 3 corr., item Vict. Gu. 1. 2. 3. ita corr. 14. *dixisset* 86. — *revenisset*] *venisset* Lg. 93. U. v. expl. ad II. 22, 94. — *P. Rutilius*] *P.* abest a Lg. 2. 3. 4. 13. 23. 32. 36. 65. 67. 69. Gu. 3. Praeterea *Rupilius* 3. 6. 14. 17. 20. 23. 35. 67. 69. 76. 81. 84. ita corr. 5. *Ruphilius* 15. *utilius* 32 corr. ut 3. Pro *M. F. memius* Lg. 3. 67. *enim* 4. *in* 16. *Menius* 32. *Menius F.* Vict. Pro *F.* locum vacuum habet 2. — *de senatu*] om. Lg. 2. 13. 14. 16. 17. 32. 35. 65. 70. 73. 76. 86. Havn. 1. 2. Z. *β. γ.*, it. *α. δ.* pr. m., Gu. 2. 3. Erf. et recentt. post Sch. *de* solum om. Lg. 5. 6. 15. 20. 21. 23. 24. 36. *iussit de senatu educi* Gu. 1. — *memoria*] *memoriae* Lg. 23. 69. 81. 84. Gu. 1. — *populusve*] *aut populusve* Lg. 20. — *vendidisset*] *dedidisset* Lg. 20. — De *patris patrati* nomine v. supra annotata. — *dedidisset*] sic recte Lg. 2. 5. 6. 14. 67. 73. 81. 93. Vict. ita corr. 3. 32. Ceteri Lg. *dedisset*. — *esse*] *esset* Vict. — *postliminium*] divisim Lg. 2. 32. 65. 69. quidam alio modo vitiose.

neque in senatum introire dubitasset, P. Rutilius M. F. tribunus plebis iussit educi, quod eum civem negaret esse; quia memoria sic esset proditum, quem pater suus aut populus vendidisset aut pater patratus dedidisset, ei nullum esse postliminium: 182. quam possumus reperire ex omnibus rebus civilibus causam contentionemque maiorem, quam de ordine de civitate de libertate de capite hominis consularis? praesertim cum haec non in crimine aliquo, quod ille posset infitiari, sed in civili iure consisteret. Similique in genere inferiore ordine, si quis apud nos servisset ex populo foederato seseque liberasset et postea domum revenisset, quaesitum est apud maiores nostros num is ad suos postliminio redisset et amisisset

182. *reperire*] *repperire* Lg. 36. *experire* 65. — *de ordine, de civ.*] *de ordinanda civ.* Lg. 2. 3. 67. ita corr. et exp. 32. ita corr. 84. et Gud. 3. — *praesertim cum haec non*] *eum praesertim tam hoc* Lg. 4. unde quis extundat *cum praesertim hoc non tam.* — *posset*] *possit* Lg. omnes praeter 16. 70. 73. 81. — *infitiari*] per *c* Lg. omnes praeter 5. 70., item Gud. 1. 2. 3. — *civili iure*] inv. Lg. 65 corr. — *consisteret*] *consisterent* Lg. 5. 6. 14. 15. 17. 20. 21. 23. 24 corr. 35. 76. 81. 93. — *inferiore*] *inferioreque* Lg. 3. 5. 6. 16. 17 corr. ut 14. 21. 23. 24. 65. 67. 73. 76. 86. ita corr. 32. Erl., unde Muellerus exsculpsit *inferiori ex*, nescio quo artificio. *inferiorique* 14. 15. 20. 69. 93. *inferiori* 36. — *et postea*] hic pro *ac postea* scribendum fuit ex Lg. XXII bonisque praeter 69. omnibus. — *revenisset*] *venisset* 21. — *redisset*] sic contracta forma Lg. omnes praeter 20. Gu. 2. 3. *venisset* Vict. v. u. t. — *amisisset*] *admisisset.*

183. *esse nullum*] inv. Lg. 2. 15. — *iure civili*] inv. 2. — *contentio*] *contemptio* Lg. 2. 69. *correptio* 67. — *quaeritur*] *quaeretur* s. *queretur* Lg. 13. 36. Gu. 3. — *continuone, an ubi lustrum sit conditum, liber sit*] Sic, omisso tamen contra Ciceronis usum priore *sit*, e membranis Cuiacii (Obss. lib. XVII. 20) Grut. et recentt. Libri scripti in diversa abeunt, ita quidem ut plurimi errores ex perverse scripto aut lecto *ubi* fluxerint. Nam *continuone an tibi lustrix conditum, liber sit* Pith. Z. *continuone ante lustro condito liber sit* Vet. Steph. *cont. an tribus lustris conditum liber sit* β. *cont. an tribus lustris conditis*

hanc civitatem. 183. Quid? de libertate, quo iudicium gravius esse nullum potest, nonne ex iure civili potest esse contentio, cum quaeritur, is, qui domini voluntate census sit, continuone, † an ubi lustrum sit conditum, liber sit? Quid? quod usu memoria patrum venit, ut pater familias, qui ex Hispania Romam venisset, cum uxorem praegnantem in provincia reliquisset Romaeque alteram duxisset neque nuntium priori remisisset, mortuusque esset intestato, et ex utraque filius natus esset: mediocrisne res in controversiam adducta est? cum quaereretur de duobus civium capitibus et de puero, qui ex posteriore natus erat, et de eius matre, quae, si iudicaretur certis quibusdam verbis, non novis nuptiis fieri

liber sit Memm. unus, Pal. 1. 2. 3. 8. U. (qui ante *an* add. *iam)* ed. Wald. Lg. 4. 5. 16. 20. 24. 35. 67. 70. 73. item, sed altero *sit* omisso, 69. *lustris* etiam 13. 36, qui non *tribus*, sed *ter. conditis* 36 non habet. *cont. an ubi iam ter lustrum cond. liber sit* Memm. alter. *census sit, si non sit conditum lustrum, sitne liber α. γ.* Gu. 1. 2. Havn. 1. 2. (in 2. add. post *lustrum tribus)* Ald. Iunt. Man. Lamb.; quae scriptura prope vera videatur, etsi sic alia sententia nascitur. Notum enim est censum saepe non peractum, sive *lustrum conditum non esse;* quo facto servus nonnullis videbatur rite manu missus non esse. Alii libri confusam ex utroque genere scripturam monstrant. *si non conditum lustrum sitne liber continuone an tribus lustris cond. liber sit* Lg. 3. 15. 21. 23. 65. ita corr. 32. Idem 67. modo *continuo.* — *si non cond. lustr. sit, sitne liber, continuone an tribus lustr. cond. liber* 76. Similia sunt in cett. codd. et edd. antiquiss. — *pater familias*] sic divisim Lg. 2. 65. 67. — *intestato*] *in testamento* Lg. 15 corr. *intestatus* Lamb. — *et ex*] *et* om. Gu. 3. — *adducta*] *delata* Lg. 84. *deducta* U. — *est*] om. Gu. 3. In ea sententiae forma: *ut pater familias — natus esset* vitium latere visum Henrichsenio; sed secus est. v. explicatt. — *cum quaereretur*] *cumque quaer.* Lg. 15. 21. 23. 24 corr. 35. 65. 67. 69. 76. ita corr. 32. *cunque q.* 17. 93. — *duobus*] *duorum* Lg. 20. — *de puero*] *de pueri* Lg. 2. 5. 6. 17. 20. 24 corr. 65. 70. 73. 76. 81. 86. ita corr. 32. — *eius matre*] *huius m.* Lg. 14. 15. 69. 93. — *certis*] *coeteris* aut *ceteris* Lg. 3. 17. 21. 67. De his confusis

cum superiore divortium, in concubinae locum duceretur. 184. Haec igitur et horum similia iura suae civitatis ignorantem erectum et celsum alacri et prompto ore atque vultu huc atque illuc intuentem vagari cum magna caterva toto foro praesidium clientibus atque opem amicis et prope cunctis civibus lucem ingeni et consili sui porrigentem [atque tendentem] nonne in primis flagitiosum putandum est?

XLI. 185. Et quoniam de impudentia dixi, castigemus etiam segnitatem hominum atque inertiam. Nam si esset ista cognitio iuris magna atque difficilis, tamen utilitatis magnitudo deberet homines ad suscipiendum discendi laborem impellere. Sed, o di immortales, non dicerem hoc audiente Scaevola, nisi ipse dicere soleret nullius artis faciliorem sibi cognitionem videri. 186. Quod quidem

v. Drak. ad Liv. XXXIV. 36, 4. Klotz. ad Cic. Lael. p. 188. — *non novis*] *non* om. Gu. 3. — *divortium*] *devortium* Lg. 13. 32. Lamb. *divortio* 4 corr. — *in concub. locum*] *in conc. loco* Lg. 2. 81. 84. Vict. Gu. 1. 2. 3. *in* om. 69.

184. *haec igitur*] *haec ergo* Gu. 3. — *et celsum*] *et* om. Lg. 4 add. *excelsum* Vict. — *atque vultu*] sic pro *ac* scripsi ex Lg. XVIII, quorum sunt 2. 3. 4. 5. 6. 13. 20. 21. 23. 24. 36. 65. 67. 70. 73. 76. it. Gu. 2. 3. — *cum magna*] vulgo inv. Mutavi ex Lg. omnibus praeter 81. 84. 93. — *ingeni et consili*] scripsi ex Lg. 2. 65. 70. — *porrigentem atque tendentem*] alterum pro interpretamento habeo per *atque* particulam adiecto: v. ad II. 33, 144. — *in primis*] ὑφ' ἓν Lg. 76. 84 (hic *impr.*); v. explicatt. ad II. 22, 94. — *est*] om. Gu. 3.

XLI. 185. *impudentia*] *imprudentia* Lg. 3. 4. 14. 15. 21. 67. 76. ita corr. 5. var. 32. — *etiam*] om. Vict. ponit post *atque* Gu. 1. — *segnitatem*] *segnitiam* Lg. 13. 32 corr. Lamb. *segnium* Gu. 3. Restituimus quod Nonius habet p. 174, 20. — *atque difficilis*] vulgo *ac;* mutavi secundum Lg. XX, quorum praeter 2. boni sunt omnes, et Gu. 2. — *o di*] scripsi secundum Lg. 5. 15. 70. — *immortales*] *inmortales* Lg. 24. 69. 86. — *dicere soleret*] inv. Vict. — *sibi*] ponit post *nullius* Vict. Gu. 2. Lg. 81. 84. Steph. Iunt. Man. *nullius igitur artis* Gu. 1.

certis de causis a plerisque aliter existimatur; primum quia veteres illi, qui huic scientiae praefuerunt, obtinendae atque augendae potentiae suae causa pervulgari artem suam noluerunt: deinde, postea quam est editum expositis a Cn. Flavio primum actionibus, nulli fuerunt, qui illa artificiose digesta generatim componerent. Nihil est enim, quod ad artem redigi possit, nisi ille prius, qui illa tenet, quorum artem instituere vult, habeat illam scientiam, ut ex iis rebus, quarum ars non dum sit, artem efficere possit. Hoc video, dum breviter voluerim dicere, dictum a me esse paulo obscurius; sed experiar et dicam, si potero, planius.

XLII. 187. Omnia fere, quae sunt conclusa nunc artibus, dispersa et dissipata quondam fuerunt; ut in musicis numeri et voces et modi; in geometria linea-

186. *existimatur*] *nominatur* Gu. 3. Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. U. Z. — *obtinendae*] *optin.* Lg. 5. 20. 21. 32 corr. 70. 73. 76. — *potentiae suae*] *suae* om. Lg. 24. — *postea quam*] sic Lg. 67. 69. 70. 73. 84. 86. 93. *postquam* U. Lg. 2. 6. Gu. 3. — *expositis*] *expositum* Lg. 65 corr. om. 84. *expositionis* Gu. 3. — *Flavio*] *Fabio* Lg. 2. 4. v. u. t. 13. 14. 20. 32 corr. 36. 69. 93. *Fulvio* 15. *a|c.* (sic) *N. Fabio* Gu. 3. correctione manifesta. — *illa*] *illam* Lg. 4. *ista* 65. *ea* 81. om. 84. Vict. — *instituere*] *instruere* Vict. — *habeat*] auctor huius scripturae, quae vera videtur, non comparet. Codd. Lg. omnes et Gu. 2. 3. *habet.* — *ex iis*] *ex his* Lg. 24. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 84. 86. 93. Gu. 1. 3. — *non dum*] sic divisim Lg. 2. 67. 69. 70. Iunt. al. — *a me esse*] inv. Lg. 23. 36. — *paulo*] sic, ut solent, Lg. omnes Gu 1. 3.

XLII. 187. *numeri*] *et* addunt Lg. non pauci, non tamen 2. 4. 13. 32. 36. 67. 81. 84. ita corr. 32. Paulo ante *ut* ante *in mus.* om. Gu. 3. — *lineamenta*] addit *et* Gu. 3. *liniamenta* plerique etiam boni vitiose. — *astrologia caeli*] inv. Lg. 6. 13. 32. 36. Praeterea *caeli* aut *cèli* 4. 5. 17. 23. 24. 26. 65. 69. 84. — *motusque*] *motus* Lg. 15. — *historiarum*] *historiae* aut *historie* et *hystoriae* s. *e.* Lg. 21. 76. 81 corr. 86. Gu. 1. 2. 3. — *verborum*] om. Gu. 3. — *pronuntiandi*] per *c* soli Lg. 84. 93. Lamb. — *ratione*] *oratione* Vict. — *ignota — et diffusa*] *diffuse*

menta formae intervalla magnitudines; in astrologia caeli conversio ortus obitus motusque siderum; in grammaticis poëtarum pertractatio historiarum cognitio verborum interpretatio pronuntiandi quidam sonus; in hac denique ipsa ratione dicendi excogitare ornare disponere meminisse agere † ignota quondam omnibus et diffusa late videbantur. 188. Adhibita est igitur ars quaedam extrinsecus ex alio genere quodam, quod sibi totum philosophi assumunt, quae rem dissolutam divulsamque conglutinaret et ratione quadam constringeret. Sit ergo in iure civili finis hic, legitimae atque usitatae in rebus causisque civium aequabilitatis conservatio. 189. Tum sunt notanda genera et ad certum numerum paucitatemque revocanda; — genus autem est id, quod sui similis communione quadam,

U. Gu. 3. *et* om. idem. *ignota* non esse aptum in ed. mai. Sch. probasse fertur coniecitque *infinita*, quod Madvigio placet. v explicationes.

188. *quaedam*] om. Gu. 3. item *ex*. — *extrinsecus*] *et extrinsecus* Lg. 4. 13. 36. — *quod*] *quam* et mox *totam* Bakius. Quasi dici non possit *aliud genus artis sibi assumere*. — *assumunt*] *adsumunt* Lg. 5. 17. 70. 73. 93. ante hoc ponitur *totum* in Gu. 1. 3. — *divulsamque*] *confulsam* Lg. 3. 67. *divulsam* 13. *divisamque* 14. 15. 20. — *sit ergo*] *sic ergo* Lg. 3. 4. 13. 16. 21. 23. 24 corr. 32. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 76. 86 corr. ita var. 2. — *atque usit.*] *ac usit*. Gu. 3. — *aequabilitatis*] *aequalitatis* Lg. praeter 2. 5. 6. 13. 32. 36. item *α. γ. δ. ε.* ita corr. 32.

189. *est id, quod*] *est idem quod* Gu. 3. Lg. praeter 2. 3. 14. 32. 36. ut Lamb. al. — *similis*] scripsi secundum Lg. omnes praeter 2. 4. 32. — *specie*] *species* Gu. 3. — *differentis*] scripsi ex Lg. praeter 3. 4. 16. 32. 35. 65. 67. ita corr. 32. contra ac 2. *differentiis* 16. — *complectitur*] *amplectitur* Lg. 20. — *pluris — partis*] suppeditarunt Lg. 5. 16. 21. 24. 65. 70. 73. — *sunt, quae generibus iis, ex quibus*] *hec sunt generibus ex quibus* Gu. 3. pro *iis* est *his* in Lg. 15. 23. 24. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 84. 86. Gu. 1. — *manant*] vulgarem scripturam *emanant* cedere iussi ei, quam suppeditant optimi codd. Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. *Emanare* de origine alicunde capta Ciceronis non est, nisi figura

specie autem differentis duas aut pluris complectitur partis; partes autem sunt, quae generibus iis, ex quibus manant, subiciuntur; — omniaque, quae sunt vel generum vel partium nomina, definitionibus quam vim habeant est exprimendum. Est enim definitio earum rerum, quae sunt eius rei propriae, quam definire volumus, brevis et circumscripta quaedam explicatio. 190. Hisce ego rebus exempla adiungerem, nisi apud quos haec haberetur oratio cernerem. Nunc complectar quod proposui brevi. Si enim aut mihi facere licuerit, quod iam diu cogito, aut alius quispiam aut me impedito occuparit aut mortuo effecerit, ut primum omne ius civile in genera digerat, quae perpauca sunt, deinde eorum generum quasi quaedam membra dispertiat, tum propriam cuiusque vim de-

addito *fontis* vocabulo tolerabilior fiat, velut de Inv. II. 2. Cael. 8, 19. Ut hic, ita emendandus locus est III. 18, 68. nec aliter statuendum de Or. 14, 47., dum modo codices plures accurate inspecti exstarent. — *subiciuntur*] scripsi secundum Lg. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 24. 32 corr. 65. 69. 70. 73. 76. 86. Gu. 3. Ita solent emendatiorum semper aliqui, velut de Suetonio testis est Oudend. ad Suet. Caes. 51. quanquam vitiosum existimans, de Cicerone Heusingerus ad Off. I. 41, 11., de aliis Cortius ad Sall. Catil. p. 150. Idem in Oratore Ciceronis saepe oblatum a cod. Viteb. sprevit Meyerus. Iam ea de causa *abicere* et *abiicere*, *conicere* et *coniicere*, *obicere* et *obiicere* iuxta tolerari oportebit, quod utroque utuntur poëtae; altero, cum producta, altero, cum correpta syllaba opus est; v. Lucan. VIII. 796. Nam paulo calidius Wunderi decretum pleniores formas in codd. nusquam legi prudenter, ut solet, castigavit Freundius ad Cic. p. Mil. p. 35. — *definitionibus*] bis hoc *(diffin.* scriptum) quippe etiam ante *omniaque* positum habet Gu. 3., idemque cum Lg. pluribus *omnia queque* pro *omniaque quae*. — *habeant*] *habent* Lg. 69. — *earum rerum*] inv. Vict. et Lg. XIX., quorum sunt 13. 32. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. — *circumscripta*] *circumspecta* Gu. 3. non inepte.

190. *ego*] *ergo* Lg. 3. 4. 5 corr. 6. 32. v. u. t. 65. 67. 69. 84. — *brevi. Si enim*] *brevis enim* Gu. 3. — *iam diu*] *iam*

finitione declaret: perfectam artem iuris civilis habebitis, magis magnam atque uberem, quam difficilem atque obscuram. Atque interea tamen, dum haec, quae dispersa sunt, coguntur, vel passim licet carpentem et colligentem undique repleri iusta iuris civilis scientia.

XLIII. 191. Nonne videtis equitem Romanum hominem acutissimo omnium ingenio, sed minime ceteris artibus eruditum, C. Aculeonem, qui mecum vivit semperque vixit, ita tenere ius civile, ut ei, cum ab hoc discesseritis, nemo de iis, qui peritissimi sunt, anteponatur?

Gu. 3. Lg. 4. 13. 32 corr. 36. divisim, ut dedi, 2. 3. 5. 6. 14. 16. 23. 67. 81. — *aut alius*] *ac alius* Gu. 3. — *occuparit*] *occuparet* Lg. 2. 3. 4. 5. 6. 13. 14 corr. 21. 23. 32 corr. 35. 36. 65. 67. Gu. 3. *occupaverit* 84. — *mortuo*] *me mortuo* Gu. 1. — *digerat*] *eligat* Gu. 1. idemque *genere*. — *dispertiat*] *dispartiat* Lg. 6. 14. 24. 69. 81 corr. 93. Gu. 1. v. ad III. 29, 114. — *cuiusque*] *cuique* Lg. 2. 4 corr. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. fortasse rectius. — *digeram* — *dispertiam* — *declarem* Vict. — *et obscuram*] *atque obsc.* Lg. 14. 15. 17. 20. 81. 93. Steph. Iunt. al. — *sunt*] *sint* Iunt. — *coguntur*] *colliguntur* Lg. 4. U. mg. δ. ita corr. 2. *dum cogantur* Sch. ex Ern. coniectura. — *colligentem*] *conligentem* Lg. 4. 65. 70. 73. *colligantem* Gu. 1. — *repleri*] *replere* Lg. 2 corr. *repellere* 3. 4. 20. 23. 24. 32 corr. 36. 65. 84. ita corr. 5. — *iusta*] *ista* Lg. 3. 4. 5. 13. 14. 15. 20. 21. 23. 24. 32. 35. 36. Gu. 1. Oxx. tres, ut iam Iunt. Man. Lamb. al. *istam* et postea *scientiam* U. Z. ε. Lg. 2. 3. 4. 5. 14. 15. 20. 21. 23. 24. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 84. 86. Gu. 3. ita corr. 93. *iusta scientia*, ut vulgo legitur, Lg. 16. 17. 81 soli. V. explicationes.

XLIII. 191. *acutiss. omnium*] *omnium* etiam ante *acutissimo* ponit Gu. 3. post *omnium* Lg. 4. — *ceteris*] *coet.* Lg. 13. 20. 76. *caet.* Lg. VII. — *C. Aculeonem*] *culeonem* Lg. 3. 5. 21. 24. 65. 67. 70. 73. 76. 86. ita corr. 23. *Tuleonem* 16. *caculeonem* 2. 4. 13. 36. Gu. 3 al. sueto vitio in unum contrahendorum nominum et praenominum, de quo notarunt Reines. ad Inscr. p. 838. Drakenb. ad Liv. XXXVIII. 35, 1. — *discesseritis*] *discesseris* Gu. 2. Lg. 14. 15. 20. 69. 81. 84. 93. ut iam Steph. Iunt. Lamb. al. — *de iis*] *de his* Lg. 20. 21. 67. 69. 76. 84. 93. Vict. Gu. 1. 3.

192. Omnia sunt enim posita ante oculos collocata in usu cotidiano in congressione hominum atque in foro neque ita multis literis aut voluminibus magnis continentur. Eadem enim elata sunt primum a pluribus, deinde paucis verbis commutatis etiam ab eisdem scriptoribus scripta sunt saepius. 193. Accedit vero, quo facilius percipi cognoscique ius civile possit, quod minime plerique arbitrantur, mira quaedam in cognoscendo suavitas et delectatio. Nam sive quem haec † aliena studia delectant, plurima est et in omni iure civili et in ponti-

192. *sunt enim*] sic Lg. 4. 6. 13. 32 corr. 33. 84. Gu. 3. (de Gu. 2. errat Henr.) Havn. 1. 2. — *posita*] *supposita* Lg. 93. — *collocata*] *conlocata* Lg. 65. 70. 73. — *cotidiano*] scripsi ex Lg. 2. 4. 6. 32. 81. 84. 86. Gu. 3. *quottid.* Gu. 1. Lg. 3. 5. 67. 76. *cott.* 24. — *in foro*] om. *in* Lg. 69. 93. — *literis*] sic soli Lg. 3. 6. 17. 81. 84. ita corr. 32. — *aut*] *atque* Lg. 15. 76. 81. *ac* 69. 93. — *continentur*] *contineretur* Lg. 3. 5. 13. 17. 20. 21. 23. 32. 65. 67. 76. 86. *continetur* 4. 14. 35. 36. — *eadem*] *eidem* Gu. 3. Vulgatum *eadem enim sunt elata* Beierus solita sibi superstitione olim correxit *eadem sunt enim el.* (ad Off. I. 3, 9); rectius idem (ad Off. II. 8, 30) *eadem enim elata sunt*, et sic Erl. 1. Vet. Steph. Z. (modo *clara* p. *elata)*, quibus nunc longe maior fides accedit a Lg. 2. 3. 4. 5. 6. 13. 17 corr. *clara* 20. 21. 23. 24 corr. 35. 36. 67. 78. 86. Gu. 3. *clara sunt* 32 corr. ut 2. *dicta sunt* 70. 73. — *a pluribus*] *a* om. Lg. 2. 3. 4. 13. 36. 69. Vict. qui *pluribus* habet post *enim*. — *verbis commut.*] inv. Lg. 14. 15. 16. 69. 81. 84. 93. om. *commutatis* 16. 65. 70. 73. 86. Vict. *commutatis* 2. — *etiam*] *que* Gu. 3. — *eisdem*] sic Lg. 3. 4. 24. 32. 36. 67. 70. 84. *isdem* 76. *hisdem* aliquot, in quibus est Gu. 3.

193. *accedit*] *accidit* Lg. 32 corr. — *percipi*] *perspici* Lg. 21. hoc et *cognosci* inv. Gu. 1. — *in cognosc. suav.*] inv. Lg. 3. 5. 6. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 70. 73. 76. ita corr. 32. — *sive quem*] *si quem* Lg. 69. 81. 93. Steph. Iunt. ita corr. 14. *sine* Gu. 3. — *haec aliena*] magnopere placet Madvigi coniectura *haec Aeliana. haec* enim vulgo post Aldum omitti solitum plurimi, etsi non optimi codd. habent (carent eo Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36. 67.); in *aliena* ad unum omnes consentiunt, nisi quod *atica* cod. Reg., unde Wyttenb. Bibl. Cr. I. p. 14. eruit *antiqua*

ficum libris et in XII tabulis antiquitatis effigies, quod et verborum vetustas prisca cognoscitur et actionum genera quaedam maiorum consuetudinem vitamque declarant; sive quis civilem scientiam † contemplatur, quam Scaevola non putat oratoris esse propriam, sed cuiusdam ex alio genere prudentiae, totam hanc descriptis omnibus civitatis utilitatibus ac partibus XII tabulis contineri videbit;

quod in Havn. 2. a m. rec. supra scr. et in mg. ed. Man. ap. Orell. repertum est; sed non recte *antiqua studia* dicerentur, quae sunt *antiquitatis*. Orelliüs prudenter suspicatus fuerat latere nomen aliquod hominis, velut *Catoniana* s. *Longiniana*. Tamen in verbis scriptoris nihil mutavi. v. explicationes. — *delectant*] *delectent* Lg. 4. 32 corr. Lamb. — *est et in omni*] *et* om. Lg. 2. 13. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 32. 35. 36. 65. 67. 70. 73. 76. 86. Gu. 3. quod non multum absum, quin probandum ducam; aliquam enim iuris civilis et pontificii necessitudinem esse ipse Cicero posuit Legg. II. 19. Pro *et in omni* Lg. 81. *etenim in omni* om. Lg. 14. 15. 69. 93. *omne* 65. — *civili*] om. Gu. 2. Lg. 84. Vict. — *vetustas prisca*] sic inverso ordine dedi ex Lg. omnibus praeter 14. 15. 32. 69. 81. 93., item ex Gu. 3., hic, ut aliis locis, nativum ordinem quaesito et artificiali cessisse existimans. — *sive*] *seu* Lg. 14. 15. 69. 93. — *quis*] *quod* Gu. 1. Lg. 3. 5. 6. 16. 17. 20. 21. 23. 35. 65. 67. 70. 73. 76. 81. 84. ita corr. 2 et 32. *qui* Vict. *quem* Gu. 3. quae ipsa quoque signa sunt sententiae corruptae et perturbatae et quasi praemonstrant lacunam in bonis libris statim incipientem. — *contemplatur*] hoc ab optimis libris abest, Pall. omnibus, Pith. Havn. 1. Z. β. γ. ε. Erl. Erf. Lg. 2. 3. 4. 5. 6. 13. 16. 17. 20. 21. 23. 32 add. et exp. 35. 36. 65. 67. 70. 73. 76. 81. 84. Gu. 2. 3. (de Gu. 2. errat Henrichs. *contemplatur* exstare ratus). *contempletur* Gu. 1. Lg. 4. 14. 24. 69. 86. 93. Havn. 2. δ a m. rec. et sic vulgo ab edd. antiquiss. De sententia v. explicatt. Est vero nihil hoc nisi coniectura qualiscunque ad explendam antiquam codd. lacunam. Ceterum *complectitur* Lg. 15. Ante *civili scientia* Pith. Z. Erf. — *omnibus*] om. Lg. 4. 13. 32 add. 36. hoc et *civitatis* om. Gu. 3. — *videbit*] sic Lg. 2. 4. 6. 13. 14. 24. 32 corr. 36. 69. Gonv. Harl. 1. Z. U. β. Erf. edd. antiq. Pearc. et recentt. post Ern. *videbitis* Lg. cett. Vict. Havn. 1. 2. Gu. 2. Erl. 1. al. et vulgo ab Ald. Iunt., inepte defensum nuperrime. — *ista praepotens*] inv. Lg. 2. 5. 6. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 70. 73. 76. Gu. 3. quod reciperem, si de toto loco

sive quem ista praepotens et gloriosa philosophia delectat (dicam audacius), hosce habet fontis omnium disputationum suarum, qui iure civili et legibus continentur. 194. Ex his enim et dignitatem maxime expetendam videmus quum verus et iustus [atque honestus] labor honoribus et praemiis [splendore] decoratur, vitia autem hominum atque fraudes damnis ignominiis vinclis verberibus exsiliis morte mul-

certius constaret. — *habet*] sic codd. et edd. omnes ad Ern. usque, quem coniectantem *habebit* secuti sunt Sch. Muell. — *fontis*] scripsi ex Lg. 65. 81. — *iure*] *in iure* Lg. 14. 15. 69. 81. 93. Post *civili* lacunosi sunt vett. libri; certe Lg. 2. 4. 13. 32. Gu. 3. ad II. 5, 19 usque, ut tamen in 4. 32. et Gu. 3. sequatur 14, 61. a verbo *scrip* (hoc deest adhuc) *serunt voluerunt*, usque ad illa *a doctore tradantur* c. 16, 69. Deinde excipit c. 5, 19 a verbis *tum Catulus*, ut tamen post v. *arte* c. 7, 30 turbatus sit ordo et sqq. ad principium usque capitis 8. ponantur c. 12, 50 post verba *obiurgatio cohortatio;* exstant inde c. 8, 31 ad usque ad verba *quod quidem* 10, 39.; deinde desunt §. 50 extr. usque ad §. 61 extr. Et ante c. 16, 69 in Gu. 3. exstat spatium unius versus vacuum, ut error et incertitudo librarii agnoscatur. In Lg. 36. lacuna finitur II. 4, 13., nec ab hoc absunt §. 50—61.

194. *his*] *iis* Lg. 24. 65. 67. 70. 73. 86. — *verus et iustus*] *et* addidi ex Lg. omnibus, qui lacunosi non sunt, Gu. 1. Steph. Havn. 1. Erl. 1. edd. antiquiss., quo facto non violatur Zumptii (Gr. §. 783) et Madvigi observatum Ciceronem in coacervandis tribus membris aut repetita coniunctione uti aut extremo quoque loco omittere aut denique ponere *que; et, atque, ac* plane excludi. Tamen idem Zumptius intactum reliquit *vastavit vexavit ac perdidit* Verr. I. 4, 12. Nec videtur causa posse cogitari, cur non in pluribus etiam quam ternis membris idem observetur; etsi legitur *cum ad me ita suaviter diligenter officiose et humaniter scripseris* Att. I. 20, 1. *tutum inexpugnabilem saeptum atque munitum* Tusc. V. 14, 41. Cf. explicationes ad II. 34, 145. — Post *verus* add. *amicus* Lg. 6. scribitur *vero* in 14. 15. 32 corr. 69. 93. Post *atque splendore* Lg. 3. 5. 6. 20. 32. 84. et edd. quaedam vett. Cett. om. Madvigio ap. Henrichs. locum corruptum iudicanti, quod in ed. omnib. (it. Med. 1. 2. Ven. Lott.) legatur *tum vero* pro *cum verus*, in iis, quos supra memoravi *et iustus*, denique, quod *cum* causale cum indicativo dictum sit, assentiri non possum. *Cum* non est causale, sed significat ἐπειδάν, effectu

tantur; et docemur non infinitis concertationumque plenis disputationibus, sed auctoritate nutuque legum domitas habere libidines coercere omnis cupiditates nostra tueri ab alienis mentis oculos manus abstinere.

XLIV. 195. Fremant omnes licet, dicam quod sentio; bibliothecas me Hercule omnium philosophorum unus mihi videtur XII tabularum libellus, si quis legum fontis et capita viderit, et auctoritatis pondere et utilitatis ubertate superare. 196. Ac si nos, id quod maxime debet, nostra patria delectat; cuius rei tanta est vis [ac tanta natura], ut Ithacam illam in asperrimis saxulis tanquam nidulum affixam sapientissimus vir immortalitati ante poneret: quo amore tandem inflammati esse debemus in eiusmodi patriam, quae una in omnibus terris domus est virtutis imperii dignitatis? Cuius primum nobis mens mos disciplina nota esse debet vel quia est patria parens omnium nostrum vel quia tanta sapientia fuisse in iure

rei ab inspiciendis et considerandis legibus suspenso. Sed seclusi *atque honestus* et *splendore*. — *vinclis*] ita dedi ex Lg. omnibus praeter 24. 69. 81. 93., item Gu. 1. 2. om. Lg. 24 add. ut 3. Ea forma Verr. VI. 8, 18. 61, 159 in omnibus codd. comparet, Lg. 29. excepto; item Caec. 34, 100. Divers. V. 15, 2. Tusc. I. 49, 118. Lael. 4, 14. v. Orell. Off. III. 5, 23. in his libris I. 52, 226. II. 6, 22. Ita pr. m. Rep. I. 26. p. 111 Mr. coll. Cort. ad Sall. Iug. p. 439. Heusinger. ad Off. p. 186. Zpt. — *multantur*] *mulctantur* Vict. Lg. XIV. — *tueri*] *intueri* Vict. — *omnis*] sic Lg. 81 solus, idemque *mentis*.

XLIV. 195. *me Hercule*] divisim Lg. 17 corr. *me hercle* Vict. *me hercules* 67. 69. 70. 76. 81. 84. 86. 93. *mehercle* 23. — *fontis*] Lg. 81. — *utilitatis*] *ubertate* inv. 14. 15. 69. 81. 93.

196. *delectat*] *delectet* Lg. 84. — *ac tanta natura*] uncinis clausi: v. ad II. 34, 144. — *Ithacam*] varie prave multi, *uthica* Lg. 3. *thicam* 67. *itacham* Vict. — *tanquam*] sic per *n* omnes Lg. pr. 70. — *nidulum*] *in circulum* Vict. — *affixam*] *adfixam* Lg. 5. 17. 70. — *immortalitati*] *inmortal.* Lg. 24. 69. 76 corr. 84. 86. — *patriam*] *patria*] Lg. 3. 5. 67. Vict. — *est patria* —

constituendo putanda est, quanta fuit in his tantis opibus imperii comparandis. 197. Percipietis etiam illam ex cognitione iuris laetitiam et voluptatem, quod, quantum praestiterint nostri maiores prudentia ceteris gentibus, tum facillime intellegetis, si cum illorum Lycurgo et Dracone et Solone nostras leges conferre volueritis. Incredibile est enim quam sit omne ius civile praeter hoc nostrum inconditum ac paene ridiculum: de quo multa soleo in sermonibus quotidianis dicere, cum hominum nostrorum prudentiam ceteris omnibus, et maxime Graecis antepono. His ego de causis dixeram, Scaevola, iis, qui perfecti oratores esse vellent, iuris civilis cognitionem esse necessariam.

XLV. 198. Iam vero ipsa per sese quantum afferat iis, qui ei praesunt, honoris gratiae dignitatis quis ignorat? Itaque ut apud Graecos infimi homines mercedula adducti ministros se praebent in iudiciis oratoribus ii, qui apud

sapientia] om. Lg. 14. 15. *est* om. 81. *omnium — sapientia* om. 81. — *nostrum*] *nostrorum* Lg. 6. — *comparandis*] *conp.* Lg. 81.

197. *illam*] *illa* Lg. 17. 70. 73. 84. — *intellegetis*] scripsi secundum Lg. 5. — *cotidianis*] scripsi ex Lg. 73. 81. Iunt. *quottid.* 76. — *omnibus*] *hominibus* Lg. 14. 15. 17. 21. 23. 69. 81. 93. Vict. Gu. 1. Steph. Iunt. Lamb. al. V. ad I. 3, 9. — *antepono*] *anteponam* Lg. 69. — *ego*] *ergo* Vict. — *iis, qui*] *his qui* Lg. 15. 17. 20. 65 69. 70. 73. 76. 84. 86. Vict. Gu. 1. — *cognitionem esse*] inv. Lg. praeter 69. 81. 93., item Vict. Gu. 1.

XLV. 198. *afferat*] *adferat* Lg. 70. 73. — *sese*] *se* Lg. 6. 23. 35. 70. dtvisim 69. — *iis*] *his* Vict. Gu. 1. — *praesunt*] *prosunt* Vict. — *itaque ut*] *it. non ut* plerique codd. et edd. antiquiss., etiam Lg. praeter 15. 17. 81., qui omittunt *ut*, postremus tamen corr. u. t., item Gu. 1. 2. Schuetz. hac scriptura ascita post *civitate* finaliter distinguit. Abest *non* a codd. *α. ε.* edd. Ald. Iunt. Recte tamen Matthiae ap. Muell. *non* additum putat ab imperito, qui nesciret particulis *ut — sic* non similia tantum et cognata, sed opposita etiam et repugnantia copulari. — *πραγματικοί*] Lg. omnes Gu. 1. Vict. literis latinis, fortasse rectius. —

illos πραγματικοί vocantur: sic in nostra civitate contra amplissimus quisque et clarissimus vir, ut ille, qui propter hanc iuris civilis scientiam sic appellatus a summo poëta est,

Egregie cordatus homo, catus Aelius Sextus,

multique praeterea, qui, cum ingenio sibi [auctore] dignitatem peperissent, perfecerunt, ut in respondendo iure auctoritate plus etiam, quam ipso ingenio valerent. 199. Senectuti vero celebrandae et ornandae quod honestius potest esse perfugium, quam iuris interpretatio? Equidem mihi hoc subsidium iam inde ab adolescentia comparavi non solum ad causarum usum forensem, sed etiam ad decus atque ornamentum senectutis, ut, cum me vires (quod fere iam tempus adventat) deficere coepissent,

et clariss.] *atque cl.* Lg. 69. 93. — *Aelius*] Recte codd. *s.* in edd., quae circumferuntur, elidi solitum retinent. Ex Ciceronis enim verbis Or. 48, 161. subtractam literam sibilantem a loquentibus perspicuum est, non a scribentibus. Nec pugnat cum illo, qui in eius verba commentatur, Quintilianus IX. 4, 38; confirmatur autem nostra ratio auctore Maximo Victorino p. 1964., ex cuius dictis quamvis confusis constat nonnullis illud *s* sequenti consonae alligari placuisse, velut *infantibu' sparvis:* quod etsi falsum est, excogitari tamen non potuit, si etiam scriptum *s* excidisset. — *dignitatem*] Omnes codd. praemittunt *auctore,* quod cum ex sqq. facile adhaerere potuerit, a Pearcio damnatum, a Sch. et Henr. abiectum est. Contra *dignitatem* Ciceronis manum esse negantes *auctoritati* cedere iusserunt Huldricus et Matthiae, ut coni. Man. et exstat in mg. δ. *veritatem* (pro *dignitate*) β. — *peperissent*] *reperissent* codd. plerique (*repperisset* Lg. 3. *repperissent* 3. 5. 6. 16. 21. 35. 67. 70. 73. 76 corr. *sibi repperissent* 20.) et vulg. ab Ald. Iunt. *Reperissent* cod. Lamb. pleraeque edd. antiq. mg. Crat. Ern. Sch. Or. Henr. Prius defendit contra Ern. Matthiae, sed non probavit dici *sibi reperire aliquid.* — *iure*] sic codd. Ald. Iunt. vulg. *de iure* rell. edd. antiq. Ern. Sch. Bene prius defendit Matth.

199. *inde*] hoc om. Lg. 21. 81. edd. quaedam. *iam pridem* 21. *inde* pro *iam* 84. — *adolescentia*] *adulesc.* Lg. 5. 65. 70. 73. 86. — *comparavi*] *comperavi* Vict. Italici scribae vestigium. —

ista ab solitudine domum meam vindicarem. Quid est enim praeclarius, quam honoribus et rei publicae muneribus perfunctum senem posse suo iure dicere idem, quod apud Ennium dicat ille Pythius Apollo, se esse eum *unde sibi*, si non *populi et reges*, at omnes sui cives *consilium expetant*,

Suarum rerum incerti, quos ego ope mea
Ex incertis certos compotisque consili
Dimitto, ut ne res temere tractent turbidas.

200. Est enim sine dubio domus iuris consulti totius oraculum civitatis. Testis est huiusce Q. Muci ianua et vestibulum, quod in eius infirmissima valetudine affectaque iam aetate maxima cotidie frequentia civium ac summorum hominum splendore celebratur.

forensem] *forensium* quaedam edd. antiq. Ern. Sch. Muell. — *ornamentum*] *ad* addunt Lg. 5. 17. 21. 70. 73. 81 corr. ita corr. 14. — *ista*] om. Lg. 69. 93. Iunt. Crat. Man. fortasse recte: molestum est enim propter ambiguitatem sententiae. — *ab*] *a* Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 17. 20. 21. 23. 24. 65. 69. 93. v. ad 35, 160. — *idem*] *id* Lg. 23. Steph. Crat. Man. — *sui*] *summi* Gu. 1. mg. 2. — *expetant*] *expectant* Lg. 3. 6. 17. 21. 24 corr. 35 corr. 67. 69. 86. Vict. corr. Gu. 1 corr. *expetunt* 65. *exspectant* 81 corr. ut 3. — *suarum*] *summarum* Lg. omnes, quod haud cunctanter reciperem, si vetustiores hic fontes exstarent. Utrumque iuxta exhibet Gu. 2. Verba *quos* — *certos* om. Lg. 3. — *ego ope mea ex*] sic de Hermanni sententia in diss. de R. Bentleio Opusc. II. p. 275 edidit Henr. Vulgo *mea ope*. Primam literam in *ex* elidendi cum Henr. causa non est. — *compotisque*] sic dedi pro *compotesque*, ut decet poetam antiquum. Particulam om. Lg. XIX, quorum sunt 3. 5. 14. 15. 65. 67. 69. 70. 73. 76. Gu. 1. — *consili*] sic Lg. omnes praeter 84. 86.

200. *iuris consulti*] sic divisim Lg. 65. 67. 69. 70. 81. 84. 93. — *oraculum*] *orandum* Gu. 1. — *et vestibulum*] om. Lg. 15. — *valetudine*] sic Lg. 3 corr. 16. 20. 73. 93. Steph. Ald. Iunt. Crat. Man. Lamb. — *affectaque*] *adfectaque* Lg. 5. 17. 73. *affecta* 65. *affecta quam* Vict. *effecta effeta* et ἰταλικῶς *affetta* alii pauci. — *maxima*] *maxime* Lg. 3. 5. 14. 15. 16. 17. 20. 23. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. Vict. Gu. 2. — *cotidie*] sic Lg. 81.

XLVI. 201. Iam illa non longam orationem desiderant quam ob rem existimem publica quoque iura, quae sunt propria civitatis atque imperii, tum monumenta rerum gestarum et vetustatis exempla oratori nota esse debere. Nam ut in rerum privatarum causis atque iudiciis depromenda saepe oratio est ex iure civili et ideirco, ut ante diximus, oratori iuris civilis scientia necessaria est: sic in causis publicis iudiciorum contionum senatus omnis haec et antiquitatis memoria et publici iuris auctoritas et regendae rei publicae ratio ac scientia tanquam aliqua materies iis oratoribus, qui versantur in re publica, subiecta esse debet. 202. Non enim causidicum nescio quem neque clamatorem aut rabulam hoc sermone nostro conquirimus, sed eum virum, qui primum sit eius artis antistes, cuius cum ipsa natura magnam homini facultatem daret, tamen † esse deus putatur, ut ipsum, quod erat hominis proprium, non partum per nos, sed divinitus ad nos delatum videretur; deinde qui possit non tam cadu-

XLVI. 201. *tam*] vulgo additum *vero* delevi, quod ab omnibus fere codd. abest, Havn. 1. 2. Gu. 1. 2. Erl. Ox. Vict. Lg omnibus praeter 14. 15. 69. 70. 93. — *illa*] *illam* Lg. 17. 70 ista 65. — *monumenta*] *monimenta* Steph. Iunt. Ald. Crat. Man. — *oratio est* — *ideirco*] om. Lg. 84. *id circo* 69. — *et sic in causis*] om. Lg. 17. — *ante*] *antea* Lg. 6. — *sic*] *sic hic* Lg. 3. 5. 6. 16. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 70. 73. 81. 86. — *contionum*] sic Lg. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 84. 86. 93. Vict. Gu. 1. — *et antiquitatis*] om. *et* Lg. 3. 5. 6. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 65. 67. 70. 73. 86. *ex* 84. — *ac scientia*] *et sc.* Lg. 14. 15. 69. 81. — *iis*] *his* Lg. 24. 65. 67. 70. 73. 76. 84. 86. — *debet*] Lambinianam scripturam in hac codd. incerta auctoritate non muto; *debent* omnes Lg. praeter 76. 81. quorum ille *debeant*, hic *deberet*.

202. *clamatorem*] sic correxi vulgatum *proclamatorem*, quod nulli Latinorum dictum est. — *hoc serm.*] *hoc* om. Lg. 65 — *cuius*] hic in Lg. 17. incipit lacuna ad vocem usque *perturbor* 51, 219. — *tamen esse deus putatur*] ita codd. et edd.

ceo quam nomine oratoris ornatus incolumis vel inter hostium tela versari; tum qui scelus fraudemque nocentis possit dicendo subicere odio civium supplicioque constringere idemque ingeni praesidio innocentiam iudiciorum poena liberare idemque languentem labentemque populum aut ad decus excitare aut ab errore deducere aut inflammare in improbos aut incitatum in bonos mitigare; qui denique, quemcunque in animis hominum motum res et causa postulet, eum dicendo vel excitare possit vel sedare. 203. Hanc vim si quis existimat aut ab iis, qui de dicendi ratione scripserunt, expositam esse aut a me posse exponi tam brevi, vehementer errat neque solum inscientiam meam, sed ne rerum quidem magnitudinem perspicit. Equidem vobis, quoniam ita voluistis, fontis unde hauriretis atque itinera ipsa ita putavi esse demonstranda, non ut ipse dux essem (quod et infinitum est et non necessarium), sed ut commonstrarem tantum viam et, ut fieri solet, digitum ad fontis intenderem.

non constante sententia. v. explicationes. — *ut ipsum*] vulgatum *ut et ipsum* sensu cassum correxi ex Lg. 20. 69. 93. ed. s. l. et a. *ut id ipsum* 23., ut volebat Heusingerus. — *erat*] *est* Lg. 69. 93. — *hominis*] *hominum* Lg. 16. — *partum*] *natum* Lg. 14. 15. *factum* 59. 93. — *delatum*] *perlatum* Lg. 69. 93. — *subicere*] recepi ex Lg. 16. 20. 24. 65. 69. 70. 73. 76. 81. 84. Vict. Gu. 1. — *iudiciorum*] om. Lg. 14. 69. 81. ita corr. 24. *iudicii* 15. — *languentem labentemque*] inv. Lg. 69. 93. — *in improbos*] *in* om. Gu. 1. — *postulat*] *postulant* Lg. 69. *postulari* corr. *postularit* 93.

203. *existimat*] *existimet* Lg. 3. 21. 67. *extimat* 20. — *iis*] *his* Lg. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 84. 86. Gu. 1. — *scripserunt*] *scripserint* Lg. 84. — *dux essem*] *duxissem* Gu. 1. 2. Vict. — *commonstrarem*] *conmonstrarem* s. *conmostr.* Lg. 69. 76. 81. 84. — *ut fieri solet*] Ernestus, cum hanc omnium librorum scripturam commode explicari posse negaret, coniecit *ut dici solet*; Herelii suspicionem *ut ferri solet*, quod mirere, cum sensus ita plane nullus exsistat, probarunt Muell. et Orell. v. explicatt.

XLVII. 204. Mihi vero, inquit Mucius, satis superque abs te videtur istorum studiis, si modo sunt studiosi, esse factum. Nam ut Socratem illum solitum aiunt dicere perfectum sibi opus esse, si qui satis esset concitatus cohortatione sua ad studium cognoscendae percipiendaeque virtutis; quibus enim id persuasum esset, ut nihil mallent esse se quam bonos viros, iis reliquam facilem esse doctrinam: sic ego intellego, si in haec, quae patefecit oratione sua Crassus, intrare volueritis, facillime vos ad ea, quae cupitis, perventuros ab hoc aditu ianuaque patefacta. 205. Nobis vero, inquit Sulpicius, ista sunt pergrata perque iucunda; sed pauca etiam requirimus in primisque ea, quae valde breviter a te, Crasse, de ipsa arte percursa sunt, eum illa te et non contemnere et didicisse confiterere. Ea si paulo latius dixeris, expleris omnem exspectationem diuturni desiderii nostri. Nam nunc quibus studendum rebus esset accepimus, quod ipsum est tamen magnum; sed vias earum rerum

XLVII. 204. *sunt*] *sint* Lg. 16. 20. 70. 73. — *sibi opus*] inv. Lg. 21. *esse* om. Lg. 3. 15 add. 23. 67. — *si qui*] *sic* Lg. 3. 5. 16. 24 corr. 35. 65. 67. 70. 73. 76. 81. Gu. 1. *siqui* 86. Cett. et olim vulg. *si quis*, nec deterius. — *percipiendaeque*] *perfic.* Lg. 3. 67. *perspic.* 21. *periclitandaeque* 84. scriptura memorabilis et fortasse vera. — *esse se*] sic Henr. ex Gu. 1. 2. Havn. 1. 2. al. Lamb. praeeuntibus Sch. et Or.; accedunt Lg. 3. 5. 6. 16. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 70. 73. 76. 84. 86. is vocum positus in Vict. indicatur supra positis literulis a.b. Olim inv. — *iis*] *is* Lg. 5. 65. *his* 6. 69. 76. 81. 84. — *intellego*] sic Lg. 20. — *cupitis*] *vultis* Lg. 35. ita corr. 81.

205. *perque*] *atque* Lg. 35. — *inprimisque ea*] om. Gu. 1. divisim VIII codd., quorum sunt 65. 67. 81. 93. *inprimis* 24. — *confiterere*] *confitere* Vict. *confiteare* Lg. 24 corr. — *paulo*] sic Vict. et Lg. omnes praeter 3. 5. — *exspectationem*] *s* non agnoscunt Lg. omnes praeter 3. 5. — *accepimus*] *adcepimus* Lg. 5. — *est tamen*] inv. Lg. 23.

206. *adhuc*] divisim Lg. 67. — *iam dudum*] sic divisim

rationemque cupimus cognoscere. 206. Quid? si, inquit Crassus, quoniam ego, quo facilius vos apud me tenerem, vestrae potius obsecutus sum voluntati, quam aut consuetudini aut naturae meae, petimus ab Antonio, ut ea, quae continet neque adhuc protulit, ex quibus unum libellum sibi excidisse iam dudum questus est, explicet nobis et illa dicendi mysteria enuntiet? Ut videtur, inquit Sulpicius. Nam Antonio dicente etiam quid tu sentias intellegemus. 207. Peto igitur, inquit Crassus, a te, quoniam id nobis, Antoni, hominibus id aetatis oneris ab horum adolescentium studiis imponitur, ut exponas, quid iis de rebus, quas a te quaeri vides, sentias.

XLVIII. Deprehensum equidem me, inquit Antonius, plane video [atque sentio], non solum quod ea requiruntur a me, quorum sum ignarus atque insolens, sed quia, quod in causis valde fugere soleo, ne tibi, Crasse, succedam, id me nunc isti vitare non sinunt. 208. Verum hoc ingrediar ad ea, quae vultis, audacius, quod idem

Lg. 67. 69. 70. 73. 81. 84. 93. Gu. 1. isque sic perpetuo. — *enuntiet*] *enunc.* Lg. 73. 93. Vict., isque sic solet. — *quid tu*] *quod tu* Lg. 69. 70. 81 corr. — *sentias, intellegemus*] omnes codd. et edd. antiquiss. *intelligas* (s. *intellegas*, ut Lg. 20.), *sentiemus.* Alterum est ex Manutii coniectura, quam recentiores post Ern. secuti sunt.

207. *inquit Crassus*] inv. Lg. 3. 5. 6. 16. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 70. 73. 76. 84. 86. — *oneris*] post *id nobis* posuit Sch. — *adolescentium*] *adulesc.* Lg. 5. 65. 70. 73. — *imponitur*] *inponitur* Lg. 67. — *exponas*] addit *hic* Lg. 3. 67. *his* Lg. 5. 6. 14. 15. 16. 23. 24. 35. 65. 70. 73. 76. 84. Vict. — *vides, sentias*] inv. Gu. 1.

XLVIII. *equidem me*] inv. Lg. 20. 81. om. 67. 69. 93. — *atque*] *ac* Lg. 20. Verba *atque sentio* uncinis clausi; v. ad II. 34, 144. — *me nunc*] inv. Lg. 3. 5. 16. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 70. 73. 76. 84. Gu. 1. om. *me* Gu. 3.

208. *hoc ingrediar*] *ego ingr.* Lg. 14. 15. 81 corr. 93. — *exspectetur*] *s* abest a Lg. praeter 3. 6. *expetetur* 76 corr. ut

mihi spero usu esse venturum in hac disputatione, quod in dicendo solet, ut nulla exspectetur ornata oratio. Neque enim sum de arte dicturus, quam nunquam didici, sed de mea consuetudine; ipsaque illa, quae in commentarium meum retuli, sunt eius modi, non aliqua mihi doctrina tradita, sed in rerum usu causisque tractata; quae si vobis hominibus eruditissimis non probabuntur, vestram iniquitatem accusatote, qui ex me ea quaesieritis, quae ego nescirem, meam facilitatem laudatote, cum vobis non meo iudicio, sed vestro studio inductus non gravate respondero. 209. Tum Crassus, Perge modo, inquit, Antoni. Nullum est enim periculum ne quid tu eloquare, nisi ita prudenter, ut neminem nostrum poeniteat ad hunc te sermonem impulisse. Ego vero, inquit, pergam et id faciam, quod in principio fieri in omnibus disputationibus oportere censeo, ut quid illud sit, de quo disputetur, explanetur, ne vagari et errare cogatur oratio, si ii, qui inter se dissenserint, non idem [esse] illud, quo

ceteri. — *retuli*] *rettuli* Lg. 14. 21. 23. 70. ita corr. 16. fortasse rectius. — *eius modi*] sic divisim Lg. 67. 93. — *probabuntur*] *probantur* Lg. 16. — *accusatote*] *adcus.* Lg. 5. 65. 70. 73. *adcusatore* 3. *accusator* Gu. 2. — *quaesieritis*] *quesiveritis* Lg. 69. 93. *quesieritis* 84. — *facilitatem*] *facultatem* Lg. 69. 81. 84. 93. — *respondero*] *respondeo* Lg. 23. *respondeto* Vict.

209. *modo, inquit*] inv. Lg. 14. 15. 81. *inquit* post *Crassus* positum habent 69. 93. — *periculum*] *crimen* Lg. 76. — *censeo*] *sentio* Lg. 84. — *si ii*] *ii* om. Lg. 3. 67. *hi* 5. 6. 24. 65. 70. 73. 76. 84. 86. Gu. 1. 2. — *esse*] delevere Sch. Muell., uncinis clauserunt Or. Henr. — *quo de agitur*] hoc feruntur Havn. 1. 2. Ox. omnes aliique exhibere secutique sunt Grut. et recentt.; abiicere non audeo, etsi Lg. omnes Vict. Gu. 1. *de quo agitur.* — *intellegant*] sic de coni. Ern. recentt. Codd. omnes *intelligent* contra sermonis, ut videtur, legem. V. explicatt.

210. *quis esset imp.*] *quid e. i.* Lg. 3. 67. *qui* 5. 6. 16. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 70. 73. 76. 86. Gu. 2. ita var. 81. — *collationibus*] *conlat.* Lg. 70. 73. *collocationibus* 3. 20. 21. 23.

de agitur, intellegant. 210. Nam si forte quaereretur quae esset ars imperatoris, constituendum putarem principio, quis esset imperator; qui cum esset constitutus administrator quidam belli gerendi, tum adiungeremus de exercitu de castris de agminibus de signorum collationibus de oppidorum oppugnationibus de commeatu de insidiis faciendis atque vitandis de reliquis rebus, quae essent propriae belli administrandi; quarum qui essent animo et scientia compotes, eos esse imperatores dicerem utererque exemplis Africanorum et Maximorum; Epaminondam atque Hannibalem atque eius generis homines nominarem. 211. Sin autem quaereremus quis esset is, qui ad rem publicam moderandam usum et scientiam et studium suum contulisset, definirem hoc modo: qui, quibus rebus utilitas rei publicae pareretur augereturque teneret iisque uteretur, hunc rei publicae rectorem et consilii publici auctorem esse habendum; praedicaremque P. Lentulum principem illum et Ti. Grac-

65. 67. 76. *conlocat.* 5. — *commeatu*] *conm.* Lg. 69. — *vitandis*] *iuvandis* Vict. — *animo*] *anima* Lg. 65. — *dicerem*] *dicere* Lg. 5. 76. — *Hannibalem*] *Annibalem* s. *Anibalem* Lg. 6. 15. 84. 93. Steph. Iunt. Man. Lamb.

211. *moderandam*] *morandam* Lg. 3. 5. 14. 15. 16. 20. 22. 23. 25. 65. 67. 70. 73. 76 inscr. *moribus exornandam* 81. 86. — *contulisset*] *attulisset* Lg. 3. 67. — *pareretur*] scripsi ex Gu. 2. Lg. 3. 24. 86. it. sec. m. 76. idemque est *pateretur* in 23 corr. 65. 67. Iam Lamb. lectius hoc vulgato *pararetur* praetulit. om. ad voc. *rectorem* 5. — *augereturque*] *augeretur* Lg. 6. 14. 16. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. Vict. Gu. 1. *augerent* Gu. 2. om. ad vb. *esse habendum* 15. — *teneret*] om. Lg. 3. 67. *teneretur* 6. 14. 16. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. Vict. Gu. 1. 2. — *iisque*] *iis* Lg. 3. 67. *hisque* Lg. 6. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24 corr. 35. 65. 70. 73. 76. 84. 86. Vict. Gu. 2. — *rectorem*] *doctorem* Lg. 69. — *Ti*] *T.* Lg. 3. 6. 20. 21. 67. 76. quos tam paucos mirere, cum nihil sit in libris illo mendo usitatius. Mox *Africani* et *Laelii* nomina

chum patrem et Q. Metellum et P. Africanum et C. Laelium et innumerabiles alios cum ex nostra civitate tum ex ceteris. 212. Sin autem quaereretur quisnam iuris consultus vere nominaretur, eum dicerem, qui legum et consuetudinis eius, qua privati in civitate uterentur, et ad respondendum et ad agendum et ad cavendum peritus esset; et ex eo genere Sex. Aelium, M'. Manilium, P. Mucium nominarem.

XLIX. Atque ut iam ad leviora artium studia veniam, si musicus si grammaticus si poëta quaeratur, possim similiter explicare quid eorum quisque profiteatur et quo non amplius ab quoque sit postulandum. Philosophi denique ipsius, qui de sua vi ac sapientia unus omnia paene profitetur, est tamen quaedam descriptio, ut is, qui studeat omnium rerum divinarum atque humanarum vim naturam causasque nosse et omnem bene vivendi rationem tenere et persequi, nomine hoc appelle-

inv. Lg. 86. — *cum*] Ex Erl. 1. Gu. 2. (ego ex hoc nihil enotatum video) edd. antiq. Henrichs. scripsit *tum*, quod est etiam in Lg. 14. 15. 69. 81. 84. 86. 93.; manifesto errore.

212. *quisnam*] divisim, ut solet talia, Gu. 1. — *iuris consultus*] sic divisim Lg. 6. 65. 67. 70. 73. 84. 86. 93. Iunt. Lamb. *iure consultus* 81. — *eum*] *tum* Lg. 14. 15. 81 corr. *cum* 76. — *et consuetudinis*] *consuetudinisque* Lg. 93. *et* om. 69. — *et ad resp.*] usque ad verba *atque ut* c. 49. om. Lg. 3. 67. *et* om. 14. 15. 69. 93. *respondendum agendum cavendum* Vict. Pro *agendum* Ern. coni. *scribendum*, conferentesque Cic. Mur. 9, 19. sequuntur Sch. Muell. Male. — *M'. Manilium*] libri omnes sueto mendo *M. Mamilium* Lg. 21. Iunt.

XLIX. *iam*] om. Gu. 1. — *leviora*] *leviorum* Lg. 14. — *quaeratur*] *queretur* Lg. 6. *quaeritur* 14. 15. — *possim*] *possum* Lg. 15. 69. 73. 81. 93. Gu. 1. — *similiter*] *simpliciter* Lg. 5. 6. — *quid*] *quod* Lg. 6. 70. — *et quo*] *quo* om. Lg. 6. *et quod* 14. 15. 69. 93. — *ab quoque*] *a quoque* Lg. 3. 6. 14. 15. 20. 23. 35. 67. 69. 93. *quoquam* Lg. 14. 15. 20. 23. 93. — *ipsius*] *ipsi* Lg. 3. 5. 6. 20. 21. 24 corr. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81 corr. 86. —

tur. 213. Oratorem autem, quoniam de eo quaerimus, equidem non facio eundem, quem Crassus, qui mihi visus est omnem omnium rerum atque artium scientiam comprehendere uno oratoris officio ac nomine; atque eum puto esse, qui et verbis ad audiendum iucundis et sententiis ad probandum accommodatis uti possit in causis forensibus atque communibus. Hunc ego appello oratorem eumque esse praeterea instructum voce et actione et lepore quodam volo. 214. Crassus vero mihi noster visus est oratoris facultatem non illius artis terminis, sed ingeni sui finibus immensis paene describere. Nam et civitatum regendarum oratori gubernacula sententia sua tradidit; in quo per mihi mirum visum est, Scaevola, te hoc illi concedere, cum saepissime tibi senatus breviter impoliteque dicenti maximis sit de rebus assensus. M. vero Scaurus, quem non longe ruri apud se esse audio, vir regendae rei publicae scientissimus si audierit

unus] *unius* Gu. 1. — *omnia paene*] inv. Lg. 65. *pene* Lg. omnes pr. 5. — *atque humanarum*] *humanarumque* Lg. 67. — *appelletur*] *appellatur* Lg. 3. *adpelletur* 5. 65.

213. *officio*] *obficio* Lg. 5. — *et verbis*] *ut v.* Lg. 3. 67. om. *et* Grut. Ern. Sch. Muell.; sed necessariam particulam ex plurimis codd. (etiam Gu. 1. 2. Lg. omnes pr. 3. 67. habent) restituerunt Or. Henr. — *accomodatio*] *acconmod.* — *communibus*] *conmun.* Lg. 69. 84. — *appello*] *adpello* Lg. 65. — *actione*] *oratione* Lg. 6 corr. 69. 93.

214. *mihi noster*] inv. Lg. 3. 67. Lamb. *mihi* om. 15. — *illius artis*] inv. Lg. 15. *arctis illis* 6. — *ingeni*] scripsi secundum Lg. 16. 65. 70. — *immensis*] *inmensis* Lg. 6. 24. 69. 70. 76. 81. — *nam et*] *et* anacoluthon efficit orationem, qua de causa *etiam* commendarunt Man. al. Sed v. explicatt. — *per mihi mirum*] *permirum mihi* Lg. 15. 20. 35. 76. om. 24 add. *per* om. Gu. 2. — *te*] om. Lg. 65 add. — *impoliteque*] *politeque* Lg. 84. — *assensus*] *adsensus* Lg. 5. 70. 73. itaque saepe legi, sed a se neque notatum esse semper neque notatum iri Lagom. scripsit in excerptis primis, in quae incidi, antequam confectos

hanc auctoritatem gravitatis et consilii sui vindicari a te, Crasse, quod eam oratoris propriam esse dicas: iam, credo, huc veniat et hanc loquacitatem nostram vultu ipso aspectuque conterreat; qui quanquam est in dicendo minime contemnendus, prudentia tamen rerum magnarum magis quam dicendi arte nititur. 215. Neque vero, si quis utrumque potest, aut ille consilii publici auctor ac senator bonus ob eam ipsam causam orator est aut hic disertus atque eloquens, si est idem in procuratione civitatis egregius, aliquam scientiam dicendi copia est consecutus. Multum inter se distant istae facultates longeque sunt diversae atque seiunctae neque eadem ratione ac via M. Cato P. Africanus Q. Metellus C. Laelius, qui omnes eloquentes fuerunt, orationem suam et rei publicae dignitatem exornabant.

L. 216. Neque enim est interdictum aut a rerum natura aut a lege aliqua atque more, ut singulis homi-

variae scripturae commentarios consulendi facultas data est. — *apud se esse*] *abesse* Lg. 6. — *regendae*] *gerendae* Lg. 67. 76., quod ne quis recepto lectius existimet, magistratuum omnium, sed non viri in re publica principis esse moneo. — *a te*] *abs te* Lg. 69. — *oratoris*] *oratoriam* Lg. 69. *oratorum* 93. — *dicas*] *dicis* Lg. 15. — *quanquam*] sic Lg. XIII., quorum 69. 73. 81. 93. *quiquam* 76. (ex *q̊quam*). — *dicendo*] *iudicio* Lg. 6.

215. *ac senator*] *aut sen.* Lg. 21. — *atque eloquens*] *aut eloq.* Lg. 6. 24 corr. 69. 76. 93. Steph. Iunt. — *idem*] om. Lg. 15. — *aliquam*] sic aut *aliqua* (Lg. 5. 14. 15. 23. 93. eidemque *scientia*) codd. omnes. *copiam* cod. Grut. Ox. omnes Erl. 1. Vict. Lg. 5. 6. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24 corr. 69. 70. 73. 81. 84 corr. 86. 93. Gu. 1. et edd. antiquiss. v. explicationes. — *consecutus*] *secutus* Lg. 6. *consequutus* 21. 93 et uno *u* 81 corr. — *diversae* — *seiunctae*] inv. Lg. 6. — *ac via*] *atque* Lg. 20. — *C. Laelius*] *Cecilius* Lg. 6. *C. Elius* 23. *Celius* et *Lelius* alii quidam.

L. 216. *rerum natura*] inv. Lg. 15. 69. 93. — *atque more*] *aut m.* Lg. 6. 21. *ac m.* 35. — *singulas*] *singulis* Lg. 70.

nibus ne amplius quam singulas artis nosse liceat. Qua re non, etsi eloquentissimus Athenis Pericles idemque in ea civitate plurimos annos princeps consilii publici fuit, idcirco eiusdem hominis atque artis utraque facultas existimanda est; nec, si P. Crassus idem fuit eloquens et iuris peritus, ob eam causam inest in facultate dicendi iuris civilis scientia. 217. Nam si quisque, ut in aliqua arte et facultate excellens aliam quoque artem sibi assumpserit, † ita perficiet, ut, quod praeterea sciet, id eius, in quo excellet, pars quaedam esse videatur: licet ista ratione dicamus pila bene et duodecim scriptis ludere proprium esse iuris civilis, quoniam utrumque eorum P. Mucius optime fecerit; eademque ratione dicantur et quos φυσικούς Graeci nominant iidem poëtae, quoniam Empedocles physicus egregium poëma fecerit. At hoc ne philosophi quidem ipsi, qui omnia [sicut propria] sua esse atque a se possideri volunt, dicere audent geo-

caeteras 84. — *artis*] scripsi ex Lg. 16. 21. 70. 73. 76. 86. — *et si*] sic divisim Lg. XIX (3. 5. 15. 65. 67. 69. 73.) Vict. Gu. 2. *et* 70. 81. *si* Lamb. — Additur *sit* in Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 93. — *Pericles*] *Perides* Lg. 67. 81. 84. Vict. Gu. 1. — *idcirco*] divisim Lg. 67. 70. 84. 93. *iccirco* 15. 20. 69. 76. Lamb. al. — *existimanda*] *extimanda* Lg. 20. 35. 67. v. ad 27, 125. — *iuris peritus*] iunctim solus Lg. 81.

217. *nam si*] *non si* Vict. — *quisque*] *quisquam* Lg. 84. 93. ita corr. 24. — *aliam*] *aliquam* Lg. 67. — *assumpserit*] sic addito *p* Lg. praeter 67. *assumperit* 5. *adsumpserit* 70. 73. *asumpsnt* Gu. 2. — *ita perficiet*] sic Lamb. Ern. sqq. de illius coniectura. Codd. *is perf.* ed. Wald. *iis.* ed. Lips. Thanneri *id.* A. Matthiae l. c. *is* servandum censet ἀναχολούθῳ oratione. *ita* om. Havn. 1. Nobis *ita, is, iis, id* ex perperam intellecta extrema parte verbi praecedentis orta videntur et scribendum: *Nam si quisquis — assumpserit, perficiet,* uti significavimus ad c. 27, 123. Ceterum *proficiet* Lg. 81. — *bene*] om. Lg. 3. — *et duod.*] *ex d.* Lg. 65. *et* om. 76. — *scriptis*] *scrupis* Lg. 93. ita corr.

metriam aut musicam philosophi esse, quia Platonem omnes in illis artibus praestantissimum fuisse fateantur. 218. Ac si iam placet omnis artis oratori subiungere, tolerabilius est sic potius dicere, ut, quoniam dicendi facultas non debeat esse iciuna atque nuda, sed aspersa atque distincta multarum rerum iucunda quadam varietate, sit boni oratoris multa auribus accepisse multa vidisse multa animo et cogitatione multa etiam legendo percucurrisse neque ea ut sua possedisse, sed ut aliena libasse. Fateor enim callidum quendam hunc et nulla in re tironem ac rudem nec peregrinum atque hospitem in agendo esse debere.

LI. 219. Neque vero istis tragoediis tuis, quibus uti philosophi maxime solent, Crasse, perturbor, quod ita dixisti neminem posse eorum mentis, qui audirent, aut inflammare dicendo aut inflammatas restinguere, cum eo maxime vis oratoris magnitudoque cernatur, nisi qui

24. et edidere Ald. Steph. Iunt. Crat. — *optime*] *bene* Lg. 81 v. u. t. 84. Vict. — *φυσικούς*] nullus cod. literis Graecis. — *nominant*] *vocant* Lg. 69. 93. Man. — *iidem*] *idem* Lg. 5. 6. 16. 20. 21. 23. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 84. 89. 93. Gu. 1. 2. — *at*] *ad* Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 20. 21. 24. 65. 69. 70. 73. 76. 84. 86. — *sicut propria*] haec suspecta sunt et interpretandis sequentibus *ut sua* adiecta videntur; verum enim erat *tanquam* s. *quasi propria.* Uncinis clausi. Longe aliud est quod §. 218. legitur *ut sua possedisse.* Quippe *ut* et *sicut* et *velut* significat. — *volunt*] *nolunt* Lg. 3. — *omnes*] *omnis* Lg. 84. *omnibus omnes* 86. — *fateantur*] *profiteantur* Lg. 14. 15. 93 corr. *confiteantur.*

218. *ac*] *at* Lg. 81. 84. Vict. — *omnis*] sic Gu. 1. 2. Vict. Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 73. 84. 86. — *artis*] sic Lg. 21. 65. 76. 76. — *subiungere*] *subiicere* Lg. 20. — *debeat*] *debet* Lg. 14. 15. 23. 67. 69. 76 corr. 93. — *atque nuda*] *ac nuda* Lg. 20. *inuida* 81 corr. — *sed*] *set* emicat hic in Lg. 23. 24. — *atque distincta*] *ac dist.* Lg. 15. — *varietate*] *veritate* Lg. 93. — *accepisse*] *percepisse* Lg. 84. — *vidisse*] *audisse* Lg. 14. 15. 93. om. 86. — *etiam*] *et* Lg. 6. — *percucurrisse*]

rerum omnium naturam mores hominum atque rationes penitus perspexerit, in quo philosophia sit oratori necessario percipienda: quo in studio hominum quoque ingeniosissimorum otiosissimorumque totas aetates videmus esse contritas; quorum ego copiam magnitudinemque cognitionis atque artis non modo non contemno, sed etiam vehementer admiror; nobis tamen, qui in hoc populo foroque versamur, satis est ea de moribus hominum et scire et dicere, quae non abhorrent ab hominum moribus. 220. Quis enim unquam orator magnus et gravis, cum iratum adversario iudicem facere vellet, haesitavit ob eam causam, quod nesciret quid esset iracundia, fervorne mentis an cupiditas puniendi doloris? Quis, cum ceteros animorum motus aut iudicibus aut populo dicendo miscere atque agitare vellet, ea dixit, quae a philosophis dici solent? qui partim omnino motus negant in animis ullos esse debere, quique eos in iudicum

scripsi ex Lg. 3. 5. 20. 65. 76. Vict. *pervenisse* Gu. 2. vulgo *percurrisse*. — *callidum quendam*] inv. Lg. 14. et a corr. 81. qui a pr. m. *quandam calidum;* ita Vict. — *atque hospitem*] *ac hosp.* Lg. 14, 15. 23. 35. 69. 93.

LI. 219, *maxime*] om. Lg. Vict. — *ita*] *ista* Gu. 1. — *mentis*] sic Lg. 35. 81. 93. *mentem* 3. 5, 6. 16. 20, 21. 65. 67. 70. 73. — *dicendo*] *in dic.* Lg. 67. — *restinguere*] *restringere* Lg. 65. 81. 85 corr. — *eo*] *in eo* Lg. 6. 92. *eo* corr. *adeo* 69. — *perspexerit*] *perspexit* Lg. 69. 70. *prospexerit* 81 corr. — *quoque*] *quo* Gu. 2. Lg. 3. 5. 21. 24 corr. 65, 76, 81 exp. — om. 16. 17. 20, 35, 70, 73. 84, 86, Vict. — *non modo non*] alterum *non* om. Lg. 6. 16. — *et scire* et sqq. ad §. 220 usque om. Lg. 70. — *abhorrent*] *abhorreant* Vict. Gu. 1.

220. *et gravis*] *atque gr.* 67. — *nesciret*] om. Lg. 65. — *fervorne*] *fervorve* Lg. 65. 76. *fervor vementis* 6. — *an*] *ac* Lg. 17. *aut* 76. — *quique*] *qui cum* Lg. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. 93. Vict. Gu. 2. ex male intellecto *qq.* — *mentibus concitent*] inv. Lg. 69. 93. — *volunt*] haec usque ad *potius* om. Lg. 65. — *accedere*] *adcedere* Lg. 67. 70.

mentibus concitent, scelus eos nefarium facere; partim, qui tolerabiliores volunt esse et ad veritatem vitae propius accedere, permediocris ac potius levis motus debere esse dicunt. 221. Orator autem omnia haec, quae putantur in communi vitae consuetudine mala ac molesta et fugienda, multo maiora et acerbiora verbis facit; itemque ea, quae vulgo expetenda atque optabilia videntur, dicendo amplificat atque ornat; neque vult ita sapiens inter stultos videri, ut qui audiant aut illum ineptum et Graeculum putent aut, etiam si valde probent ingenium, oratoris sapientiam admirentur, se esse stultos moleste ferant; 222. sed ita peragrat per animos hominum, ita sensus mentesque pertractat, ut non desideret philosophorum descriptiones neque exquirat oratione summum illud bonum in animone sit an in corpore virtute an voluptate definiatur, an haec inter se iungi copularique possint, an vero, ut quibusdam visum, nihil certum sciri, nihil plane cognosci et percipi possit. Quarum rerum fateor magnam multiplicemque esse disciplinam et multas copio-

221. *itemque*] *item* Lg. 23. 69. — *expetenda*] *expetibilia* Lg. 21. *sunt expetenda* Gu. 1. — *dicendo* — *vult*] haec om. Lg. 65. — *audiant*] *audiunt* Lg. 70 corr. — *et Graeculum*] secutus sum Pearcii correctionem. Libri *aut Gr.*, sed hic eis non multum est fidei. — *putent*] *esse putent* Lg. 23. 67. — *etiam si*] sic divisim Lg. 35. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. 93. Steph. Iunt. Ald. Crat. Man. Lamb. — *ingenium, oratoris sapientiam*] sic post Ald. Iunt. Ald. Crat. Man. Vict. Lamb. distinxi cum Or. et Henr. Vulgo *ingenium, oratoris sapientiam.* — *sapientiam oratoris* Havn. 2. *orat. sapient. animi* edd. antiquiss. et Lg. 69. — *ferant*] *ferunt* Lg. 65.

222. *hominum*] ponitur post *sensus* in Lg. omnibus praeter 67., item in Gu. 2. placetque. — *oratione*] *rationes* Lg. 6. 67. ita var. 24. — *an voluptate*] *aut vol.* Lg. 84. — *possint*] *possit* Lg. 86. — *visum*] *est* additur in Lg. 3. 14. 23. 35. 67. 69. 76. 93. Lamb. — *disciplinam*] *doctrinam* Lg. 24. *doctrinam discipli-*

sas variasque rationes; sed aliud quiddam, longe aliud, Crasse, quaerimus.

LII. 223. Acuto homine nobis opus est et natura usuque callido, qui sagaciter pervestiget quid sui cives iique homines, quibus aliquid dicendo persuadere velit, cogitent sentiant opinentur exspectent; teneat oportet venas cuiusque generis aetatis ordinis et eorum, apud quos aliquid aget aut erit acturus, mentes sensusque degustet; 224. philosophorum autem libros reservet sibi ad huiuscemodi Tusculani requiem atque otium: ne, si quando ei dicendum erit de iustitia et fide, mutuetur a Platone, qui, cum haec exprimenda verbis arbitraretur, novam quandam finxit in libris civitatem; usque eo illa, quae dicenda de iustitia putabat, a vitae consuetudine et a civitatum moribus abhorrebant. 225. Quod si ea probarentur in populis atque in civitatibus, quis tibi, Crasse, concessisset clarissimo viro et amplissimo et principi civitatis, ut illa diceres in maxima contione tuorum civium, quae dixisti? „Eripite nos ex miseriis, eripite

nam Vict. — *copiosas variasque*] inv. Lg. 17. — *longe*] om. Lg. 67.

223. *acuto — teneat*] om. Lg. 65. — *iique*] *hique* Lg. 76. 81. 84. 86. — *sentiant*] *sciant* Lg. 76. — *exspectent*] *expectent* Lg. omnes praeter 5. 65. it. Gu. 2.

LII. *aget*] *agit* Cant. de Gu. 1. (non 2.) recepit Pearc. *agat* Crat. — *mentes*] nullus liber hic *mentis*.

224. *ne, si*] *nec si* de coni. Heerenii et Schuetzii ediderunt recentt., idque est in Lg. 23. 67. v. explicationes. — *mutuetur*] *mutetur* Lg. 15 corr. *mutuentur* 76 corr. — *exprimenda*] *expetenda* Lg. 6 corr. *verbis exprim.* 35 corr. Coniecturam Bakii *uberius* pro *verbis* silentio praeterire par est. — *eo*] *adeo* Lg. 86. — *vitae*] *vice* Lg. 65. *iuris* Gu. 2. — *civitatum*] *civitatis* Vict.

225. *atque*] *ac* Lg. 17. 20. *aut* 21. — *in civitatibus*] *in* om. Lg. 6. 20. 24. 69. 81. 84. videturque probabilius; v. ad 15, 65. — *concessisset*] *consensisset* Lg. 65 corr. *consesisset*. — *et prin-*

ex faucibus eorum, quorum crudelitas nostro sanguine non potest expleri; nolite sinere nos cuiquam servire, nisi vobis universis, quibus et possumus et debemus." Omitto *miserias*, in quibus, ut illi aiunt, vir fortis esse non potest; omitto *fauces*, ex quibus te eripi vis, ne iudicio iniquo exsorbeatur sanguis tuus, quod sapienti negant accidere posse; *servire* vero non modo te, sed universum senatum, cuius tum causam agebas, ausus es dicere? 226. Potestne virtus, Crasse, servire istis auctoribus, quorum tu praecepta oratoris facultate complecteris? quae et semper et sola libera est quaeque, etiam si corpora capta sint armis aut constricta vinclis, tamen suum ius atque omnium rerum impunitam libertatem tenere debeat. Quae vero addidisti, non modo senatum servire *posse* populo, sed etiam *debere*, quis hoc philosophus tam

cipi] addidi *et* secundum Baklum. Dici non potest *amplissimus princeps*, nec *princeps* ἀσυνδέτως inferri. — *illa*] *ista* Lg. 65. — *contione*] sic Lg. 3. 5. 14. 15. 16. 17. 23. 35. 65. 70. 73. 76. 84. 86. 93. ita corr. 69. Vict. alias non ita solitus. *conctione* 6. 67. — *ex faucibus*] Vulgo praemissum *nos* omittunt codd. fere omnes et recte, Vet. St. Havn. 1. 2. α. δ. ε. Gu. 1. 2. Erl. 1. Lg. omnes, edd. antiq. Sch. Muell. Henr. — *nos*] *vos* et postea *nobis* Vict. — *nos cuiquam*] om. Lg. 35. — *cuiquam*] *quopiam* Lg. 65. i. e. *quoiquam*, quod clare scriptum in 5., receptumque a me foret, si antiquiores hic libros haberemus. *quodam* 21. — *ne iudic.*] *ne* om. Gu. 1. Mox *s* in *exsorbeatur* abest a codd. meis omnibus praeter Lg. 3. 5. — *vero*] correctoris esse puto et abiiciam libenter. — *causam*] *causas* Lg. praeter 17. 20. 35. 70. 73. 86., item Vict.

226. *Crasse*] om. Lg. 67. — *etiam si*] sic divisim Lg. 5. 6. 65. 67. 69. 70. 73. 81. 84. 93. Gu. 1. ut is solet. ita corr. 76. *etiam et si* Vict. — *vinclis*] scripsi ex Lg. omnibus praeter 6. 76. 81. 84., quorum ille tamen *vinolis*. v. ad 43, 194. — *debeat*] *debet* Lg. 20., quod Sch. Muell. de coniectura scripserunt probatque Muell.; vulgatum defendit Orellius quasi ex philosophorum opinione dictum, quod et falsum est nec necessarium; nam etiam protasis coniunctivo enuntiatur. *debebat* Gu. 2. — *omnia ad*]

mollis tam languidus tam enervatus tam omnia ad voluptatem corporis doloremque referens probare posset senatum servire populo, cui populus ipse moderandi et regendi sui potestatem quasi quasdam habenas tradidisset?

LIII. 227. Itaque haec cum a te divinitus ego dicta arbitrarer, P. Rutilius Rufus homo doctus et philosophiae deditus non modo parum commode, sed etiam turpiter et flagitiose dicta esse dicebat. Idemque Servium Galbam, quem hominem probe commeminisse se aiebat, pergraviter reprehendere solebat, quod is L. Scribonio quaestionem in eum ferente populi misericordiam concitasset, cum M. Cato Galbae gravis atque acer inimicus aspere apud populum Romanum et vehementer esset locutus; quam orationem in Originibus suis exposuit ipse. 228. Reprehendebat igitur Galbam Rutilius, quod is C. Sulpici

inv. Vict. — *senatum*] *centum* Gu. 1. — De sententiae et verborum ratione coniecturaque Schuetzii iudicanda v. explicationes.

LIII. 227. *haec*] *hoc* Gu. 1. om. Lg. 3. 20. — *ego*] *et* in nonnullis edd. vett. additum libri mei omnes ignorant. — *Rufus*] om. Lg. 65. 70. — *non modo*] *modo* om. Lg. omnes praeter 93., Gu. 2. Vict. proboque, sed in ea codd. condicione non recipio. *non tantum* Lg. 93., ut Steph. — *idemque*] *idem Q.* Gu. 2. Lg. praeter 14. 15. 16. 17. 20. 21. 24. v. Drakenb. ad Liv. XXII. 31, 7. — *Ser.*] *Sergium* Lg. 6. 20. 76. *Servium* Gu. 2. *Servilium* Gu. 1. Vict. — *commeminisse*] in edd. quibusdam vett. praemissum *nosse et* omittunt Lg. omnes praeter 84. 93., item Man. Lamb. al. — *conminisse* Gu. 1. *conmeminisse* Lg. 81. *meminisse* 69. 93. — *se*] *sese* Vict. — *apud*] *aput* Lg. 81. — *Romanum*] om. Lg. 3. 5. 6. 20. 21 add. 35. 86. Ex compendio enim P. R. in multis factum *praetorem*, velut in 3. 6. 16. 20. 24 corr. 35., item *pr.* in 5. 21. 65. 70. 73. 86. De illo vitio item contrario consuli possunt Drak. ad Liv. XXXI. 11, 4. Buechner. ad Cic. Rosc. Am. p. 162. et his antiquior Lambinus Emend. Tull. p. 308. Klein. — *et vehementer*] *et* om. Lg. 16. 65. 69 70. 73. — *esset loc.*] *est* Lg. 16. 17. 70. 73. 86. *esse* 65. *loquutus* Lg. 21. 69. 70. 81 corr. 93. — *ipse*] om. Lg. 14. 15. 16. 93.

228. *quod is*] *quis* Lg. 65. — *Sulpici*] dedi ex Lg. 5. 16.

Galli propinqui sui Q. pupillum filium ipse paene in humeros suos extulisset, qui patris clarissimi recordatione et memoria fletum populo moveret, et duos filios suos parvos tutelae populi commendasset ac se, tanquam in procinctu testamentum faceret sine libra atque tabulis, populum Romanum tutorem instituere dixisset illorum orbitati. Itaque cum et invidia et odio populo tum Galba premeretur, hisce eum tragoediis liberatum ferebat; quod item apud Catonem scriptum esse video *nisi pueris et lacrimis usus esset, poenas eum daturum fuisse.* Haec Rutilius valde vituperabat et huic humilitati dicebat vel exsilium fuisse vel mortem anteponendam. 229. Neque vero hoc solum dixit, sed ipse et sensit et fecit. Nam cum esset ille vir exemplum, ut scitis, innocentiae cumque illo nemo neque integrior esset in civitate neque sanctior, non modo supplex iudicibus esse voluit, sed ne ornatius quidem aut liberius causam dici suam, quam

35. 65. 70. 76. *sulpiti* 21. — *paene*] *pene* codd. plerique. — *moveret*] *movebat* Lg. 23 corr. — *commendasset*] *conm.* Lg. 14. — *procinctu*] *procincturum* Lg. 23 corr. u. t. *promptu* Gu. 1. *promtu* Gu. 2. — *populum Rom.*] *pater, pr. ptoris* (Gu. 1.) pr. r. quaedam. *praetoris* Gu. 2. — *instituere* — *orbitati*] *instruere* — *orbati* Gu. 1. — *tum*] *cum* Lg. 16. 65. — *hisce*] sic de Heusingeri coni. Sch. Henr. Codd. nonnulli *his* (Erl. 1.) *isque* (Lg. 3. 5. 20. 21. 24 corr. ut 67. 35 corr. ut 6. 65.) *iis* (Lg. 6. 16. 23. 70. 73. 86.) *iisque* (Lg. 17. Gu. 2. Vict.) Vulgo *his quoque* ex Med. 1. 2. Ven. Ald. *his quasi* Lott. mg. Crat. Vict. Muell. Or. „Sed *tragoedias* hoc sensu sine *quasi* ponere solet Cicero (cf. I. 51, 219. II. 51, 205. 55, 225) et offendit *quasi* alieno loco ante *eum* collocatum.“ *Henr.* Rectius fortasse scripseris quod est in Erl. 1. — *eum*] *cum* Erl. 1. Lg. 65. — *lacrimis*] sic Lg. 14. 15. 17 corr. *lacrymis* 20. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 81. 86. — *humilitati*] *utilitati humilitati* Vict. — *exsilium*] *s* non agnoscunt Lg. praeter 3. 5. 93. pr. m. — *exsulium* Lamb.

229. *ipse*] om. Lg. 15. — *et sensit*] *etiam sensit* Lg 73. — *ille*] *iste* Lg. 65. — *nemo*] om. Vict. — *voluit*] scripsi ex Gu.

simplex ratio veritatis ferebat. Paulum huic Cottae tribuit partium disertissimo adolescenti sororis suae filio. Dixit item causam illam quadam ex parte Q. Mucius more suo nullo apparatu pure et dilucide. 230. Quod si tu tunc, Crasse, dixisses, qui subsidium oratori ex illis disputationibus, quibus philosophi utuntur, ad dicendi copiam petendum esse paulo ante dicebas, et si tibi pro P. Rutilio non philosophorum more, sed tuo licuisset dicere: quamvis scelerati illi fuissent, sicuti fuerunt, pestiferi cives supplicioque digni, tamen omnem eorum importunitatem ex intimis mentibus evellisset vel orationis tuae; nunc talis vir amissus est, dum causa ita dicitur, ut si in illa commenticia Platonis civitate res ageretur. Nemo ingemuit, nemo inclamavit patronorum, nihil cuiquam doluit, nemo est questus, nemo rem publicam imploravit, nemo supplicavit. Quid multa? pedem nemo in illo iudicio supplosit, credo, ne Stoicis renuntiaretur.

1. 2. Havn. 1. Lg. 6. 14. 15. 16 corr. 35. 67. 69 corr. 76. 81. 84. 86. 93. Vict. Hahn. ed. s. l. et a. Med. 1. Iunt. Crat. et defendi posse putat Orellius, quod mihi quoque videtur, etsi adversatur Henr. V. explicationes ad I. 30, 136. Rell. libri *noluit.* — *ratio*] sic Lg. 16. 20. 70. 73. 86. Iunt. Man. Alii *oratio.* — *paulum*] sic Lg. omnes praeter 3. 5. *paululum* Gu. 2. — *adolescenti*] *adulesc.* Lg. 5. 17. 65. 70. 73. 86. — *apparatu*] *adparatu* Lg. 65.

230. *quod si*] sic Lg. omnes praeter 65., in quo est *quos.*, item Steph. Iunt. Crat. Man. Lamb. Grut. Apud Gron. et Ern. ed. 1. exstat *quid.* Certe interrogandi signo distingui debebat. — *tunc*] *nunc* Lg. 3. 67. *tum* Crat. Man. om. Vict. — *oratori*] *oratoris* Lg. 69. — *paulo*] Lg. omnes praeter 3. 5. — *licuisset dicere*] inv. Lg. 15. *licuisse* Gu. 1. — *sicuti*] *sicut* Lg. 81. — *omnem*] om. Lg. 65. — *dum*] *cum* Lg. 16. 73. *tum* 65. 70. *quom* 86. — *dicitur*] *dicta sit* Lg. 16. 70. 73. 86. — *illa*] *ista* Lg. 65. — *commenticia*] *conment.* Lg. 14. 39. Per *t* omnes, praeter 3. 5. 15. 67. — *cuiquam*] *quoiquam* Lg. 5. *quoquam* 21. 86. *quoipiam* 65., quae quo ducant, vides; sed ut nunc est,

LIV. 231. Imitatus est homo Romanus et consularis veterem illum Socratem, qui, cum omnium sapientissimus esset sanctissimeque vixisset, ita in iudicio capitis pro se ipse dixit, ut non supplex aut reus, sed magister aut dominus videretur esse iudicum. Quin etiam, cum ei scriptam orationem disertissimus orator Lysias attulisset, quam, si ei videretur, edisceret, ut ea pro se in iudicio uteretur, non invitus legit et commode scriptam esse dixit; sed, inquit, ut, si mihi calceos Sicyonios attulisses, non uterer, quamvis essent habiles et apti ad pedem, quia non essent viriles, sic illam orationem disertam sibi et oratoriam videri, fortem et virilem non videri. Ergo ille quoque damnatus est, neque solum primis sententiis, quibus tantum statuebant iudices damnarent an absolverent, sed etiam illis, quas iterum legibus ferre debebant.

nihil muto. *cuique* 81 corr. — *renuntiaretur*] *renunciaretur* Lg. 73. 84. 93. Iunt. Man. Lamb. al.

LIV. 231. *ipse*] *ipso* Lg. 35. 67. 70. 86. — *sed magister*] *sed ut magister* Lg. 93. Steph. Man. al. — *in iudicio*] *in* om. Gu. 1. — *et commode*] *et* om. Vict. *conmode* Lg. 14. — *scriptam*] *scriptum* Lg. 16. 65. 70. — *attulisses*] *adtul.* Lg. 17. 67. 70. — *et apti*] *atque apti* Gu. 2. Lg. praeter 14. 15. 23. 69. 76. 93. — *pedem*] *pedes* Lg. 65. *essent habiles* — *quia non* om. Gu. 1. *quamvis* — *illam* om. Vict. — *absolverent*] *solverent* Gu. 1. Lg. 15 corr. 20. — *enim*] *autem* Gu. 1. — *poena*] addunt *ea* Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 67. 70. 73. 76. 86. 93. — *si fraus* — *sententia*] om. Gu. 1. — *aestimatio*] *extimatio* Lg. 3. 6. 17. 67. 70. 76. Vict. *existimatio* 5 corr. *exstimatio* 15. 20. 23. 84. *estimatio* alii quidam.

232. *et sententia*] sic edd. antiq. et rec. post Ern., quibus accedunt Lg. 15. 23. 24. 76. *haec* Lamb. *ea* coni. Orell. Vulgo *ex.* — *aestimationem*] *existim.* Lg. 6. 23. 67. 69. 76. *destinationem* 81. corr. *extimat.* *extimationem* alii plures. — *meruisse*] *conmeruisse* Lg. 69. scriptura memorabilis. — *sese*] *se* Lg. 14. 15. 23. 69. 76. 93. — *et ut*] *ut* om. Lg. 20. — *cotidianus*] sic Lg. 67. 81. 84. Iunt. *quottid.* 70. *equidianus* 3 corr. *quodrianis* Gu. 1. — *prytaneo*] *prutaneo* Lg. 3. 5. 20 corr. ut 6. 35. 65. 67.

Erat enim Athenis reo damnato, si fraus capitalis non esset, quasi poenae aestimatio; 232. et, sententia cum iudicibus daretur, interrogabatur reus quam quasi aestimationem commeruisse se maxime confiteretur. Quod cum interrogatus Socrates esset, respondit sese meruisse, ut amplissimis honoribus et praemiis decoraretur, et ut ei victus cotidianus in Prytaneo publice praeberetur; qui honos apud Graecos maximus habetur. 233. Cuius responso sic iudices exarserunt, ut capitis hominem innocentissimum condemnarent. Qui quidem si absolutus esset (quod me Hercule, etiam si nihil ad nos pertinet, tamen propter eius ingeni magnitudinem vellem), quonam modo istos philosophos ferre possemus, qui nunc, cum ille damnatus est nullam aliam ob culpam, nisi propter dicendi inscientiam, tamen a se oportere dicunt peti

69 corr. ut 6. 81. 84. 93 corr. ut 6. Gu. 2. *imprutaneo* (p. *in pryt.)* Gu. 1. *pritaneo* Lg. 6. et IX alii. — *honos*] *honor* Lg. praeter 14. 15. 21. 23. 93. Gu. 2. Quod in alia codd. ratione non cunctarer recipere. Minime perpetuus est alterius formae apud Ciceronem usus. — *habetur*] hanc Ernesti coniecturam recentiores secuti sunt; codd. *haberetur*, quod olim defendi ex attractione temporum (ad Brut. 32, 124.), iterumque eandem rem attigi expl. ad I. de Or. 42, 190. Ne nunc quidem repudiarem, quamvis saepe eas formas commutari sciam, nisi incerta codd. fides obstaret. Quod Henr. ait verba illa minime posse implicari Socratis dictis, ipsum est, quod nego.

233. *sic iudices*] inv. Lg. 3. 5. 5. 16. 17. 20. 21. 24. 35. 65. 67. 70. 73. 81. 84. 86. — *hominem innoc.*] inv. Lg. 69. 93. — *me Hercule*] sic (aut *herc.)* Lg. 17 corr. *mehercules* 67. 69. 70. 76. 84. 86. Gu. 1. *me hercle* 6. 20. Vict. rell. ὑφ' ἕν. — *etiam si*] sic divisim Lg. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. 93. Vict. Gu. 1. ut solet, Steph. Iunt. Man. Lamb. *si* 17. *etiam* 20. — *ingeni*] scripsi ex Lg. 16. 65. — *quonam*] divisim Lg. 67. 76. *quoniam* 3. — *inscientiam*] *insciam* Lg. 6. 14. 15. *inscitiam* 84. Steph. Ald. Crat. Man. *scientiam* Lg. 70. — *possemus*] Bakii coniectura *possumus* quo modo cum prioribus *qui si absolutus esset* conveniat non video. — *quibuscum*] divisim Lg. XIV. (quo-

praecepta dicendi? Quibuscum ego non pugno utrum sit melius aut verius; tantum dico et aliud illud esse atque hoc et hoc sine illo summum esse posse.

LV. 234. Nam quod ius civile, Crasse, tam vehementer amplexus es, video quid egeris; tum, cum dicebas, videbam. Primum Scaevolae te dedisti, quem omnes amare meritissimo pro eius eximia suavitate debemus; cuius artem cum indotatam esse et incomptam videres, verborum eam dote locupletasti et ornasti. Deinde quod in ea tu plus operae laborisque consumpseras, cum eius studii tibi et hortator et magister esset domi, veritus es, nisi istam artem oratione exaggerasses, ne operam perdidisses. Sed ego ne cum ista quidem arte pugno, 235. Sit sane tanta, quantam tu illam esse vis. Et enim

rum sunt 65. 67. 69. 70. 73.) Vict. Gu. 1., apud quem haec scriptura regnat, item Iunt.; quod probarem, si ullam eius rei significationem reliquisse viderentur grammatici veteres. — *aut verius*] *an verius* Lg. 5. 15. 20. 21. 81. — *sine illo*] *sine isto* Lg. 65. *sine ullo* Vict. idemque *esse summum.*

LV. 234. *quod*] *quid* Lg. 70 corr. — *cum*] sic codd. omnes. — *videbam*] *non videbam* Steph. Lamb. *et cum dicebas, videbam* Vet. St. *et tum, eum dicebas, videbam* Muell., quod ex edd. vett. recepisse se ait; sed praeter Manutium nemo sic scripsit: edd. antiquiss. exhibent *tuncque, cum dic., videbam.* Sch. in ed. mai. ea verba delevit. v. explicationes. — *dedisti*] sic Lg. 15. 16. 17. 21. 65. 67. 69. 81. 86. 93. Gu. 1. 2. Vict. Man. Lamb. Alii quidam *dedidisti,* inepte. — *meritissimo*] *meritissimum* Lg. 35. 81. *meritissime* Vict. — *debemus*] *debamus* supra scr. *eb.* (i. e. *debebamus).* — *incomptam*] sic Lg. praeter 3. 5. item Vict. Olim praemittebatur his *et incomitatam,* quod mero errori debetur, sed in omnibus codd. excepto Norf. videtur legi; habent etiam Lg. omnes praeter 69. (is *immeritam),* item Vict. Gu. 1. 2. — *tu plus*] *tu* om. Lg. 67. — *consumpseras*] sic addito *p* omnes Lg. praeter 5. — *hortator*] *orator* Gu. 1. *ortator* Gu. 2. — *cum ista quidem*] *istam* (om. *cum* et *quidem)* Vict.

235. *esse*] om. Gu. 1. — *et enim*] sic divisim Lg. 67. 86. 93. — *ei studio*] *eius studio* Lg. 5. *et stud.* 6. 23. — *etiam*]

sine controversia et magna est et late patet et ad multos pertinet et summo in honore semper fuit et clarissimi cives ei studio etiam hodie praesunt; sed vide, Crasse, ne, dum novo et alieno ornatu velis ornare iuris civilis scientiam, suo quoque eam concesso et tradito spolies atque denudes. 236. Nam si ita diceres, qui iuris consultus esset, esse eum oratorem itemque qui esset orator, iuris eundem esse consultum; praeclaras duas artis constitueres atque inter se paris et eiusdem socias dignitatis. Nunc vero iuris consultum sine hac eloquentia, de qua quaerimus, fateris esse posse fuisseque plurimos; oratorem negas, nisi illam scientiam assumpserit, esse posse. Ita est tibi iuris consultus ipse per se nihil, nisi leguleius quidam cautus et acutus praeco actionum cantor

et Lg. 3. 5. 6. 14. 16. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 73. 76. 81. 84. 86. Erl. 1. om. *etiam* 70. Havn. 1. 2. Gu. 1. 2. Hahn. Ald. Man. Lamb. Grut. Ern. *et semper praefuerunt et hodie praesunt* pleraeque edd. antiquiss., Muell. Or., et sic etiam duo codd. Lambini, Lg. 93. Iunt. Crat., nisi quod ante *hodie* addunt *etiam*. „Sed *semper praefuerunt* repetitio est eorum, quae antecedebant, *summo in honore semper fuit*, quod cum sentiret Schuetzius, e coniectura edidit *ei studio et olim praefuerunt et hodie praesunt.*“ *Henrichsen.* — *ne dum*] *nedum* Lg. 65. 81. 86.

236. *iuris consultus*] sic divisim Lg. 65. 70. 73. 76. Lamb. Paulo ante *quis* Vict. — *esse*] *et esse* Lg. praeter 6. — *iuris*] *civilis* addunt Lg. 14. 15. 23. 67. 69. 76. 93. — *artis*] dedi ex Lg. 3. 5. 14. 16. 20. 21. 65. 67. 70. 73. 86. 93. — *paris*] dedi ex Lg. 3. 5. 16. 20. 21. 65. 70. 73. 84. 86. — *eiusdem*] *eiusmodi* s. *eius modi* Lg. 3. 5. 6. 16. 17. 20. 24. 35. 65. 67. 73. 81. 84. 86. Vict. *huiusmodi* 14. 15. 76. *huiuscemodi* 69. 93. *eiusdemmodi* Lamb. — *iuris consultum*] sic divisim Lg. 65. 67. 70. 73. 84. 86. 93. Vict. Lamb. eidemque mox iterum. — *sine*] *nisi* Lg 65. *si* 81. — *hac*] addit *aliqua* Vict. — *assumpserit*] sic cum *p* Lg. omnes praeter 3. 5. *adsumpserit* Lg. 61. 69. 70. 73. 76. 86. — *ita est tibi*] vulgatum *ita et tibi* sic correxit Ern. secutique recentiores. — *leguleius*] *leguleus* Lg. 6. 20. 67. *reguleius* 69. *legale ius* Vict. Gu. 1. 2. — *cantor*] *cautor* Lg. 3. 17. Gu. 2.

formularum auceps syllabarum; sed quia saepe utitur orator subsidio iuris in causis, idcirco istam iuris scientiam eloquentiae tanquam ancillulam pedisequamque adiunxisti.

LVI. 237. Quod vero impudentiam admiratus es eorum patronorum, qui aut, cum parva nescirent, magna profiterentur aut ea, quae maxima essent in iure civili, tractare auderent in causis, cum ea nescirent nunquamque didicissent: utriusque rei facilis est et prompta defensio. Nam neque illud est mirandum, qui quibus verbis coëmptio fiat nesciat, eundem eius mulieris, quae coëmptionem fecerit, causam posse defendere; nec, si parvi navigi et magni eadem est in gubernando scientia, idcirco qui quibus verbis erctum cieri oporteat nesciat, idem erciscundae familiae causam agere non possit.

ita corr. 35. — *auceps*] *anceps* Lg. 17. 65. 81 corr. 84. Gu. 2. — *utitur*] *utatur* Bakius. Non opus ex Crassi sententia haec dici cogitare. — *idcirco*] *iccirco* Lg. VIII., in his 15. 69. 76. divisim 70. 84. 93. — *pedisequamque*] hanc rectiorem per *s* unum scripturam (vide Schneideri Gr. Lat. II. 2. p. 440) soli meorum tuentur 6. 67. *pedisecamque* 81 corr. u. t. *pedissecamque* Vict. *pedisechamque* Gu. 1.

LVI. 237. *quod*] *qui* Vict. *quid* Gu. 2. — *profiterentur*] *profitentur* Lg. 69. — *aut ea*] *et ea* Gu. 1. — *nunquamque*] sic Lg. 14. 15. 21. 23. 24. 84. 102. *nunquam* 65. 70. Pauci praeterea mendose. — *facilis est et prompta*] *et pr. est et facilis* Lg. 67. *prompta* omnes praeter 3. 5. — *qui*] *quid* Lg. 17. 20. 21. 24. 35 corr. 65. — *coëmptio*] sic cum *p* codd. omnes et sic paulo post etiam; *cōptio* Lg. 6. *contemptio* 84 corr. ut illi. — *nec si*] *nam et si* Lg. 3. 5. 6. 14. 16. 17. 20. 23. 24. 67. 70. 73. 86. 93 corr. ut 84. *nam* pro *nec* 15. 21. 35 corr. 69. 76. ita corr. 81. *neque* 84. Pro *si* praeterea *etsi* Lg. 69. 76. *et si* 81 corr. *si et*. — *parvi*] *et parvi* 35. *magni et parvi* locis inv. 15. — *navigi*] scripsi ex Lg. 16. 65. 70. ponunt post *magni* 14. 23. 69. 76. 93. — *in gubernando*] *gubernandi* Lg. 6. *in* om. Gu. 1. — *idcirco*] v. §. 236. — *erctum cieri*] haec Victorii emendatio Var. Lectt. XXXV. 1. inde a Grutero recepta est, videturque ex multorum codd. Pall. et Ox. scriptura ducta. Iam ed. Lott. *heretum*

238. Nam quod maximas centumvirales causas in iure positas protulisti, quae tandem earum causa fuit, quae ab homine eloquente iuris imperito non ornatissime potuerit dici? quibus quidem in causis omnibus, sicut in ipsa M'. Curi, quae abs te nuper est dicta, et in C. Hostili Mancini controversia atque in eo puero, qui ex altera natus erat uxore non remisso nuntio superiori, fuit inter peritissimos homines summa de iure dissensio. 239. Quaero igitur quid adiuverit oratorem in his causis iuris scientia, cum hic iuris consultus superior fuerit discessurus, qui esset non suo artificio, sed alieno, hoc est non iuris scientia, sed eloquentia sustentatus. Equidem hoc saepe audivi, cum aedilitatem P. Crassus peteret eumque maior natu et iam consularis Ser. Galba

cieri; in Lg. 5. clare legitur *erctum*, dein (ut et in 16. 65. 81.) *ceri* ab eadem m. supra scr. *i*. Proxima sunt *cretum* Lg. 6. 14. 15. 23. 65. 86 corr. *ercitum iri* 3. *erectum* c. Hahn. *ercium* Lg. 73. — *hirasceri* 84. *herciscundae cieri* Ven. *herciscimderi* Med. 1. 2. *herciscondcri* Vict. Alii longius aberrant. *herciscerí* Ald. Iunt. Crat. al. *ercisci cieri* Lamb. ex codd. non nullis. *dividi familiam* Havn. 1. ex interpretatione. — *erciscundae*] sic Lg. 3. *herciscunde* 5. Vict. Gu. 1. *ercunde* 70. inscr. *dividende* 76.

238. *maximas*] *maxumas* Lg. 5. 70. 73. om. Gu. 1. — *eloquente*] *eloquenti* Lg. 21. 23. 67. — *potuerit*] *potuerunt* Lg. 65. — *M'*] *M.* omnes mei. — *Curi*] dedi ex Lg. 3. 5. 16. 35. 65. 70. 73. 86. — *abs te*] *a te* Lg. 17. — *et in*] *ut in* Lg. omnes praeter 14. 84., quod ferri non potest. — *C.*] *T.* Lg. XVII. *Titi* 67. — *Hostili*] *Lucili* Lg. 3. 5. 16. 35. 65. 70. 73. *Luci* 17. *Luculi* 86., quos in asciscenda finitione nominis secutus sum. *Lucilii* praeterea 6. 14. 21. 23. 24. 69. 70. 93. Gu. 1. *Lucii* Gu. 2. om. 15. 84. — *nuntio*] per *c* Lg. 73. 86. Crat. Man. Lamb.

239. *quid*] *quod* Lg. 67. 70. — *iuris consultum*] v. §. 235. — *sustentatus*] *substentatus* Lg. 3. 6. 67. 81. 84. 93. Gu. 1. Illa *ab hoc est* ad *sustentatus* non iniuria pro insititiis habet Bakius. — *eumque*] *cumque* Lg. 3. 70. — *et iam*] sic correxit Orell. vulgatum *etiam*. — *Ser.*] *Sergius* Vict. Gu. 1. 2 et Lg. XVI (praeter 3. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 67. 81.). — *assectaretur*] *assentar.* Lg.

assectaretur, quod Crassi filiam C. filio suo despondisset, accessisse ad Crassum consulendi causa quendam rusticanum; qui cum Crassum seduxisset atque ad eum retulisset responsumque ab eo verum magis quam ad suam rem accommodatum abstulisset, ut eum tristem Galba vidit, nomine appellavit quaesivitque qua de re ad Crassum retulisset. Ex quo ut audivit commotumque ut vidit hominem, Suspenso, inquit, animo et occupato Crassum tibi respondisse video; 240. deinde ipsum Crassum manu prehendit et, Heus tu, inquit, quid tibi in mentem venit ita respondere? Tum ille fidenter homo peritissimus confirmare ita se rem habere, ut respondisset, nec dubium esse posse. Galba autem alludens varie et copiose multas similitudines afferre multaque pro aequitate contra ius dicere; atque illum, cum disserendo par esse non posset (quanquam fuit Crassus in numero disertorum,

14. 23. 76 corr. 93. *adsectar.* 16. 67. 70. 73. 86. *sectaretur* 81. — *Crassi*] *Crassus* Lg. 1. — *despondisset*] *despopondisset* Lg. 81. Gu. 2. — *accessisse*] *adcessisse* Lg. 67. 70. — *rusticanum*] *rusticum* Lg. 15. 24. om. 20. — *accommodatum*] *adcomm.* Lg. 67. 70. 73. 84. *acconmod.* 69. — *ut eum*] *ut cum* Lg. 65. — *retulisset*] *rettulisset* Lg. 23. *pertulisset* Gu. 1. — *commotumque*] *conmot.* Lg. 14. 69. — *ut vidit*] non multum absum, quin *ut* ex prioribus literis verbi sequentis ortum putem. Paulo post *comiter* coniecit pro *nomine* Bakius; nec enim notum Galbae rusticanum fuisse nec *nomine appellare* sic dici. — *occupato*] *occupatum* Lg. 5 corr. 20. — *Crassum tibi*] inv. Lg. 65 corr. *Cr. respondisse tibi* 76.

240. *prehendit*] *prendit* Lg. 15 corr. — *in mentem venit*] inv. Lg. 15. — *tum ille fidenter homo*] sic codd. et vulg. post Ald. Iunt. *tum ille Crassus fidenter homo* Hahn. et *tum illi Cr.* rell. ed. antiq. *illi* etiam mg. Crat. Man. Muell. O. — *alludens*] *adludens* Lg. 20. 70. 73. 86. — *afferre*] *adferre* Lg. 67. 70. 73. 84. — *atque illum*] *denique illum* Bakius. *Atque* connectit consequentia cum prioribus, ut *igitur.* — *quanquam*] sic Lg. X., quorum sunt 69. 81. 84. 93. it. Gu. 1. 2. — *Muci*] dedi ex Lg. 16. 65. 70. 86. Vict. qui *M. P. Muci* (i. e. IN P. MVCI). —

sed par Galbae nullo modo), ad auctores confugisse et id, quod ipse diceret, et in P. Muci fratris sui libris et in Sex. Aeli commentariis scriptum protulisse ac tamen concessisse Galbae disputationem sibi probabilem et prope veram videri.

LVII. 241. Attamen quae causae sunt eiusmodi, ut de earum iure dubium esse non possit, omnino in iudicium vocari non solent. Num quis eo testamento, quod pater familias ante fecit, quam ei filius natus esset, hereditatem petit? Nemo; quia constat agnascendo rumpi testamentum. Ergo in hoc genere iuris iudicia nulla sunt. Licet igitur impune oratori omnem hanc partem iuris † in controversiis ignorare, quae pars sine dubio multo maxima est. 242. In eo autem iure, quod ambigitur inter peritissimos, non est difficile oratori eius partis, quamcunque defendet, auctorem aliquem invenire;

Aeli] sic (aut *eli)* Lg. 16. 21. 65. 70. 76. *eui* Gu. 1. — *commentariis*] *conment.* Lg. 14. 69. — *ac tamen*] *attamen* Lg. 3. 5. 6, 20. 21. 23. 35. 65. 69. 70. 76. 86. Vict. ita corr. 16. *atque* 73. *at* 14. 15. 17. 24. 67. 93. om. a vb. *concessisse* usque ad *quae* §. 241. Lg. 16.

LVII. 241. *attamen*] divisim Lg. 6. 67. Ego hoc semper iunctim scribo, cum alterius compositi partis significatio quiescat. — *pater fam.*] sic divisim Lg. 67. 76. 84. — *ei filius*] *eius fil.* Lg. 24. 65. — *agnascendo*] *agnoscendo* Lg. 3. 5 corr. 65. 67. 70. 73. 76 corr. 81. 86. Gu. 2. ita corr. 69. *agnatione* 21. — *in controversiis*] hanc codd. et edd. ante Lamb. scripturam restituit Orellius, qui in Addend. Vol. II. p. l. p. 586 e geminationis regulis fortasse legendum esse putat *iuris his in controversiis* Lamb. Gr. Ern. al. de illius coniectura *incontroversi;* Ern. tamen uncinis clausit. Recte, puto. Ceterum *in controversis* Lg. 14 corr. ut 70., qui cum 86. *in controversiis* ὑφ' ἕν.

242. *non est difficile*] sic Lg. praeter 14. 15. 20. 23. 69. 76. 93., in quibus *non esse d.* — *defendet*] sic Lg. praeter 14. 15. 23. 67. 69. 76. 93. *defendit* 67. *defendat* rell. — *auctorem*] *oratorem* Lg. 65. — *invenire*] *inveniri* Lg. 3. 5. 6. 17. 21. 35. 65. 76. 81. 84. Vict. — *amentatas*] *adm.* Gu. 1 (divisim). 2. Lg. 5.

a quo cum amentatas hastas acceperit, ipse eas oratoris lacertis viribusque torquebit. Nisi vero (bona venia huius optimi viri dixerim [Scaevolae]) tu libellis aut praeceptis soceri tui causam M'. Curi defendisti, non arripuisti patrocinium aequitatis et defensionem testamentorum ac voluntatis mortuorum. 243. Ac mea quidem sententia (frequens enim te audivi atque affui) multo maiorem partem sententiarum sale tuo et lepore et politissimis facetiis pellexisti, cum et illud nimium acumen illuderes et admirarere ingenium Scaevolae, qui excogitasset nasci prius oportere quam emori, cumque multa colligeres et ex legibus et ex senatus consultis et ex vita ac sermone communi non modo acute, sed etiam ridicule et facete, ubi, si verba, non rem sequeremur, confici nihil posset. Itaque hilaritatis plenum iudicium ac laetitiae fuit; in quo quid tibi iuris civilis exercitatio profuerit non intellego; dicendi vis egregia summa festivitate et venustate coniuncta profuit. 244. Ipse ille Mucius paterni iuris

6 corr. *adamentatas* 21. 35. 65. 81. 84. 86. — *acceperit*] *adcep.* Lg. 70. — *Scaevolae*] uncinis nomen clausimus cum Or. Henr. om. Man. Sch. Muell. Est enim ineptum additamentum. — *M'*] *M.* codd. omnes. — *Curi*] dedi ex Lg. 3. 5. 16. 17. 65. 70. 73. 86. *marcii* Gu. 1. — *arripuisti*] *adripuisti* Lg. 20. 67. 70. 73. *Non* pro *nonne* dedi ex Bakii coniectura. Brevem illam sententiam Cicero intulit ἀσυνδέτως. In pluribus coacervandis et oratorie amplificandis facere potuit. — *voluntatis*] *voluntates* Lg. 76. 81. Gu. 2.

243. *ac*] *at* Lg. 81. — *affui*] *adfui* Lg. 5. 67. 70. 73. 86. *abfui* 3. — *politissimis*] *lepidissimis* Lg. 21. memorabile. — *illuderes*] *inlud.* Lg. 73. — *qui excogitasset*] *quod exc.* ex interpretamento Lg. praeter 35. 81. 93. — *cumque*] *cum* Vict. — *colligeres*] *conlig.* Lg. 73. — *et ex legibus*] sic mei omnes et edd. antiq. pleraeque. Gron. *et* om. — *senatus consultis*] sic divisim Lg. 65. (is *consultus)* 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. 93. — *et facete*] sic pro *ac* dedi ex Lg. 3. 5. 6. 16. 17. 21. 24. 35. 65. 67. 70. 73. 81. 84. 86. *atque* 15. verba *ac facete* non exstant in Gu. 2. — *nihil*] sic Lg. omnes praeter 16. 81., qui *nichil.* Grut.

defensor et quasi patrimonii propugnator sui quid in illa causa, cum contra te diceret, attulit, quod de iure civili depromptum videretur? quam legem recitavit? quid patefecit dicendo, quod fuisset imperitis occultius? Nempe eius omnis oratio versata est in eo, ut scriptum plurimum valere oportere defenderet. At in hoc genere pueri apud magistros exercentur omnes, cum in eiusmodi causis alias scriptum, alias aequitatem defendere docentur. 245. Et, credo, in illa militis causa, si tu aut heredem aut militem defendisses, ad Hostilianas te actiones, non ad tuam vim et oratoriam facultatem contulisses. Tu vero, vel si testamentum defenderes, sic ageres, ut omne omnium testamentorum ius in eo iudicio positum videretur; vel si causam ageres militis, patrem eius, ut soles, dicendo a mortuis excitasses; statuisses ante oculos; complexus esset filium flensque eum centumviris commendasset; lapides me Hercule omnes flere ac lamentari coëgisset, ut totum illud UTI LINGUA NUNCUPASSIT non in XII tabulis,

Gron. al. *nil.* — *intellego*] sic Lg. 70. 81. — *et venustate*] *ac ven.* Lg. 14. 15. 23. 67. 69. 76, 93. om. utrumque 17. *et urbanitate* 65.

244. *sui*] *fuit* Lg. 17. — *attulit*] *adtulit* Lg. 67. 70. — *depromptum*] ignorant *p* soli Lg. 6. 20. Lamb. — *imperitis*] *in peritis* Lg. 81. 84. *imperitus* 65. — *occultius*] *occultus* Gu. 1. — *magistros*] *magistrum* Lg. 5. 20. — *docentur*] *videntur* Lg. 67.

245. *heredem*] *hereditatem* Vict. — *oratoriam*] *ad orat.* Lg. 3. 5. 16. 21. 23. 24. 65. 67. 70. 73. 84. — *contulisses*] *retulisses* Vict. — *omne*] *omnem* Lg. 15. — *commendasses*] *conm.* Lg. 14. 17. 24. — *me Hercule*] sic divisim Gu. 1. Lg. 69. 70. 76. 81. 84. 86. *me hercle* 20. 67. Vict. — *lamentari*] *lacrimari* Lg. 35. om. 65. — *coëgisset*] *coëgisses* Lg. 35. Havn. 2. qui supra *complexus esses* et *commendasses,* ut coni. Ern. *cogissent* s. *cogisset* Lg. 81 corr. Gu. 1. Vict. *cogitasset* 67. *Coëgisses* probat Bakius, cetera non item. — *nuncupassit*] sic Man. Lamb. recentt. Libri, puto, omnes *nuncupasset.* „Similis confusio iam in antiquissimis codicibus reperitur; sic *legasset* pro *legassit* est in Gaii Ms. Veronensi II. 224.“ *Henrichsen.*

quos tu omnibus bibliothecis anteponis, sed in magistri carmine scriptum videretur.

LVIII. 246. Nam quod inertiam accusas adolescentium, qui istam artem primum facillimam non ediscant; quae quam sit facilis illi viderint, qui eius artis arrogantia, quasi difficillima sit, ita subnixi ambulant, deinde etiam tu ipse videris, qui eam artem facilem esse dicis, quam concedis adhuc artem omnino non esse, sed aliquando, si quis aliam artem didicerit, ut hanc artem efficere possit, tum esse illam artem futuram; deinde, quod sit plena delectationis, in qua tibi remittunt omnes istam voluptatem et ea se carere patiuntur, nec quisquam est eorum, qui, si iam sit ediscendum sibi aliquid, non Teucrum Pacuvii malit quam Manilianas venalium vendendorum leges ediscere. 247. Tum autem, quod amore patriae censes nos nostrorum maiorum inventa nosse debere: non vides veteres leges aut ipsas sua vetustate consenuisse aut novis legibus esse sublatas? Quod vero

LVIII. 246. *adolescentium*] *adulesc.* Lg. 65. 70. 73. 84. *adolescentum* Vict. Gu. 1. — *quam*] *quamvis* Lg. 76. — *viderint*] *videant* Lg. 6. — *arrogantia*] *adrog.* Lg. 65. 70. 73. — *etiam tu*] *et tu* Lg. 67. — *adhuc*] divisim Lg. 76. — *possit*] *posset* Lg. omnes praeter 84. pr. m. et 93. ita corr. 84. verba a *didicerit usque ad illam artem* om. Gu. 2. — *in qua*] *in quo* Gu. 1. Ern. Sch. Muell. Or. — *omnes*] *omnem* Lg. 21. — Hanc totam sententiam propter duriusculum anacoluthon Henr. non plane sanam esse existimat, quod idem iam Ernestus iudicarat; v. explicatt. Quod si verum est, facillima medela videtur omisso *quae* ante *quam sit facilis*. — *Manilianas*] varie peccant codd.; *mamillianas* Lg. 3. 5. 14. 16. 24 corr. 65. 70. 73. 86. Vict. *mamillontanas* 15. *mamilianas* 17. 20. 21. 67. 76. Gu. 1. *mallianas* 23 v. ut 93. *manlianas* 26 corr. ut 17. ita Lamb. *mamillianarum* 35 corr. ut 3. *manillianis* 69 corr. ut 3. *mammillianas* 93. *manillianas* Gu. 2.

247. *tum*] *tu* Lg. 14. 20. 23. 67. 69. 93. Steph. Crat. Lamb. ita corr. 24. — *nostrorum*] *nostrum* Lg. XVII. (praeter 15. 69. 76.

viros bonos iure civili fieri putas, quia legibus et praemia proposita sint virtutibus et supplicia vitiis: equidem putabam virtutem hominibus, si modo tradi ratione possit, instituendo et persuadendo, non minis et vi ac metu tradi. Nam ipsum quidem illud etiam sine cognitione iuris quam sit bellum cavere malum scire possumus. 248. De me autem ipso, cui uni tu concedis, ut sine ulla iuris scientia tamen causis satisfacere possim, tibi hoc, Crasse, respondeo neque me unquam ius civile didicisse neque tamen in iis causis, quas in iure possem defendere, unquam istam scientiam desiderasse. Aliud est enim esse artificem cuiusdam generis atque artis, aliud in communi vita et vulgari hominum consuetudine nec hebetem nec rudem. 249. Cui nostrum nunc licet fundos nostros obire aut res rusticas vel fructus causa vel delectationis invisere? Tamen nemo tam sine oculis, tam sine mente vivit, ut quid sit sementis ac messis, quid arborum putatio ac vitium, quo tempore anni aut quo modo ea fiant,

81. 84. 86. 93) ortum ex compendio *nrum.* *meorum* Vict. — *ipsas*] *ipsa* Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 23. 24 corr. 35. 67. 69. 70. 73. 76. 84. 93. Vict. Gu. 1. 2. — *quod vero*] *qui vero* Vict. — *proposita*] *posita* Lg. 6. — *sint*] *sunt* Lg. 65. — *vi ac*] om. Lg. 67. — *illud*] *istud* Lg. 65. — *cognitione iuris*] *iuris scientia* Lg. 6.

248. *uni*] om. Gu. 1. — *possim*] *possem* Lg. 3. 5. 16. 17. 20. 21. 24. 35. 65. 70. 73. 81. 84. Vict. Gu. 1. 2. — *in iis*] *in his* Lg. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 84. 86. 93. Gu. 2. — *possem*] *possim* Lg. 69. 93. *posset* 81 corr. — *communi*] *conmuni* Lg. 69. — *nec hebetem*] *non heb.* Lg. 16. 17. 20. 21. 24. 35. 65. 70. 73. 81. 84. 86. Vict. Gu. 1. (is *habentem)* 2. Hoc non dubitarem praeferre in alia codicum condicione.

249. *nunc licet*] libri omnes *non.* Recepi Schuetzii coniecturam, ab Henrichsenio probabiliter defensam, facilemque propter crebro confusa *un unc um* et *on*, ut est in *nunc num non tunc tum percunctari percuntari percontari.* Ea confunduntur et II. 31, 134. 37, 154. — *si cui*] otiose *sicubi* Orellius coniicit, sed

omnino nesciat. Num igitur, si cui fundus inspiciendus aut si mandandum aliquid procuratori de agricultura aut imperandum villico sit, Magonis Carthaginiensis sunt libri perdiscendi, an hac communi intellegentia contenti esse possumus? Cur ergo non iidem in iure civili, praesertim cum in causis et in negotiis et in foro conteramur, satis instructi esse possumus ad hoc duntaxat, ne in nostra patria peregrini atque advenae esse videamur? 250. Ac si iam sit causa aliqua ad nos delata obscurior, difficile, credo, sit cum hoc Scaevola communicare; quanquam ipsi omnia, quorum negotium est, consulta ad nos et exquisita deferunt. An vero, si de re ipsa, si de finibus, cum in rem praesentem non venimus, si de tabulis et perscriptionibus controversia est, contortas res et saepe difficilis necessario perdiscimus: si leges nobis aut si hominum peritorum responsa cognoscenda sunt, veremur

non magis placet Bakii *si qui*. — *Magonis*] *magis* Gu. 1. — *sunt*] *sint* Lg. 14. 69. 93. — *communi*] *conmuni* Lg. 69. — *iidem*] *idem* Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 84. 86. Gu. 1. Vict. om. 35 add. ut 3. — *instructi*] *instituti* Lg. 73. — *possumus*] *possimus* Lg. 14. 15. 17. 20. 23. 76. 93. Crat. Man. — *duntaxat*] *dumtaxat* aut idem divisim Lg. 15. 17. 21. 24. 67. 70. 73. 76. 84. 93.

250. *communicare*] *conm.* Lg. 69. — *quanquam*] sic Lg. 14. 23. 35. 69. 73. 76. Lamb. — *deferunt*] *differunt* Gu. 1. — *cum in rem*] *tum in rem* Lg. praeter 14. 15. 21. 23. 67. 69. 81. 93. item Vict. Gu. 1. 2. — *praesentem*] *praestantem* Gu. 1. — *perscriptionibus*] sic pro olim divulgato *proscriptionibus* post Pearcium dudum legitur ex duobus Lamb. codd. Norf. Cant. Mead. *α. δ. ε.* Gu. 1. 2. ed. s. l. et m. Hahn. Med. 1. Ven. Man. Lamb.; accedunt nunc Lg. 3. 5. 6. 17. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 81. 84. 86. 93. et sec. m. 76. *praescriptionibus* Havn. 1. 2. Erl. 1. Med. 2. Lott. et vulgo olim post Aid. Iunt. v. explicationes. — *difficilis*] scripsi ex Lg. 5. 16. 21. 65. 70. 73. 84. 86. *diffilis* 3. — *leges*] *lege* Lg. 3. 5. 17. 20 corr. 21. 24 corr. 35. 65. 81. — *cognoscenda*] *nobis cogn.* Lg. 20. — *sunt*] om. Lg. 67. — *adolescentia*] *adulesc.* Lg. 65. 70. 73. 84. — *iuri*] *iure* Lg. 3. 5. 14 corr. 16. 17.

ne ea, si ab adolescentia iuri civili minus studuerimus, non queamus cognoscere.

LIX. Nihilne igitur prodest oratori iuris civilis scientia? Non possum negare prodesse ullam scientiam ei praesertim, cuius eloquentia copia rerum debeat esse ornata; sed multa et magna et difficilia sunt ea, quae sunt oratori necessaria, ut eius industriam in plura studia distrahere nolim. 251. Quis neget opus esse oratori in hoc oratorio motu statuque Roscii gestum et venustatem? Tamen nemo suaserit studiosis dicendi adolescentibus in gestu discendo histrionum more elaborare. Quid est oratori tam necessarium, quam vox? Tamen me auctore nemo dicendi studiosus Graecorum more [et tragoedorum] voci serviet, qui et annos compluris sedentes declamitant et cotidie, ante quam pronuntient, vocem cubantes sensim excitant eandemque, cum ege-

21. 23. 35. 65. 67. 70. 76. 81. 84. 86. — *cognoscere*] *agnoscere* Lg. 16. 20. 65. 70. 73. 86.

LIX. *ullam*] *illam* Lg. 16. 70. 73. 86. — *copia*] *et copia* Lg. 15 corr. *copiarum* 67. qui om. *rerum*. — *debeat*] *debet* Lg. 6. 73. — *ut*] *at* Gu. 1. 2. Lg. praeter 17. — *distrahere*] *distrahi* Lg. 86. Ald. Crat. Man.

251. *gestum*] *gestu* Lg. 14. 15. *statum* 15. — *et venustatem*] *ac ven.* Lg. 21. *venustate* 14. 15. 93. — *dicendi* et *discendo* confunduntur in multis Lg., ut in 3. 5. 6. 20. 21. 24 corr. 65. 76. 84. — *discendo* insititium Bakio videtur. — *adolescentibus*] *adulesc.* Lg. 5. 65. 70. 73. 84. 93. *adulescentulis* 86. — *quid est*] *quid enim* Lg. 15. — *et tragoedorum*] sic plerique codd. et edd., etiam Gu. 1. 2. Vict. Lg. omnes praeter 16. 73. 86., qui *et* omittunt, ut iam Lambinus tres suos codd. secutus fecerat. Probat Pearcius. Verum non solum Graeci tragoedi, sed etiam Romani voci serviebant. *aut tragoed.* Pal. sept. Uncis clausi, v. explicatt. — *compluris*] scripsi secundum Lg. 3. 5. 16. 20. 23. 65. 70. 73. item 14., in quo *conpluris (conplures* 81.) et 93., in quo *quampluris.* Verba *qui declamitant* om. Gu. 1. *clamitant* Lg. 16. — *cotidie*] sic Lg. 35. 67. 73. 81. — *ante quam*] *antea quam* Lg. 14. 15. 69. 93. — *pronuntient*] per *c* Lg. 73. Vict. (is ita semper). —

runt, sedentes ab acutissimo sono usque ad gravissimum sonum recipiunt et quasi quodam modo colligunt. Hoc nos si facere velimus, ante condemnentur ii, quorum causas receperimus, quam totiens, quotiens praescribitur, paeanem aut † munionem citarimus. 252. Quod si in gestu, qui multum oratorem adiuvat, et in voce, quae una maxime eloquentiam vel commendat vel sustinet, elaborare nobis non licet ac tantum in utroque assequi possumus, quantum in hac acie quotidiani muneris spatii nobis datur: quanto minus est ad iuris civilis perdiscendi occupationem descendendum? quod et summatim percipi sine doctrina potest et hanc habet ab illis rebus dissimilitudinem, quod vox et gestus subito sumi et aliunde

eandemque] *eandem* Lg. 14. 15. 23. 76. — *egerunt*] *egerint* Lg. 21. — *quodam modo*] iunctim Lg. 23. 26. 81. 86. 93. ita corr. 76. *quomodo* 15. Ego semper scribo divisim, ut omnia, quorum partes suam utraque vim retinent, velut *quo modo, quem ad modum, quam ob rem.* — *colligunt*] *conligunt* Lg. 65. 70. 73. — *si facere*] inv. Lg. 16. 65. 70. 73. 86. — *velimus*] *volumus* Lg. 69. 93. — *ii*] *hi* Lg. 84. Gu. 2. *hii* Gu. 1. — *totiens* — *quotiens*] sic Lg. omnes, Vict. Gu. 1. 2 (modo quidam per *c*, ut Lg. 81. Gu. 1.), v. ad §. 123. — *praescribitur*] hoc pro vulgato *perscribitur* dederunt Man. Lamb., probantibus Pearcio Heindorfio ad Hor. Serm. I. 3, 7. Orellio aliis; adde auctoritatem Lg. 6. 14 corr. 81. *scribitur* 23. *scribunt* 76 v. u. t. — *munionem*] sic aut *munitionem* (Lg. 70. 76) *in unionem* (93.) *muniorem* (cod. Turnebi) *enionem* (γ) codd. et vulgo edd., corruptela manifesta. *Minuritionem* corrigunt Turnebus Animadv. I. 2. et Sirmondus ad Sidon. Apoll. epp. II. 2.; Talaeus *Nomionem*, hymnum in Apollinem interpretatus, quorum illud de cantus genere, hoc de cantu omnino non dicitur. Alii de pedibus metricis cogitarunt, velut Gesnerus *etiam ionem*, Buenavius *monogenem* i. e. epitritum quartum corrigentes. Omnium infelicissima est Frenzelii nescio cuius suspicio *murmurationem*. Lambinus annotavit esse, qui *nomium* scribi velint secundum Athenaeum genus cantionis sic appellantem. Id ab Schuetzio et Muellero receptum. Magis probabile est *nomum*, quod Orellio et Bakio placet, secundum Photium Bibl. p. 320. b. v. 23 Bekk.

arripi non potest, iuris utilitas ad quamque causam quamvis repente vel a peritis vel de libris depromi potest. 253. Itaque illi disertissimi homines ministros habent in causis iuris peritos, [cum ipsi sint imperitissimi, eos] qui, ut abs te paullo ante dictum est, *pragmatici* vocantur. In quo nostri omnino melius multo, quod clarissimorum hominum auctoritate leges et iura tecta esse voluerunt. Sed tamen non fugisset hoc Graecos homines, si ita necesse esse arbitrati essent oratorem ipsum erudire in iure civili, non ei pragmaticum adiutorem dare.

LX. 254. Nam quod dicis senectutem a solitudine vindicari iuris civilis scientia, fortasse etiam pecuniae magnitudine; sed nos non quid nobis utile, verum quid

252. *adiuvat*] *iuvat* Lg. 67. om. Vict. — *commendat*] *commendat* Lg. 14. 24. — *assequi*] *adsequi* Lg. 65. 67. 70. 73. 86. — *spatii*] *spatium* Lg. 69. 93. — *et aliunde — utilitas*] om. Lg. 67. — *aliunde*] *alicunde* Gu. 2. Lg. praeter 15. 67. quorum tamen ille sic corr. m. sec. — *arripi*] *adripi* Lg. 5. 65. 70. 73. — *quamque*] *quamcunque* Lg. 16. 70. — *quamvis*] divisim Gu. 1.

253. *habent*] *habuerunt* Lg. 15 corr. — *imperitissimi*] Lambini inventum est Pearcio et recentioribus probatum. Libri *peritissimi*. Henrichsenio totum illud *cum ipsi sint imperitissimi* iure videtur ab aliquo addita esse importune; qua de re uncinis clausit. Hunc ita sequor, ut etiam quod sequitur *et* sive *eos* (hoc Manutius excogitavit) abiiciam. *Et*, sive retinueris sive damnavèris illa priora, pariter absurdum est; *eos*, si illa excluseris, minime necessarium. Contra Orellius hanc voculam solam a verbis scriptoris abire iussit, quamvis male sit sententia constet. Antonius enim ita loquitur, ut significet se id nomen, nisi a Crasso audisset, ignoraturum fuisse. Bakius vulgatam defendit nullo, si quid video, argumento. Inculcandam fuisse dicit illorum hominum imperitiam. — *paulo*] sic Lg. omnes. — *tecta*] *recta* Lg. 93. — *voluerunt*] *voluerint* Lg. 67. — *in iure*] *in* om. Lg. omnes, Gu. 2.; nescio quis primus repererit. Etsi sane orator iure civili, quippe discendo, erudiri potest, praepositionem tamen in hac codd. condicione abiicere non audeo.

LX. 254. *etiam pecuniae*] *et pec.* Lg. 67. — *non quid*] *quid iam* Vict. — *quanquam*] sic Lg. 21. 23. 24. 70. 73. 86. —

oratori necessarium sit quaerimus. Quanquam, quoniam multa ad oratoris similitudinem ab uno artifice sumimus, solet idem Roscius dicere se, quo plus sibi aetatis accederet, eo tardiores tibicinis modos et cantus remissiores esse facturum. Quod si ille astrictus certa quadam numerorum moderatione et pedum tamen aliquid ad requiem senectutis excogitat, quanto facilius nos non laxare modos, sed totos mutare possumus? 255. Neque enim hoc te, Crasse, fallit, quam multa sint et quam varia genera dicendi, quod haud sciam an tu primus ostenderis, qui iam diu multo dicis remissius et lenius, quam solebas; neque minus haec tamen tua gravissimi sermonis lenitas, quam illa summa vis et contentio probatur; multique oratores fuerunt, ut illum Scipionem audimus et Laelium, qui omnia sermone conficerent paulo intentiore,

se] *de* Vict. — *accederet*] *adcederet* Lg. 65. 67. 70. 73. *accedere* 20. — *tardiores*] *tardioris* Lg. 3. 5. 14. 15. 16. 21. 23. 65. 67. 70. 73. 78 corr. 86. 93. ita corr. 84. *tardioreis* Man. — *astrictus*] sic Lg. 14. 15. 16. 17. 20. 23. 24. 35. 65. 70. 73. 76. 81. 84. 86. Vict. Gu. 1. 2. *d* in bonis codd. ante *sp* et *st* semper abiicitur. — *laxare*] *lassare* Lg. 20. Vict. Gu. 1. 2. — *sed totos*] *et totos* Lg. 3. 5. 6. 16. 17. 20. 21. 23. 35 corr. 65. 70. 73. 76. 86. om. 81. vac. *sed* 84. — *mutare*] *multa* Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 17. 20. 21. 35 corr. *multare* 65. 67. 76. 81. 84. 86. Vict. Gu. 2. *in vita* 16. 70. 73. — *possumus*] *possimus* Lg. 70. Vict. corr.

255. *quod haud sciam*] libri omnes *et* praemittunt. *id quod* coni. Heus. probant Sch. Muell. Or. *et* eiecit Lamb. probat Henrichsen. Non minus probabiliter *et* retento *quod* abieceris. — *iam diu*] sic divisim Lg. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. 93. — *lenius*] *levius* Lg. 69. 81. 93. Gu. 2. — *neque minus*] *nec minus* Lg. 20. 21. 23. — *lenitas*] *levitas* Vict. *gravissima* pro *gravissimi* corrigit Bakius, ne id cum *sermone*, sed cum *lenitate* coniungatur; displicet. — *illa summa*] inv. Lg. 3. *ista* Lg. 65. — *et contentio*] *et illa cont.* Lg. 69. *contemptio* Gu. 1. — *probatur*] *probabatur* Lg. 3. 5. 24. 35. 65. 67. 70. 73. 76. 81. 86. — *audimus*] *audivimus* Lg. 3. 14. 15. 23. 67. 69. 76. 84. 86. 93. ita corr. 24. scripsit Lambinus. Non opus. *Audimus*, quippe

nunquam, ut Ser. Galba, lateribus aut clamore contenderent. Quod si iam hoc facere non poteris aut noles, vereris ne tua domus talis et viri et civis, si a litigiosis hominibus non colatur, a ceteris deseratur? Equidem tantum absum ab ista sententia, ut non modo non arbitrer subsidium senectutis in eorum, qui consultum veniant, multitudine esse ponendum, sed tanquam portum aliquem exspectem istam, quam tu times, solitudinem. Subsidium enim bellissimum existimo esse senectuti otium. 256. Reliqua vero etiam si adiuvant, historiam dico et prudentiam iuris publici et antiquitatis † iter et exemplorum copiam, si quando opus erit, a viro optimo et istis rebus instructissimo familiari meo Longino mutuabor. Neque repugnabo, quo minus, id quod modo hortatus es, omnia legant, omniâ audiant, in omni recto studio atque hu-

fuisse eos tales; tunc enim adhuc fama notum erat. — *paulo*] sic Lg. omnes praeter 3. — *Ser.*] *sergius* Lg. 17. 84. 93. *serg.* 76. Vict. *Sex.* Gu. 1. — *noles*] *voles* Lg. 70. 73. 81. — *arbitrer*] *arbitror* Vict. — *exspectem*] *s* ignorant Lg. praeter 3. 5. — *existimo*] *esse istimo* Lg. 15. Itali librarii manus.

256. *etiam si*] sic divisim Lg. praeter 3. 5. 15. 16. 20. quorum 16. *si* omittit, 20. *et si* habet. — *iuris publ.*] *iuris civilis publici* Lg. 73. *puplici* 76. — *antiquitatis iter*] offendit Henrichsenium cum genitivus, tum etiam zeugma. v. explicatt. — *istis rebus*] *ab istis rebus* Lg. 23. fortasse melius. *in istis* 65. — *Longino*] codd. et edd. inde ab Aldo *Longo*. *longe* Lg. 23. 93 *loco* in litura Gu. 1., ut videatur fuisse *lògo*. Illud probabili coniectura Nic. Grucchius assecutus est secundum Cic. Planc. 24, 58., ubi aliquis Cassius Longinus tunc iam mortuus commemoratur, homo antiquitatis peritus. *Congus* s. *Concus* nescio quis, quem commemorant scholia Vaticana l. c., nomen suum errori debet. v. Wunderum p. 156. — *quo minus*] sic divisim Vict. Lg. praeter 73. 81. — *versentur*] sic hic etiam Vict., alias *vorsari* exhibens. Pro *recto studio* Bakius corrigit *eruditione*, desiderans addi cuius rei studium significetur. Sed *studium* Ciceroni non est quod nos *Studium* vocamus, sed *Bestrebung*. Deinde quid est *in eruditione versari?* — *me Hercule*] sic (aut *h.*) Lg. 69. 70.

manitate versentur; sed me Hercule non ita multum spatii mihi habere videntur, si modo ea facere et persequi volent, quae a te, Crasse, praecepta sunt; qui mihi prope etiam nimis duras leges imponere visus es huic aetati, sed tamen ad id, quod cupiunt, adipiscendum prope necessarias. 257. Nam et subitae ad propositas causas exercitationes et accuratae et meditatae commentationes ac stilus ille tuus, quem tu vere dixisti perfectorem dicendi esse ac magistrum, multi sudoris est; et illa orationis suae cum scriptis alienis comparatio et de alieno scripto subita vel laudandi vel vituperandi vel comprobandi vel refellendi causa disputatio non mediocris contentionis est vel ad memoriam vel ad imitandum.

LXI. 258. Illud vero fuit horribile, quod me Hercule

81. 84. 86. *ne hercule* 67. *me hercle* 76. Vict. — *non ita*] *non tam* Lg. 5. — *habere videntur*] sic Havn. 1. ε. Lg. 69. 93 edd. ant. Sch. Muell. Or. Henr. 2. *videntur*, sed om. *habere* Lg. praeter illos et 3. 24., quorum hic *videntur* omittit, *habere* tenet. Inde vulgaris scriptura orta *mihi videtur*. — *volent*] *volunt* Lg. 69. — *a te*] *abs te* Lg. 69. — *prope etiam*] *prope iam* Lg. 3. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. 93. fortasse verius. *prope uni* 5. — *sed tamen—prope* om. Vict.

257. *et subitae*] *et* om. Lg. 67. — *accuratae*] *adcurate* Lg. 65. 67. 70. 73. — *et meditatae*] *ac m.* Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 70. 73. 76. 86. 93. Gu. 2. — *meditate*] illi supra memorati praeter 67. it. 93. — *commentationes*] *commendat.* s. *comend.* Lg. 3. 5. 14. 15. 20. 21. 23. 24 (corr. *conmend.*) 35. 65. 67. 69. 76. 81. 84. 93. Gu. 2. — *ille tuus*] *iste t.* Lg. 65. — *dicendi esse ac mag.*] *ac dicendi magistrum* om. *esse* Lg. 35 corr. — *suae*] *tuae* Lg. 67. 69. 93. Vict. Lamb. — *comprobandi*] *conpr.* Lg. 14. 84. *probandi* 15. om. 16. — *refellendi*] *repellendi* Lg. 14 corr. 15.

LXI. 258. *me Hercule*] sic Lg. 67. 69. 70. 81. 84. 86. Gu. 1. *me hercle* Lg. 76. *mehercle* Lg. 3. Vict. Hoc, cum scripturam mihi probatam semper aliqui libri eique non spernendi exhibere soleant, non notabo posthac. — *deterrendum*] *terrendum* Lg. 23. 67. 81. 84. — *enim*] om. Lg. 6. — *unumquemque*] divisim

vereor ne maiorem vim ad deterrendum habuerit quam ad cohortandum. Voluisti enim in suo genere unumquemque nostrum quasi quendam esse Roscium dixistique non tam ea, quae recta essent, probari, quam quae prava, fastidiis adhaerescere; quod ego non tam fastidiose in nobis quam in histrionibus spectari puto. 259. Itaque nos raucos saepe attentissime audiri video; tenet enim res ipsa atque causa; at Aesopum, si paulum irrauserit, explodi. A quibus enim nihil praeter voluptatem aurium quaeritur, in iis offenditur, simul atque imminuitur aliquid de voluptate. In eloquente autem multa sunt, quae teneant; quae si omnia summa non sunt, et pleraque tamen magna sunt, necesse est ea ipsa, quae sunt, mirabilia videri. 260. Ergo ut ad primum illud revertar, sit

Lg. 67. 69. 70. 76. 84., quod non probo secundum illam, de qua dixi ad 59, 251., regulam. — *quae prava*] vulgo *quae prava sunt;* sed *sunt,* praesertim eum praecesserit *essent,* ferri nequire intellexit Ern., qui id uncinis clausit; delerunt Sch. Muell. Henr. restituit alienissima comparans. *sunt* in Lg. exstat XII., ut erret Henrichsenius ex editorum silentio omitti in plerisque suspicatus; verum verba *probari — fastidiis* om. Havn. 1. Pall. omnes, *α. δ. ε.* Lg. 3. 5. 16. 20. 24 add. 35 add. 65. 70. 73. 81. 84. Vict. Gu. 2. In Havn. 2. legitur: *recta essent, delectare, quam quae turpia, fastidiis adhaerescere.*

259. *attentissime*] *adtent.* Lg. 65. 67. 70. 73. — *irrauserit*] codd. omnes praeter duos *irraucuerit* (Lg. 20. 70. 73.) *irracuerit* (Lg. 3. 5. 14. 15. 16. 24 corr. ut 20. 21. 35. 65. 67. 69 corr. ut 20. 76. 84. 86 corr. ut 20. 93.) *iracuerit* (Lg. 6. 23. 81.) *ira venerit* (Lg. 17.) *inraucurrit* (Gu. 1.) *iura venerit* (Gu. 2.) Vera scriptura ex Prisciano constat X. p. 904. firmaturque Pal. 8. et Vict., in quo quidem *irrauxerit* legitur. — *in iis*] *in his* Lg. 23. 56. 67. 69. 70. 73. 76. 84. 86. — *simul atque*] sic divisim Lg. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 84. 86. 93. — *imminuitur*] *inmin.* Lg. 21. 69. — *eloquente*] sic pro *eloquentia* ex Lg. 6. 17. 24 corr. dedi, ut desiderant opposita *a quibus enim nihil praeter voluptatem aurium quaeritur.* Idem placuit Bakio.

260. *is, qui*] *is* om. Gu. 1. — *accommodate*] *adcomm.*

orator nobis is, qui, ut Crassus descripsit, accommodate ad persuadendum possit dicere. Is autem concludatur in ea, quae sunt in usu civitatum vulgari ac forensi, remotisque ceteris studiis, quamvis ea sint ampla atque praeclara, in hoc uno opere, ut ita dicam, noctes et dies urgeatur imiteturque illum, cui sine dubio summa vis dicendi conceditur, Atheniensem Demosthenem, in quo tantum studium fuisse tantusque labor dicitur, ut primum impedimenta naturae diligentia industriaque superaret; cumque ita balbus esset, ut eius ipsius artis, cui studeret, primam literam non posset dicere, perfecit meditando, ut nemo planius esse locutus putaretur; 261. deinde cum spiritus eius esset angustior, tantum continenda anima in dicendo est assecutus, ut una continuatione verborum (id quod eius scripta declarant) binae ei contentiones vocis et remissiones continerentur; qui etiam, ut memoriae proditum est, coniectis in os calculis summa voce versus multos uno spiritu pronuntiare consuescebat neque is consistens in loco, sed inambulans atque ascensu ingrediens

Lg. 65. 70. 73. *acconmod.* 69. — *et dies*] *atque dies* Lg. 20. — *urgeatur* — *imitetur*] *urgeantur* — *imitentur* Lg. 14. 23. 69. 93., illud etiam 21. 67. 76 corr. 81. *urgueatur* 35. 65. 70. 73. fortasse verius, sed rarum in his libris est. — *superaret*] sic Lg. omnes praeter 69. 93 (hi *superasset)* Vict. *superarit* Gu. 2. Gron. al. — *planius esse locutus*] sic Vet. Steph. Havn. 1. 2. Gu. 1. 2. Vict. Lg. 69. 93. *pl. eo esse locutus* Lg. XX., Lamb., modo quod hic *locutus esse*, ut Lg. 76. Vulgatum ab Aldo inde *planius eo locutus.*

261. *contentiones*] *contentioneis* Lg. 6. — *remissiones*] *remissionis* Lg. 65. — *pronuntiare*] per *c* Lg. 73. Vict. — *in loco*] *in* om. Lg. 14. 15. 23. 67. 69. 76. 93. exp. 26. — *ascensu*] sic Lg. praeter 6. 67. 84., quorum primus *ad descensu*, alter *ascessu*, tertius *a sensu;* item Gu. 2.

262. *ego*] om. Lg. 6. *ergo* Gu. 1. — *et ad laborem*] *ad* om. Lg. 20. 23. 67. 86. — *assentior*] *adsentior* Lg. 65. 70. 73.

arduo. 262. Hisce ego cohortationibus, Crasse, ad studium et ad laborem incitandos iuvenes vehementer † assentior; cetera, quae collegisti ex variis et diversis studiis et artibus, tametsi ipse es omnia consecutus, tamen ab oratoris proprio officio atque munere seiuncta esse arbitror.

LXII. 263. Haec cum Antonius dixisset, sane dubitare visus est Sulpicius et Cotta utrius oratio propius ad veritatem videretur accedere. Tum Crassus: Operarium nobis quendam, Antoni, oratorem facis atque haud scio an aliter sentias et utare tua illa mirifica ad refellendum consuetudine, qua tibi nemo unquam praestitit; cuius quidem ipsius facultatis exercitatio oratorum propria est, sed iam in philosophorum consuetudine versatur maximeque eorum, qui de omni re proposita in utramque partem solent copiosissime dicere. 264. Verum ego non solum arbitrabar his praesertim audientibus a me informari oportere qualis esse posset is, qui habitaret in subselliis neque quicquam amplius afferret, quam quod causarum

86. *adscentior* 17. Non iniuria suspectum hoc Bakio videtur, cum Crassus nihil de incitandis iuvenibus dixerit; qua de causa corrigit *censeo*, quod cum, ut saepe factum est, in *sentio* transiisset, inde factum *assentior*. Sed non probo quod *assentiri* cum infinitivo et accusativo poni potuisse negat. Quidni potuerit, ut alia verba cogitandi et dicendi? — *collegisti*] *conlegisti* Lg. 65. 70. 73. — *tametsi*] *tamen et si* Lg. 6. — *ipse*] *et ipse* Lg. 86. — *omnia*] *omnino* Lg. 14. 15. 23. 69. 76. 93.

LXII. 263. *videretur*] *videtur* Gu. 1. — *accedere*] *adcedere* Lg. 67. 70. 73. — *oratorem*] *oratorium* Lg. 23. — *tua illa*] inv. Lg. 5. 67. 76. — *unquam*] sic Lg. omnes praeter 3. 5. 70. — *ipsius*] om. Lg. 76. 86. exp. 69.

264. *informari*] *infirmari* Gu. 2. Lg. 3. 5. 14. 65. 81. 84. 86. 93. *insinuari* Vict. — *esse posset*] inv. Lg. 67. 81. 84. *possit* 16. 65. 70. 73. — *quicquam*] Lg. omnes praeter 3. 5. — *quam quod*] *quanq̃.* (i. e. *quanquam*) Vict. — *praesertim*] *maxime*

necessitas postularet; sed maius quiddam videbam, cum censebam oratorem praesertim in nostra re publica nullius ornamenti expertem esse oportere. Tu autem, quoniam exiguis quibusdam finibus totum oratoris munus circumdedisti, hoc facilius nobis expones ea, quae abs te de officiis praeceptisque oratoris quaesita sunt; sed, opinor, secundum hunc diem. Satis enim multa a nobis hodie dicta sunt. 265. Nunc et Scaevola, quoniam in Tusculanum ire constituit, paulum requiescet, dum se calor frangat, et nos ipsi, quoniam id temporis est, valetudini demus operam. Placuit sic omnibus. Tum Scaevola, Sane, inquit, vellem non constituissem in Tusculanum me hodie venturum esse Laelio. Libenter audirem Antonium. Et cum exsurgeret, simul arridens, Neque enim, inquit, tam mihi molestus fuit, quod ius nostrum civile pervellit, quam iucundus, quod se id nescire confessus est.

Lg. 20. — *re publica*] sic divisim solus Lg. 81. — *tu — circumdedisti*] om. Lg. 84. *finibus* om. 14. 15. 23. — *oratoris*] *oratorium* Lg. 17. 20. — *abs te*] *ab hoste* Lg. 67. — *a nobis hodie*] inv. Lg. 24.

265. *paulum*] sic Lg. 14. 15. 20. 23. 69. 93. *paululum* 3. 5. 6. 16. 17. 21. 24. 35. 65. 70 73. 76. 81. 84. 86. Gu. 2. Vict. — *valetudini*] *valitudini* Lg. 6. 14. 15. 17. 20 corr. 21. 23. 24. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 86. 93. Vict. Gu. 2. — *tum Scaevola*] *videlicet Scaevola* Lg. 84. — *vellem non constituissem*] *v. n. constituisse me* Lg. 15. Sic, sed omisso *me* 6. 14. 16. 17. 21. 23. 69. 70. 73. 76. 86. 93. — *venturum esse*] inv. Lg. 20. De interpolatione suspectum Lipsio et nuper Bakio fuit Schol. Hyp. vol. II. p. 114., nec iniuria. V. explicationes. — *Laelio*] Quis hic sit, non liquet. De Laelio Sapiente Scaevolae socero propter tempora cogitari non potest, cum is quinquaginta annis ante consul fuerit. Qua re probabiliter *L. Aelio* coniecit Orellius in Addendis vol. II. p. I. p. 586. V. explicationes.

M. TULLI CICERONIS

DE ORATORE

LIBER SECUNDUS.

CAP. I.

1. Magna nobis pueris, Quinte frater, si memoria tenes, opinio fuit L. Crassum non plus attigisse doctrinae, quam quantum prima illa puerili institutione potuisset, M. autem Antonium omnino omnis eruditionis expertem atque ignarum fuisse; erantque multi, qui, quanquam non ita se rem habere arbitrarentur, tamen, quo facilius nos incensos studio discendi a doctrina deterrerent, libenter id, quod dixi, de illis oratoribus praedicarent: ut, si homines non eruditi summam essent prudentiam atque incredibilem eloquentiam consecuti, inanis omnis noster esse labor et stultum in nobis erudiendis patris nostri

I. 1. *Quinte*] *o* inscr. Lg. 21. — *attigisse*] *adtigisse* Lg. 5. 70. 73. — *prima illa*] inv. Lg. 15. *ista* 65. — *expertem*] *expertum* Lg. 17 corr. — *non ita*] negandi particulam, qua certissime opus est, om. Lg. 3. 5. 17. 20. 21. 65. 67. 76. 81. 84. Vict. Gu. 1. 2. ita corr. 6. 14. — *se rem*] inv. Lg. 81. *sese* 93. — *rem habere*] *removere* Lg. 3. om. 17. — *discendi*] ita Lg. omnes, Havn. 2. Ox. (?) Ald. Iunt. Crat. Man. Lamb. Pearc. Or. Henr. *dicendi* Vet. Steph. edd. antiq. Vict. Grut. Ern. Sch. Muell. — *esse*] *esset* Lg. XIV. ita var. 5. et corr. 24. — *ac prudentissimi*] *atque* pr. Lg. 3. 23. 67. 84. *et* 76.

optimi ac prudentissimi viri studium videretur. 2. Quos tum ut pueri refutare domesticis testibus patre et C. Aculeone propinquo nostro et L. Cicerone patruo solebamus, quod de Crasso pater et Aculeo (quocum erat nostra matertera), quem Crassus dilexit ex omnibus plurimum, et patruus, qui cum Antonio in Ciliciam profectus una decesserat, multa nobis de eius studio doctrinaque saepe narravit; cumque nos cum consobrinis nostris Aculeonis filiis et ea disceremus, quae Crasso placerent, et ab iis doctoribus, quibus ille uteretur, erudiremur, etiam illud saepe intelleximus, [cum essemus eius modi] quod vel pueri sentire poteramus, illum et Graece sic loqui, nullam ut nosse aliam linguam videretur, et doctoribus nostris ea ponere in percontando eaque ipsum omni in sermone tractare, ut nihil esse ei novum, nihil inauditum videre-

2. *quos tum*] *quod tum* Vict. — *ut*] *et* Lg. 20. 67. — *de Crasso*] *de* om. Lg. 3. 5. 16. 65. 70. 73 add. 86 add. *et* 76. — *quoquo*] divisim Lg. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 93. — *nostra matertera*] inv. Lg. 84. — *Ciliciam*] *Siciliam* Lg. 81 v. u. t. Gu. 1. — *profectus*] *est profectus* Lg. 17. 21 corr. — *una*] om. Lg. 76. — *decesserat*] *discesserat* Lg. 15. *dec.* inscr. *iam mortuus est* 76. — *doctrinaque*] *et doctrina* Lg. praeter 17. 20. 21. 76. 93., item Vict. om. Gu. 2. Bakius *studio doctrinae* corrigit, quod doctrina non sit nisi eorum, qui tradunt, aut eorum, quae traduntur docendo. Sed est etiam eorum, qui docti sunt. Quo modo aliter intelligas, si quis *vir multa doctrina* dicitur? — *narravit*] *narrarunt* Lamb — *ab iis doctoribus*] Lg. 23. 24. 35. Man. Lamb. Or. Henr. Ceteri *his;* v. Orell. ad Acad. II. 2. 7. Madvig. ep. ad Orell. p. 21. Wunder. in censura ed. Muelleri orationis p. Sestio in Iahni Ann. V. 2. p. 174. De loco, quem Henr. correxit, §. 3., aliter sentio. — *illud*] *istud* Lg. 65. — *cum essemus eiusmodi*] sic codd. omnes. Ernestus, quod in acerrimo indicativi orationis obliquae hoste mirere, coniecit *cum esset eiusmodi;* ita autem ferri *poteramus* non potest. Quae exempla Pearcius attulit, aliena sunt, cum etiam Manil. 2, 6 codd. et pleraeque edd. recte exhibeant *deleat.* Uncinis inclusi. V. explicationes. — *nullam ut*] inv. Lg. 23. — *percontando*] sic Lg.

tur. 3. De Antonio vero quanquam saepe ex humanissimo homine patruo nostro acceperamus quem ad modum ille vel Athenis vel Rhodi se doctissimorum hominum sermonibus dedisset: tamen ipse adolescentulus, quantum illius ineuntis aetatis meae patiebatur pudor, multa ex eo saepe quaesivi. Non erit profecto tibi, quod scribo, hoc novum: nam iam tum ex me audiebas mihi illum ex multis variisque sermonibus nullius rei, quae quidem esset in his artibus, de quibus aliquid existimare possem, rudem aut ignarum esse visum. 4. Sed fuit hoc in utroque eorum, ut Crassus non tam existimari vellet non didicisse, quam illa despicere et nostrorum hominum in omni genere prudentiam Graecis anteferre; Antonius autem probabiliorem hoc populo orationem fore censebat suam, si omnino didicisse nunquam putaretur; atque ita

omnes praeter 81., et Vict. — *sermone*] *genere* Lg. 67. — *esse ei*] *ei esse* Lg. 23. *esset* 86. *ei* om. 15. 23.

3. *accepimus*] *adcepimus* Lg. 67. 70. — *dedisset*] *dedidisset* Gu. 2. Lg. praeter 6. 17. 21. 23. 35. 65. 67. 69. 76. 81. 84. *dedidisse* 23. — *tamen ipse*] *tamen ille* Lg. 3. 5. 17. 81 exp. 86 corr. Vict. *iste* 65. om. 20. 35. — *adolescentulus*] *adulesc.* Lg. 16. 17. 65. 76. Illud hic Vict., sibi non constans. Non opus est de hac scriptura, quae semper in non nullis, raro in optimis libris invenitur, posthac annotare. — *variisque*] *variis* Lg. 6. 16. 65. 70. 73. — *his artibus*] inv. Lg. 16. *iis* 23. *hiis* 81. om. Vict. *iis* correxit Henrichsen. Non probo. *Hic* non est *is*, sed a propinquitate loci tralatione facta primum ad tempus, dein ad necessitudinem quandam inter nos et res sermone tractatas refertur; *hae artes* sunt igitur quae me iam puerum aliquantum tenebant, quas puer discebam, quibus puer animum adverteram. Rell. vide in explicatt. ad II. 15, 64. — *existimare*] *exstimare* Lg. 17. *extimare* 35 — *possem*] *possum* Lg. 20 corr.

4. *nunquam*] sic Lg. 14. 15. 16. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 70. 76. 84. 93. eidemque statim §. 5. *unquam*, praeterea etiam 17. 20. 69. 73. 81. — *ita se*] inv. Lg. 20. Vict. — *videretur*] *putaretur* Lg. 81 v. u. t.

se uterque graviorem fore, si alter contemnere, alter ne nosse quidem Graecos videretur. 5. Quorum consilium quale fuerit nihil sane ad hoc tempus. Illud autem est huius institutae scriptionis ac temporis neminem eloquentia non modo sine dicendi doctrina, sed ne sine omni quidem sapientia florere unquam et praestare potuisse.

II. Et enim ceterae fere artes se ipsae per se tuentur singulae; bene dicere autem, quod est scienter et perite et ornate dicere, non habet definitam aliquam regionem, cuius terminis saepta teneatur. Omnia, quaecunque in hominum disceptationem cadere possunt, bene sunt ei dicenda, qui hoc se posse profitetur, aut eloquentiae nomen relinquendum est. 6. Quare equidem et in nostra civitate et in ipsa Graecia, quae semper haec summa duxit, multos et † ingeniis et magna laude dicendi sine summa rerum omnium scientia fuisse fateor; talem vero exsistere eloquentiam, qualis fuit in Crasso et Antonio

5. *unquam*] v. §. 4. *nunquam* Gu. 2.

II. *et enim*] sic Lg. 67. 84. 86. 93. Gu. 1. qui ita solet. — *saepta*] liber nullus hanc rectiorem scripturam suppeditat. — *se posse*] *saepe* Vict.

6. *et in nostra*] *et* om. Lg. 84. — *et ingeniis et magna laude*] corruptelam agnoscunt omnes. Non enim potest *magnis* desumi ex sequenti *magna* et *ingeniis* addi. Muellerus aut *ingenii*, quod non intelligo, aut *floruisse* pro *fuisse* scribendum suspicatur, quod probat Henrichsen. Ego corrigo levicula transpositione *ingeniis magnos et laude dicendi;* ut illud ex male intellecto scripturae compendio *magn*, in *magna* abierit. — *rerum omnium*] inv. Lg. 14. 15. 23. 69. 93. — *qualis fuit*] sic Erl. 1. Sch. Or. Henr. Codd. cett. *fuerit*, non spernendum propter se, sed quia in pari sententia statim sequitur *quanta in illis fuit. fuerat* Lg. 24 corr. — *quanta in illis fuit*] *q. i. i. fuerit* Gu. 2. — *Antonio*] *in Antonio* Lg. 84. — *pertinerent*] *pertineret* Lg. 21. 67. Paulo ante *in* pro *ad* Vict.

7. *quo*] *quod* Lg. 17. 21. — *illi quondam*] inv. Lg. 14. 15. 23. 69. 93. — *de his*] *hiis* Lg. 24. 70. *iis* 65. 73. — *vel ut*]

non cognitis rebus omnibus, quae ad tantam prudentiam pertinerent, tantamque dicendi copiam, quanta in illis fuit, non potuisse confirmo. 7. Quo etiam feci libentius, ut eum sermonem, quem illi quondam inter se de his rebus habuissent, mandarem literis; vel ut illa opinio, quae semper fuisset, tolleretur alterum non doctissimum, alterum plane indoctum fuisse; vel ut ea, quae existimarem a summis oratoribus de eloquentia divinitus esse dicta, custodirem literis, si ullo modo assequi complectique potuissem; vel me Hercule etiam, ut laudem eorum iam prope senescentem quantum ego possem ab oblivione hominum atque a silentio vindicarem. 8. Nam si ex scriptis cognosci ipsi suis potuissent, minus hoc fortasse mihi esse putassem laborandum; sed cum alter non multum, quod quidem exstaret, et id ipsum adolescens, alter nihil admodum scripti reliquisset; deberi hoc a me tantis hominum ingeniis putavi, ut, quom etiam nunc vivam

veluti Lg. 3. 5. 21. 35 corr. ut 6. 65. 76. — *velut* 70. 73. Vict. *vel uti* 6. — *plane*] om. 67. add. *sane*. — *vel ut*] *veluti* corr. *vel uti* Lg. 20. *velut* Lg. 65. 70. 73. 86. — *assequi*] *adsequi* Lg. 67. 70. 73. — *complecti*] *conplecti* Lg. 14. 81. — *etiam*] om. Lg. 21. Lamb. — *ut*] om. 6. 24 add. 76. — *possem*] *possum* Lg. 6. — *atque*] *et* Lg. 76. — *a silentio*] *a* om. Lg. 76. fortasse recte. — *vindicarem*]. *vendic.* Lg. VIII. Gu. 1. usitato mendo.

8. *suis*] *et suis* Lg. praeter 6. 17. 35. 76. 81. 84. om. *suis* 35. — *hoc fortasse*] inv. Vict. — *laborandum*] *elaborandum* Lg. 15. 20. 67. non minus recte, est enim ἐκπονητέον εἶναι, cum alterum significet μελητέον εἶναι. — *lab. putassem*] inv. Lg. 14. 23. 35. 69. 93. *putarem* 86 corr. — *quidem*] *equidem* Lg. 6. 24. — *nihil*] *aliquid* Lg. 67. — *quom*] haec scriptura hic post longum intervallum emergit. Sic habent Lg. 3. 14. Eodem spectat *quo* in Lg. 5. 6. 16. 17. 20. 21. 24. 65. 69. 70. 73 corr. ut 23. 76. 81 corr. 86. Gu. 1. 2. *quomodo* 23. 93. *quemadmodum quō* 15 corr. ut 3. — *teneremus*] *tenemus* Lg. 65. — *immortalem*] *immortalitatem* s. *inmortal.* Lg. 24. 69.

illorum memoriam teneremus, hanc immortalem redderem, si possem. 9. Quod hoc etiam spe aggredior maiore ad probandum, quia non de Ser. Galbae aut C. Carbonis eloquentia scribo aliquid, in quo liceat mihi fingere, si quid velim, nullius memoria iam refellente; sed edo haec iis cognoscenda, qui eos ipsos, de quibus loquor, saepe audierunt, ut duos summos viros iis, qui neutrum illorum viderint, eorum, quibus ambo illi oratores cogniti sint, vivorum et praesentium memoria teste commendemus.

III. 10. Nec vero te, carissime frater atque optime, rhetoricis nunc quibusdam libris, quos tu agrestis putas, insequor, ut erudiam; quid enim tua potest oratione aut subtilius aut ornatius esse? sed [quoniam] sive iudicio, ut soles dicere, sive, ut ille pater eloquentiae de se Isocrates scripsit ipse, pudore a dicendo et timiditate ingenua quadam refugisti, sive, ut ipse iocari soles, unum putasti satis esse non modo in una familia rhetorem, sed paene in tota civitate: non tamen arbitror tibi hos libros

9. *aggredior*] *adgredior* Lg. 20. 67. — *maiore*] *m.* corr. *maiori* Lg. 93. Verba a *spe* ad *Ser.* (Galbae) om. Vict. — *Ser.*] *Sergii* Lg. 24. 69. 93. — *velim*] *velit* Lg. 17. — *iam*] om. Lg. 17. — *refellente*] *me refellente* Lg. 6. 14. 15. 16. 17. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 84. 86. 93. Vict. Gu. 1. 2. Erl. 1. Havn. 1. 2. Cant. Norf. Harl. 2. *α. β. δ. ε.* edd. antiquiss. pleraeque, Pearc. — *edo*] *dedo* Lg. praeter 6. 17. 24. 67. 81. 84. in 14. 73 corr. u. t. id pro var. in 24. *credo* Vict. — *iis*] *is* Lg. 65. *his* 67. 69. 70. 73. 84. 86. Gu. 1. 2. Vict. Ili tres etiam altero loco *his*, sed Lg. soli 23. 65. — *sint*] *sunt* Lg. 6 corr. 15. 23. 76. — *praesentium*] *presentum* Vict.

III. 10. *agrestis*] sic Lg. omnes praeter 6. et 24., qui ita corr. — *enim*] om. Lg. 6. — *esse*] om. Lg. 23 et Vict. — *quoniam*] ferri propter sententiam non potest. Unus cod. Erl. 1., si fides, omittere dicitur. *quanquam* Ern. coniecturam secuti sunt Sch. Muell. Nos cum Henr. uncinis clausimus. Mox e Pearcii quadam suspiciore *ut soleo* ediderunt Ern. Sch. Muell., sine

in eo fore genere, quod merito propter eorum, qui de dicendi ratione disputarunt, ieiunitatem bonarum artium possit illudi. 11. Nihil enim mihi quidem videtur in Crassi et Antoni sermone esse praeteritum, quod quisquam summis ingeniis acerrimis studiis optima doctrina maximo usu cognosci ac percipi potuisse arbitraretur; quod tu facillime poteris iudicare, qui prudentiam rationemque dicendi per te ipsum, usum autem per nos percipere voluisti. Sed quo citius hoc, quod suscepimus, non mediocre munus conficere possimus, omissa nostra adhortatione ad eorum, quos proposuimus, sermonem disputationemque veniamus. 12. Postero igitur die, quam illa erant acta, hora fere secunda, cum etiam tum in lecto Crassus esset et apud eum Sulpicius sederet, Antonius autem inambularet cum Cotta in porticu, repente eo Q. Catulus senex cum C. Iulio fratre venit. Quod ubi audivit, commotus Crassus surrexit omnesque admirati maiorem aliquam esse causam eorum adventus suspicati

causa. — *Isocrates*] *Socrates* Lg. 3. 5. 17. 20. 21. 65. 67. 81 v. u. t. 84. Vict. Gu. 1. ita corr. 23. *Insocrates* 6. Alii quidam *Ysocrates*. — *timiditate ingenua*] *ingenuitate timore* Lg. 15 corr. — *ing. quadam*] inv. 20. 23 corr. — *disputarunt*] *disputaverunt* Lg. 6. 14. 15. 23. 76. — *ieiunitatem*] *ieiunitate* Lg. 3. 5. 14. 15. 20. 21. 23. 35. 65. 67. 76. 86. 93 corr. *de ieiunitate* Gu. 2. — *bonarum*] *verborum* Gu. 2. — *possit*] *possum* Lg. 6 corr. *possint* 21. ita corr. 24. — *illudi*] *inludi* Lg. 5. 70. 73.

11. *Antoni*] scripsi secundum Lg. 65. 70. 76. 86. — *summis*] *a summis* Man. et al. quaed. edd. — *usum autem*] *usum vero* Lg. 14. 15. 69. 93. — *quo*] *quod* Lg. 14. 23.

12. *postero*] *postremo* Lg. 3. — *etiam tum*] *etiamnum* Lg. 24. — *inambularet*] *ambularet* Lg. 5. 81 corr. *iam ambularet* 69. — *in porticu*] *in porticus* Gu. 2. *(importicus* Gu. 1.) Lg. 3. 5. 17. 35. 65. 84. Vict. *porticis* 81 corr. ut 3. ita corr. 21. — *commotus*] *conmotus* Lg. 14. 69.

sunt. 13. Qui cum inter se, ut ipsorum usus ferebat, amicissime consalutassent, Quid vos tandem? Crassus, num quidnam, inquit, novi? Nihil sane, inquit Catulus; et enim vides esse ludos; sed (vel tu nos ineptos licet vel molestos putes) cum ad me in Tusculanum, inquit, heri vesperi venisset Caesar de Tusculano suo, dixit mihi a se Scaevolam hinc euntem esse conventum, ex quo mira quaedam se audisse dicebat; te, quem ego totiens omni ratione tentans ad disputandum elicere non potuissem, permulta de eloquentia cum Antonio disseruisse et tanquam in schola prope ad Graecorum consuetudinem disputasse. 14. Ita me frater exoravit ne ipsum quidem a studio audiendi nimis abhorrentem, sed me Hercule

13. *amicissime*] *amicissume* Lg. 70. Talia probo, cum plurimum et bonorum auctoritate tuta praestantur. — *vos*] *nos* Lg. 17. *duos* 84. — *nnm quidnam*] Plures codd. *numquid nam* s. *nunquid nam* et similia. — *inquit*] *inquam* Lg. 81 corr. — *et enim*] sic Lg. 67. 70. 76. 84. 86. 93. — *licet*] vulgo in codd. sequens *inquit* Sch. Muell. delerunt, et cum his ego; Or. Henr. uncinis circumdederunt. Ferri sane tantulo intervallo ter dictum non potest. Etiam paulo infra *inquit* ante *heri* Ernesto suspectum delevit Sch. — *audisse*] *audiisse* Lg. 76. — *totiens*] sic Lg. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 86. 93. Vict. Gu. 1. 2. *tociens* 81. om. 76. 81. — *tentans*] *temptans* Lg. 20. 21. 65. 81. 86. 93. Vict. *tantas* Gu. 1. — *tanquam*] codd. omnes.

14. *Ita me*] *Itaque* om. *me* Lg. 16. 70. 73. 93. Lamb. *me* addunt Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 17. 20. 21. 23. 35. 36. 65. 67. 69. 76. 81. 84. 86. Gu. 1. 2. Vict. et ceteri codd. omnes. Vulgo omittitur *me*. — *exoravit*] *excitavit* Lg. 36. Pal. ap. Grut. — *ne ipsum quidem*] sic Pal. ap. Grut. Harl. 1. Gu. 1. (de Gu. 2. errat Henr.) Lg. 36. Pearc. recentt. post Sch. *me ipsum non quidem* Lg. ceteri Havn. 1. 2. Ox. reliqui, Erl. 1. Erf. et vulgo inde ab antiquissimis edd. *ipsum non quidem* Lg. 15. *ne ipsum non quidem* Gu. 2. Vulgatam ortam interposito *non* ab eo qui *me* corruptum ex *ne* intelligere cuperet, clarum est. *non ipsum quidem* Lamb. in mg. ed. repet. *exoravit me ipsum quidem a stud. aud. non nimis* Ern. de coniect. — *nimis*] *minus* Lg.

verentem ne molesti vobis interveniremus, ut huc secum venirem. Scaevolam enim ita dicere aiebat bonam partem sermonis in hunc diem esse dilatam. Hoc tu si cupidius factum existimas, Caesari attribues; si familiarius, utrique nostrum. Nos quidem, nisi forte molesti intervenimus, venisse delectat.

IV. 15. Tum Crassus: Equidem, quaecunque vos causa huc attulisset, laetarer, quom apud me viderem homines mihi carissimos et amicissimos; sed tamen, vere dicam, quaevis mallem fuisset, quam ista, quam dicis. Ego enim (ut quem ad modum sentio loquar) nunquam mihi minus quam hesterno die placui; magis adeo id facilitate, quam alia ulla culpa mea contigit, qui, dum

35 corr. 36. — *verentem ne*] sic Cant. Mead. Harl. 1. Erl. 1. Lg. omnes praeter 93. edd. antiq. Pearc. Ern. Sch. rell. *verentem tum ne* Havn. 1. 2. Vulgo *verentem tamen ne.* Orellius *tamen* uncinis saepsit. — *interveniremus*] *intervenerimus* Lg. 6 corr. *interveniemus* 84. — *Scaevolam enim*] *etenim Scaevolam* (s. *et enim*, ut Gu. 2.) Havn. 1. 2. *β. γ.* Gu. 1. 2. Vict. Steph. Ald. Man., quod praeferendum censet Madvig. Eodem ducunt vestigia cod. Erf., in quo *veniret enim Scaevola,* et Lg. 67. 70. 73. 76. 84. 93. in quibus est *et Scaevolam.* Idem cod. Erf. servavit verborum ordinem fortasse meliorem, *hoc tu si.* Vulgo *hoc si tu.* — *dilatam*] *delatam* Lg. 76. — *existimas*] *existimes* Lg. 3. 84. — *attribues*] *attribuas* Lg. 21.

IV. 15. *vos causa huc*] vulgo *causa vos huc.* Illud rectius est in Erl. 1. Erf. Lg. omnibus praeter 81. 84., edd. antiq. *nos causa huc* 84. *huc* om. Gu. 1. — *attulisset*] *adtulisset* Lg. 65. 70. 73. — *quam dicis*] *q. dicitis* Gu. 2. — *apud me*] *me* om. Vict. — *quom*] scripsi, quod Lg. 17. 24 corr. 36. habent *quoniam.* — *carissimos*] *kariss.* Lg. 20. per *ch* III codd. — *quem ad modum*] sic divisim Lg. 67. — *sentio*] *sentiam* Lg. omnes praeter 81. fortasse rectius. — *hesterno*] *externo* Lg. 6. 15 corr. *extremo* 17. v. ad. I. 27, 125. — *alia ulla*] inv. Lg. 17. om. *ulla* 21. 36. *aliena mea* Vict. — *contigit*] uncis includi Bakio placuit propter orationem abruptam, quae Ernesto suspecta visa et Lambino causam dedit corrigendi *magisque.* — *esse*] om. Lg. 5. 6. 69 add. 76. — *oblitus sum fecique*] sic verba posui,

obsequor adolescentibus, me senem esse oblitus sum fecique id, quod ne adolescens quidem feceram, ut iis de rebus, quae doctrina aliqua continerentur, disputarem. Sed hoc tamen cecidit mihi peropportune, quod transactis iam meis partibus ad Antonium audiendum venistis. 16. Tum Caesar, Equidem, inquit, Crasse, ita sum cupidus in illa longiore te ac perpetua disputatione audiendi, ut, si id mihi minus contingat, vel hoc sim cotidiano tuo sermone contentus. Itaque experiar equidem illud, ut ne Sulpicius familiaris meus aut Cotta plus quam ego apud te valere videantur et te exorabo profecto, ut mihi quoque et Catulo tuae suavitatis aliquid impertias. Sin tibi id minus libebit, non te urgebo neque committam, ut, dum vereare tu ne sis ineptus, me esse iudices. 17. Tum ille, Ego me Hercule, inquit, Caesar, ex omni-

cum vulgo esset *sum oblitus*, secundum Lg. praeter 6. 17. 81. om. *sum* 6. — *id*] *hoc* Gu. 1. 2. — *iis*] *his* Lg. 67. 69. Gu. 2. — *cecidit mihi*] inv. Lg. 6. 24. Vict. Verba ab *sed hoc* usque ad *partibus* om. 17.

16. *inquit*] om. Lg. praeter 3. 5. 6., item Vict. Gu. 1. fortasse rectius. — *in illa longiore te*] hoc ordine Erl. 1. Erf. Lg. omnes praeter 15. 17. 20. 23., quod praeeuntibus Lambino, Madvigio et Henrichsenio vulgato praetuli *te in illa longiore*. Vict. Gu. 1. 2. Havn. 1. 2. om. *te*. Post *oratione* ponit Lamb. in mg. ed. repetitae. — *mihi*] om. Lg. 36. Lamb., fortasse melius; post *minus* ponit Vict. — *cotidiano*] scripsi ex Lg. 17. 67. 81. 84. *quottid.* 76. — *tuo*] om. Lg. 3. 5. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 35. 67. 69. 70. 73. 76. 84. 86. 93. Vict. — *experiar equidem*] *experiare quidem* Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 17. 20. 21. 23. 24. 35 corr. 36. 65. 67. 69. 76. 84. 93. — *illud*] *istud* Lg. 65. om. 36. — *videantur*] Sic plerique codd. et edd. inde ab antiquiss. *Videatur* Cant. ε. α. pr. m. Lg. 3. 15. 35. 67. 76. „Sed vide Heusing. ad Off. I. 41, 10. Schaef. ad Plin. Paneg. 75, 2. et Matth. ad Eur. Hec. 84.“ *Henrichsen.* — *suavitatis aliquid*] inv. Lg. 20. — *impertias*] *impartias* Lg. 6. 24 corr. 84. *inpartias* 81. ut 6., ita corr. Gu. 1. — *libebit*] *licebit* Lg. 3. 6. 15. 35. 36. 65. — *committam*] *conmittam* s. *conmictam* Lg. 14. 69. 81. — *tu ne sis*] sic plerique

bus Latinis verbis huius verbi vim vel maximam semper putavi. Quem enim nos *ineptum* vocamus, is mihi videtur ab hoc nomen habere ductum, quod *non* sit *aptus*, idque in sermonis nostri consuetudine perlate patet. Nam qui aut tempus quid postulet non videt aut plura loquitur aut se ostentat aut eorum, quibuscum est, vel dignitatis vel commodi rationem non habet aut denique in aliquo genere aut inconcinnus aut multus est, is *ineptus* dicitur. 18. Hoc vitio cumulata est eruditissima illa Graecorum natio. Itaque quod vim huius mali Graeci non vident, ne nomen quidem ei vitio imposuerunt. Ut enim quaeras omnia, quomodo Graeci *ineptum* appellent non reperies. Omnium autem ineptiarum, quae sunt innumerabiles, haud scio an nulla sit maior, quam, ut illi solent, quocunque in loco, quoscunque inter homines visum est, de rebus

codd. et edd. antiquiss., item vulgo post Grut. *ne tu sis* Cant. Norf. Harl. 2. Havn. 1. 2. Gu. 1. 2. Vict. Lg. 16. 81. Iunt. Crat. Vict. Man. Lamb. Pearc.

17. *Caesar*] *Crassus* Lg. 16. 36. 70. 73. 86., quod sine mora probarem, si codd. ceterorum optimorum 2. 4. 13. hic iam liceret auctoritate uti. Aptius est enim loquentis quam colloquentis nomen commemorari. — *vocamus*] *putamus* Lg. 36. 67. *notamus* pro v. l. 86. — *ductum*] *dictum* Lg. 21. 67. Gu. 2. — *perlate*] *late* Lg. 67. — *tempus quid*] *tempus quod* Lg. 3. 5. 6. 15. 16. 17. 20. 21. 24. 35. 36. 65. 70. 73. 76. 81. 86. — *commodi*] *conmodi* Lg. 14. 69. — *in aliquo genere*] *in* om. Vict. — *ineptus dicitur*] *Esse* addunt codd. plerique. Omittunt Lg. 14. 15. 23. 81 add. 84. 93. Gu. 1. 2. edd. recentt. — *dicitur*] *videtur* Lg. 76 supr. scr. u. t.

18. *quod*] om. Lg. 6. 36. 81. Gu. 2. — *Graeci*] om. Lg. 15. 23. — *ne*] *nec* Vict. — *reperies*] *repperis* Lg. 3. *repperies* 6. 20. — *haud scio*] *haud sciam* Lg. 3. 5. 14. 15. 16. 70. 20. 21. 23. 24. 65. 70. 73 corr. 84. 86. Erl. Erf. — *an*] om. Lg. 67. — *nulla*] sic Erl. 1. Lg. 15 corr. 23. 67. 84 corr. Lamb. in mg. ed. rep. Ern. Sch. Muell. Henr., probante Matth. in Seebodi Misc. Crit. I. p. 679. cf. Handium in Tursell. I. p. 322. Ceteri libri (etiam Gu. 1. 2. Vict.) et edd. *ulla*. — *quam, ut illi solent*] sic

aut difficillimis aut non necessariis argutissime disputare. Hoc nos ab istis adolescentibus facere inviti et recusantes heri coacti sumus.

V. 19. Tum Catulus, Ne Graeci quidem, inquit, Crasse, qui in civitatibus suis clari et magni fuerunt, sicuti tu es nosque omnes in nostra re publica volumus esse, horum Graecorum, qui se inculcant auribus nostris, similes fuerunt: nec in otio sermones huius modi disputationesque fugiebant. 20. Ac si tibi videntur qui temporis qui loci qui hominum rationem non habent inepti, sicut debent videri: num tandem aut locus hic non ido-

plerique codd. *(quam quod i. s.* Pal. 4. *ut* om. Havn. 2.); mei omnes. *quam illorum qui solent* edd. antiquiss. Steph. Lamb. Ern. Id p. var. est in Lg. 84. — *quoscunque*] *quosque* Lg. 6. 17. 35. 36. 93. *quousque* 16.

V. 19. *inquit, Crasse*] inv. Lg. 76. *inq. Crassus* 86. — *clari et magni*] inv. Lg. 14. 15. 16. 69. 93. — *nec*] quod vulgo additur *tamen,* delevi secundum optimos codd., quorum hic tandem fide rursus niti licet, Lg. 2. 6. 13. 32. 36. in 32 *tamen* addidit corrector. Idem faciemus c. 15, 62. — *huius modi*] *huiuscemodi* Lg. 20.

20. *ac*] *at* Lg. 2. 4. 67. — *videntur*] *videatur* Lg. 4. *videtur* 6. — *num*] *non* Lg. 3. 4 corr. 13. 32. 36. v. ad I. 58, 249. — *nunc ambulamus*] haec optimorum scriptura restituenda fuit, cum speciosae correctioni *inambulamus* cesserit, quae exstat in Lg. omnibus praeter 2. 4. 13. 36., item in Vict. Gu. 1. 2. Havn. 1. 2. *α. β. γ. δ. ε.* edd. antiquiss. et vulgo ante Grut.; hos secuti sunt Sch. Muell. Or. Henr. *ubi ambulamus* Grut. Ern. Quod reposui exstat in Vet. Steph. Z. Erl. 1. Erf. Lg. 4. 13. 36. eodemque redit *nihil* c. var. *nunc ambul.* in Lg. 2. Quippe haec omnia orta ex male intellectos cribendi compendio *nc*. — *sessiones gymnasiorum et Graecarum disput.*] *sess. gymn. Graecorum et disp. δ.* Lamb. probatum Pearcio in ed. 1. *Graecorum* sane codd. plerique, Gonv. Z. *β.* Erl. 1. Erf. Havn. 1. Lg. 2. 3. 4. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 17. 21. 23. 24. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 84. 86. Vict. Gu. 3. *g. ad Graecorum disputationem* Vet. Steph. Lg. 3. 13. 36. 84. *ad* etiam Havn. 1. Gu. 2. Lg. 32 corr. Praeterea *sessiones* ante *gymnasiorum* ponitur in Lg. 36. Scribitur *tot gymnasiorum locis*

neus videtur, in quo porticus haec ipsa, ubi nunc ambulamus, et palaestra et tot locis sessiones gymnasiorum et Graecarum disputationum memoriam quodam modo commovent? aut importunum tempus in tanto otio, quod et raro datur et nunc peroptato nobis datum est? aut homines ab hoc genere disputationis alieni, qui omnes ii sumus, ut sine his studiis vitam nullam esse ducamus? 21. Omnia ista, inquit Crassus, ego alio modo interpretor, qui primum palaestram et sedes et porticus etiam ipsos, Catule, Graecos exercitationis [et delectationis] causa [non disputationis] invenisse arbitror. Nam et seculis multis

sess. in 3. 84. *loci* 14. 15. 23. 67. 69. 93. *et* ante Graecarum om. Lg. 69. sed add. m. sec. Ne Lambiniana quidem scriptura improbabilis; significantius tamen *Graecae disputationes* dicuntur, quam *Graeca gymnasia;* haec enim gentis peregrinae esse iam nomen indicabat. — *commovent*] *conmovet* Lg. 2. *commoveri* 3. *commonent* 20. 93. *conmovent* 32. 69. *conmoverit* 36. — *importunum*] restitui probam plurimorum et optimorum librorum scripturam, de cuius sententia v. explicationes. *inopportunum* s. *inoportunum* et *in oportunum* Mead. Norf. *β. γ. δ. ε.* Havn. 1. 2. Lg. 3. 6. 15. 16. 17. 21. 24. 35. 65. 70. 76. 86. ita corr. 81.; item Lamb. in mg. ed. rep. Pearc. Sch. Or. Henr. *num importunum* (p. *aut imp.)* Erl. 1. prob. Ern. *nunc import.* Vet. Steph. — *ii sumus*] sic Gu. 1. 2. 3. Lg. 24. 35. 36. 76. Man. Lamb. Ceteri *hi* aut *hii.* — *vitam nullam*] *nullam tum* Gu. 2. Illo positu Lg. omnes praeter 2. 81. *ullam* 23. Alii invertunt. — *ducamus*] *dicamus* Lg. 15 corr. 16. 21. 32 corr. 67.

21. *ego alio*] inv. Gu. 1. — *etiam*] om. Lg. 2 add. — *et delectationis*] om. Lg. 2. 4. 13. 32. 36. nescio an recte. Nam inventa est ars gymnastica solius corporis exercitandi causa, ad quam rem post accessit fortuita delectatio. Quod deinde sequitur a Graecis, qui tum essent, levissimae delectationi gravissimam utilitatem posthaberi, cum hoc tempore verum, antiquo falsum esset, causam illa verba inferciendi videtur praebuisse. — *causa* om. Lg. 15. — *non disputationis*] haec ab omnibus Lg. et fortasse etiam ab aliis absunt itaque a me uncinis clauduntur. — *invenisse*] *instituisse* Lg. 69. 93. — *seculis*] sic *(e)* Lg. praeter 2. 3. 4. 5. 6. Vict. Gu. 1. 3. In 2. et Gu. 3. est *sedis;* illud

ante gymnasia inventa sunt, quam in iis philosophi garrire coeperunt, et hoc ipso tempore, cum omnia gymnasia philosophi teneant, tamen eorum auditores discum audire quam philosophum malunt; qui simul ut increpuit, in media oratione de maximis rebus et gravissimis disputantem philosophum omnes unctionis causa relinquunt. Ita levissimam delectationem gravissimae, ut ipsi ferunt, utilitati anteponunt. Otium autem quod dicis esse, assentior; verum otii fructus est non contentio animi, sed relaxatio.

VI. 22. Saepe ex socero meo audivi, cum is diceret socerum suum Laelium semper fere cum Scipione solitum rusticari eosque incredibiliter repuerascere esse solitos,

minus usitatum quam *vinclum*, de quo dictum ad I. 43, 194. — *gymnasia*] hic et supra quidam codd., ut Gu. 1., *ginnasia*, Itali manus. *gipnasia* Gu. 3., iis commendandum, qui *temptare* amant. — *simul ut*] *ut* om. Lg. 20. 35. — *increpuit*] *crepuit* Gu. 1. — *dicis*] *dicitis* Gu. 3. — *contentio*] *contentionum* Gu. 3. — *assentior*] *adsentior* Lg. 70. 86.

VI. 22. *rusticari*] additur *auspicari* in Gu. 1. 2. Vict. Lg. 3. 5. 6. 21. 24 corr. 67. 81 corr. 84. ita corr. 32. Huius mendi originem aperit *ruspicari* in 65. — *eosque*] *eos* Lg. 6. — *incredibiliter*] *intolerabiliter* Lg. 81 v. u. t. — *repuerascere*] *repuerescere* Lg. 2. 4. 13. 20. 35. 36. 69. Alii quidam *repuascere, repuerassere, repuescere.* — *esse solitos*] *esse* om. Lg. 20. — *e*] *ex* Lg. 69. 76. 81. 84. Steph. Ald. Iunt. Man. — *vinclis*] dedi ex Lg. omnibus praeter 4. 17. 20. 69. 76. 81. 84., et Gu. 2. v. ad I. 43, 194. — *narrare*] *narrari* Lg. 2. 4. 13. — *umbilicos*] *umbellicos* s. *umbelicos* Gu. 2. 4 inscr. *lapillos parvos* 65 corr. *umbiculos. ublicos* 32 corr. *umbilitos* 70. *umtilicos* inscr. *sunt genera piscium apta esui* 76. *umblicos* 81. — *Caietam*] *Gaietam* Lg. 35. 69. *Cai* 32. *Caiectam* corr. *Caiectam* 93. *Cauium* 2 corr. Ex hoc, quod *Lavinium* interpretati sunt, *lavenium* fluxit in Gu 2., sed in mg. eadem manu corr. u. t, et *lavernum* in Gu. 1. *Lucrinum* edd. quaedam vett. — *et ad Laur.*] *ad* om. Lg. 2. 35. 76. 81. Vict. — *consuesse*] *consuescere* s. *consuesce* Lg. 76.

23. *res sese habet*] vulgo *se res habet*, cum falsa elegantiae specie. Illud exhibent Lg. 2 (modo *haberet*) 6. 13. 14. 15. 23.

cum rus ex urbe tanquam e vinclis evolavissent. Non audeo dicere de talibus viris, sed tamen ita solet narrare Scaevola conchas eos et umbilicos ad Caietam et ad Laurentum legere consuesse et ad omnem animi remissionem ludumque descendere. 23. Sic enim res sese habet, ut, quem ad modum volucris videmus procreationis atque utilitatis suae causa effingere et constituere nidos, easdem autem, cum aliquid effecerint, levandi laboris sui causa passim ac libere solutas opere volitare, sic nostri animi negotiis forensibus atque urbano opere defessi gestiant ac volitare cupiant vacui cura ac labore. 24. Itaque illud, ego quod in causa Curiana Scaevolae dixi, non dixi secus ac sentiebam. „Nam si," inquam,

24. 32. 36. 69. 93. Vict. Gu. 3. *sese* praeterea 3. 16. 17. 20. 21. 35. 67. 73. 76. 81. 84. 86. Gu. 2. *res se habet* 4 corr. ut 6. Illorum quidam *se se* divisim. — *volucris*] dedi ex Lg. 36. Gu. 3. *volueris* 13., quod eodem redit. — *effingere et constituere nidos*] sic vulgatum *fingere et construere nidos* mutavi secundum Lg. omnes praeter 81., et Gu. 3. *constituere* p. var. est in 81. In *effingendo* inest solertiae et artificii significatio. Sed vide ad II. 33, 144. — *causa*] *gratia* Lg. 3. 5 corr. 16. 67. 70. 73. 84. ita var. 32. — *negotiis forensibus*] sic ponendis verbis cum χιασμοῦ figura secutus sum Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 14. 24. 32. 36. 67. Gu. 3. — *ac labore*] sic mei omnes. Gron. Ern. *atque*. — Cum in principio sententiae secundum omnes libros legatur *ut quemadmodum*, quod cum sequentibus non recte convenit, Lambinus *ut* delevit, Henrichsenius Ernestum secutus uncinis inclusit. Cui non videtur anacoluthon ferri posse in sententia ceteroqui rite procedente, quanquam ita visum Matthiae in Wolf. Anall. II. 20. Gernhardo et Beiero ad Off. III. 10, 45., longe rectius cum Pearcio scribet *gestiant* et *cupiant*. Hoc, cum codd. Paris. Regii 7704 et 7753. exhibeant, Schuetzium Muellerum et Orellium secutus recipere non dubitavi. Permultis enim locis verborum modi confusi sunt, particulae *ut* inculcandae causa idonea non reperitur. Id probare video etiam elegantis iudicii virum Handium ad Wopk. Lectt. Tull. p. 403.

24. *ego quod*] sic iam Lamb., eumque sequor propter auctoritatem Lg. 2. 4. 6. 13. 24. 32 corr. 36. Gu. 3. *ego* om. 15. —

„Scaevola, nullum erit testamentum recte factum, nisi quod tu scripseris, omnes ad te cives cum tabulis veniemus, omnium testamenta tu scribes unus. Quid igitur?“ inquam; „quando ages negotium publicum? quando amicorum? quando tuum? quando denique nihil ages?“ Tum illud addidi: „Mihi enim liber esse non videtur, qui non aliquando nihil agit.“ In qua permaneo, Catule, sententia meque, cum hoc veni, hoc ipsum nihil agere et plane cessare delectat. 25. Nam quod addidisti tertium vos eos esse, qui vitam insuavem sine his studiis putaretis, id me non modo non hortatur ad disputandum, sed etiam deterret. Nam ut C. Lucilius homo doctus et perurbanus dicere solebat ea, quae scriberet, neque se ab indoctissimis neque a doctissimis legi velle, quod alteri nihil intellegerent, alteri plus fortasse quam ipse; quo etiam scripsit:

Persium non curo legere;

ac sentiebam] *atque s.* Lg. 69. — *inquam*] *unquam* Lg. XVI. et Gu. 3. *inquiunt* Gu. 1. — *omnes*] *omnis* Lg. 24. — *tu*] *merito tu* Lg. 3. 67. ita corr. 2. 32. quod ex perperam lecto *testamenta* ortum. — *scribes*] *scribis* Lg. 14. 24 corr. 69. — *inquam*] *unquam* Lg. 36. — *denique*] om. Lg. 4. — *nihil*] *nil* Lg. 4. et sic mox iterum. — *hoc ipsum*] *in hoc ipsum* Gu. 3.

25. *C. Lucilius*] *Gracus Lucilius* Gu. 1. *G. Lucius* VII Lg. et Gu. 3. *G. Lutius* Vict. *C. Lucillius* Lg. 6. et Lamb. De qua scriptura v. explic. ad III. 43, 171. — *doctus et*] haec verba om. Gu. 3. — *ea quae scriberet*] om. membr. Memm., Pith. Pal. 1. U. Z. Gu. 3. Erl. 1. Erf. — *neque se ab*] vulgo *se* ponitur post *indoctissimis*. Selectiorem verborum ordinem restituimus ex Lg. omnibus praeter 6. 81., et Gu. 3. Ita Lambinus. *se* om. Gu. 2. Vict. — *a doctissimis*] vulgo *ab d.*, quod mutavi secundum Lg. 2. 4. 6. 13. 14. 15. 20. 21. 23. 24. 32. 36. 65. 76. Lamb. om. Gu. 1. Lg. 69. Vict. — *intellegerent*] sic Lg. 2. 13. — *alteri plus*] om. Gu. 3. — *ipse: quo*] sic Waldarf. Ern. recentt. *ipse de se: quo* Havn. 1. 2. Lg. omnes, Vict. Gu. 2. 3. Med. 2. et vulgo inde ab Ald. Iunt. *ipse: de quo* Memm. 1. 3. Pith. Pal. 1. Ox. quatuor, Cant. Mead. Harl. 1. 2. Conv. Erl. 1. Erf. plerique edd. antiq. Pearc. *quam ipse de se intelligi vellet: quo* Lamb. — *Persium*] *Perseum*

hic enim fuit, ut noramus, omnium fere nostrorum hominum doctissimus;

Laelium Decumum volo,

quem cognovimus virum bonum et non illiteratum, sed nihil ad Persium: sic ego, si iam mihi disputandum sit de his nostris studiis, nolim equidem apud rusticos, sed multo minus apud vos. Malo enim non intellegi orationem meam quam reprehendi.

VII. 26. Tum Caesar, Equidem, inquit, Catule, iam mihi videor navasse operam, quod huc venerim. Nam haec ipsa recusatio disputationis disputatio quaedam fuit mihi quidem periucunda. Sed cur impedimus Antonium, cuius audio esse partis, ut de tota eloquentia disserat, quemque iam dudum et Cotta et Sulpicius exspectat? 27. Ego vero, inquit Crassus, neque Antonium verbum facere patiar et ipse obmutescam, nisi prius a vobis

Lg. 6. 16. om. 65 add. — *hic fuit enim*] vulgo *hic enim fuit.* Secutus sum Lg. omnes praeter 93., item Gu. 2. 3. — *ut noramus*] *ut notamus* Lg. 2 corr. *ut putamus* 4 corr. *volaterranus* 36 (!). — *Decumum*] sic in Lucilii versu etiam sine codd. puto scribendum esse; habent autem Lg. 13. 32 corr. 36. *decium* Gu. 3. — *volo*] *nolo* Lg. 20. 65. ita corr. 32. — *non illiteratum*] *non* om. Gu. 1. *illiteratum* hic mei omnes praeter Gu. 1. Vict. Lg. 2. 20. 23. 24. 35. 36.; miror, cum contrarium regnare soleat. — *multo minus apud vos*] haec om. Vict. — *intellegi*] sic Lg. 13.

VII. 26. *navasse*] *levasse* v. u. t. Lg. 13. 36. *narrasse* 70. *novasse* 81 v. u. t. — *disputationis*] om. Gu. 3. — *cuius*] *quovis* (i. e. *quoius)* Vict.; illud reciperem, si meliores testes haberet. — *partis*] scripsi ex Lg. omnibus praeter 4. 15. 76. 81. — *quemque*] *quenquam*] Lg. 13. *q̃q₃* 32 corr. *queque,* quod est in 4. — *iam dudum*] sic divisim Lg. 2. 13. 14. 16. 32. 65. 67. 70. 73. 76. 81. 84. 93. om. 4. et refert ante vb. *exspectat.* — *et Cotta et Sulpicius exspectat*] vulgo *Cotta et Sulpicius exspectant.* Verum *et* addunt Z. Gu. 1. Erf. Lg. 2 (is *Cocta).* 4. 6. 13. 24. 36. ita corr. 32. *exspectat* Lg. 2. 4. 13. 36. U. *γ.* Erl. 1. V. explicationes. *s* ignorant libri.

27. *obmutescam*] *ommutescam* Lg. 21. 23. 67. *commut.*

impetraro . . . Quidnam? inquit Catulus. Ut hic sitis hodie. Tum, cum ille dubitaret, quod ad fratrem promiserat, Ego, inquit Iulius, pro utroque respondeo: sic faciemus; atque ista quidem condicione, vel ut verbum nullum faceres, me teneres. 28. Hic Catulus arrisit et simul, Praecisa, inquit, mihi quidem est dubitatio, quoniam neque domi imperaram et hic, apud quem eram futurus, sine mea sententia tam facile promisit. Tum omnes oculos in Antonium coniecerunt; et ille, Audite vero, audite, inquit. Hominem enim audietis de schola atque a magistro et Graecis literis eruditum. Et eo quidem loquar confidentius, quod Catulus auditor accessit, cui non solum nos Latini sermonis, sed etiam Graeci

76. om. 81. — *impetraro*] *impetrabo* Lg.2. 4. 13. 14. 23. 32 corr. 35. 36. 69. Gu. 3. *impetrato* 81 corr. ut 2. Reciperem, nisi obstaret quod dictum est *prius*. — *quidnam*] *quid nam* Lg. 67. 69. 70. 76. 84. 93. Vict. Gu. 3. — *respondeo*] *respondebo* Lg. 5. 84. — *condicione*] sic Lg. 2. *condictione* Lg. 20. — *vel ut*] *veluti* Lg. 2. Gu. 3. *velut* Lg. 13. 14. 16. 17. 20. 21. 32 corr. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 81. 86.

28. *arrisit*] *adrisit* Lg. 20. 67. 70. 73. 86. — *est dubitatio*] sic inverso ordine Lg. praeter 20. 23. 76. 81. *est* om. Gu. 3. — *neque*] om. 17. *ne* 20. *nec* 23. — *imperaram*] *imperaveram* Lg. 2. *imperarem* 81 corr. *imperata* 4 corr. ut 84. — *sententia*] *scientia* Lg. 2. Gu. 3. — *promisit*] *permisit* Lg. 13. 32 corr. 36. ortum ex confusis *p̃misit* et *p̃misit*. — *audite vero*] *aud. enim* Lg. 4. *eum* 73. — *de schola*] *e schola* Lg. 69. 93. — *a magistro*] *a* om. Lg. 3. 16. 36. 70. 73. — *literis*] Lg. 2. 14. 23. 36. — *loquar*] *loquor* Lg. 5. 14. 15. 23. 67. 93. — *accessit*] *adcessit* Lg. 67. 70. 86. — *non solum nos*] *non nos s.* Gu. 2.

29. *quia tamen*] vulgo *tamen quoniam*. Praestantissimam scripturam ascivi ex Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. et fortasse Gu. 3., in quo est *q̃ tamen*. Egregie sic aptum est *tamen* ad ironiam sententiae reddendam, de qua in explicationibus dicemus ad II. 21, 91. — *quicquid*] sic Lg. praeter 3. 13. 32. 81., item Gu. 2. v. ad I. 8, 30. *quid quod* 13. *quid quidem* omisso *est* Gu. 3. — *id quod*] *id* om. Havn. 1. 2. Lg. plerique, sed non optimi, edd. antiq. Lamb. Ern. Sch. Sed addunt Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36. 84.

ipsi solent suae linguae subtilitatem elegantiamque concedere. 29. Sed quia tamen hoc totum, quicquid est, sive artificium sive studium dicendi, nisi accessit os, nullum potest esse: docebo vos, discipuli, id quod ipse non didici quid de omni genere dicendi sentiam. 30. Hic posteaquam arriserunt, Res mihi videtur esse, inquit, facultate praeclara, arte mediocris. Ars enim earum rerum est, quae sciuntur; oratoris autem omnis actio opinionibus, non scientia continetur. Nam et apud eos dicimus, qui nesciunt, et ea dicimus, quae nescimus ipsi. Itaque et illi alias aliud isdem de rebus et sentiunt et iudicant et nos contrarias saepe causas dicimus, non modo ut Crassus contra me dicat aliquando aut ego

93. aliique plures, dein vulgo ab Ald. Iunt., item Muell. Or. Henr. V. ad I. 14, 62. — *dicendi*] om. Gu. 3. Interpolatum putat Bakius; *omne* enim *dicendi genus* significare omnes partes eloquentiae. Et ipsa tamen *de omni genere* interpretatur *quid universe de illa re statuendum sit.* Quid obstat ergo, quo minus *de omni dicendi genere* interpretemur *quid de dicendo* s. eloquentia *universe sentiam?*

30. *posteaquam*] *postquam* Lg. 2. 36. *postea quam* 67. 70. 73. 76. *postea* Gu. 3. — *arriserunt*] *adriserunt* Lg. 13. 67. 70. 73. 86. *arriserint* Gu. 3. — *esse, inquit*] om. *esse* Lg. 32. *inquit esse* 35. — *facultate*] *in facultate* Lg. 4. — *mediocris*] ab hoc vocabulo sequentia usque ad illa *eloquentem vel optime*, quae sunt in §. 39., hic omittuntur in Lg. 2. 4. 13. 32. Gu. 3., sed redduntur §. 50 post verba *obiurgatio cohortatio.* — *et apud*] *et* om. Gu. 3. — *et illi*] *ut illi* Vict. — *ea*] *illa* Gu. 1. — *isdem*] scribendum fuit ex optimis fontibus Lg. 2. 13. 16. 17. 32. 36. *hisdem* 4. 14. 15. 21. 23. 69. *idem* Gu. 3. Goerenzi decretum a Cicerone nunquam dictum *iis* sed *eis* vel *is* (ad Acad. II. 32, 105) recte refutavit Orellius. Ipsum illud Ciceronis decretum *iisdem* propter sonum malum fugi dicentis Or. 47, 157., pronuntiationem, non scripturam spectari ostendit. Nec solum *Dis* et *Deis* in titulis comparent, quae haud dubie recte cum illo pronomine conferuntur, sed etiam *Diis* legitur, v. p. 548, 9. 549, 3. Graev. Recipiendae autem formae breviores sunt, cum librorum fide nituntur. — *alterutri*] divisim Gu. 2,

contra Crassum, cum alterutri necesse sit falsum dicere; sed etiam ut uterque nostrum eadem de re alias aliud defendat, cum plus uno verum esse non possit. Ut igitur in eius modi re, quae mendacio nixa sit, [quae ad scientiam non saepe perveniat,] quae opiniones hominum et saepe errores aucupetur, ita dicam; si causam putatis esse, cur audiatis.

VIII. 31. Nos vero, et valde quidem, Catulus inquit, putamus atque eo magis, quod nulla mihi ostentatione videris esse usurus. Exorsus es enim non gloriose; magis, ut tu putas, a veritate, quam nescio qua dignitate. 32. Ut igitur de ipso genere sum confessus, inquit Antonius, artem esse non maximam, sic illud affirmo praecepta posse quaedam dari peracuta ad pertractandos

alteri Lg. 76. 86. *alterum* Vict. *alterum tibi* Gu. 3. — *sed etiam*] *si etiam* Gu. 3. *alterutrum* Lamb. — *verum*] *vero* Lg. 14. 15. 23. 67. 69. 76. om. 84 add. 93. — *eius modi*] *huius modi* Lg. 14 corr. 21. 76. 81. divisim 67. — *ita dicam — audiatis*] haec om. Gu. 3. Paulo ante uncinis saepsi verba *quae ad scientiam non saepe perveniat*, quae ineptam priorum de mendacio explicationem continere videntur, cum latine dici non possint, nisi de eo qui scientiae cupidus est. Bakius correxit *quae scientiam saepe pervertat* sententia a re plane aliena.

VIII. 31. *Catulus inquit*] inv. Lg. 73. v. explicationes ad I. 33, 149. — *es enim*] inv. Lg. 4. 17. 76. Lamb. *enim* om. 5. 6. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 76. 81. *es* om. Gu. 3. — *magis*] sic Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 14. 15. 23. 24. 32. 35. 36. 69. 84. 86. post *veritate* ponit 4. *magis a veritate, ut putas* Gu. 3. *magis ad veritatem* 67. Quaedam edd. et codd. *magisque*. — *nescio qua*] vulgo additum *a* ante *nescio* optimi ignorant Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 24 corr. 32. 36. 84. *an* 5. 20. 65. 81 corr. *ad* 21. Vide ad I. 9, 36.

32. *maximam*] *magnam* Lg. 4. 32 corr. 76. Vict. ita corr. 2. — *illud*] *istud* Lg. 65. — *affirmo*] *adfirmo* Lg. 67. 70. 73. 86. — *hominum animos*] dedi pro vulgato ordine *animos hominum* secutus Lg. 2. 4. 6. 13. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 65. 67. 69. 70. 73. 86. 93. — *excipiendas*] *explendas* Lg. 2. 13. 32 corr. 36.

hominum animos et ad excipiendas eorum voluntates. Huius rei scientiam si quis volet magnam quendam artem esse dicere, non repugnabo. Etenim cum plerique temere ac nulla ratione causas in foro dicant, nonnulli autem propter exercitationem aut propter consuetudinem aliquam callidius id faciant: non est dubium, quin, si quis animadverterit quid sit qua re alii melius quam alii dicant, id possit notare. Ergo id qui toto in genere fecerit, is si non plane artem, at quasi artem quandam invenerit. 33. Atque utinam, ut mihi illa videor videre in foro atque in causis, ita nunc quem ad modum ea reperirentur possem vobis exponere! Sed de me videro; nunc hoc ego propono, quod mihi persuasi, quamvis ars non sit, tamen nihil esse perfecto oratore praeclarius. Nam ut

Gu. 3. *expellendas* 4 corr. ut 2. *expediendas* 16. 70. 73 corr. *excipiendas esse* 21. *captandas* ex interpretamento Steph. Ald. Man. *excipiendas* inscr. *calide devolvendas* 76. v. explicationes. — *quandam*] om. Lg. 15. — *esse*] om. Vict. — *non nulli*] sic divisim Lg. 2. 67. 70. 84. 86. — *exercitationem aut propter*] haec om. Gu. 3. — *si quis animadverterit*] *cum animadv.* Gu. 3. — *alii melius*] *illi m.* Vict. — *quandam*] ante *artem* ponitur in Lg. 67. — *at*] *aut* Lg. 2. 13. 23. 32 corr. *ac* 36. Gu. 3. *et* 6. 21. — *invenerit*] *invenit* Lg. 35.

33. *utinam ut mihi*] *utique natura* Lg. 2. 13. 32 corr. 36. *ubique nam fuit* 4. *uti quae natura fiunt* Vict. *utinam quae nostra fuit* Gu. 2. — *videor videre*] ordinem inverti secundum Lg. omnes praeter 14. 15. 23. 69. 76. 81., item Gu. 3. *videor illa videre* quatuor priores illi. — *ita*] *item* Lg. 2. 13. 32 corr. 36. — *reperirentur*] *reperientur* Lg. 14. 69. ita v. 32. *reperiantur* 23. 93. edd. antiq. *repperiantur* 16. 67. — *possem*] *possum* 2. 4. 13. 32 corr. 36. Pal. 1. Pith. membr. Memm. U. Z. Erl. 1. *possim* Ald. Iunt. Crat. Vict. Man. Iniuria *reperiantur* — *possim* de Schuetzii coniectura recepit Muellerus, quam magis adhuc esset amplexus, si etiam codicibus quibusdam niti scivisset. — *exponere*] *exquirere* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. — *sed*] *set* Lg. 2. — *hoc ego propono*] *ego* vulgo abest; restitui ex Lg. 2. 13. 36. Gu. 3. — *quamvis*] *licet* Lg. 4. — *et libera*] *ac lib.* Lg. 14. 15.

usum dicendi omittam, qui in omni pacata et libera civitate dominatur, tanta oblectatio est in ipsa facultate dicendi, ut nihil hominum aut auribus aut mentibus iucundius percipi possit. 34. Qui enim cantus moderata oratione dulcior inveniri potest? quod carmen artificiosa verborum conclusione aptius? qui actor imitanda, quam orator suscipienda veritate iucundior? Quid autem subtilius quam crebrae acutaeque sententiae? quid admirabilius quam res splendore illustrata verborum? quid plenius quam omni genere rerum cumulata oratio? Neque enim ulla non propria oratoris res est, quae quidem ornate dici graviterque debet.

69. 93. *et libera et pacata* 67. — *oblectatio est*] *oblectatione* Gu. 3. — *aut mentibus*] om. Lg. 86.

34. *qui*] *quis* Lg. 2. Gu. 3. Steph. Ald. Iunt. Man. al. — *moderata oratione*] hoc restitui, quia testatissimum est sensuque non deterius. Habent optimi omnium libri Lg. 2. 4. 13. 32 (add. *pronuntiatione)* 36., praeterea 3. 5. 16. 21. 65. 67. 70. 73 add. ut 32. 86. Pal. 1. Pith. mbr. Memm. U. Z. Erl. 1. Erf. — *moderata pronuntiatione*, quae est manifesta *orationis* explicatio, ne quis de *oratione habita* s. scripta, λόγῳ cogitaret, ε. edd. antiquiss., mg. Crat. — *moderatae orat. pronuntiatione* Havn. 1. 2. Gu. 1. 2. Ox. non nulli et vulgo post Aldum. *moderatae orationis* (om. *pronuntiatione)* Pal. 3. a pr. m. Quod Man. et recentiores post Sch. dederunt, *moderata orationis pronuntiatione* nulla fide censendum est; non enim ita Gu. 3. (quem A. dicit Henr.), sed *moderationi orationis pronuntiatione:* interpolatione aperta. — *conclusione*] *confusione* Gu. 3. Lg. 2 corr. et var. ut 24. et 93., in quibus est *constructione.* 3 corr. 4 v. ut 93. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 20. 21. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 84. 86. *compositione* 76. v. ut 2. Explicuit hoc nescio quis in Lg. 4. *commixtione verborum. Conclusione* igitur meorum Gu. 1. 2. Lg. 17. 23. 32. 81. — *imitanda — suscipienda*] *in* utrobique additum sustuli secundum Lg. 2. 4. 13. 32. 36. priore loco addidit m. sec. in 4. altero in 2. 32. V. explicatt. ad I. 3, 12. — *crebrae acutaeque sententiae*] sic ordinem usitatum *acutae crebraeque* inverti secundum codd. meos omnes, et sic dici oportuit nomine generali praecedente, speciali subsequente. — *quid admirabilius*]

IX. 35. Huius est in dando consilio de maximis rebus cum dignitate explicata sententia; eiusdem et languentis populi incitatio et effrenati moderatio; eadem facultate et fraus hominum ad perniciem et integritas ad salutem vocatur. Quis cohortari ad virtutem ardentius, quis a vitiis acrius revocare, quis vituperare improbos asperius, quis laudare bonos ornatius, quis cupiditatem vehementius frangere accusando potest, quis maerorem levare mitius consolando? 36. Historia vero testis temporum lux veritatis vita memoriae magistra vitae nuntia vetustatis qua voce alia, nisi oratoris, immortalitati commendatur? Nam si qua est ars alia, quae verborum

inseritur *autem* in Lg. plerisque praeter 2. 4. 6. 13. 24. 32. 36. 67., item in Gu. 1. 2. — *illustrata*] *inlustrata* Lg. 70. 73. — *genere rerum*] vulgo *rerum genere*, quod invenit cui displiceret sonus iuxta positorum *re re*. Sed ita scribitur in optimis, Gu. 3. Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 24. 32. 35. 36. 67. 84. — *neque enim*] non multum absum quin *enim* abiiciam secundum Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 3. Sic oratio breviter et cum vi concluditur; addita particula causa priorum redditur. — *ulla*] *nulla* Lg. 15. — *non*] om. Lg. 4. Gu. 2. — *res est*] vulgo inv. Ascivi ordinem Lg. 2. 3. 6. 13. 15. 24. 32. 36. 67. 84. Gu. 3. — *debet*] vulgo *debeat*. Correxi ex Lg. 2 corr. 4. 13. 32 corr. 36. *debebat* 17. Coniunctivi usus hic nullus est.

IX. 35. *explicata*] *explicita* Lg. 24. 32 corr. Gu. 3. ita corr. 73. — *et languentis*] *etiam gentis* Gu. 3. — *et fraus*] *et* om. Lg. 76. Vict. Ald. al. — *quis — acrius*] om. Gu. 1. — *vituperare*] *reprobare* Lg. 4. — *accusando*] *adcusando* Lg. 5. 65. 67. 70.

36. *vita memoriae*] *vita maiore* Gu. 1. *vitae memoriae* Lg. 4. *vitae* om. 84 Schuetzii suspicio *via memoriae* tamen ferri nequit. De sententia v. explicationes. — *immortalitati*] *immortalitate* Lg. 2. 4. 5. 13. 14. 16. 20. 21. 24. 32. 35. 65. 70. 73. 84. 86. 93. *immortalitate* 3. *in mortalitatis* 6. *in mortalitate* 69. 81. — *commendatur*] *commendant* Vict. — *ars alia*] *ars aliqua* Lg. 14. 15. 69. — *faciendorum aut*] om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 3. *innovandorum* (p. *fac.*) 76. — *deligendorum*] *legendorum* Lg. 4. 32 corr. ut 3. Gu. 3. *delegen-*

aut faciendorum aut deligendorum scientiam profiteatur; aut si quisquam dicitur, nisi orator, formare orationem eamque variare et distinguere quasi quibusdam verborum sententiarumque insignibus; aut si via ulla, nisi ab hac una arte, traditur aut argumentorum aut sententiarum aut denique descriptionis atque ordinis: fateamur aut hoc, quod haec ars profiteatur, alienum esse aut cum alia aliqua arte esse commune. 37. Et si in hac una est ea ratio atque doctrina: non, si qui aliarum artium bene locuti sunt, eo minus id est huius unius proprium; sed ut orator de iis rebus, quae ceterarum artium sunt, si modo eas cognovit, ut heri Crassus dicebat, optime potest

dorum 3. 5. 16. 17. 21. 23. 24 corr. 35. 65. 70. 73. 76. 81. 86. *eligendorum* 84. — *aut si quisquam*] Lg. omnes, Gu. 1. 2. 3. Quaedam edd. om. *aut*. — *dicitur*] *dicit* Lg. 2. 4. 13. 14 corr. 16. 20. 21. 24 corr. *didicit* (id est p. v. in 3. 5) 35. 36. 65. 70. Gu. 3. ita corr. 32. *discit* Vict. Omnia illa orta ex compendio scribendi *dicit*. — *atque ordinis*] *aut ord.* Lg. 3. 5. 16. 21. 65. 67. 70. 73. 84. 86. 93. Vict. ita corr. 32. Perpetua est ea confusio a scriptura *at.* repetenda. V. codd. scripturam I. 5, 18. 8, 32. 15, 65. 49, 215. II. 13, 55. 15, 63. 17, 72. 35, 150. 77, 315. III. 2, 7. 38, 153. 154. 49, 190. 191. cf. Cort. ad Sall. Iug. 82, 2. Heusinger. ad Off. II. 17, 2. et nos infra ad III. 2, 7. — *hoc, quod*] *hoc quidem* Gu. 2. Lg. 3. 4. 32. 67. Ante haec inseritur vocabulum *insignibus* in Gu. 3. *fateamur* om. Gu. 1. — *cum alia aliqua*] sic pro vulgato *aliqua alia* Lg. 2. 3. 5. 6. 13. 14. 16. 17. 20. 23. 32. 35. 36. 67. 69. 70. 73. 84. 86. Erl. 1. Sch. Muell. Or. Henr. *alia et aliqua* 4. *alia* om. 21. 65. Sch. in ed. mai. Paulo ante verba *aut hoc quod haec ars profiteatur* om. Vict.

37. *Et*] scripsi pro vulgato *sed* ex Lg. 2. 4. 13. 32 corr. *set.* 36. Vict. Gu. 3. Qui *sed* correxerunt, ignorarunt altera particula consequentia cum antecedentibus arctius connecti. *Sed si una ea ratio atque doctrina* Bakius corrigit vulgatam scripturam mire interpretatus, ut absurdam esse ostenderet: *si illud bene dicere profiteatur alia quaedam ars, non haec oratoris.* At *una* illa *ars* ipsa est oratoria. — *ea ratio*] *ea* om. Lg. 2. 4. 5. 13. 17 v. u. t. 32 corr. 36. 86. et videtur facile posse subaudiri. Sed excidit propter praecedens *est*. In Gu. 3. legitur *et si haec*

dicere, sic ceterarum artium homines ornatius illa sua dicunt, si quid ab hac arte didicerunt. 38. Neque enim, si de rusticis rebus agricola quispiam aut etiam, id quod multi, medicus de morbis aut de pingendo pictor aliquis diserte dixerit aut scripserit, idcirco illius artis putanda est eloquentia; in qua, quia vis magna est in hominum ingeniis, eo multi etiam sine doctrina aliquid omnium generum atque artium consequuntur; sed quid cuiusque sit proprium etsi ex eo iudicari potest, cum videris quid quaeque doceant, tamen hoc certius esse nihil potest, quam quod omnes artes aliae sine eloquentia suum munus praestare possunt, orator sine ea nomen suum ob-

in hac una est ratio. Ceterum *oratio* Gu. 1. 3. Lg. 4. 13. 17 v. u. t. 21. 32 corr. 36. ita var. 15. *oratio ratio* 65. — *non*] *nisi* Gu. 3. — *locuti*] *loquuti* Lg. 17. 21. 69. 70. 73. 81 corr. 86. — *sed*] *set* Lg. 2. *si* 4. 32 corr. — *iis*] *his* Lg. 23. 67. 69. 70. 73. 84. Gu. 2. 3. — *cognovit*] Sic Havn. 1. 2. Ox. omnes, Gu. 1. 2. 3. Sch. Muell. Henr.; accedunt nunc Lg. omnes praeter 4. 93.; ille *cognorit,* hic *cognoverit.* Alterum Orellius restituit, alterum edd. antiq. et Lambinus.

38. *rusticis rebus*] inv. Lg. plerique (XIX) sed si excipias 2. non optimi; sic iam Lambinus. — *medicus*] *medici* Lg. praeter 65. 67. 69., item Gu. 2. 3. et alii sine dubio plurimi. — *de pingendo*] *si de pingendo* Lg. 2. 35. 36. 69. 76. 93. *si depingendo* 4. 13. 14. 15. 23. 32 corr. — *aliquis*] *aliquid* Lg. 2. 6. Gu. 3. — *aut scripserit*] *vel scr.* Lg. 4. — *idcirco*] *iccirco* Lg. 20. 36. *id circo* Vict. — *est*] vulgo *sit.* Illud dedi ex Lg. omnibus praeter 6. 24. 65. 81. quorum 24. om. sed add., item Gu. tribus. — *quia vis*] *quamvis* Lg. 2 corr. *quia* om. 17 add. — *in*] om. Gu. 2. — *eo multi*] *emolumenti* Gu. 3. — *consequuntur*] *consecuntur* hic semel optimi Lg. 2. 4. 36., praeterea 15. 20. Vict. Sed non recipio, cum ceteri boni, Lg. 13. 32. Gu. 3. vulgatam scripturam referant. — *sed*] *set* Lg. 2. — *quid cuiusque*] *quod cuiusque* Lg. omnes vitiose. In Gu. 3. legitur *quid que* et sequitur mediis omissis *tamen hoc certius.* — *etsi*] divisim Lg. 69. 70. 76. 81. 84. 86. 93. *et* corr. *et si* 2. 23 exp. Vict. — *esse nihil*] vulgo invertitur ordo. Quo dedi Lg. 2. 5. 6. 13. 14. 15. 17. 21. 23. 24. 32. 36. 65. 69. 70. 73. 86. 93. — *nomen*

tinere non potest; ut ceteri, si diserti sint, aliquid ab hoc habeant, hic, nisi domesticis se instruxerit copiis, aliunde dicendi copiam petere non possit.

X. 39. Tum Catulus, Etsi, inquit, Antoni, minime impediendus est interpellatione iste cursus orationis tuae, patiere tamen mihique ignosces. *Non enim possum, quin exclamem,* ut ait ille in Trinummo; ita oratoris mihi vim cum exprimere subtiliter visus es, tum laudare copiosissime; quod quidem eloquentem vel optime facere oportet, ut eloquentiam laudet; debet enim ad eam laudandam ipsam illam adhibere, quam laudat. Sed perge porro; tibi enim assentior vestrum esse hoc totum diserte dicere idque si quis in alia arte faciat, eum assumpto aliunde uti bono, non proprio nec suo. 40. Et Crassus, Nox te, inquit, nobis, Antoni, expolivit hominemque reddidit. Nam hesterno sermone unius cuiusdam operis,

suum] inv. Lg. 3. 15. 23. 67. 69. 93. — *obtinere*] *prestare* Lg. 6. 20.

X. 39. *etsi*] divisim Lg. 2. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. Vict. — *ignosces*] *ignoscas* Lg. 16. 17. Pro *mihique* in Gu. 3. est *nihilque*, in Gu. 2. om. *que*. — *Trinummo*] *trimino* Lg. 2 corr. *trivio*. *trinumo* s. *trinunio* (haec enim cum *i* raro punctum sustineat, aegre dignoscas) Gu. 1. 3. *tritumnio* Vict. — *oratoris mihi vim*] vulgatum ordinem *mihi vim oratoris* mutavi secundum Lg. omnes. *mihi* om. Vict. — *cum exprimere*] *tum* vitiose Lg. omnes praeter 23. 32, in quo posteriore *tum* m. sec. Contra *cum* correctum in 5. 24. Praeterea verior scriptura, de qua post Stuerenburgi expositionem ad Arch. p. 164. controversia esse nulla potest, in Gu. 2. 3. exstat. — *quidem*] in Lg. 2. 4. post hanc vocem, in 13. post *eloquentem* sequuntur quae in §. 69. 70. leguntur, a verbis *primarum et certarum* ad *arbitror*. — *optime*] *optume* Lg. 20. — *ipsam*] *illam* inv. Lg. 35. 81. Vict. Gu. 1. *illam* om. 76. — *assentior*] *adsentior* Lg. 13. 65. 67. 70. 73. 86. — *arte*] *re* Lg. 3. 5 mg. u. t. 14 mg. u. t. 16. 21. 23. 65. 67. 69. 84. 86. 93. ita v. 32. *a re* 15. 17 v. u. t. — *assumpto*] *p* tenent mei omnes praeter 3. 4. 5. 6. ita Lamb. *adsumpto* 65. 70. 73. 86. Vict.

ut ait Caecilius, remigem aliquem aut baiulum nobis oratorem descripseras inopem quendam humanitatis atque inurbanum. Tum Antonius, Heri enim, inquit, hoc mihi proposueram, ut, si te refellissem, hos abs te discipulos abducerem; nunc Catulo audiente et Caesare videor debere non tam pugnare tecum, quam quid ipse sentiam dicere. 41. Sequitur igitur, quoniam nobis est hic, de quo loquimur, in foro atque in oculis civium constituendus, ut videamus quid ei negotii demus cuique eum muneri velimus esse praepositum. Nam Crassus heri, cum vos, Catule et Caesar, non adessetis, posuit breviter in artis distributione idem, quod Graeci plerique posuerunt neque sane quid ipse sentiret, sed quid ab illis diceretur ostendit: duo prima genera quaestionum esse, in quibus eloquentia versaretur, unum infinitum, alterum certum. 42. Infinitum mihi videbatur id dicere, in quo aliquid

40. *et Crassus*] *at Cr.* Lg. 69. 93. — *nox*] *vox* Lg. 2. 76. 81. ita var. 4. *nos* 3 corr. 21. 67. — *expolivit*] *expoliit* Lg. 3. 13. 32. 36. 84. alii quidam *expolit* et *expoluit.* — *hesterno*] *externo* Gu. 3. — *unius cuiusdam*] *uniuscuiusque* Lg. 3. 5. 15. 16. 20. 23. 86. et divisim 65. 67. 69. 70. 73. 84. 93. ita corr. 32. *cuiusdam* eiici vult Bakius. — *inurbanum*] *urbanum* Lg. 2 corr. om. 36. *in urbanum* 81. — *Antonius*] ferri non potest *M. Antonius*, etsi in optimis legitur Lg. 2. 3. 4. 13. 36. 67. 84. v. explicatt. ad III. 1, 4. — *inquit*] om. Lg. 20. 24. *mihi hoc, inquit* 36. *mihi hoc etiam* 84. *hoc* om. Vict.

41. *nobis*] *vobis* Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36. 67. Gu. 3. — *loquimur*] *loquitur* Gu. 3. — *praepositum*] *propositum* Lg. 3. 5. 16. 17. 20. 21. 23. 32 corr. 35. 36. 65. 67. 70. 73. 76. 81. 84. 86. — *adessetis*] *affu etis* Gu. 3. supr. scr. a m. sec. *iss.* — *idem*] *id* Lg. 2. 4. 32 corr. 76. — *illis*] *aliis* Lg. 15. ita corr. et exp. 32. *his* 69. 93. — *prima*] *primum* Lg. 2. 13. 32 corr. 36.

42. *videbatur*] *videtur* Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 84. 86. 93. Ald. Iunt. Crat. Man. ita corr. 32. — *expetendane*] *expectanda esset ne* Gu. 1. — *expetendine*] *petendine* Vict. — *constituta re*] vulgo additum *in* nec per se necessarium est; est enim constituta et definita res

generatim quaereretur, hoc modo: Expetendane esset eloquentia? expetendine honores? certum autem, in quo quid in personis et in constituta re et definita quaereretur; cuius modi sunt, quae in foro atque in civium causis disceptationibusque versantur. 43. Ea mihi videntur aut in lite oranda aut in consilio dando esse posita. Nam illud tertium, quod et a Crasso tactum est, et, ut audio, ille ipse Aristoteles, qui haec maxime illustravit, adiunxit, etiam si opus est, minus est tamen necessarium. Quidnam? inquit Catulus, an laudationes? id enim video poni genus tertium.

propter personas ipsas, quae in ea versantur, de quo loquendi genere dictum ad I. 15, 65; et ablativi rationem absolutum sequi possunt. Abest *in* a codd. Lg. praeter 76. 81., item ab Gu. 3. edd. Ald. Crat. Man. Lamb., sed non licet horum sectam sequi, quod optimi 2. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. inferciunt *in* ante *definita*.

43. *oranda*] *ordinanda* codd. fere omnes; *ornanda* Pall. praeter 1. Pith. mbr. Memm. (i. e. tres Lambini) Erl. 1. Z. Gu. 3. Lg. 2. 4. 13 corr. ut vulg. 32. 36. 70. Illa Gulielmii coniectura recentioribus post Sch. probata est. — *et a Crasso*] *et* om. Lg. praeter 2. 24. 36. 76. 81. — *tactum*] *tractatum* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. 70. Gu. 2. 3. non deterius. *tacitum* 3. 5 v. ut 2., in quo ipso est corr. ut text. — *haec*] *hoc* Vict. corr. — *etiam si*] sic divisim Lg. 2. 21. 65. 69. 73. 76. 81. 84. 86. 93. Vict. Gu. 1. Ald. Man. Lamb. — *minus est tamen*] hunc selectiorem ordinem restitui ex Lg. 2. 4. 6. 13. 24. 32 corr. 36. Gu. 3. *tamen est minus* Vict. Gu. 2. — *quidnam*] divisim Vict. Lg. 2. 69. 70. 76. 93. Man. Lamb. — *an*] *in* Gu. 3. mire.

XI. 44. *affuerunt*] *adfuerunt* Lg. 2. 5. 65. 67. 70. 73. 86. — *a te*] sic Lg. 2. 4. 13. 21. 32 corr. 36. Gu. 3. — *Popilia*] *Popillia* Man. V. explic. ad III. 43, 171. — *vestra*] *nostra* Lg. 67. 86 corr. vestigium fortasse scripturae *vostra*. — *et ad praecepta*] *ad* om. Lg. 14. 16. 23. 69. 70. 73. 93. Lamb. eoque careremus aequo animo.

45. *his*] *iis* Lg. 23. 35. 70. 73. 86. Crat. Man. Henr. *is* 65. *hiis* 2. 81., quod magis aptum est ad *iis*, quam ad *his* firmandum. — *omnia ornamenta dicendi*] sic probabili emendatione Muell. Or. Henr. Vulgatur *omnia ornate dicendi praecepta*, et *praecepta* in omnibus libris exstat; *ornate dicendi* in Havn. 1. Gu. 1. 2.

XI. 44. Ita, inquit Antonius; et in eo quidem genere scio et me et omnes, qui affuerunt, delectatos esse vehementer, cum a te est Popilia mater vestra laudata; cui primum mulieri hunc honorem in nostra civitate tributum puto. Sed non omnia, quaecunque loquimur, mihi videntur ad artem et ad praecepta esse revocanda. 45. Ex his enim fontibus, unde omnia ornamenta dicendi sumuntur, licebit etiam laudationem ornare neque illa elementa desiderare; quae ut nemo tradat, quis est, qui nesciat quae sunt in homine laudanda? Positis enim iis rebus, quas Crassus in illius orationis suae, quam contra collegam

Lg. praeter illos, quos statim dicam. Nam *ad omnia ornamenta dicendi praecepta* Vict. Steph. Z. *β. δ.* Gu. 3. Erf. Lg. 2. 3. 4. 13. 17. 20. 24 corr. 32. 36. 67. 84. Unus 6. *ad omnia ornate dic. pr.* Pro *ad* Erl. 1. *et;* omittit Havn. 2. Ut Lg. optimi, dedit Schuetzius. *Praecepta* ascriptum videtur ab eo, qui fontes ornamentorum dicendi explicaturus esset; quod cum in verba scriptoris irrepsisset, secuta est altera interpolatio *ad.* Praeterea luce clarius est quod Orellius monuit, *elementa* statim dici praecepta rhetorum, eaque *ornamentis* opponi. — *sumuntur*] *sumentur* Havn. 1. 2. Vict. Ald. Iunt. Crat. Man. De Gu. 1. 2. errat Henrichsen. Aptum non est, quia generatim dicitur et ἀορίστως, non de certa quadam sumendorum ornamentorum causa et condicione. — *laudationem*] *orationem* Lg. 3. 23. 67. — *tradat*] *tradit* Lg. 17. — *sunt*] vulgatum *sint,* quod per se non minus bonum est, correxi ex Lg. 2. 4. 32 corr. 36. Gu. 3. om. 13. *Quae,* i. e. *ea quae.* — *positis*] *poscit* Lg. 2. *possit* 4. 13. 32 corr. 36. *posscit* Gu. 3. *possitis* 5. 21. 24 corr. 65. 84. — *iis*] *in* Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36. 67. Gu. 3., quod sane magis favet recepto quam scripturae *his,* quae est in 69. Gu. 1. *in his* 6. 24 corr. *hiis* (om. *in)* 81. *hi* 84. — *suae*] om. Gu. 3. — *collegam*] *conlegam* Lg. 65. 70. 73. Rarius et in paucioribus libris hoc reperiri certum est, etsi non nulli adamarunt. Omnino formam assimilatione affectam sperni non debere, si librorum fidem revereare, clare ostendit contra Wunderum Freundius ad Cic. p. Mil. p. 26.; etsi non omnia a praepositione *cum* composita pari dignitate putanda sunt. Nam *conmunis* et *conparo* tenuissima auctoritate sunt; longe firmioribus radicibus nituntur *conlatus conlocare conlega;* posterius assimilata praepositione scribi propter alia saepius integram servantia damnat

censor habuit, principio dixit: *Quae natura aut fortuna darentur hominibus, in iis rebus se vinci posse animo aequo pati; quae ipsi sibi homines parare possent, in iis rebus se vinci pati non posse;* qui laudabit quempiam intelleget exponenda sibi esse fortunae bona. 46. Ea sunt generis pecuniae propinquorum amicorum opum valetudinis, formae virium ingeni et ceterarum rerum, quae sunt aut corporis aut extraneae; si habuerit, bene rebus his usum;

Niebuhrius in conspectu orthographiae Ciceronis de Re publica; defendit Muellerus ad Varr. L. L. p. XXXVII. Iure. Utraque scriptura Augusti aetatis fuit nec minus utraque valuit sequentibus seculis. *Conlapsus* in inscriptionibus Dacicis, igitur non antiquioribus Traiano legitur p. 7, 2. 24, 6. item Valeriani aetatis p. 158, 8. nec antiquiora sunt *conlocare* p. 177, 6. p. 476, 7 (et a. p. Ch. 345). *conlatus* p. 366, 1. p. 417, 4 (ex a. u. 1091). 474, 3. 1032, 1. 1072, 3. *conlatio* p. 129, 1. 428, 6. Graev. *conlega* et *conlegium* nr. 3793. p. 176 Orell. p. 649, 8 Graev. sed longe frequentiora sunt *collega* et *collegium;* p. 1014, 1. 1072, 3. 1074, 2. 1083, 10. 1088, 1. 1091, 11. 1101, 1. et aliis locis multis. Eadem plane res est in vocula *in; illustrare* et *inlustrare, illatus* et *inlatus* pari iure fuerunt, eaque ipse Romae in palatii Vaticani ambulatione, cuius parietibus Inscriptiones plurimae Marini opera affixae sunt, centies oculis ursurpavi. Suavitatis causa adscita esse *collegit* et *pellexit* Quintilianus dicit XI. 3, 35.; quin iam Lucilii temporibus magis placuisse *pellicere* quam *perlicere* auctor est Velius Longus p. 2227., cf. Intpp. Festi p. 603 ed. Lindem. Omnis in hac re incertitudo cum codicum tum grammaticorum inde repetenda, quod assimilatio pronunciationis erat, cum aliter scriberetur non ab omnibus, sed a multis. Hoc clare probatur verbis Quintiliani I. 7, 7. Iam hac tota disputatione quid efficitur? Scilicet non alterum unice probandum esse, ut antiquariis inter philologos placuit, nec retinendum, quod quoque loco plurimi libri tuentur, sed illud asciscendum esse, quod in singulis veterum scriptorum operibus optimos testes habet. Nunquam igitur in his libris a me scribitur *conlega* et *conlegium* et *conlatus* et *conlegit* et *conlabi* et *conmunis*, quod hae scripturae in paucis et plerisque deterioribus codicibus nec semper iisdem nec perpetuo emergunt. — *principio*] *in principio* Lg. 4. 13. 36. primus addito *dicendi;* nec tamen hi supra praepositionem omittunt. — *in iis*] *in hiis* Lg. 2. 81. *in his* 13. 20. 21. 23. 24. 67. 69. 76. 84. Vict. Gu. 2. *is* 86. —

si non habuerit, sapienter caruisse; si amiserit, moderate tulisse; deinde quid sapienter is, quem laudet, quid liberaliter quid fortiter quid iuste quid magnifice quid pie quid grate quid humaniter quid denique cum aliqua virtute aut fecerit aut tulerit. Haec et quae sunt eius generis facile videbit, qui volet laudare; qui vituperare, contraria. 47. Cur igitur dubitas, inquit Catulus, facere hoc tertium genus, quoniam est in ratione rerum? Non

se vinci] inv. Lg. 3. 4. 32. 67. Lamb. — *animo aequo*] inv. Lg. 15. 69. — *in iis*] *in his* Lg. 20. 21. 24. 36. 67. 69. 76. 84. Gu. 2. *hiis* 2. 81. — *se vinci pati non posse*] *se pati non posse vinci* Lg. 4. 6. 13. 20. 24 et 32 corr. 36. Gu. 3. Man. Lamb. *se vinci non posse animo aequa pati* Lg. 70. Alterum *vinci* eiici Bakius vult propter ingratiorem infinitivorum concursum. — *intelleget*] scripsi ex Lg. 13. 36. 65. *intelligit* 81. Gu. 1. *intell. exponenda*] *posset dici expona* Gu. 3.

46. *sunt generis*] *huius generis sunt* Lg. 67. — *valetudinis*] *valitudinis* Lg. 4. 6. 14. 21. 24. 67. 69. 70. 76. 81. 84. 86. 93. Gu. 1. 2. Vict. ita corr. 73. — *ingeni*] scripsi ex Lg. 13. 16. 65. — *et ceterarum*] ascivi ex Lg. 2. 4. 13. 32 corr. Gu. 3. pro vulgato *ceterarumque*. — *rerum*] om. Gu. 3. — *extraneae*] *externae* Lg. 84. — *rebus his*] vulgo omittitur *rebus*, quod agnoscunt Lg. 2. 3. 4. 13. 23. 32. 35. 36. 67. 70. 76. horum *hiis* 2. *his* 3. 4. 13. 32. 36. 67. *iis* ceteri. — *magnifice quid pie quid*] haec om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. Gu. 3. — *humaniter*] *humiliter* Gu. 3. — *haec et*] *et haec* 4. *et* om. 16. 32 corr. 35. 36. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. — *sunt*] sic pro vulgato *sint* Gu. 2. 3. Lg. 2. 4. 13. 32. 35. 36. 81. Havn. 1. 2. Lamb. Sch. in ed. mai.; est enim circumlocutio significans *cetera eius generis*. — *laudare*] vulgo sequens *quempiam* delevi secundum Lg. 2. 4. 13. 32 add. Gu. 3. — *qui*] vulgatur *et qui*. *et* eieci secundum Lg. 2. 6. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 36. 65. 69. 70. 73. 76. 81. 86. Gu. 3. *qui* om. Gu. 1.

47. *est*] scripsi pro *inest* ex Lg. 2. 4. 6. 13. 14. 24. 32 corr. 36. Gu. 3., quorum 2. 13. 36. Gu. 3. etiam *rationem* habent. Quod etsi probari nequit, *esse* tamen pro *positum esse*, *niti consentaneum esse* longe elegantius dicitur quam vulgata scriptura. V. explicationes. Bakius corrigit *inest ratio rerum*. Sed *ratio* est *μέθοδος*, quod ipse quoque vidit, *res* autem sunt illae, quae in oratorio munere et provincia insunt. — *ratione*] *oratione*

enim, si est facilius, eo de numero quoque est excerpendum. Quia nolo, inquit, omnia, quae cadunt aliquando in oratorem, quamvis exigua sint, ea sic tractare, quasi nihil possit dici sine praeceptis suis. 48. Nam et testimonium saepe dicendum est, ac non nunquam etiam accuratius, ut mihi necesse fuit in Sex. Titium seditiosum civem et turbulentum; explicavi in eo testimonio dicendo omnia consilia consulatus mei, quibus illi tribuno plebis pro re publica restitissem, quaeque ab eo contra rem publicam facta arbitrarer exposui. Diu retentus sum, multa audivi, multa respondi. Num igitur placet, cum de eloquentia praecipias, aliquid etiam de testimoniis dicendis quasi in arte tradere? Nihil sane, inquit Catulus, necesse est.

XII. 49. Quid? si, quod saepe summis viris accidit, mandata sint exponenda aut in senatu ab imperatore aut ad imperatorem aut ad regem aut ad populum aliquem a senatu: num, quia genere orationis in huius modi

Lg. 69. 86 corr. om. 17. — *quamvis*] *quantum* Lg. 6. 24. — *exigua*] *eximia* Lg. 76. *egregia* Ald. Man. al.

48. *et testimonium*] Sch. ex coni. Heusingeri *etiam:* sed oratio, quam alterum *et* excepturum erat, multis interpositis *ἀνακόλουθος* facta resumitur §. 49. — *non nunquam*] sic codd. optimi, Lg. 2. 4. 5. 6. 13. 36. 70. Vict., modo quod *non unquam* nonnulli. *nunquam* 84. — *ut mihi*] additur *etiam* in Lg. 2. 3. 4. 13. 36. 67. 84. Gu. 3. — *seditiosum*] *sed illo sedit.* Gu. 3. *sed illum sedit.* Vict. — *testimonio*] *testimonium* Lg. 2. 3. 5. 13. 14. 15. 20. 23. 32. 35. 36. 65. 67. 76. 81. 84. — *consilia*] om. Vict. — *restitissem*] *prestitissem* Gu. 1. Vict.

XII. 49. *summis viris*] *viris* om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 3. — *mandata*] *et mandata* Lg. 3. 67. 84. ita corr. 32. — *huius modi*] *eiusmodi* Lg. 3. 32. 36. 84. — *num quia*] *non quia* Gu. 1. *num quid* Gu. 3. cf. ad I. 58, 249. — *ex ceteris*] *et c.* Lg. 6. *et ex* 17. 35. 69. 81. — *comparata*] *comparanda* Gu. 3. Verba *ex ceteris rebus* om. Lg. 2. 4. 13. 24 add. 32 add. 36.

causis accuratiore est utendum, idcirco pars etiam haec causarum numeranda videtur aut propriis praeceptis instruenda? Minime vero, inquit Catulus. Non enim deerit homini diserto in eiusmodi rebus facultas ex ceteris rebus et causis comparata. 50. Ergo item, inquit, illa, quae saepe diserte agenda sunt et quae ego paulo ante, cum eloquentiam laudarem, dixi oratoris esse, neque habent suum locum ullum in divisione partium neque certum praeceptorum genus et agenda sunt non minus diserte, quam quae in lite dicuntur, obiurgatio cohortatio consolatio; quorum nihil est, quod non summa dicendi ornamenta desideret? sed ex artificio res istae praecepta non quaerunt. Plane, inquit Catulus, assentior. 51. Age vero, inquit Antonius, qualis oratoris et quanti hominis in dicendo putas esse historiam scribere? Si, ut Graeci scripserunt, summi, inquit Catulus; si, ut nostri, nihil opus est oratore; satis est non esse mendacem. Atqui, ne nostros contemnas, inquit Antonius, Graeci quoque

50. *item*] *enim* Gu. 2. — *agenda sunt*] inv. Vict. — *diserte*] *diserta* Gu. 3. — *paulo*] sic Lg. omnes et Vict., praeter 3. 4. 5. 6. Lamb. — *suum locum*] *suum* om. Vict. — *ullum*] *illum* Lg. 3. 32 corr. — *cohortatio consol.*] inv. Lg. 15. 20. Gu. 1. *consol. obiurgatio cohort.* Lg. 4. — Hic in Lg. 2. 4. 13. 32. Gu. 3. post §. 30—39, quae bibliopegae errore hic ponuntur, lacuna incipit pertinens ad §. 60 extr. et verba *sed ne latius.* — *dicendi ornamenta*] inv. Lg. 14 corr. 15. — *desideret*] *consideret* Lg. 81 corr. — *assentior*] *adsentior* Lg. 65. 67. 70.

51. *oratoris et*] si abesset, nemo profecto requireret. Puto adscripsisse qui interpretaturus esset illud *qualis et quanti hominis in dicendo.* — *historiam scribere. Si, ut*] *sicut* cum prioribus continuatum Lg. 3. 5. 6. 20. 21. 24. 35 corr. 65. 67. 70. 73. 76 84. *sicuti* 14. 15. 23. 69. — *scripserunt*] *scriptitarunt* Lg. 76. 84. — *si, ut nostri*] *sunt nostri*] Lg. 67. 86 corr. u. t.; idem sed non correctum 3. 5. 6. 20. 21. 84. *sicut* 14. 15. 16. 23. 24 corr. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. 93. om. *si, ut nostri* 67. —

ipsi sic initio scriptitarunt, ut noster Cato, ut Pictor, ut Piso. 52. Erat enim historia nihil aliud nisi annalium confectio, cuius rei memoriaeque publicae retinendae causa ab initio rerum Romanarum usque ad P. Mucium pontificem maximum res omnis singulorum annorum mandabat literis pontifex maximus referebatque in album et proponebat tabulam domi, potestas ut esset populo cognoscendi; ii qui etiam nunc annales maximi nominantur. 53. Hanc similitudinem scribendi multi secuti sunt, qui sine ullis ornamentis monumenta solum temporum hominum locorum gestarumque rerum reliquerunt. Itaque qualis apud Graecos Pherecydes Hellanicus Acusilas fuit aliique permulti, talis noster Cato et Pictor et Piso, qui neque tenent, quibus rebus ornetur oratio (modo enim huc ista sunt importata), et, dum intellègatur quid dicant, unam dicendi laudem putant esse brevitatem.

Graeci quoque ipsi] sic Havn. 1. Gu. 2. Lg. omnes, qui hic lacunosi non sunt, Steph. Lamb. Muell. Or. Henr. *quoque* om. Havn. 2. Ox. omnes et vulgo post Gruterum. — *scriptitarunt*] *scriptitaverunt* Lg. 21.

52. *nihil aliud*] *nil aliud* Lg. 15. 23. 69. 76. 93. Gu. 1. — *Romanarum*] *humanarum* Lg. 3. 16. 23. 67. 73. — *P. Mucium*] *q. p. mutium* Gu. 1. 2. *C.* s. *G. mutium* Vict. Lg. omnes praeter 14. 24. 93. — *omnis*] scripsi secutus Lg. 3. 5. 16. 20. 65. 67. 70. 73. 84. 86. — *mandabat literis*] om. Vict. *literis* uno *t* Lg. 3. 14. 17. 81. 93. — *referebat*] haec Lambini coniectura omnium fere plausum tulit. Libri *efferebat;* ex optimis, si lacunosi non essent, fortasse aliquid praesidii peti posset. — *album*] additur in Lg. 73: *proprie tabula, ubi po. r. scribebantur actiones,* fortasse ex scholiis Gasparini Barzizii. — *altum*] Vict. corr. — *ii qui*] *hique* Lg. 20. 93. Lamb. *hi qui* 21. 24. 65. 70. 73. 76. 84. 86. *iique* 36. *hii* 67. V. ad I. 14, 62. — *etiam*] om. Lg. 93.

53. *monumenta*] *monimenta* Lg. praeter 6. 14. 20. 35. 81. 84. 93. — *gestarumque rerum*] inv. Lg. 35. — *Pherecydes Hellanicus Acusilas*] ineptissimi errores plerorumque librorum sunt in his nominibus. — *ornetur*] sic Erl. 1. Lg. praeter 36. 81. 84. omnes, edd. antiq. Lamb. Henr. Sed vulgatum *ornatur* nihilo

XIII. 54. Paululum se erexit et addidit historiae maiorem sonum vocis vir optimus Crassi familiaris Antipater. Ceteri non exornatores rerum, sed tantummodo narratores fuerunt. Est, inquit Catulus, ut dicis. Sed iste ipse Caelius neque distinxit historiam varietate locorum neque verborum collocatione et tractu orationis leni et aequabili perpolivit illud opus; sed ut homo neque doctus neque maxime aptus ad dicendum, sicut potuit, dolavit; vicit tamen, ut dicis, superiores. 55. Minime mirum, inquit Antonius, si ista res adhuc nostra lingua illustrata non est. Nemo enim studet eloquentiae nostrorum hominum, nisi ut in causis atque in foro eluceat; apud Graecos autem eloquentissimi homines remoti a causis forensibus cum ad ceteras res illustris, tum ad scribendam historiam maxime se applicaverunt. Namque et Herodotum illum, qui princeps genus hoc

est deterius, modo testatius esset; nec, si adiuvaremur hic a lacunosis Lg. 2. 4. 13. 32. Gu. 3., restituere dubitarem. — *intellegatur*] dedi ex Lg. 65. 67. *intelligantur* Gu. 2. — *quid*] *quod* Lg. 23. — *dicendi*] *eligendi* Lg. 3. 67.

54. *paululum* et *paulum* (hoc 6. 35. 81. 84. paulo 36) Lg. omnes praeter 3., item Gu. 2. Vict. — *vocis*] mallem abesse. V. explicationes. — *tantummodo*] non scribo divisim, quiescit enim alterius partis vis. *solummodo* Lg. 21.

XIII. *Caelius*] sic Lg. 20. 36. 65. 76. 86. Lamb. Ceterorum plerique *Celius*. — *locorum* — *verborum*] inv. Lg. 21. De sententia vide explicationes. — *collocatione*] *conlocatione* Lg. 65. 70. 73. *collatione* 76. 81. — *leni*] *levi* Lg. 5. 16. 23. 35. 36. 65. 67. 70. 73. 81. *laevi* 20. V. explicationes ad III, 52, 201. — *et aequab.*] *atque aeq.* Lg. 76. 84. — *maxime*] om. Lg. 36. 84.

55. *inquit Antonius*] inv. Lg. 6. — *illustrata*] *inlustrata* Lg. 5. 65. 70. 76. 86. — *atque in foro*] *aut in f.* Lg. 21. *ut in f.* Lg. 3. 5. 6. 16. 17. 35. 65. 67. 70. 73. 84. om. 36. v. ad II. 9, 35. — *eluceat*] *educat* Vict. — *cum ad cet.*] *tum* Lg. 21 corr. 86. Gu. 1. — *illustris*] *inlustres* Lg. 65. 70. 73. — *tum*] *tamen* Lg. 81. — *scribendam*] *scribendum* Lg. 3. 5. 17. 20. 67. 69. 76. 81. Vict. Gu. 2. — *maxime se*] inv. 15. om. *se* 36. — *ap-*

ornavit, in causis nihil omnino versatum esse accepimus; atqui tanta est eloquentia, ut me quidem, quantum ego Graece scripta intelligere possum, magno opere delectet; 56. et post illum Thucydides omnis dicendi artificio mea sententia facile vicit; qui ita creber est rerum frequentia, ut verborum prope numerum sententiarum numero consequatur, ita porro verbis aptus et pressus, ut nescias utrum res oratione an verba sententiis illustrentur. Atqui ne hunc quidem, quanquam est in re publica versatus, ex numero accepimus eorum, qui causas dictitarunt; et hos libros tum scripsisse dicitur, cum a re publica remotus atque, id quod optimo cuique Athenis accidere solitum est, in exsilium pulsus esset. 57. Hunc con-

plicaverunt] *applicuerunt* Lg. 15. 16. 17. 24. *adplicaverunt* 65. 67. 73. *adplicuerunt* 70. *applicarunt* 84. — *namque*] *nam* Lg. 6. 20. 21. *nanque* X codd. Lg. et Vict. — *accepimus*] *adcepimus* Lg. 65. 70. — *atqui*] *atque* Lg. 17. 20. *acqui* 81. — *magno opere*] codd. mei omnes; v. ad I. 35, 164.

56. *omnis*] scripsi secundum Lg. omnes praeter 5. 14. 21. 36. 84., item Gu. 1. 2. — *vicit*] *vincit* Lg. 5. 14. 15. 16. 17. 21. 23. 24. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 84. 86. 93. *superavit* 20. — *creber est*] inv. Lg. 14. 15. 23. 69. 93. — *ut verborum*] *et v.* Lg. 21. 65. 67. — *numerum*] *numero* Lg. 6. 24. 36. — *consequatur*] *sequatur* Lg. praeter 17. 81. 84. — *apius*] *est aptus* Lg. 14. 15. 23. 35. 36. 67. 69. 81. 93. *aptis* 6. idemque *pressis*, *pressus est* 67. — *illustrentur*] *inlustrentur* Lg. 65. 70. 73. 86. — *accepimus*] *adcepimus* Lg. 67. 70. 73. — *dictitarunt*] *dictarent* Lg. 3. *dictitarent* Lg. 5. 6. 16. 17. 20. 21. 23. 35. 36. 65. 67. 70. 73. 86. *dictarunt* 69. 93. Man. *dictitarint* 81. 84. — *re publica*] *ἐν* Lg. omnes praeter 86. — *atque*] eiicit Bakius ex *id quod* corruptum existimans. — *accidere*] *adcidere* Lg. 65. 70. 73. — *est*] om. Lg. 6. *esset* 86. — *exsilium*] *s* non habent Lg. praeter 93., qui ita corr. *exsulium* Man. Lamb., ut solent.

57. *consecutus*] *sequutus* 86. — *Syracusius*] *Syracosius* Lg. 5. 16. 86. et *syracosios* 65, quae probanda viderentur, si firmiores testes haberent. *syracusanus* 76. — *cum*] *quoniam* Lg. 36., sed hic solitarium est. — *consumpsit*] cum *p* codd. mei praeter 3. 5. 6. omnes. — *quasi ex clarissima rhetoris officina*]

secutus est Syracusius Philistus, qui cum Dionysii tyranni familiarissimus esset, otium suum consumpsit in historia scribenda maximeque Thucydidem est, sicut mihi videtur, imitatus. Postea vero [quasi ex clarissima rhetoris officina] duo praestantes ingenio, Theopompus et Ephorus, ab Isocrate magistro impulsi se ad historiam contulerunt; causas omnino nunquam attigerunt.

XIV. 58. Denique etiam a philosophia profectus princeps Xenophon Socraticus ille, post ab Aristotele Callisthenes comes Alexandri scripsit historiam; et hic quidem rhetorico paene more; ille autem superior leniore quodam sono est usus et qui illum impetum oratoris non habeat; vehemens fortasse minus, sed aliquanto tamen

uncinis clausi spuria iudicans cum Ruhnkenio hist. cr. orat. Gr. p. 87., quippe quae, ut sensum haberent, poni oportuerit post *impulsi:* ut nunc leguntur, ineptam balbutiem referunt. Est etiam in libris plus incertitudinis, quam in verbis adeo paucis exspectaveris. *Quasi* om. Lg. 36. 67. ponit ante *rhetoris* 86. Harl. 1. Erl. 1.; probat Pearcius. Pro *ex* Havn. 2. *in,* pro *rhetoris* Havn. 1. 2. *oratoris;* pro *clarissima* Lg. 20. *clarissimi. rhetorum* Muell. *ex cl. rhet. quasi officina* ego olim conieci ad Brut. p. 36., quia, si quid est, quod adverbio ad audaciam figurae leniendam addi solito opus habet, profecto *officina* est. Nunc haec aliter iudico. In nominibus Graecis varie vitiose codd.; in primis multi *Socratem* pro *Isocrate* habent.

XIV. 58. *denique*] *quin etiam* corrigit Bakius, nec enim ultimum Xenophontem nec eos commemorari, qui a philosophia profecti sint. At vero Timaeus longo temporis spatio a prioribus seiunctus quasi appendicis causa additur; in *denique* autem inest quaedam admiratio, cum illi priores rebus publicis praefuissent aut ab oratoria arte profecti essent, Xenophon et Callisthenes philosophos magistros habuerint. — *Callisthenes*] utrumque aliquot libri vitiose. — *et hic quidem*] *et is quidem* Lg. 36., quod paene recipere ausim; veri enim simile est etiam ab optimis Lg. 2. 4. 13. 32. Gu. 3. praesidium habiturum, dummodo hi ne lacunosi essent. — *superior*] om. Lg. 3. 5 add. — *leniore*] *leviore* vel *leviori* (id 23. et corr. 93) Lg. omnes praeter 3. 23. 76. 84. 93 pr. m. v. explicatt. ad III. 52, 201. — *qui*] *quia* Lg. 93. — *habeat*]

est, ut mihi quidem videtur, dulcior. Minimus natu horum omnium Timaeus, quantum autem iudicare possum, longe eruditissimus et rerum copia et sententiarum varietate abundantissimus et ipsa compositione verborum non impolitus magnam eloquentiam ad scribendum attulit, sed nullum usum forensem. 59. Haec cum ille dixisset, Quid est, inquit, Catule? Caesar; ubi sunt, qui Antonium Graece negant scire? quot historicos nominavit? quam scienter quam proprie de unoquoque dixit? Id me Hercule, inquit Catulus, admirans illud iam mirari desino, quod multo magis ante mirabar, hunc, cum haec nesciret,

habet Lg. 3. 14. 15. 17. 23. 69. *habebat* 67. — *tamen est*] *est* a pluribus ~~esse~~ libris abesse testatur Orellius; quos qui sint ignoro cum Henrichsenio. — *horum omnium*] inv. Lg. 14. 69. 93. Gu. 2. — *possum*] *possim* Lg. 76. — *et — abundantissimus*] om. Lg. 36. — *impolitus*] *incompositus* Lg. 36. *ita politus* Gu. 2.

59. *Catule*] *Catulo* Lg. 3. 5. 6. 14. 17. 20. 21. 23. 24 corr. 36. 67. 69. 70. 76. 81 corr. 93., modo quod quidam *Catullo*, ut Gu. 1. — *de unoquoque*] *uno quoque* divisim recte Lg. 36. 67. 76. 81. 84. Vict. edd. quaedam antiquae. — *admirans*] *ammirans* Lg. 17. 81. ἰταλικῶς. *admiratus* 21. — *mirari*] *admirari* Lg. 23. 36. — *non nullos*] sic Vict. Gu. 1.

60. *quid ergo? est, fatebor, aliquid tamen;*] Lg. 24. 36. *quid est ergo*, Lambinus *fateor*. Distinguendi rationem secutus sum, quam Lambinus et Pearcius in ed. tertia asciverunt, vulgatam *(quid ergo est? fatebor: aliquid tamen)* idoneo sensu carere arbitror. v. explicationes. — *etiam si*] sic divisim Lg. 17. 65. 67. 69. 73. 76. 81. 93. Ald. Iunt. Crat. Man. verba *etiam si — fieri* om. 6. 15. *Fieri* in *fit* mutat Bakius dure infinitivum a verbo *sentio* suspendi ratus nec quenquam sentire se sole colorari. Multi sentiunt, opinor. — *ob aliud*] *ego ob aliam causam* Lg. 3. 5. 14. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 73. 93. *ego aliam ob causam* Gu. 2. vulgo *aliam ob causam* omisso *ego*. Recepi optimam scripturam codicis Lg. 36., in qua *aliud* longe selectius est vulgato, quod interpretationis causa ascriptum in verba Ciceronis irrepsit. Hinc etiam incerta sedes voculae *ob* unde explicanda sit intelligitur. — *tamen natura*] sic posui secundum Lg. 6. 24. 36. vulgo *natura tamen*. — *colorer*] *colores* Lg. 3. 5. 21. 36. 65. *calores* 70. Inde ineptum fluxit interpretamentum *calorem sentiam*

in dicendo posse tantum. Atqui, Catule, inquit Antonius, non ego utilitatem aliquam ad dicendum aucupans horum libros et non nullos alios, sed delectationis causa, cum est otium, legere soleo. 60. Quid ergo? est, fatebor, aliquid tamen; ut, cum in sole ambulem, etiam si ego ob aliud ambulem, fieri tamen natura, ut colorer, sic, cum istos libros ad Misenum (nam Romae vix licet) studiosius legerim, sentio illorum † cantu orationem meam quasi colorari. Sed ne latius hoc vobis patere videatur, haec duntaxat in Graecis intellego, quae ipsi, qui scripserunt, voluerunt vulgo intellegi; 61. in philo-

in Lg. 20. *coloretur* 24 corr. *coloret* 73. — *studiosus*] om. Lg. 6. — *legerim*] *legero* Lg. 5. 14. 15. 16. 17 corr. 20. 21. 23. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 86. Vict. Gu. 1. fortasse rectius, si quidem certum est futurum exactum oratione obliqua non ita affici, ut coniunctivus ei subrogetur; v. Comment. de formis enuntiatt. condicionall. ling. Lat. p. 62. *Si legero* est *ἐὰν ἀναγνῶ*, *si legerim εἰ ἀναγνοίην*. Bakius *ambulo* et *lego* corrigit, causam coniunctivorum nullam esse ratus. — *illorum cantu orationem meam quasi colorari*] restitui codd. tantum non omnium et scripturam et verborum ordinem. *Cantum* cum intelligere desperaret Ernestus, *tactu* recepit ex cod. Erl. 1., de cuius scripturae fide dubito magnopere, etsi in Lg. 76. 81. 84. idem legi videatur, nisi forte in transscribendis schedis Lagomarsini a me erratum est. Sed ceteri Lg. omnes, nisi qui, quod hic in primis doleas, lacunosi sunt (a verbis *sed ne latius* rursum verba scriptoris exhibent Lg. 2. 4. 13. 32. Gu. 3.), item Vict. Gu. 1. Havn. 1. 2. et quicquid fere praeterea librorum collatum est diligentius, exhibent quod dedimus et eo ordine; nec hactenus dissidet Erl. 1. De Gu. 2. tamen, collato cum ed. Ernesti, nihil notari video. Iniuria igitur factum, quod vulgo legitur hoc ordine: *orationem meam illorum* etc. De sententia vide explicationes. — *intellego*] dedi ex Lg. 36. 65. 67. 70. 73. 86. — om. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 35 add. — *voluerunt*] om. Gu. 3. — *vulgo*] *a* additum in edd. om. Lg. 2. 4. 6. 13. 24. 32 add. 36. Gu. 3. longe melius; delevi igitur. Idem Bakio placet. — *intellegi*] scripsi ex Lg. 13.

61. *vestros*] *nostros* Lg. 2. 4. 6. 20. 84., quod vix dubium est, quin *vostros* latere indicet. *vero* Lamb.; ita corr. 35. — *si quando*] *sequendo* Lg. 2. — *incidi*] *incidero* Lg. 13. 32. 36. *incidere* 81.

sophos vestros si quando incidi deceptus iudicibus librorum, qui sunt fere inscripti de rebus notis et illustribus, de virtute de iustitia de honestate de voluptate, verbum prorsus nullum intellego; ita sunt angustis et concisis disputationibus illigati. Poëtas omnino quasi alia quadam lingua locutos non conor attingere; cum his me, ut

Gu. 3. v. §. 60. *inciderimus* 4. — *librorum qui*] scripsi secundum Lg. omnes praeter 32. 81. 84. 93. vulgo *quod*. — *fere*] om. Lg. 4. *forte* 81. — *inscripti*] *scripti* Lg. 2. 3. 76. *conscripti* 73. — *illustribus*] *inlustribus* Lg. 65. 70. 73. — *prorsus*] *prorsum* Lg. 6. om. 15. — *intellego*] dedi secutus Lg. 13. 20. 36. 65. — *angustis et concisis*] *concisis angustis* Lg. 20. *longis* (p. *concisis)* Lg. 2. 4. 13. 32. 36. Gu. 3. ex male intellecto scribendi compendio natum. — *illigati*] *inligati* Lg. 65. 70. 73. — *quasi alia quadam*] sic Lg. plerique, Vict. Gu. tres (modo *quedam* 3.) Havn. 1. 2., al. idque in duobus suis libris repertum a Lambino et probatum inde a Grutero receptum est. Ante hunc erat *quasi aliena quadam,* quod est in Lg. 14. 15. 23. 69. 93. *quadam alia* 32. 76. — *locutos*] *loquutos* Lg. 17. 21. 65. — *attingere*] *adtingere* Lg. 65. 67. 70. 73. — *his*] *hiis* Lg. 2. 81. *iis* 23. 35. 36. Crat. Man. v. explicatt. ad c. 15, 64. — *aut orationes*] *qui* interpositum delevi secundum Lg. 2. 4. 13. 21. 32 add. 36. Gu. 3., itaque Lambinus recte intelligens hoc membrum priori subiici, non esse pari dignitate cum primo et tertio. V. explicationes. — *aut qui ita*] *atque ita* Lg. 4. — *locuntur*] scripsi ex Lg. 2. 20. 21. 32 corr. 36. 65. Gu. 3. faciamque semper, ubi libri testes addicunt; v. Mueller. ad Varr. L. L. p. XXXVIII. et p. 14. Cort. ad Lucan. I. 80. Intpp. Festi p. 582. Nec tamen damno, ut Muellerus, *sequuntur, loquuntur*; quippe quod is et alii Romano ore ne dici quidem potuisse arbitrantur, multis titulis tamen et marmoribus testatum est. Ego in eorum sententiam concedo, qui sonum *u* consonae, quam *vau* dicimus, cum antiquitus tenuis et leniter aspiratus esset, ut Anglorum *wh*, post aliquanto spissius pronunciatum putant, ut Graecorum *β*, nostrum *w;* qua de re fortasse iam vivo Cicerone, certe sub Caesaribus scribi coeptum *servus vulnus.* De codicibus Ciceronianis et Plautinis optime exposuit Freundius ad Cic. Mil. p. 14. sqq., Wunderum refellens, qui, quae indicta Romanis esse sibi persuasit, ne in libris quidem scripta videre solet; de Livio vide Drakenb. ad XXXIX. 53, 2. Antiquata illa post esse docent praeter grammaticos a Freundio adductos Quin-

dixi, oblecto, qui res gestas aut orationes scripserunt suas aut qui ita locuntur, ut videantur voluisse esse nobis, qui non sumus eruditissimi, familiares.

XV. 62. Sed illuc redeo. Videtisne, quantum munus sit oratoris historia? haud scio an flumine orationis et varietate maximum; neque eam reperio usquam separa-

tilianus I. 7, 26. et Priscianus p. 554. Nam *os* et *om* antiquiores erant formae sed adhuc seculo secundo et tertio p. Ch. n. subinde obviae, sive *u* consona, sive alia litera praecedente. Nam *duomvir perpetuom arduom suom Volteios aeternom,* ut leges veteres et Scta taceam, in titulis reperiuntur n. 2287. p. 399 Orell. n. 2489. p. 433. n. 2530. p. 441. n. 3892. p. 194. t. II. n. 4498. p. 300. n. 4860. p. 355. ib. p. 356. item p. 207. 444, 8. 769, 9. 101, 5. 1002, 6. 1123, 2. 1156, 10 Graev. Ita etiam in eiusdem aetatis titulis leguntur *quom, voltis vivos salvos Flavos clivos milvos aequom clarom avonculus iniquom Calvos parvom primitivos* v. nr. 3. p. 67. nr. 4370 p. 279 (anni 159 p. C.) n. 4374 p. 280. Orell. p. 150. 1. 2. 3. 164, 1. 245, 2. 303. 320, 3. 376, 2. 428, 5. 607, 1. 642, 9. p. 645, 7. 672, 5. 675, 4. 681, 9. 699, 1. 715, 10. 752, 10. 753, 2. 773, 9. 804, 5. 826, 7. 831, 4. 1002, 6. 1152, 2 Graev. item in Reinesianis p. 695, 133. 804, 36. 812, 63. 848, 118.; et rursum *clivus vivus lascivus primitivus primaevus,* v. p. 152, 6. 431, 9. 432, 4. 437, 3. 449, 7. 608, 3. 609, 1. 640, 4. 631, 2. 733, 3. 742, 5. 753, 7. 790, 8. 818, 11. 831, 6. 861, 13. 876, 2. 907, 7. 984, 19. 991, 4. 1139, 12. p. 378, 39. 450, 112. 678, 86 Reines., quo etiam pertinent *vibus* et *vius* p. 586, 8 (ex Augusti aetate) p. 804, 9. 806, 9. 812, 8. 635, 76 Reines. (VIVs legitur). — *voluisse esse*] *esse* om. Lg. plerique praeter 2. 3. 4. 24. 76. 84., item Gu. 1. ponitur ante *familiares* in 17. 35. 93. ita corr. 70. — *eruditissimi*] *prudentissimi* Lg. 4. 6. 17. v. u. t. 20. 32 corr. 36. Gu. 3.

XV. 62. *quantum munus sit*] *sit munus* Henr. ex Havn. 1. 2. Gu. 1. 2. dedit, itaque etiam Vict. Sed de Gu. 2. nil video notari, nec ratio est libris minimi pretii parere. — *varietate*] *ilaritate* Lg. 15. *veritate* 67. — *neque*] *nec* Lg. 81. — *maximum; neque*] *maximeque* Gu. 3. *tamen*, quod vulgo sequitur, delevi propter consensum Gu. 3. Lg. omnium praeter 14. 15. 23. 67. 69. 76. 93. ita et Crat. Man. v. explicationes ad II. 5, 19. — *reperio*] *repperio* Lg. 20. 32. — *usquam*] *unquam* Lg. 2. 13. 36. *usque* 3. — *sita*] *ita* Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36. 84. Gu. 1. 2. 3.

tim instructam rhetorum praeceptis: sita sunt enim ante oculos. Nam quis nescit primam esse historiae legem, ne quid falsi dicere audeat? deinde ne quid veri non audeat? ne qua suspicio gratiae sit in scribendo? ne qua simultatis? 63. Haec scilicet fundamenta nota sunt omnibus. Ipsa autem exaedificatio posita est in rebus et verbis. Rerum ratio ordinem temporum desiderat, regionum descriptionem; vult etiam, quoniam in rebus magnis memoriaque dignis consilia primum, deinde acta, postea eventus exspectantur, et de consiliis significari quid scriptor probet, et in rebus gestis declarari non

manifesta erroris causa. — *falsi dicere*] inv. Gu. 3. — *veri*] *vere* Lg. praeter optimos 2. 3. 4. 13. 24 corr. 32 corr. 36. *Veri* iam Man. Lamb. et a sec. m. Lg. 84. — *non audeat*] *non* expung. 2. *ne quid veri tacere audeat* Lg. 4. Vict. et Gu. 1. modo is *vere*. — *ne qua*] *neque* Lg. 4. 13. 32 corr. Gu. 3. *nequid* 67. Altero loco *neque* pro *ne qua* est in Lg. omnibus praeter 2. 16. 70. 84. 86. in 5 corr. u. t. — *simultatis*] *simultas* Lg. 4 v. u. t. *simultates* Lg. 5 corr. 6. 65. 76. ita corr. 14. 32.

63. *in rebus*] *in* om. Lg. 20. — *verbis*] *in verbis* Lg. 81. — *quoniam*] *quod tamen* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. ut 3. 36. *q.. tamen* 3. 5. 14. 15. 16. 17. 21. 23. 35. 65. 69. 70. 73. 86. 93. ita corr. 76. *que* 24 corr. *q̃m* Vict. i. e. *quoniam*. *quod* Lamb., quem non sequor, quia error commissus est ab illis qui QVONIAM et QVOD TAMEN confunderent. — *rebus magnis*] om. Lg. 36. — *memoriaque dignis*] *memoria digna* Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36. *memoria* praeterea 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 86. 93. v. ad II. 27, 114. *dignis memoria* 36. fortasse recte. — *postea*] *post* Lg. 76. 81. 84. — Mox *expectentur* Lg. 2. 3. 4. 32 corr. *expetentur* 13. 36. unde quis suspicetur in illo *quod* s. *q. tamen* latere male intellectum *quom* s. *cum*. — *declarari non solum*] inv. Lg. 15. — *quomodo*] *qūō* Lg. 2. 81. 86. *quae* 69. 93 v. *quae ipse probet et quae dici aut fieri possent*. — *et cum*] *et cur* Lg. 4. 32 corr. — *omnes*] om. 4. — *hominumque*] *hominum* Lg. 4. — *ac nomine*] *aut nomine* Lg. 2. 67. *et* 76 v. *ac*. *non solum ac* 13. 32. statim pro *atque* Lg. 2. *aut*, 4. 15. 35 corr. 81. *ac*. — *de vita*] praepositionem a Pearcio damnatam, ab aliis eiectam uncinis clausi; fieri enim non potest, ut tantillo intervallo

solum quid actum aut dictum sit, sed etiam quo modo; et cum de eventu dicatur, ut causae explicentur omnes vel casus vel sapientiae vel temeritatis hominumque ipsorum non solum res gestae, sed etiam, qui fama ac nomine excellant, [de] cuiusque vita atque natura. 64. Verborum autem ratio et genus orationis fusum atque tractum et cum lenitate quadam aequabili profluens sine hac iudiciali asperitate et sine sententiarum forensibus aculeis persequendum est. Harum tot tantarumque rerum videtisne ulla esse praecepta, quae in artibus rhetorum reperiantur? In eodem silentio multa alia oratorum officia

ratio verborum plane mutetur. — *vita*] om. Gu. 1. supra scr. *genere.*

64. *autem*] *etiam* Lg. 69. *aut* 81 corr. — *lenitate*] *levitate* Lg. 13. 32 corr. 36. — *aequabili*] *aequabiliter* Gu. 3. Z. excerpta δ. mg. Crat. Sch. in ed. mai. *equali* Gu. 2. — *forensibus*] Gu. 3. Lg. 2. 3. 4. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 32 corr. et rursus exp. *causarum forensibus.* 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 86. Hoc vulgatae scripturae *forensium* eo certius praeferendum erat, quo elegantior figura metalepseos nascitur, de qua apud Graecos poëtas reperta et alii dixere et ego in lex. Sophocl. v. μεσόμφαλος. De Latinis v. explicatt. ad I. 45, 199. Paulo ante pro *sententiarum* in pluribus, ut Gu. 3., est *essentiarum,* et *essentia rerum.* — *tantarumque*] *tantarum* Lg. 4. — *ulla*] grave mendum sustulimus, *nulla* enim legebatur. Quod dedimus exstat in Lg. 3. 4. 13. 14. 15. 23. 35. 36. 67. 69. 84. 93. itaque corr. 24. 32. 76. Qui *nulla* dedere, sibi persuasisse videntur *ne* interrogare ita, ut responsum sit affirmans, cum nihil sit nisi formula rogandi respondenti liberum aiendi negandive potestatem concedens. In illa scriptura retinenda sententia sequens *quae in artibus rhetorum reperiantur* sic enuntiari non debuit, sed tota sic institui: *videtisne nulla esse in rhetorum artibus praecepta* sive *nulla in rhetorum artibus reperiri praecepta. Quae* enim est *quae quidem,* et sententia talis: ἆρ' ὁρᾶτε περὶ τούτων τινὰ διδάσκεσθαι ὑπὸ τῶν ῥητόρων; Quaestioni autem perapte adiicitur *quae* i. e. *quae quidem.* — *reperiantur*[*repperiantur* Lg. 20. *reperiuntur* 81 corr. — *iacuerunt*] *tacuerunt* codd. Lg. XIX minus boni (sed et 4.) Gu. 1. 2. — *admonita*] *monita* Lamb. et sic Lg. 76. *monitaque* 84. — *his*

iacuerunt, cohortationes consolationes praecepta admonita, quae tractanda sunt omnia disertissime, sed locum suum in his artibus, quae traditae sunt, habent nullum. 65. Atque in hoc genere illa quoque est infinita silva, quod oratori plerique, ut etiam Crassus ostendit, duo genera ad dicendum dederunt: unum de certa definitaque causa, quales sunt quae in litibus, quae in deliberationibus versantur; addat, si quis volet, etiam laudationes; alterum, quod appellant omnes fere scriptores, explicat nemo, infinitam generis sine tempore et sine persona quaestionem. Hoc quid et quantum sit, cum dicunt, intellegere mihi non videntur. 66. Si enim est oratoris, quaecunque res infinite posita sit, de ea posse dicere, dicendum erit ei quanta sit solis magnitudo, quae forma terrae; de mathematicis de musicis rebus non poterit, quin dicat, hoc onere suscepto recusare. Denique ei, qui profitetur, esse

artibus] vulgatur *illis*. Sed *hiis* Lg. 2. *his* 4. 13. 32 corr. Gu. 3. *iis* 36. *his* haud paulo rectius; id est, quae nunc adhuc circumferuntur, adhuc in manibus tractantium sunt. Cf. explicatt. — *artibus*] *partibus* Lg. 21. 81 corr. Crat. Man.

65. *illa*] *ea* Lg. 15. — *quoque*] om. Lg. 32 add. — *est*] om. Lg. 67. post *silva* ponit 4. *est quoque silva infinita* 84. — *definitaque*] *finitaque* Lg. 4 corr. ut 84 (in quo est *diffinitaque*). 76. *de infinitaque* 69. — *si quis*] *etiam si quis* Lg. 5. *si qui* 32 corr. *etiam* ante *volet* ponit 81. — *laudationes*] sic Lg. 2. 5. 17. 20. 67. 76. 84. Ceteri et pleraeque edd. vett. *laudationis*. Totum locum ita distinxit Bakius, ut apodosis esset in eis, quae sequuntur: *hoc quid et quantum*. Quippe sibi persuaserat illo *quod oratori plerique* et sqq. causam priori reddi; sed definitioni *infinitae silvae* adduntur. — *cum dicunt*] *iam dic.* 3. ita corr. 32. *dicant* 76. — *intellegere*] scripsi ex Lg. 13. 36.

66. *quaecunque*] *queque* Lg. 69. 93. — *posita*] *proposita* Lg. 2. — *sit*] *sed* Gu. 3. — *dicendum — terrae*] haec om. 17. — *ei*] *enim* Lg. 69. *etiam* 93. *et* 2. 4. 15. 32 corr. 36. *ei et* praeterea 3. 5. 6. 13. 14. 16. 20. 21. 23. 24. 32. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 93. — *quanta sit*] *sit* om. Gu. 3. — *magnitudo*] *plenitudo*

suum non solum de eis controversiis, quae temporibus et personis notatae sunt, hoc est de omnibus forensibus, sed etiam de generum infinitis quaestionibus dicere, nullum potest esse genus orationis, quod sit exceptum.

XVI. 67. Sed si illam quoque partem quaestionum oratori volumus adiungere vagam et liberam et late patentem, ut de rebus bonis aut malis, expetendis aut fugiendis, honestis aut turpibus, utilibus aut inutilibus, de virtute de iustitia de continentia de prudentia de magnitudine animi de liberalitate de pietate de amicitia de fide de officio de ceteris virtutibus contrariisque vitiis dicendum oratori putemus; idemque de re publica de imperio de re militari de disciplina civitatis de hominum moribus: assumamus eam quoque partem, sed ita, ut sit circumscripta modicis regionibus. 68. Equidem omnia, quae pertinent ad usum civium morem hominnm, quae

Gu. 3. — *onere*] *genere* Lg. 2. 13. 14. 15. 32 corr. 93. *suscepto genere* 4. *onore* 17. — *suscepto*] *perfecto* Lg. 81 v. u. t. — *ei*] *hi* s. *hii, ii, illi* Lg. praeter 2. 4. 5. 6. 13. 21. 24. 32. 36. 67. 81. *his* 21. Vict. *iis* 24. Nam post *profitentur* 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. 93. — *de eis*] scripsi pro *de iis* secundum Lg. 2. 4. 32 corr. 36. *his* 14. 16. 21. 23. 67. 69. 76. 93. Vict. Gu. 1. 2. *hiis* 24. 81. — *notatae*] est coniectura Manutii et Lambini, cuius vide annotationem probavere Pearc., qui similia contulit ad Part. Or. 18, 61. 30, 106., et recentiores post Ern. Codd. etiam mei omnes *notae*, extrita syllaba media, errandi genere satis vulgari. V. ad I. 33, 151. — *omnibus*] iners videtur et suspectum.

XVI. 67. *illam*] *illam moralem* Vict. — *volumus adiungere*] *adiungimus* Lg. 2. 32., quod pene verum putaverim. — *de virtute de iustitia*] inv. Lg. 76. 84. — *de prudentia*] *aut de pr.* Lg. 3. — *putemus*] *putamus* Lg. praeter 3. 35. 81. 84., item Gu. 3. — *itemque*] *item* Lg. 6. 24. *idemque* Gu. 3. — *assumamus*] *adsumamus* Lg. 13. 65. 73.

68. *morem*] *moremque* Gu. 2. — *sensu hominum*] *hominis* Lg. 2. 4. 6. 13. 24. 32 corr. 36. Gu. 3. — *comprehendenda*]

versantur in consuetudine vitae in ratione rei publicae in hac societate civili in sensu hominum communi in natura in moribus comprehendenda esse oratori puto; si minus, ut separatim de his rebus philosophorum more respondeat, at certe, ut in causa prudenter possit intexere; hisce autem ipsis de rebus ut ita loquatur, uti ei qui iura qui leges qui civitates constituerunt, locuti sunt, simpliciter et splendide, sine ulla serie disputationum et sine ieiuna concertatione verborum. 69. Hoc loco ne qua sit admiratio, si tot tantarumque rerum nulla a me praecepta ponentur, sic statuo: ut in ceteris artibus, cum tradita sint cuiusque artis difficillima, reliqua, quia aut faciliora aut similia sint, tradi non necesse

conpr. Lg. 32. — *de his*] *de hiis* Lg. 2. 81. *de iis* 23. — *philosophorum more resp.*] *resp. ph. more* Lg. 14. 15. 23. 69. 93. — *at certe*] *ac* scribitur in Lg. 3., om. optimi facili errore, Lg. 2. 4. 6. 13. 24 add. 32 add. 36. 81. Gu. 3. — *in causa*] *in* om. Lg. 6. 24. *causam* Lg. 6. *causas* 24. — *prudenter possit*] inv. Lg. 4. Vict. — *intexere*] *texere* Lg. 4. *interesse* 86. — *uti ei*] Vulgo *ut ii.* Quod dedimus, *uti,* est in Lg. omnibus praeter 3. 4., item in Gu. 3. *ita uti* 6 corr. ut rell. om. 24 add. *ei* Gu. 3. Lg. 2. 4. 6. 15. 16. 17. 23. 32. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 86. *hi* Gu. 2. Vict. Lg. 13. 21. — *ulla — sine*] haec om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. — *et*] om. Gu. 3. *sine* om. Lg. 3. 6. 24.

69. *ne qua*] *nequaquam* Lg. 36. — *ponentur*] *putentur* Lg. 2. 13. 32 corr. 36. idem est in 4. sed lineola posita sub syllaba prima, mendi signo. — *tradita sint*] sic Erl. 1. edd. antiq. Lg. omnes praeter 5. 6. 36. 81. 84. 93. ita corr. 84. Ceteri codd., quos nunc nemo *plerosque* dicet cum Henrichsenio, et vulgo ante Ern. *sunt.* Paulo infra *similia sint* codd. plerique et edd. vulgo post Aldum. *sunt* edd. antiquissimae, quos sequuntur Sch. Muell. Or., itaque Lg. 3. 5. 6. 13. 14. 15. 23. 24. 65. 67. 76., iique ut edd. antiq. addunt *cuiusque artis. sunt* etiam 13. 35. 36. 73. 69. 93., et *sunt cuiusque* 4 corr. ut 3. 32. In prioribus *rei* (p. *artis)* Lg. 3. edd. Ald. Man. ita var. 32. — *necesse esse*] sic codd. omnes (Lg. XXVI.; solus 32 id a m. sec.; *necesse est* Lamb. Grut. Sch. in ed. mai.; item post *posse eum — neque esse periculum* codd. et edd. omnes praeter Lambinum, qui cum codicum

esse — ut in pictura, qui hominis speciem pingere perdidicerit, posse eum cuiusvis vel formae vel aetatis, etiam si non didicerit, pingere neque esse periculum, qui leonem aut taurum pingat egregie, ne idem in multis aliis quadrupedibus facere non possit; neque est omnino ars ulla, in qua omnia, quae illa arte effici possunt, a doctore tradantur; sed qui primarum et certarum rerum genera ipsa didicerunt, reliqua non incommode persequuntur;) —: 70. similiter arbitror in hac sive ratione sive exercitatione dicendi qui illam vim adeptus sit, ut eorum mentes, qui aut de re publica aut de ipsius rebus aut de iis, contra quos aut pro quibus dicat, cum aliqua statuendi potestate audiant, ad suum arbitrium movere

ope scripsisse se dicit *potest — neque est,* ingenium pro codicibus venditavit. Haec qui legit, iam existimabit de ineptis *φιλοσοφήμασι* nuperi *vulgatae,* quam sibi finxit, *scripturae* defensoris. De sententia et verbis ordinandis vide explicationes. — *in pictura qui*] *qui in pictura* Gu. 3. — *hominis speciem*] *hominum sp.* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. — *perdidicerit — pingere*] haec om. Gu. 2. — *etiam si*] sic divisim Lg. 2. 69. 76. 81. 84. 93. *et si* 3. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 67. 70. 73. 86. Lamb. *etsi* 65. Gu. 3. *et* 4. 32 corr. ut 3. — *pingat*] *pingit* Lg. 4. — *neque*] *enim* addunt Mead. Gu. 1. 2. Steph. Lamb. Pearc. Or. Henr. Sed sensui nocet, quod etiam Bakius vidit. — *est omnino*] inv. Lg. 4. 76. — *possunt*] *possint* Lg. 3. 5. 6. 13. 17. 21. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 84. 93. ita corr. 16. 81. — *certarum*] *ceterarum* Lg. 3 corr. 4. 5 corr. u. t. 14. 15. 17 corr. 32. 67. 73. 86. *coet.* 13. 20 corr. *caet.* 36. 69. 84. — *non incommode*] om. Havn. 2. Z. *δ. ε.* Gu. 2. 3. Lg. praeter 2. 4. 5. 6. 35. 36. Quod vulgo praemittitur *per se,* in Man. Steph. Lamb. Sch. Or. Henr. legitur, sed codicum fidem nullam habet nec sententiae necessarium est, ut putat Henr. Exclusi igitur. — *persequuntur*] *persecuntur* Gu. 1. *p* (cum lacuna) Gu. 3. Quod de huius scriptura dicit Henr., errat.

70. *ratione*] *oratione* Lg. 2 corr. 35 corr. 67. 69. Gu. 3., qui prius *sive* om. utrobique *sine* Lg. 2. — *sit adeptus*] *sit* om. Lg. 3. *est* 84. — *ipsius*] *ipsis* Lg. 2. 5. 6. 14. 15. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 86. Gu. 2. — *de iis*] *de his* Gu. 2. 3. Lg. 6. 13.

possit, hunc de toto illo genere reliquarum orationum non plus quaesiturum esse quid dicat, quam Polyclitum illum, cum Herculem fingebat, quem ad modum pellem aut hydram fingeret, etiam si haec nunquam separatim facere didicisset.

XVII. 71. Tum Catulus: Praeclare mihi videris, Antoni, posuisse, inquit, ante oculos quid discere oporteret eum, qui orator esset futurus, quid, etiam si non didicisset, ex eo, quod didicisset, assumeret. Deduxisti enim totum hominem in duo genera solum [causarum], cetera innumerabilia exercitationi et similitudini reliquisti. Sed vide ne in istis duobus generibus hydra tibi sit et pellis, Hercules autem et alia opera maiora ne in illis rebus, quas praetermittis, relinquantur. Non enim mihi minus operis videtur de universis generibus rerum quam

14. 15. 17. 20. 21. 32. 81. 84. — *hunc*] *illum* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. Gu. 3., quod reciperem, nisi proxime sequeretur *illo*. — *illo genere*] inv. Lg. 2. 36. — *Polyclitum*] scripsi secundum Lg. 13. 32. 36. Gu. 2. Alii varie vitiose, ut tamen *i* in pluribus compareat. v. ad I. 21, 98. — *quem ad modum*] sic divisim 67. — *etiam si*] sic divisim Lg. XIX, quorum sunt boni 2. 13. 32. 36. 65. 81. Vict. Gu. 1. *etiam hec si* Gu. 3. — *haec*] *hoc* Lg. 6. 24 corr. 32 corr. — *nunquam*] *unquam* 81 corr.

XVII. 71. *posuisse, inquit, ante oculos*] *inquit*, cum vulgo absit, addidi eo loco secundum Lg. 2. 3. 6. 24. 36. 76. *ante oculos inquit* 81. 84. — *oporteret*] *oportet* Lg. 3. 4. *posset* Gu. 1. — *etiam si*] sic divisim Lg. omnes praeter 2. 3. 4. 13., item Gu. 3., isque ita semper. Sic aut *etiamsi* omnes Gruteri codd., edd. antiq. Ald. Vict. Lamb. Grut. Or. Henr. *quid etiam, si* Pearc. Ern. Harl. — *assumeret*] *assumere* Ern. coniecit itaque legitur in Lg. 21. *adsumeret* 70. 73. 86. — *deduxisti*] *diduxisti* Vict. eoque ducit *dilexisti* in Lg. 67. Illud iam mg. Lamb. rep., probatque Matthiae in Seebodi Misc. Cr. I. p. 681. — *genera solum*] sic Lg. 2. 4. 5. 13. 14. 15. 16. 17. 21. 23. 24. 35. 36. 65. 69. 70. 86. 93. Gu. 3. *genera causarum solum* 3. 20. 32. 73 corr. ut 2. *solum* om. 6. 67. Non placet *causarum* et uncis inclusi. — *sed*] *set* Lg. 2. om. 4. — *vide*] sic optimi Lg. 2. 4. 13. 32 corr.

de singulorum causis, ac multo etiam maius de natura deorum quam de hominum litibus dicere. 72. Non est ita, inquit Antonius. Dicam enim tibi, Catule, non tam doctus, quam, id quod est maius, expertus. Omnium ceterarum rerum oratio, mihi crede, ludus est homini non hebeti neque inexercitato neque communium literarum et politioris humanitatis experti: in causarum contentionibus magnum est quoddam opus atque haud sciam an de humanis operibus longe maximum, in quibus vis oratoris plerumque ab imperitis exitu et victoria iudicatur. Ubi adest armatus adversarius, qui sit et feriendus et repellendus; ubi saepe is, qui rei dominus futurus est, alienus atque iratus aut etiam amicus adversario et inimicus tibi est; cum aut docendus is est aut dedocendus aut reprimendus aut incitandus aut omni ratione ad tem-

36. Gu. 1. 3. Havn. 1. Ven. Lott. Steph. Lamb. Sch. Muell. Or. Henr. *video* Gu. 3. Lg. 5. 21. 69. *videro* 14. 15. *videto* Lg. ceteri, Havn. 2. ed. s. l. et a. Med. et vulgo inde ab Aldo. — *ne in istis*] *in* om. Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36. 70. 86. — *tibi sit*] inv. Lg. 5. om. *tibi* 17. 69. 93. *sit* om. 17. — *autem*] non male omitteretur, et deest in plurimis codd., Lg. XXII., Havn. 1. 2. duobus Steph. *α. β. δ.* Gu. 2. edd. antiq. Lamb. Sed non sequor, quia habetur *autem* in Lg. 2. 4. 13. 32. 36. — *et alia*] *aut al.* Lg. 4. 32 exp. Gu. 3. qui et *herculis.* — *opera*] om. Lg. 4. *maiora* om. 6. — *mihi*] ponitur post *operis* in Lg. 81. *opus* mg. Lamb. rep. — *generibus rerum*] om. Lg. 32.

72. *in exercitato*] *in exercitatione* Lg. 2. 4. 13. 32. 36. *inexercitanti* 24. — *literarum*] sic codd. meorum nullus nisi 32 a m. sec. — *experti*] *experto* Lg. 2. 36. 84. *expertio* Gu. 2. *inexperto* Gu. 1. 2. Lg. 3. 4. 86. *inexperti* Vict. — *quoddam*] om. Lg. 6. — *operibus*] abest Lg. 16. 70. 73. 81 add. 86. *operis* 21. 32 corr. — *imperitis*] *inp.* Lg. 69. — *feriendus*] *refferiendus* Lg. 2 corr. *refellendus. efferendus* 3. 5 corr. 13. 16. 20. 21. 24. 65. 70. 73. 86. *ferendus* 6. 14. 15. 23. 35 corr. 36. 67. 69. Ab eis, qui *efferendus* habent, etiam *et* abesse puto, ut a Gu. 1., et si a me enotatum non est. — *aut etiam*] *aut et* Lg. XVIII. Gu. 1. om. 20. *ei* 86. Illud Lg. 2. 4. 13. 17. 20. 32. 36. 86. 93. — *aut*

pus ad causam oratione moderandus (in quo saepe benevolentia ad odium, odium autem ad benevolentiam deducendum est), aut tanquam machinatione aliqua tum ad severitatem tum ad remissionem animi tum ad tristitiam tum ad laetitiam contorquendus: 73. omnium sententiarum gravitate, omnium verborum ponderibus est utendum; accedat oportet actio varia vehemens plena animi plena spiritus plena doloris plena veritatis. In his operibus si quis illam artem comprehenderit, ut tanquam Phidias Minervae signum efficere possit: non sane quem ad modum, ut in clipeo idem artifex, minora illa opera facere discat laborabit.

XVIII. 74. Tum Catulus: Quo ista maiora ac mira-

docendus — dedocendus] om. Lg. 32 add. *is est* om. Gu. 1. om. illa usque ad *reprimendus* 81 add. — *aut omni — moderandus*] om. Lg. 20. *moderandus est* 4. 76. *oratione* om. Vict. — *benevolentia*] soli sic meorum Lg. 23. Gu. 2. Ita scribi et ratio vocabuli iubet ex *bene* et *velle* compositi, quod recte dicit Kritz. ad Sall. Catil. 3. p. 18., et testantur Quintilianus I. 5, 68 et Probus p. 327. in *malevolus i* in *e* conversum ratus. — *aut tanquam*] sequor Madvigi emendationem. Vulgo sine signis parenthesis medie distinguitur post *deducendum est* et sequitur *qui tanquam.* Illud Madvigius effinxit ex Vet. Steph. et Gu. 3., in quibus est *qui ut;* insigne praesidium accedunt Lg. 2. 4. 13. 32. 36., in quibus *ut* legitur, *qui* non est. Apodosin cum Bakio a verbis *omnium sententiarum* ordior, nec plene tamen distinguo cum Orellio ante *cum aut docendus,* sed ante *ubi adest,* duplicem protasin ponens alteram ab *ubi,* altera am *cum* incipientem. Bakii correctiones *autem* uncinis includentis et addentis *qui* ante *cum aut, est* post *contorquendus, tum* ante *accedat,* minime necessariae sunt.

73. *omnium*] *tum omnium* Lg. 14. 15. 86. — *gravitate — verborum*] haec om. Lg. 17. — *veritatis*] *varietatis* Lg. 2 v. ut Steph. 6. 14. 15. 23. *severitatis* Steph. corr. Man. *virtutis* 69. 81 v. u. t. 93. — *si quis*] *si qui* Lg. 3. — *comprehenderit*] *conpr.* Lg. 15. — *ut*] necessario sequor Ernesti coniecturam probatam Wyttenbachio Bibl. Cr. vol. I. 1, 19. et recentioribus editoribus praeter Orellium; v. explicationes. A libris abest *ut.*

biliora fecisti, eo me maior expectatio tenet quibusnam rationibus quibusque praeceptis ea tanta vis comparetur; non quo mea quidem iam intersit (neque enim aetas id mea desiderat et aliud genus quoddam dicendi nos secuti sumus, qui nunquam sententias de manibus iudicum vi quadam orationis extorsimus ac potius placatis eorum animis tantum, quantum ipsi patiebantur, accepimus); sed tamen ista tua nullum ad usum meum, tantum cognoscendi studio adductus requiro. 75. Nec mihi opus est Graeco aliquo doctore, qui mihi pervulgata praecepta decantet, cum ipse nunquam forum, nunquam ullum iudicium aspexerit; ut peripateticus ille dicitur Phormio, cum Hannibal Carthagine expulsus Ephesum ad Antiochum

Bakius contra *discat* abiicit, quod sententiae contrarium esse dicit. Sed in *discendo* inest peritiae discendo partae assignificatio. — *clipeo*] sic per *i* Lg. 2. 13. 14. 15. 16. 17. 21. 23, 24. 32, 35, 36, 67. 69. 76. 81. 84. 86. 93. Gu. 2. *clepio* Gu. 1. — *idem*] vulgo additum *ille* omisi secundum optimos fontes Lg. 2. 3. 4. 13. 32 add. 36. *eidem* Gu. 3. quod scriptor retulit ad *clipeum; artifex* enim post sequitur ante vocabulum *opera*. — *laborabit*] *elaborabit* Lg. 4. et sec. m. 2.

XVIII. 74. *quibusque*] dedi pro *quibusve* secutus Lg. 2. 3. 4. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 17. 23. 24. 32. 36. 65. 67. 70. 73, 76, 81. 86. Gu. 2.; idque ad sententiam potius est: ex *ratione* enim (τέχνη, μεθόδῳ) sequuntur *praecepta* singularum rerum. — *comparetur*] *compararetur* Lg. 2. 13. 36. *comparatur* 4. — *non quo*] *non quod* Lg. 4. 17. 20. 23. 32 corr. 69. 76. Gu. 1. om 84. *cum* Gu. 3. — *mea*] om. Lg. 17. — *quidem*] *quicquam* corrigit Bakius. — *iam intersit*] inv. Lg. 4, 24. *iam* om. 35 add. — *genus quoddam*] ita posuimus secundum Lg. 2. 3. 4. 6, 13, 32. 36, Gu. 3. *dic. genus quoddam* 17. — *dicendi nos*] inv. Gu. 3. — *placatis*] *pacatis* Lg. 73. *possessio* Gu. 3. mire. — *accepimus*] *adcepimus* Lg. 65. 67. 70. — *sed*] *set* Lg. 2. — *ista*] *vi* Lg. 13. *vi ista* 32 corr. *tua* om. Vict. — *studio*] *studium* Gu. 3.

75. *nunquam ullum*] *nullum unquam* Lg. 4. haud male cum figura χιασμοῦ. *nunquam iudicem ullum* Vict. *iudicium ullum* Lg. 20. om. *ullum* 81. 84. — *aspexerit*] sic Lg. omnes, Vict. Gu. 1. 2. 3. — *Phormio*] post hoc nomen leviter distinxi,

venisset exsul proque eo, quod eius nomen erat magna apud omnis gloria, invitatus esset ab hospitibus suis, ut eum, quem dixi, si vellet, audiret, cumque is se non nolle dixisset: locutus esse dicitur homo copiosus aliquot horas de imperatoris officio et de omni re militari. Tum, cum ceteri, qui illum audierant, vehementer essent delectati, quaerebant ab Hannibale, quidnam ipse de illo philosopho iudicaret. Hic Poenus non optume Graece, sed tamen libere respondisse fertur multos se deliros

quia post resumitur oratio verbis *locutus esse dicitur homo copiosus*, in quibus *homo copiosus* ἀνακολούθως infertur pluribus interpositis. Qui praeterea ante *ut peripateticus* plene distinguunt, omnino non habent, quo *Phormionem* referant, nam verba *iudicium nullum aspexisse* sic ab hominis mentione seiunguntur. — *Hannibal*] *Annibal* s. *Anibal* hic et infra bis librorum meorum soli 15. 17. 93., altero loco etiam 84 corr. *Hann.* — *Carthagine*] *Cartagine* Lg. 2. 15. 23. 24. 32. 67. 76. 81. 84. 86. Vict. Gu. 3. quod ab antiquariis profectum, qui Gellii et Frontonis aetate in scriptores veteres grassabantur studiose ignorantes Ciceronis ipsius praeceptum Or. 48, 160.; ita in codd. paulo accuratius ex antiquioribus descriptos irrepsit. *Karthagine* Lamb. itaque Lg. 21. *a Carthagine* 16. *Carthagini* 13. — *exsul*] ita cum *s* litera soli Lg. 3. 4. ita corr. 93. — *omnis*] scripsi ex Lg. 2. 32 corr. 36. 84. Gu. 2. — *invitatus*] *militatus* Gu. 3. — *hospitibus*] *hostibus* Lg. 6. 24 corr. — *eum*] *enim* Lg. 6. om. 3. — *cumque is*] *is* om. edd. antiquiss. Lamb. vulg. post Grut., sed minime omnes codd., habent enim Lg. 2. 3. 13. 36. 84. et restitui propter usum paulo selectiorem, quod nemini addere, multis tollere in mentem venire potuit. Vide explicationes ad II. 17, 72. Retinuerunt Ald. Iunt. Crat. Man. Muell. Or. *ipse* Lg. 4. 32. hic omisso *se*. Ceterum *cum* Lg. *quumque* 69. — *locutus*] *loquutus* Lg. 17. 21. 70. — *dicitur*] om. Gu. 3. — *imperatoris*] *imperii* Lg. 2. 4. 13. 32 v. u. t. *impio* i. e. *imperio* Gu. 3., unde quis eliciat *imperatorio*. Sed veri similius est in codicibus eorum, qui hodie exstant, fontibus scriptum fuisse *imp.* probabilique coniectura suppletum. Eidem, quos dixi, et praeterea Lg. 20. *omni* ante *re militari* ignorant, ne id quidem improbabiliter. — *ipse*] *ille ipse* Lg. omnes praeter 2. 32., item Gu. 1. 2. Vict. ita corr. 32. — *hic Poenus*] sic codd. omnes. *hic* om. Ern. Sch.; *his* coni.

senes saepe vidisse, sed, qui magis quam Phormio deliraret, vidisse neminem. Neque me Hercule iniuria. 76. Quid enim aut arrogantius aut loquacius fieri potuit, quam Hannibali, qui tot annis de imperio cum populo Romano omnium gentium victore certasset, Graecum hominem, qui nunquam hostem, nunquam castra vidisset, nunquam denique minimam partem ullius publici muneris attigisset, praecepta de re militari dare? Hoc mihi facere omnes isti, qui de arte dicendi praecipiunt, videntur;

Muell.: alterum altero inutilius. — *optume*] scripsi secundum bonos codd. Lg. 13. 36. 65. 70.; sine eorum praesidio, etsi sine dubio saepe obliteratum est, recipi non debere recte censet Muellerus ad Varr. L. L. p. XXXVII. Quippe cum Varro *u* probaret, C. Caesar *i* scribendum praeciperet, utrumque iam Ciceronis aetate usitatum fuisse necesse est, sicuti post etiam altero diu probato alterum tamen reperitur in titulis. *optumus* p. 23, 2. 372, 4 (Augustales in eo marmore commemorantur). 474, 4 (inscr. Helvetica). 815, 11. 1116, 5 Graev. p. 475, 11 Reines. (decretum anni 800 ab urbe). 719, 67 (Flavius Augusti libertus qui memoratur, Vespasiani aut filiorum eius videtur). 765, 153. *maxumus* exstat p. 253, 6 (Antonino Pio dicatus titulus). 790, 9 (n. pr.). *maritumus* p. 395, 10 (inscr. Hispaniensis) Graev. *acerbissumum* in laudatione funebri aetatis Augusti p. 349 t. II, Orell. *aestumatio* n. 4869. p. 355 t. II. Ratio igitur non est, etsi Handio visum *(de Stilo lat.* p. 106), prae recepta consuetudine spernere quae fontes probatissimi suppeditant, etsi ferri non potest, quod non nulli omnia ad unam quasi normam dirigi volunt. Apud Livium vulgaris consuetudo adhuc inviolata mansit, etsi saepe mutari debuit; v. Drakenb. ad II. 59, 11. IX. 37, 5. XXVII, 32, 11. XXVIII. 33, 1. XXXVII. 2, 12. — *sed*] *set* Lg. 2. — *se*] post *senes* ponit Lg. 4. — *deliraret*] *delectaret* Gu. 3. — *neque*] *enim* addit Lg. 15. — *me Hercule*] sic Lg. 2. 67. 69, 70, 84, 86. 93. Gu. 3. isque semper ita. *me hercle* 76. *mehercle* Vict.

76. *arrogantius*] *adrog.* Lg. 13. 65. 67. 70. 73 corr. — *annis*] recepi ex Lg. 2. 4. 13. 32. 36. Gu. 3. vulgatur *annos.* — *cum populo*] om. Gu. 3. — *nunquam*] secundo loco omittitur in 2. 3. 4. 13. 32 add. *nunquam hostem* om. Gu. 3. — *ullius*] *illius* Lg. 14. 15. 21. 23. — *attigisset*] *adtigisset* Lg. 65. 67. 70. 86. — *dare*] *daret* Gu. 1. — *hoc*] *hoc enim* Lg. 4. ita corr. 2. — *id*

quod enim ipsi experti non sunt, id docent ceteros. Sed hoc minus fortasse errant, quod non te, ut Hannibalem, sed pueros aut adolescentulos docere conantur.

XIX. 77. Erras, Catule, inquit Antonius; nam ego-met in multos iam Phormiones incidi. Quis enim est istorum Graecorum, qui quemquam nostrum quicquam intellegere arbitretur? Ac mihi quidem non ita molesti sunt; facile omnis perpetior et perfero: nam aut aliquid afferunt, quod mihi non displiceat, aut efficiunt, ut me

docent] *hoc d.* Gu. 3. — *sed*] *set* hic et post Lg. 2., nec notabo posthac, nisi ubi alteram scripturam is liber exhibet. — *ut Hannibalem*] sic codd. plerique, etiam Lg. omnes, Vict. Gu. 1. 2. 3. Havn. 1. 2 m. sec. et vulgo inde ab antiquiss. edd. *ut ille Hannibalem δ.* Z. a m. recent. Pearc. Sch. Or., hic tamen voculam inutilem uncinis circumdedit. *Phormiones,* hoc est homines, qualis Phormio, Hannibalem docere conati sunt. *aut Hannibalem* inutilissima Muelleri coniectura reperitur in Havn. 2 pr. m., ducitque eodem *aud* in Gu. 3. — *adolescentulos*] *adulescent.* Lg. 65. 70. 73. 76., quod, cum paucorum et deteriorum librorum esse soleat, non amplius notabo, nisi cum in optimis repertum fuerit. *adolescentes* 14. 15. Ante *aut* om. Vict.

XIX. 77. *egomet*] *ego met* Lg. 2. 67. 76. 81. 84. 93. — *in multos*] inv. Lg. 84. — *iam*] om. Gu. 2. — *quis enim est*] Lamb. Muell. Henr. *quis est enim* propter falsum illud de secundo loco verbo substantiae assignando decretum contra libros omnes praeter Havn. 2., qui *enim* omittit. — *quemquam*] *quenquam* Lg. praeter 2. 3. 4. 5. 6. 13. — *quicquam*] sic XX Lg. et boni omnes, item Gu. 1. 2. — *intellegere*] scripsi secundum Lg. 13. 65. — *non ita*] *ne ita* Vict. isque etiam *sint* pro *sunt*, sicut Lg. 4. 76. ita var. 32. — *omnis*] scripsi secutus Lg. 36. 84. Gu. 1. 2. — *aut aliquid*] *ante aliq.* Gu. 3. *ut al.* Vict. — *afferunt*] *adferunt* Lg. 65. 67. 70. — *non displiceat*] *non* om. Gu. 3. — *me non*] *moneant* Gu. 3. — *Hannibal*] *Anibal* s. *Annibal* Lg. 15. 93. *anibalem* 4 corr. *anibale.* — *etiam negotii*] *et neg.* Lg. 4. *etiam* om. 6. 23. post *negotii* ponitur in 81. *negoti* a nullo libro monstratur. — *iudicare possum*] inv. Lg. 4. *possim* 76. — Has sententias aliter, ac vulgo fit, distinxi. V. explicationes.

non didicisse minus poeniteat; dimitto autem eos non tam contumeliose, quam philosophum illum Hannibal, et eo fortasse plus habeo etiam negotii. Sed tamen est eorum doctrina, quantum ego iudicare possum, perridicula. 78. Dividunt enim totam rem in duas partis, in causae controversiam et in quaestionis. Causam appellant rem positam in disceptatione reorum et controversia; quaestionem autem rem positam in infinita dubitatione. De causa praecepta dant; de altera parte dicendi mirum

78. *partis*] scripsi ex Lg. 13. — *quaestionis*] *quaestiones* (s. *questiones)* Gu. 1. Lg. 2. 4. 13. 20. 32 corr. ut 3., qui cum 76. et Vict. *questionem.* — *appellant*] *adpellant* Lg. 65. 73. — *reorum*] *rerum* codd. plerique. Praestantissimam scripturam in Havn. 2. Erl. 1. repertam et a Sch. Muell. Or. Henr. receptam firmant etiam Lg. 36., in quo idem legitur, et 2. 4. in quibus est *corum.* Improbat Bakius, bis infra eo vocabulo usum esse Ciceronem, sed interpretatione addita dicens, nec credibile videri in communi sermone de iis usurpatum esse, quorum res ageretur, ut in definitionem asciverit Antonius. Qua de re corrigit *in disceptatione et certa controversia.* At non opus est alios posuisse in definitione, si Antonius hic brevitatis studiosus vocabulo usus est. Deinde c. 79, 321. subiicit quidem definitionem, sed ita, ut postquam universe dixit *ex reo aut ex adversario aut ex re aut ex iis apud quos agetur,* ita pergat: *Ex reo (reos appello quorum res est), quae significent.* Ergo si ea speciatim non esset exsecutus, definitionem omissurus erat. Deinde sine definitione dicuntur *res, quae ad oratorem a causa atque a reis* deferuntur 27, 120., quo quidem loco Bakius perversae scripturae *a re* defensor sese dixisse ait *reos* sic in communi sermone non appellari. Vellem probasset; dicendo quidem nihil conficitur. Lambinus *rerum controversarum,* Ernestus *personarum* coniecit, suspectum ratus, quod sequitur, *et controversia;* Heusingerus denique *personarum et temporum controversia.* — *in inf.*] *in* om. Lg. 4. 13. 32 add. 36. 69. *infinitam* 2. 13. 32 corr. 36. — *dubitatione*] *divisionis dubitationem* corr. *dubitatione* Lg. 2. 13. 32 corr. u. t. 36. 84. *dionis* (=) *dub.* 4. — *dicendi*] om. Lamb. v. explicationes. — *silent. est*] *est* om. Gu. 2. Lg. praeter 2. 3. 4. 13. 32. 35. 36. 69. 81. 93. item Ald. Iunt. Crat. Man. *merum* pro *miro* legi Bakius vult.

silentium est. 79. Deinde quinque faciunt quasi membra eloquentiae; invenire quid dicas, inventa disponere, deinde ornare verbis, post memoriae mandare, tum ad extremum agere ac pronuntiare; rem sane non reconditam. Quis enim hoc non sua sponte viderit neminem posse dicere, nisi et quid diceret et quibus verbis et quo ordine diceret haberet et ea meminisset? Atque haec ego non reprehendo, sed ante oculos posita esse dico, ut eas item quattuor, quinque sexve partis, vel etiam septem

79. *deinde*] vulgatur *denique*. Illud ab Henrichsenio memoratum ex Havn. 1. 2. Gu. 1. 2. Ald. Iunt. Crat. Vict. Schuetzioque suavioris soni causa placitum recipere non dubitavi, cum etiam a Lg. omnibus exhibeatur praeter 5. 6. 35. 69. 93. — *ac pronuntiare*] *et pron.* Lg. 4. 5. 6. 65. 67. 69. 73. 81. 86. 93. *pronuntiare* per *t* scribitur in codd. omnibus. — *rem — reconditam*] *cognitam* Lg. 4 corr. *incognitam*. *conditam* 13. 32 corr. *inconditam* 73. — *sua sponte*] inv. Lg. 6. 24. — *viderit*] *videret* Lg. XVIII, Gu. 2. sed non 2. 3. 4. 13. 32. 36. — *dicere*] *apte d.* Ald. Iunt. Crat. Man. Gron. al. Gu. 2. *aperte* Vict. Gu. 1. sed om. multi alii et Lg. omnes praeter 3. 76. 84. — *atque haec*] *haec* om. Lg. 2. — *posita esse*] inv. Lg. 4. — *dico*] *duco* Lg. 3 corr. — *item*] om. Lg. 6. 13. — *quattuor*] solus sic Lg. 32. — *sexve*] *sex* Lg. 4. 13. 32 corr. 36. 76. Gu. 3. *sexne* 84. Gu. 2. — *partes*] om. Lg. 4. 13. 32 add. 36. 76. Gu. 3. *partis* 2. 76. Perverse plane haec Vict. ita habet: *ut eas item partem dicant quatuor quinque sex vel etiam septem.* — *digeruntur*] *diliguntur* Lg. 3 v. u. t. *eligerentur* Gu. 1. qui et *ab* om. — *his*] *iis* Lg. 20. 76. cf. ad I. 1, 3. — *omnis*] *omnibus* Lg. 3. 5. 6. 14. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 84. 86.

80. *benevolum*] hic nullus meorum *e.* — *attentum*] *adtentum* Lg. 67. 70. 73 corr. — *ut aperta*] *ut* om. Lg. 13. — *ut brevis*] *et brevis* Lg. 2. 4. 6. 13. 36. quod probarem, nisi ante bis exstaret *ut.* — *proponere*] *promere* p. var. 32. — *nostra*] *nostram* Gu. 3. — *denique*] *demum* Lg. 13. — *alii conclusionem*] inv. Lg. 4. — *collocant*] *conlocant* Lg. 32. 65. 70. 73. — *ante quam*] sic divisim Lg. 2. 67. 84. Gu. 3. *anteaquam* 23. — *ornandi aut augendi*] *orandi aut agendi* Gu. 3. — *degredi*] mutare non audeo ab Lg. 2. 13. 32 (is *deggredi* corr. u. t.). 36. exhibitum, ut dederat Lambinus, quem olim secutus unice pro-

(quoniam aliter ab aliis digeruntur), in quas est ab his omnis oratio distributa. 80. Iubent enim exordiri ita, ut eum, qui audiat, benevolum nobis faciamus et docilem et attentum; deinde rem narrare ita, ut veri similis narratio sit, ut aperta, ut brevis; post autem dividere causam aut proponere, nostra confirmare argumentis ac rationibus, deinde contraria refutare. Tum autem alii conclusionem orationis et quasi perorationem collocant; alii iubent, ante quam peroretur, ornandi aut augendi

babam *degredi, degressio*, cum dicitur τεχνικῶς, ut hoc loco: nunc libros discrepantes conciliari non posse video. Facile negotium est in omnibus illis compositis, quae loci significatum proprium habent, etsi etiam ea in scriptis libris confundi testes sunt Drak. ad Liv. XL. 22, 5. Schaeferus ad Plin. Epp. I. 5, 10. Igitur *degredi* dicitur necessario, cum quis *deorsum graditur* i. e. descendit; v. Liv. XL. 22, 5. et 7. Tac. Ann. IV. 49. XIII. 54. Hist. III. 67. Sallust. Hist. IV. apud Arusianum p. 223. Eadem res est in *delabendo* v. Ern. ad Tac. Ann. II. 38. Cic. de Or. II. 60, 246. *defluendo* v. Cort. ad Sall. Iug. p. 410. *deripiendo* v. Graev. ad Cic. p. Sull. p. 16. Frotsch. Cort. ad Luc. I. 410. Etiam ea *de* servare debebunt, in quibus tralatio et figura reperitur a locis proxime desumpta, velut *despicere* ἀπὸ τοῦ ἄνω εἰς τὸ κάτω βλέπειν, deinde καταφρονεῖν, v. Schaefer. l. c.; *decedere* de via, de provincia, v. Plin. Epp. II. 2, 4.; *demetiri* (ἀπομετρεῖσθαι) quod differt a *dimetiendo* (ἐκμετρεῖσθαι) v. Lamb. Em. Tull. p. 131 Klein.; *demovere* onus aut molestiam, Cic. de Or. II. 51, 208. *demittere* caput II. 66, 267. Sed longe aliter habet in *separandi* significatione figurata, ut est in *distringendo* s. *destringendo* quorum utrumque sat exemplorum habet, plura tamen prius, v. Graev. l. c. Cort. ad Luc. IV. 317. Ern. ad Tac. Ann. XII. 3. Oudendorp. ad Caes. BG. p. 64. et Herzog. l. c. p. 58. Heindorf. ad Hor. Serm. II. 1, 41. Peerlkamp. ad Hor. Carm. p. 242.; item in *dimovendo* s. *demovendo*, cum non dicitur deorsum aliquid moveri, velut *de re publicae praesidio demovere* Cic. Muren. 38, 42. *oculos litore* v. Intpp. ad Hor. Carm. IV. 5, 12. v. Intpp. et cf. Peerlkamp. p. 4.; deinde in *divertendo* s. *devertendo* v. Drak. ad Liv. XXXIX. 53, 1. XLIV. 43, 2.; denique in *diminuendo* s. *deminuendo*, quae cum differre dixisset Oudend. ad Suet. Caes. 5., unde sua nuper pleraque

causa degredi, deinde concludere ac perorare. 81. Ne haec quidem reprehendo. Sunt enim concinne distributa; sed tamen, id quod necesse fuit hominibus expertibus veritatis, non perite. Quae enim praecepta principiorum et narrationum esse voluerunt, ea in totis orationibus sunt conservanda. 82. Nam ego mihi benevolum iudicem facilius facere possum cum sum in cursu orationis, quam cum omnia sunt inaudita; docilem autem, non cum polliceor me demonstraturum, sed tum, cum doceo et explano; attentum vero crebro tota actione excitandis mentibus iudicum, non prima denuntiatione efficere possumus. 83. Iam vero narrationem quod iubent veri similem esse et apertam et brevem, recte nos admonent; quod haec narrationis magis putant esse propria quam totius oratio-

Gruberus delibabat, probavit Meyerus ad Cic. Brut. 1, 1., sed sibi ne in hoc quidem libro constitit. *Diligere* et *deligere* etsi ipsa quoque in libris perpetuo miscentur, satis certo dignoscuntur, v. Lambin. l. c. p. 49. Nam pro *deligendo* et *delectu* persaepe *diligere* et *dilectum*, nunquam fere pro *diligendo* i. e. amando *deligere* reperias.

81. *concinne*] *continue* Lg. 13. 24 corr. — *expertibus*] *expertis* Lg. 67. — *perite*] *peri* Gu. 3. — *principiorum et narrat.*] inv. Lg. 21.

82. *ego*] *et ego* Lg. 2. 13. 36. 84. Ald. Iunt. Crat. Man. add. 32 sed corr. — *benevolum*] omnes codd. per *i*. — *possum*] *possim* 76. — *cum sum in cursu*] recepi scripturam codd. Gu. 3. Vict. Lg. 2. 4. 13. 36. 84. Ald. Iunt. Man. eodemque pertinet *cūsum in cursu* in 32. Commendatur concinnitate parium membrorum. Vulgo *cum sum* abest. — *in cursu*] *in concursu* Lg. 4. *incursus* Gu. 2. idemque *oratione*. *incursu* Lg. 69. om. 76. — *sunt*] *sint* Lg. 14. 15. 23. 67. 70. 81. Vict. — *cum polliceor*] *cōpolliceor* Lg. 2. *conpolliceor* 81 corr. i. e. fortasse *quom polliceor*. — *demonstraturum*] *demonstraturus* Lg. 23. om. et add. 35. — *attentum*] *adtentum* Lg. 65. 67. 70. 73. — *crebro*] *credo* Lg. omnes praeter 81 (is illud p. var.) 81., item Vict. Gu. 3. *crebor* Gu. 1. unde corruptelae origo intelligitur. *crebro* etiam Gu. 2. — *actione*] *oratione* Lg. 4. — *denuntiatione*] *enunt.*

nis, valde mihi videntur errare. Omninoque in hoc omnis est error, quod existimant artificium esse hoc quoddam non dissimile ceterorum, cuius modi de ipso iure civili hesterno die Crassus componi posse dicebat; ut genera rerum primum exponerentur, in quo vitium est, si genus ullum praetermittatur; deinde singulorum generum partes, in quo et deesse aliquam partem et superare mendosum est; tum verborum omnium definitiones, in quibus neque abesse quicquam decet neque redundare.

XX. 84. Sed hoc si in iure civili, si etiam in parvis aut mediocribus rebus doctiores assequi possunt: non idem sentio tanta hac in re tamque immensa posse fieri. Sin autem qui arbitrantur, deducendi sunt ad eos, qui haec docent; omnia iam explicata et perpolita as-

Lg. 14. 15. 23. 67. per *c* scribitur in 73. 76. edd. Man. Lamb. *nuntiatione* Lg. 93. — *possumus*] *poscimus* Lg. 4. 16.

83. *quod iubent*] *quam iubent* Lg. 2. 4. Gu. 1. — *quod haec*] *qui haec* Lg. 2 corr. ut 3. *sed qui* 3. *qui* 4. corr. *sed.* 13. 36. *q. autem* 17. 93. om. 32 add. ead. m. *sed qui*, var. alt. m. *quia.* — *omnis est*] inv. Lg. 23. 81. — *error*] om. Vict. — *esse hoc*] inv. Lg. 81. — *quoddam quiddam*] Lg. 67. — *cuius modi*] *eius modi* Gu. 3. — *iure civili*] om. Lg. 14. 15. 23. — *primum*] *primo* Lg. 4. 16. 67. 84. — *exponerentur*] *exponerent* Lg. 93. *exponentur* Vict. *exponantur* scribi Bakius vult de temporum consequentia timens. Non vidit igitur *exponerentur* ex mente Crassi dici, cuius dictis quasi sua quaedam observata Antonius addat *in quo vitium est* et *neque abesse quicquam decet.* — *praetermittatur*] *praetermittitur* Gu. 3. — *partes*] *partis* corr. u. t. Lg. 2. 4. sine correctione Gu. 3. Lg. 13. 36. *partes generum* 3. 6. 24. 32 corr. ut 13. — *definitiones*] *diffin.* codd. multi, ut Lg. 2. 13. 21. 32. Gu. 2. Vict., ut solent fere semper; de quo non monebo posthac. — *quicquam*] sic XXII Lg. et boni omnes, Gu. 2.

XX. 84. *doctiores*] *doctores* Gu. 1. 2. 3. Lg. omnes. Verum invenisse Lambinum puto. — *assequi*] *adsequi* Lg. 65. 67. 70. 73. eidemque mox et 2. 86. *adsequentur.* — *immensa*] *inmensa* Lg. 69. — *explicata*] *explicita* Gu. 3. — *perpolita*] *proposita* Lg. 4. 32 corr. ita corr. 2. — *assequentur*] hoc aut

sequentur; sunt enim innumerabiles de his rebus libri neque abditi neque obscuri. Sed videant quid velint, ad ludendumne an ad pugnandum arma sint sumpturi. Aliud enim pugna et acies, aliud ludus campusque noster desiderat. Attamen ars ipsa ludicra armorum et gladiatori et militi prodest aliquid; sed animus acer et praesens et acutus idem atque versutus invictos viros efficit non difficilius arte coniuncta. 85. Quare ego tibi oratorem sic iam instituam, si potero, ut quid efficere possit ante perspiciam. Sit enim mihi tinctus literis; audierit aliquid legerit ista ipsa praecepta acceperit: tentabo quid deceat quid voce quid viribus quid spiritu quid lingua

assequantur (Lg. 4.) aut *sequentur* (Gu. 2. Lg. 20.) codd. omnes; v. explicationes. *nanciscentur* coniecit Schuetz., *apiscentur* Schaeferus. *a se* sublata distinctione post *docent* Bakius inerti additamento; si qua enim hic rhetorum irrisio est, est etiam illis non additis. Mox *enim* ineptum esse affirmans corrigit *etiam*. Perpolita illa erant non modo a doctoribus, sed etiam libris. — *de his*] *de iis* Lg. 70. — *videant*] *indicant* Gu. 3. — *sumpturi*] sic cum *p* Gu. 1. 2. Lg. omnes praeter 3. 4. 5. 6. *sunt* Gu. 1. — *attamen*] divisim Lg. 2. 3. 13. 17. 20. 21. 32. 35. 36. 67. Vict. quod cur non probem significavi. — *idem atque*] *idemque* Lg. 3. 20. 76.

85. *tibi oratorem*] inv. Lg. 2. 3. 24. ita corr. 32. — *si potero*] plerosque codd. habere *potuero*, quod ab Aldo ad Ern. receptum et a Muell. Or. Henr. restitutum est, notitia Lagomarsinianorum facta dubito valde. Ego *potero* scripsi secundum Gu. 2. Lg. 2. 3. 4. 13. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 86. 93. Havn. 2. edd. antiquiss. Steph. Lamb., in quibus praeter Gu. 3. est quidquid fere bonorum librorum exstat. Ita corr. 32. — *quid*] *quicquid* Lg. 2. 3. 4. 13. 32 *(quidquid)* 36. 86. om. 5. 6. 24. add. 65. — *perspiciam*] *prospiciam* Lg. 4. — *sit enim*] *si enim* Vict. Gu. 1. — *tinctus*] *auctus* Lg. 2. — *tentabo*] *temptabo* Lg. 5. 13. 21. 32 corr. 65. 67. 69. 70. 73. 86. Gu. 3. — *possit*] *ante perspiciam* additur in Lg. 35. 69. ita corr. 81. — *intellegam*] scripsi ex Lg. 13. 65. — *non solum hortabor*] *hortabor non solum* Lg. 2. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 65. 67. 70. 73. 86. Gu. 3. *cohortabor* 35. 69. 93. — *elaboret*] *laboret*

efficere possit. Si intellegam posse ad summos pervenire, non solum hortabor, ut elaboret, sed etiam, si vir quoque bonus mihi videbitur esse, obsecrabo. Tantum ego in excellente oratore et eodem bono viro pono esse ornamenti universae civitati. Sin videbitur, cum omnia summa fecerit, tamen ad mediocris oratores esse venturus; permittam ipsi quid velit, molestus magno opere non ero. Sin plane abhorrebit et erit absurdus, ut se contineat aut ad aliud studium transferat, admonebo. 86. Nam neque is, qui optime potest, deserendus ullo modo est a cohortatione nostra neque is, qui aliquid potest, deterrendus; quod alterum divinitatis mihi cuius-

Lg. 76. — *vir quoque bonus mihi videbitur esse*] scripsi ex Lg. praeter 2. 4. 5. 6. 81. 84. item ex Vict. Gu. 3. Vulgo abest *esse* et ponitur *mihi bonus.* — *bono viro*] vulgo inverso ordine; secutus sum Lg. omnes praeter 5. 6. 69. 81. 84. 93., item Gu. 3. — *civitati*] *civitatis* Lg. 2. 3. 6. 13 corr. 32 corr. 36. 76. Gu. 3. ita corr. 4. — *sin videbitur*] *invidebar* Gu. 3. *sin vid. impar* Vict. Lg. 3. 4. 86. 93. ita corr. 15. 32. — *cum*] eorum, qui *impar* addunt, *ei qui* habent 3. 86. Vict. ita corr. 32. *cui* 4 corr. illi. Veri simile hinc est *quom* scribendum esse. — *omnia summa*] sic codd., quantum scio omnes, praeter Harl. 1. 2. Cant. Z. ε. Gu. 1., in quibus est *omnia summe.* — *ad mediocris*] *et m.* Lg. 2. 3. 5. 6. 14. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 86. 93. Gu. 1. 2. eidemque *orator* praeter 2. 81. (is add. sec. m.); contra *orator* etiam exstat in 15. 35. 84. *mediocris* Lg. omnes praeter 4. 32. 35. *mediocris esse orator* Lg. praeter 2. 3. 4. 13. 32. 36. 81. ita corr. 32; manifesta eius correctione, qui, cum *mediocris* nominativum esse putaret, *oratores* in *orator* corrupit et *ad* in *et.* Simile genus depravationis commemorat Muell. ad Varr. de L. L. p. XXXVIII. — *esse venturus*] *se venturum* Lg. 2 corr. *si quis se vent.* Gu. 3. addit *speraverit* 4. *se* pro *esse* etiam 13. 32 corr. 36. — *molestus*] *molestusque* Lg. 3. 4. 76. Vict. — *magno opere*] scripsi, ut iam Henr., ex Lg. 2. 13. Gu. 3. — *ad aliud*] *ad* om. Lg. 3. 13. 32 corr. 36. ut 4.

86. *ullo modo*] post nostra ponunt Lg. 14. 15. 16. 21. 23. 65. 67. 70. 73. om. 86. *nullo modo* Gu. 3. Verba a *deserendus* usque ad *potest* absunt a Gu. 2. — *deterrendus*] additur *est* in

dam videtur, alterum, vel non facere quod non optime possis, vel facere quod non pessime facias, humanitatis; tertium vero illud, clamare contra quam deceat et quam possit, hominis est, ut tu, Catule, de quodam clamatore dixisti, stultitiae suae quam plurimos testes domestico praeconio colligentis. 87. De hoc igitur, qui erit talis, ut cohortandus adiuvandusque sit, ita loquamur, ut ei tradamus ea dumtaxat, quae nos usus docuit, ut nobis ducibus veniat eo, quo sine duce ipsi pervenimus, quoniam meliora docere non possumus.

XXI. 88. Atque ut a familiari nostro exordiar, hunc ego, Catule, Sulpicium primum in causa parvula adole-

Lg. 3. 32. *detrahendus* 4 corr. — *non pessime*] *non* om. Lg. 67 corr. *optume* et *pessume* recipere non audeo quia non sunt nisi in mediocri bonitate libris Lg. 5. 65. 70. — *contra quam*] *c. quem* Lg. 3. 4 corr. 32 v. u. t. Vict. v. u. t. — *deceat*] *non deceat* Lg. 24 corr. — *et quam*] *et quem* Lg. 3. — *possit*] *possis* Lg. 4 corr. 6. Havn. 2. a m. sec. ed. Lips. Thanneri, Ern. ita corr. 24. — *clamatore*] *declamatore* vulgatam scripturam pessimam correxi ex Lg. 2. 5. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 23. 24. 35. 36. 67. 69. 81. 86. 93. Gu. 3. Eodem spectant *clamore (clamore = clamatore)* in Lg. 6. 21. Gu. 1. 2. Vide explicationes. Idem probavit Bakius. — *suae — testes*] *haec* om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. eidemque et 3. 6. 24 corr. 70. 73. 76. 86. *domesticos* habent. — *colligentis*] *conligentis* Lg. 65. 70. 73. 86.

87. *sit*] ante *cohortandus* ponitur in Lg. 3. ita corr. 32. om. Gu. 3. — *loquamur*] *eloquamur* Gu. 1.

XXI. 88. *a familiari*] *a* om. Lg. 2. add. *de. ut a* om. Gu. 3. — *primum*] *cum primum* Lamb. Sch. Etiam Pearc. in ed. 1. assensus Lambino in ed. 3. vulgatum tuetur. Ern. verba *primum — audivi* parentheta fecit coniecitque *ut primum*. Alii aliter distinguunt. Sed in scriptura nihil mutandum. — *aptis*] sic Havn. 1. Z. *α. β. γ. δ.* Lg. 2. 3. 14. 15. 16. 17 corr. 20. 21. 23. 24. 26 corr. 32 v. u. t. 36. 65. 67. 70. 73. 84. 86. Gu. 2. 3. Ald. Iunt. Crat. Vict. Lamb. *ad hoc aptis* om. *munus* 13 corr. ut 2. *aptum* Havn. 2. *ε.* edd. antiq. Man. Grut. Ern. Muell. itaque rell. Lg. et Gu. 1. — *ingeni*] scripsi ex Lg. 16. 36. 65. 70. 86. *ingeniis* Gu. 3. isque mox *sed*. — *effervescentibus*] *eferv.* Lg. 2.

scentulum audivi voce et forma et motu corporis et reliquis rebus aptis ad hoc munus, de quo quaerimus, oratione autem celeri et concitata, quod erat ingeni, et verbis effervescentibus et paulo nimium redundantibus, quod erat aetatis. Non sum aspernatus; volo enim se efferat in adolescente fecunditas. Nam sicut facilius in vitibus revocantur ea, quae sese nimium profuderunt, quam, si nihil valet materies, nova sarmenta cultura excitantur, ita volo esse in adolescente unde aliquid amputem. Non enim potest in eo esse sucus diuturnus, quod nimis celeriter est maturitatem assecutum. 89. Vidi statim indolem neque dimisi tempus et eum sum cohortatus, ut forum

exfervescentibus 3. 4. 6. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 23. 24. 32. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 84. 93. Vict. Gu. 2. *exefferveseent.* 21. *et-fervesc.* 81 corr. u. t. *exferventibus* Gu. 1. Lg. 86 corr. ut 3. *exfervesce (= exfervescere)* Gu. 3. Haec non efficiunt, ut scribatur *ecfervescentibus*, quod non nullis antiquariis placet. — *paulo*] sic omnes Lg. praeter 3. 4. 5. 6. Vict. Gu. 2. — *fecunditas*] *facunditas* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. — *sicut facilius*] vulgo inv. Illud Gu. 3. Lg. 2. 3. 13. 36. Sch. Muell. Henr. Certe verba sic sunt ordinanda; sin distinguitur, ut solet, post *facilius*, sententia concidit. — *sese*] *se* Lg. 4. 20. 32 corr. 84. divisim 69. 70. 76. 81. 86. 93. om. Gu. 3. — *profuderunt*] *prodiderunt* vitiose hic codd. optimi Lg. 2. 4. 6. 13. 24 corr. 32 corr. Gu. 3. — *excitantur*] *excidantur* Lg. 84. Vict. Gu. 2. id p. var. 4. 32. — *ita*] *idem* Gu. 3. — *sucus*] scripsi ex Lg. 2. 3. 5. 6. 13. 15. 16. 21. 24. 35. 65. 70. 73. 81. 86. probaturque magis a grammaticis Pierio ad Virg. Ecl. III. 6. Schneidero Gr. Lat. I. 2, p. 402., quanquam adversatur nulla de causa vulgari consuetudini patrocinatus Drakenb. ad Sil. Ital. VII. 169. Ceterum antiquum verborum ordinem *esse sucus* restitui, cum soli eorum Lg. 3. 81. Lamb. ea invertant. — *assecutum*] *exsecutum* Lg. 15 corr. *executus*, quod est in VIII. aliis et Gu. 3. *consecutus* 13. Vict. corr. *assecutus. adsecutum* Gu. 1. 2.

89. *indolem*] *indocilem* Lg. 2. corr. al. m. *docilem*. 13. 36. Gu. 3. illa perversa correctio est in Lg. 4. 32 v. u. t. *indolem* (sic cum lineola) 84.; unde apparet suspectum visum librariis, qui putarint compendium lineolae supra poni solitae omissum esse

sibi ludum putaret esse ad discendum, magistrum autem quem vellet eligeret, me quidem si audiret, L. Crassum. Quod iste arripuit et ita sese facturum confirmavit atque etiam addidit gratiae scilicet causa me quoque sibi magistrum futurum. Vix annus intercesserat ab hoc sermone cohortationis meae, cum iste accusavit C. Norbanum defendente me. Non est credibile quid interesse mihi sit visum inter eum, qui tum erat, et qui anno ante fuerat. Omnino in illud genus eum Crassi magnificum atque praeclarum natura ipsa ducebat; sed ea non satis proficere potuisset, nisi eodem studio atque imitatione intendisset atque ita dicere

in eo exemplari, unde sua descripserunt. — *eum — ut*] om. Lg. 32. *sum* om. Gu. 3. Lg. 2. 4. 5. 6. 13. 14. 16. 21. 23. 24. 32 corr. ut 3. 65. 70. 73. 86. *eum* om. 3. 15. 20. — *forum*] *eorum* Gu. 2. — *sibi*] om. Lg. 6. post *ludum* ponit Vict. post *putaret* Lg. 20. — *discendum*] sic Lg. omnes, Vict. al. vulgoque ab Aldo ad Ern., revocarunt Sch. et Orell. *dicendum* Havn. 1. 2. Ox. V. Gu. 1. 3. (Henrichsenius de tribus praedicat, sed errat) Erl. 1. edd. antiq. Ern. Muell. Henr. Manifestus error est; v. explicatt. Sed Bakius insititia putat verba *ad discendum.* — *arripuit*] *adripuit* Lg. 65. 67. 70. 73. 86. — *sese*] divisim Lg. 69. 93. *se* Lg. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 36. 65. 67. 70. 73. 76. 81. 86. — *etiam*] om. Lg. 15. — *addidit*] Lg. 2. 4. 13. 24 corr. 32. Vict. Gu. 3. — *sibi*] om. Lg. 17. post *magistrum* ponit 69. 93. — *accusavit*] *adcusavit* Lg. 65. 67. 70. 73. — *C. Norbanum*] *Q. Norbanum* Lg. 4. — *visus*] *visum* Gu. 3. — *ante*] *antea* Lg. 3. ita corr. 32. — *illud*] *id* Lg. 14. 15. 23. 76. *illum* 32 corr. *istud* 65. ante id *in* om. Gu. 3. — *eum*] *cum* Gu. 3. — *sed ea*] *sed ad ea* Gu. 1. — *proficere*] *perficere* vitiose Gu. 1. 3. Lg. omnes praeter 13. 84. et 32 pr. m.; nam secunda ad illum modum correxit. *Ea* librarii accusativum esse putarunt. — *intendisset*] omnes puto libri *incidisset,* nam duos illos Lambinianos, qui alterum habere dicuntur, extra eius ingenium non exstitisse persuasum habeo. *intendisset* Med. 2. mg. Crat. Asc. Man. Lamb. et vulgo post Ern., idque retineo, quod *incidere* pro *incumbere ad aliquid* non videtur dici. *incepisset* unus cod. Lambini, Lg. 93. ed. s. l. et a. Med. 1. Ven. *incubuisset* ed. Lips. Thannerl, Lott. itaque coni. Lamb.

consuesset, ut tota mente Crassum atque omni animo intueretur.

XXII. 90. Ergo hoc sit primum in praeceptis meis, ut demonstremus, quem imitetur, atque ita, ut, quae maxime excellent in eo, quem imitabitur, ea diligentissime persequatur. Tum accedat exercitatio, qua illum, quem delegerit, imitando effingat atque exprimat, non ut multos imitatores saepe cognovi, qui aut ea, quae facilia sunt, aut etiam illa, quae insignia ac paene vitiosa, consectantur imitando. 91. Nihil est facilius, quam amictum imitari alicuius aut statum aut motum. Si vero etiam vitiosi aliquid est, id sumere et in eo †. vitiosum esse,

XXII. 90. *quem imitetur*] *quae im.* Lg. 84. *imitemur* Gu. 3. 5. 32 corr. 35. 69. 70. 81. 93. ita corr. et exp. 2. — *excellent*] sic cum Schuetzio mutavi vulgatum *excellant* secundum Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. Hanc sententiam subditiciam et ex simili in §. 92. confictam putant; v. explicatt. — *imitabitur*] *elegerit imitabitur* 4. *imitetur* 23. *imitabimur* 35. 69. 93. *inmitabar* Gu. 3. — *persequatur*] *prosequatur* Lg. 86. *persequamur* 93. — *accedat*] *adcedat* Lg. 65. 67. 70. 73. 86. — *delegerit*] *ante* praemitti solitum delevi secundum Lg. omnes, Vict. Gu. 2. 3. — *delegerat* 2. *elegerat* 20. 35. 69. 93. *delegerit* c. var. *delegeris* 32. *diligerit* 86. — *exprimat*] vulgo additum *ita* sustuli, ut suadebant Lg. 2. 4. 13. 16. 32 add. 35. 36. 84. Gu. 3. Particula inepta est et sensum turbat. Nam significat imitatione effingendo effici, ut exprimamus eum, quem imitemur; nec probamus eatenus Matthiae interpretationem Misc. Cr. I. p. 681. ex anacolutho: orationem enim ita institutam, ac si sequeretur *sed ut, quem probamus, in eo — persequatur.* Post verbum *exprimat* in Lg. 2. 4. 13. 36. Gu. 3. lacuna est ad verba *quid enim causae,* quae sunt in §. 92. Eam in 32. explevit alia manus. — *non*] om. 3. 5. 17. 20. 24 add. 65. 84. quorum pro *non* habent *ita* 5. 65. 84. Gu. 2. *nec ita* 6. 70. 73. 86. *ita ut* 14. 15. 21. 23. — *consectantur*] *consectentur* Lg. praeter lacunosos et 14. 15., in quibus scriptum *confitentur.*

91. *vitiosi*] sic Man. Lamb. Or. Henr.; in libris est *vitiose.* Sch. de coniectura *insigne.* — *in eo vitiosum esse*] haec affecta esse clarum est. *in eo vitio esse* suspicio Muelleri; male, quia

non magnum est; ut ille, qui nunc etiam amissa voce furit in re publica, Fufius, nervos in dicendo C. Fimbriae, quos tamen habuit ille, non assequitur, oris pravitatem et verborum latitudinem imitatur. Sed tamen ille nec deligere scivit cuius potissimum similis esset et in eo ipso, quem delegerat, imitari etiam vitia voluit. 92. Qui autem ita faciet, ut oportet, primum vigilet necesse est in deligendo, deinde, quem probavit, in eo, quae maxime excellent, ea diligentissime persequatur. Quid enim causae censetis esse cur aetates extulerint singulae singula prope genera dicendi? quod non tam facile in nostris oratoribus possumus iudicare, quia scripta, ex quibus iudicium fieri posset, non multa sane reliquerunt, quam

esse non potest significare *iactare se.* Melius idem in Seebodi Misc. Cr. II. 509 coni. *vitio totum esse.* Mihi placet *in eo ipsum vitiosum esse,* quod *ipse* iuxta *is* positum saepe excidit. Bakius corrigit *et in ipso vitio non suum esse,* artificiosius, puto, quam verius. — *Fufius*] sic Pall. plerique, Gu. 2. Lg. 6. 21. 32. (ex optimis est, quanquam lacuna hic alia manu expleta) 35. 70. 76. ita corr. 24. *Fuffius* Vict. sueto mendo, *Fufulius* Gu. 1. v. ad I. 39, 179. — *habuit*] *habuerit* Lg. 5. 15. 16. 20. 21. 23. 32. 65. 70. 73. 76. 86. — *ille*] *iste* Lg. 65. — *assequitur*] *adsequitur* Lg. 65. 70. 73. 86. — *tamen*] om. Lg. 67. — *ille*] *iste* Lg. 65.

92. *ita faciet*] *ita* om. Lg., qui non lacunosi sunt, omnes praeter 65. 81. 84. — *deligendo*] *dilig.* Lg. 6. 17. *deleg.* 67. 69. 81. 93. — *excellent*] *excellunt* Lg. 3. 32. *excellant* 67. 76. — *persequatur*] *assequatur* Lg. 81 corr. — *aetates*] post *singulae* ponit Lg. 15. *aetatis* 17. — *extulerint*] *extulerunt* Lg. 15. 81. — *possumus*] *possum* Lg. 2. 4. — *multa*] *multum* Lg. 23. *multo* 32 corr. — *quam*] *quamvis* Lg. 4. — *voluntasque*] *voluptasque* Lg. 3. 4. 32. quod unde natum sit docet 2., in quo est *volūptas* = *voluntas*, iis commendandum, qui *temptare* defendunt. — *intellegi*] scripsi ex Lg. 13.

93. *constent*] *constant* Lg. 4. Steph. *exstent* (s. *extent*) 76. Lamb. — In nominibus Graecis iam sequentibus peccatur in libris varie. — *sententiisque*] vulgo abest *que*, quod secundum Lambinum addidi ex Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 24. 32. 36. 81. — *abundantes*] *habund.* tritissimum vitium est in Lg. 2. 20. 32 corr. 67. 69. 76.

in Graecis, ex quorum scriptis cuiusque aetatis quae dicendi ratio voluntasque fuerit intellegi potest. 93. Antiquissimi fere sunt, quorum quidem scripta constent, Pericles atque Alcibiades et eadem aetate Thucydides, subtiles acuti breves sententiisque magis quam verbis abundantes. Non potuisset accidere, ut unum genus esset omnium, nisi aliquem sibi proponerent ad imitandum. Consecuti sunt hos Critias Theramenes Lysias. Multa Lysiae scripta sunt, nonnulla Critiae, de Theramene audimus. Omnes etiam tum retinebant illum Pericli sucum, sed erant paullo uberiore filo. 94. Ecce tibi exortus est Isocrates, [magister istorum omnium], cuius e ludo tanquam ex equo Troiano meri principes exierunt; sed

81. 84. — *non potuisset*] *et non p.* Lg. 2. 4. 6. 24 corr. *potuisse* 6. 13. 24 corr. 36. *potuit* Vict. — *accidere*] *adcidere* Lg. 65. 70. 73. 86. — *unum genus esset omnium*] vulgo *genus* ponitur post *omnium*, fucata et fortasse recentioris correctoris elegantia, quam sustulimus secundum Gu. et Lg. omnes praeter 65. 73., quorum tamen 73. *hominum* pr. *omnium* corr. ut rell. Nomina inde propria varie depravantur; unum memoro *lisyas* et *lisye* in Gu. 3. aliisque. — *audimus*] sic Havn. 1. 2. Gu. 3. Sch. Muell. Or. Henr.; accedunt iam Lg. 3. 13. 36. v. explicationes; de loco I. 60, 255. cum ab Henrichsenio dissentiamus, consule quae in comm. crit. attulimus. — *Pericli*] sic aut *Peridi* Lg. omnes praeter 3. 4. 13. 17. (is *Periclius)* 32. 70. et sec. m. 2. 20.; item Vict. Gu. 1. 3. (in 2. est *periculi)* Havn. 1. Erl. 1. Pall. plerique, duo Gall., codd. Rivii ap. Grut. Lamb. Grut. v. explicatt. ad I. 19, 88. eodem ducit *Pericly* in Lg. 13. 32 corr. — *sucum*] sic Lg. XVI. omnesque optimi praeter 36., in quo est *sulcum. fucum* 6. v. ad II. 21, 88. — *paulo*] omnes sic Lg. praeter 3. 4. 5. 6.

94. *Isocrates*] *socrates* Lg. 2. 4. ille corr. *Ysocr.*, ut alii multi habent. — *magister istorum omnium*] uncinis clausimus, delevit Sch., ex mg. in verba scriptoris irrepsisse putant Lamb. Ern. Ruhnk. hist. Cr. or. Gr. p. LXI., et sane a Cicerone esse omnino non possunt, etsi non in libris solum omnibus leguntur, sed etiam apud Nonium p. 344. Merc. Paulo ante *est exortus* Lg. 2. — *meri principes*] ex Nonio l. c. v. *merum* praeeunte Victorio Var. Lectt. XVIII. 5. Lambinus et post Gruterum pleri-

eorum partim in pompa, partim in acie illustres esse voluerunt.

XXIII. Atqui et illi Theopompi Ephori Philisci Naucratae multique alii naturis differunt, voluntate autem similes sunt et inter sese et magistri; et ii, qui se ad causas contulerunt, ut Demosthenes Hyperides Lycurgus Aeschines Dinarchus aliique complures, etsi inter se pares non fuerunt, tamen omnes sunt in eodem veritatis imitandae genere versati. Quorum quam diu mansit imitatio, tam diu genus illud dicendi studiumque vixit; 95. postea quam exstinctis eis omnis eorum memoria

que, quod nunc probo, non quod Nonius semper incorruptis libris usus sit, nec quod librorum scriptura semel dicti causa suspecta sit, sed quia res talis est, in qua Nonii tempore vix errari potuerit. Libri omnes (non *plerique*, ut dicit Henrichsenius) *innumeri*, de quo vide explicationes. — *partim in pompa*] *in pompa partim* Vict. cum chiasmi figura. — *illustres*] *inlustres* Lg. 5. 65. 70. 73. *illustris* 2. 6. 13. 24. 36.

XXIII. *atqui*] scripsi secundum Lg. 2. 4. 13. 32 v. u. t. 36., in quibus, ut Lambinus dederat, *atque* legitur, itaque corr. 81. Vulgatum *itaque* sententiam evertit. Quomodo enim quod diversa studiorum genera secuti sunt efficere potuit, ut omnes inter se et magistri similes essent? Quin contra mirari quis possit, cur in ea operis sui diversitate similes tamen fuerint; quippe voluntate: et hoc ipsum Cicero significat. — In nominibus Graecis multis modis peccatur; sed singulari numero, quem desiderabat Henrichsenius, dederunt Ald. Iunt. Vict. Crat. Man. Lamb., in perpaucis libris nec idoneis exstant. *Naucrates* Vict. Havn. 2. *Philisci* scripsimus cum Henr. ex em. Goelleri de situ et orig. Syracus. p. 110. v. explicationes. — *naturis*] *viris* Gu. 3. corruptum ex *ūris*, quod et *nostris* et *naturis* significat. — *sese*] *se* Lg. 23. Lamb., qui ante *ipse* addit. — *et magistri*] *et* sententiae necessarium abest ab optimis codd. Lg. 2. 3. 4. 13. 14. 20. 21. 32. 36. 67. 69. Gu. 3. — *et ii*] *et hi* Lg. 81. 84. Lamb. *et alii* 2. — *Hyperides*] *hipericles*, *pericles*, *perides*, dein *aschines* (Gu. 3) et *demarchus* (Lg. 93) in plurimis libris videas. — *etsi*] divisim Lg. 2. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. 93. Vict. — *omnes sunt*] dedi ex Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 24. 32. 36. Gu. 3.; vulgo inv. *omnes* om. 76. — *veritatis*]

sensim obscurata est et evanuit, alia quaedam dicendi molliora ac remissiora genera viguerunt. Inde Demochares, quem aiunt sororis filium fuisse Demostheni, tum Phalereus ille Demetrius omnium istorum mea sententia politissimus aliique eorum similes exstiterunt. Quae si volemus usque ad hoc tempus persequi, intellegemus, ut hodie etiam Alabandensem illum Meneclem et eius fratrem Hieroclem, quos ego audivi, tota imitetur Asia, sic semper fuisse aliquem, cuius se similes plerique esse vellent. 96. Hanc igitur similitudinem qui imitatione assequi volet, cum exercitationibus crebris [atque magnis]

De coniecturis VV. DD. hic prostantibus v. explicationes. — *quam diu*] sic Lg. 2. 84. 86. 93. post *tam diu* 2. 65. 69. 81. 84. 93.

95. *postea quam*] sic divisim Lg. 2. 67. 81. 84. *postquam* 14. 15. — *eis*] non minus bonum est *his* plerorumque codd. et edd.; *τούτων ἀποθανόντων*, cum illud sit *ἀποθανόντων αὐτῶν*: sed obsequendum fuit melioribus libris Lg. 2. 4. 6. 13. 24 corr. *hiis*. 32 corr. 36. Gu. 3. *iis* 35. Gu. 2. — *sensim*] om. Lg. 15. *sensum* 17. *sensū* 81 corr. — *dicendi molliora*] inv. Lg. 36. — *Demostheni*] *Demosthenis* codd. deteriores Lg. 3. 14. 17. 23. 35. 69. 76. 93. Gu. 2. Vict. ita corr. 32. Pauci praeterea vitiosè *Demosteni* aut *Demoscheni; Demosthenem* 70. — *Phalereus*] *Phalerius* sueto vitio Lg. 2. 32. 35. 36. 69. 76. 81. 84. 86. 93. Gu. 2. 3. Vict. Alii aliter vitiose. — *politissimus*] *potentissimus* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. — *eorum*] *horum*, non deterius illud, Lg. 5. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 23. 24. 35. 36. 65. 69. 70. 73. 76. 81. 86. 93. ita corr. 21. *hominum* 32 corr. ut 5. — *exstiterunt*] *s* litera carent Lg. praeter 3. 4. 5. 6. — *intellegemus*] scripsi ex Lg. 13. 65. *intelligimus* 70. — *hodie etiam*] *etiam* additi ex Lg. omnibus praeter 3. 24. 84., item Gu. 3. — *Meneclem*] pluris codd. *Menedemum*, quod factum ex aliorum mendo *Menedē* (Gu. 1.) *Meneden* (Vict.) *Menedem* (Gu. 3. Lg. 21. 67.) Ita *hierodem hyerodem hirodem hyrodem herodem* (Lg. 76. 81.) multi libri. — *imitetur*] *imitatur* Lg. 3. Havn. 2. Z. pr. m. Lamb. Pearc. — *se*] om. Gu. 1. — *similes*] *similem* Lg. 35. — *plerique*] om. Lg. 15. 93.

96. *assequi*] *adsequi* Lg. 65. 67. 70. 73. ita corr. 86. — *volet*] *vellet* Lg. 2. *volit* 69. — *cum exercitationibus*] sic pro

tum scribendo maxime persequatur. Quod si hic noster Sulpicius faceret, multo eius oratio esset pressior, in qua nunc interdum, ut in herbis rustici solent dicere, in summa ubertate inest luxuries quaedam, quae stilo depascenda est. 97. Hic Sulpicius, Me quidem, inquit, recte mones idque mihi gratum est; sed ne te quidem, Antoni, multum scriptitasse arbitror. Tum ille, Quasi vero, inquit, non ea praecipiam aliis, quae mihi ipsi desint; sed tamen ne tabulas quidem conficere existimor. Verum et in hoc ex re familiari mea et in illo ex eo, quod dico, quantulum id cunque est, quid faciam iudicari potest. 98. Atque esse tamen multos videmus, qui neminem imitentur et suapte natura quod velint sine cuiusquam similitudine recte consequantur; quod et in

vulgato *tum* scripsi ex Lg. 4 corr. 13. 20. 32 corr. 81. Vict. Quae sequuntur *atque magnis*, cum intelligi non possint *exercitationes magnae*, uncinis inclusi: v. ad II. 33, 144. Deberi puto inepto inepte explicaturo *crebras*. — *persequatur*] *persequetur* Lg. 14. 15. 23. ut coniecit Bakius. *prosequetur* 81 corr. — *hic noster*] *hic* om. Lg. plerique, sed non meliores 2. 3. 4. 13. 32. 36. 84. — *Sulpicius*] *Sulpitius* Lg. X. deteriores, ut solent. — *rustici solent dicere*] suspectum erat *dicere* Heusingero ad Off. III. 17. p. 695. cui assentitur Beierus ib. p. 307. — *quae stilo*] *questio* Lg. 13. 36. *que stio* Gu. 3. — *depascenda est*] inv. Lg. 2. *est* om. 5. 21. 23. 65.

97. *Sulpictus*] *Sulpitius* Lg. X. quorum potiores sunt 15. 67. 69. — *ne*] *nec* Lg. 2. 3. 5. 6. 14. 21. 23. 24. 65. 67. 69. Vict. Gu. 1. *recte* (pro *ne te*) 4. 13 corr. 36. Gu. 3. *recte quidem* corr. *te nec quidem* 32. — *equidem*] Lg. 3. 6. 14. 21. 23. 24. 65. 67. 69. om. 5. *equidem te* 15. 20. (hi etiam *nec*). *te* ante *multum* ponitur in 3. 6. 24. — *vero*] om. Lg. 15. 81. — *desint*] sic Lg. 2. 4. 13. 14 corr. 16. 32 corr. 36. rell. codd. et edd. pleraeque *desunt*. — *tamen*] om. Lg. 84. — *verum et*] *verum etiam* Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36. Vict. — *quantulum id cunque*] figura tmesis in optimis praeter 2. 36. non exstat. Nam *quantulumcunque* Lg. 4. 6. 13. 32. 81. Gu. 3. *id* om. Gu. 2. Lg. 24

vobis animadverti recte potest, Caesar et Cotta, quorum alter inusitatum nostris quidem oratoribus leporem quendam et salem, alter acutissimum et subtilissimum dicendi genus est consecutus. Neque vero vester aequalis Curio patre mea sententia vel eloquentissimo temporibus illis quemquam mihi magno opere videtur imitari; qui tamen verborum gravitate et elegantia et copia suam quandam expressit quasi formam figuramque dicendi. Quod ego maxime iudicare potui in ea causa, quam ille contra me apud centumviros pro fratribus Cossis dixit, in qua nihil illi defuit, quod non modo copiosus, sed etiam sapiens orator habere deberet.

XXIV. 99. Verum ut aliquando ad causas deducamus illum, quem constituimus, et eas quidem, in quibus

add. — *quid faciam*] *quod fac.* Gu. 3. et Lg. omnes praeter 16, 32. 73. 81. 86. quorum 32. *quidem* corr. *quod.*

98. *tamen*] *tum* Vict. — *vobis*] *nobis* Lg. 20 corr. 81. — *animadverti*] *animi adverti* Gu. 3. — *nostris quidem oratoribus*] sic pro vulgato *quidem nostris or.* Henrichsenius scripsit secundum edd. antiq., firmaturque id Lg. omnibus praeter 14. 15. 36. 81. 84. quorum 14. 15. *nostris quoque*, tertius *a nostris quidem* corr. ut potiores. Verba *leporem quendam et salem* om. Lg. 76. — *dicendi genus*] inv. Lg. 5. — *vester*] *videtur* Gu. 3. — *Curio*] om. Lg. 84. — *patre*] *pater* Lg. 13. 35. 69. 76. 93. ita corr. 2. — *eloquentissimo*] *eloquentissimus* Lg. 35. 69. 81. 93. — *quemquam*] *quenquam* Lg. praeter 2. 3. 4. 5. 6. 13. — *quandam*] *quamdam* Lg. 5. — *iudicare potui*] sic inverti vulgatum ordinem secundum Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 24. 32. 36. 76. Vict. Gu. 3. — *centumviros*] sic aut *Cviros* codd. mei. Divisim non magis scribi potest quam *duumvir triumvir*, cum ab omnibus iis compositis nomina *duumviratus triumviratus triumviralis centumviralis* ducuntur. — *Cossis*] *coscis* Lg. 2. 3. 4 corr. *cosiis. cosis* 17. *cosiis* 32 v. *posiis* exp. *cossiis* 6. 24. 84 corr. ut 35 in quo et 76. 93. est *cossii.* Haec mendosa visa emendaturus in 13. scripsit *consciis*, in 36. *consociis.*

XXIV. 99. *constituimus*] *instituimus* contra codd. omnes Lamb. Ern. Sch. Muell. „Est quem exhibemus, inducimus.“ *Orell.*

plusculum negotii est, iudiciorum atque litium (riserit aliquis fortasse hoc praeceptum; est enim non tam acutum quam necessarium magisque monitoris non fatui, quam eruditi magistri): hoc ei primum praecipiemus, quascunque causas erit tractaturus, ut eas diligenter penitusque cognoscat. 100. Hoc in ludo non praecipitur; faciles enim causae ad pueros deferuntur. Lex peregrinum vetat in murum ascendere; ascendit, hostis reppulit, accusatur. Nihil est negotii eius modi causam cognoscere. Recte igitur nihil de causa discenda praecipiunt. [Haec est enim in ludo causarum fere formula.] At vero in foro tabulae testimonia pacta conventa stipulationes cognationes affinitates decreta responsa vita denique eorum, qui in causa versantur, tota cognoscenda est; quarum rerum neglegentia plerasque causas et maxime privatas (sunt enim multo saepe obscuriores) videmus amitti. 101. Ita

Melius erat *quem fingimus* quasi ante considerantium oculos constituentes. — *riserit aliquis*] *riserint aliqui* Lg. 32 corr. *aliquid* Gu. 3. — *non tam*] *magis* Lg. 15. *non* om. 20. — *hoc enim*] *hoc ei* Lg. omnes, Vict. Gu. 1. 2. 3. usitatum quidem mendum, sed quod in plerosque tamen codd. irrepsisse mireris. — *erit*] om. Lg. 5. 14. 15. 21. 23. 65. 67. *eris* Gu. 3. — *tractaturus*] lectius hoc scripsimus secundum Gu. 3. Lg. 2. 4. 13. 32 v. u. t. 36. Vulgatum *acturus* interpretis est. — *cognoscat*] *cognoscas* Gu. 3.

100. *ascendere* et post *ascendit* Lg. omnes praeter 3. 4. 5. 6. 20. 21. 81. *matrimonium* (pro in *murum*) Gu. 3. — *hostis*] scripsi secundum Lg. 2 corr. 6. 13. 32 corr. 36. *hostem* 3. *host'* 24. — *reppulit*] sic Lg. 5. 13. 15. 16. 21. 23. 35. 36. 65. 67. 70. 73. ita corr. 32. Sic et *rettulit* et *repperit* codicibus addicentibus scribendum; sine libris unice probandum non est. Leguntur haec in Verr. II. 23, 96. 39, 98. 55, 144. p. Sulla 14, 40. 16, 47. ubi Orellius nihil monuit; 30. 83. 32, 91. Div. XIV. 3, 8. Att. III. 15, 1. infra II. 67, 271. Sed unus alterve liber etiam aliis locis exhibet; v. II. 29, 127. 38, 159. 67, 271. — *eius modi*] scripsi secutus Lg. 2. 3. 13. 32. 36. vulgo *huiusmodi*. — *fere formula*] inv. Lg. 2. 4 (is *fore*) 6. 13. 24 corr. 32. 36., quos quamvis optimos in tali positu particulae sequi non ausim. Sed

non nulli, dum operam suam multam existimari volunt, ut toto foro volitare et a causa ad causam ire videantur, causas dicunt incognitas. In quo est illa quidem magna offensio vel neglegentiae susceptis rebus,* vel perfidiae receptis; sed etiam illa maior opinione, quod nemo potest de ea re, quam non novit, non turpissime dicere. Ita dum inertiae vituperationem, quae maior est, contemnunt, assequuntur etiam illam, quam magis ipsi fugiunt, tarditatis. 102. Equidem soleo dare operam, ut de sua quisque re me ipse doceat et ut ne quis alius assit, quo liberius loquatur, et agere adversarii causam, ut ille agat suam et quicquid de sua re cogitarit in medium proferat. Itaque cum ille discessit, tris personas unus sustineo summa animi aequitate, meam adversarii iudicis. Qui locus est talis, ut plus habeat adiumenti quam incommodi, hunc iudico esse dicendum; ubi plus mali quam

tota illa sententia nihil habet, nisi priorum iterationem et alieno quidem loco positam; qua de re uncinis inclusi. Idem Bakio placuit. — *affinitates*] *adfin.* Lg. 65. 67. 70. 73. 86. — *cognoscenda*] *agnoscenda* Vict. — *neglegentia*] sic Lg. 13. 73.

101. *non nulli*] sic divisim Lg. 2. 67. 70. 84. Vict. — *videntur*] *videantur* Lg. 4. — *dicunt*] *sciunt* Gu. 3. — *incognitas*] *incogitatas* Lg. 6 corr. — *neglegentiae*] *e* recepi ex Lg. 13. qui *neglegentia;* nominativus etiam in 6. legitur, sed corr. — *non turpissime*] *non* om. Gu. 3. — *assequuntur*] *assecuntur* Lg. 3. 14. 15. 20. 21. 24. *adsequuntur* 65. 67. 70. 73. 86. *assequitur* 81 corr.

102. *ut de sua*] *ut et de sua* Lg. 70. — *assit*] sic Lg. 2. 4. 16. 20. 24. 36. 69. 93. *absit* 15 corr. Gu. 1. 2. *assum* iam Plauti aetate dictum oportet propter lusum quem facit hoc verbo et *assa carne.* — *quicquid*] sic Lg. XXII. v. ad I. 8, 30. — *proferat*] *adducat* Lg. 84. — *tris*] scripsi secundum Lg. 36. 76. 81. 84. Gu. 2. 3. — *sustineo*] *substinent* Lg. 13. 14. 17. 21. 23 corr. 24. 35. 67. 76. 93. — *ubi*] *ut* Gu. 3. — *boni esse reperio*] *esse* addidi ex Lg. 2. 4. 36. — *abdico*] praestantissima scriptura Vet. St. et ed. Ven. a Sch. Muell. Or. recepta exstat etiam in Lg. 2. 13. 36. *eudico* 17. *ab iuditio* Gu. 3. *adiudico* Lg. 6. 84. 86 corr.

boni esse reperio, id totum abdico atque eicio. 103. Ita assequor, ut alio tempore cogitem quid dicam et alio dicam; quae duo plerique ingenio freti simul faciunt. Sed certe eidem illi melius aliquanto dicerent, si aliud sumendum sibi tempus ad cogitandum, aliud ad dicendum putarent. 104. Cum rem penitus causamque cognovi, statim occurrit animo quae sit causa ambigendi. Nihil est enim, quod inter homines ambigatur, sive ex crimine causa constat, ut facinoris, sive ex controversia, ut hereditatis, sive ex deliberatione, ut belli, [sive ex persona, ut laudis] sive ex disputatione, ut de ratione vivendi, in quo non aut quid factum sit aut fiat futurumve sit quaeratur aut quale sit aut quid vocetur.

Havn. 2. Ceteri libri et edd. *abiudico.* — *eicio*] sic Lg. 2. 13. 14. 15. 16. 32 corr. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 81. 86. Vict. Gu. 3. Havn. 1. 2. Pall. Gallic. Ox. omnes et vulgo inde a Grutero. *eitio* Gu. 1. vulgo *reiicio,* in quo unum *i* monstrant Lg. 24. 76. v. ad I. 42, 189.

103. *ita*] *itaque* Lg. 20. 73. — *assequor*] *adsequor* Lg. 65. 67. 70. 73. — *cogitem*] om. Gu. 3. — *quid*] *quiquid* Gu. 3. — *eidem*] recepi pro vulgato *iidem* ex Lg. 2. 4. 5. 6. 13. 14. 16. 20. 21. 23. 32. 36. 65. 67. 70. 73. 76. 81. 86. Vict. Gu. 2. 3. v. ad II. 7, 30. — *illi melius*] inv. Gu. 3. — *cogitandum*] *excogitandum* Lg. 69. 93. *vel cogitandum* Gu. 1.

104. *ambigendi*] vulgo *ambigui.* Illud praeter duos St. Z. Gu. 1. 2. suppeditant etiam Gu. 3. Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. 84. et sic Lamb. Sch. Muell. Or. Henr. — *ambigatur*] *ambigitur* Lg. 35 corr. *non amb.* 67. 76. 81. 84. Gu. 2. ita corr. 23. — *constat*] vulgo *constet.* Emendavi secundum Lg. omnes praeter 17. 23. 35. 76. 81. 93., item ex Gu. 3., qui *constat causa.* Verbum *constat* minime ad proximum coniunctivum refertur, sed ad sententiam primariam *nihil est enim;* coniunctivi igitur ponendi causa non erat. Videbis statim, si nomen idem quod *ambigere* significans in sententiam introduxeris: *nulla est enim inter homines controversia, sive* etc. — *sive ex persona, ut laudis*] uncinis inclusi haec, delevit Sch.; hic in ed. min. etiam sequentia usque ad *vivendi* delenda censet. Nam neutrum videtur cadere in oratorem, et genus laudativum s. ἐπιδεικτικόν ipse Antonius ab oratoris officio excluserat c. 11, 47. Tamen priora illa sola

XXV. 105. Ac nostrae fere causae, quae quidem sunt criminum, plerumque infitiatione defenduntur. Nam et de pecuniis repetundis, quae maximae sunt, neganda fere sunt omnia et de ambitu raro illud datur, ut possis liberalitatem atque benignitatem ab ambitu atque largitione seiungere; de sicariis de veneficiis de peculatu infitiari necesse est. Id est igitur genus primum causarum in iudiciis, ex controversia facti: in deliberationibus plerumque ex futuri, raro ex instantis aut facti. 106. Saepe etiam res non sit necne, sed qualis sit quaeritur: ut cum L. Opimi causam defendebat apud populum audiente me C. Carbo consul, nihil de C. Gracchi nece negabat, sed id iure pro salute patriae factum esse di-

ignorant Gu. 3. Lg. 2. 4. 6. 13. 32 add. 36.; et iure. V. explicationes. — *futurumve*] *futurumque* Lg. 3. 4. 32. 69. 76. 93. *futurumne* 13. 81. Gu. 2. — *sit*] om. Lg. 69. *sic* 81.

XXV. 105. *infitiatione*] Lg. omnes per *c* praeter 3. 4. 15. 65. 69. 84. eidemque post *inficiari*. Gu. 3. priore loco *t*, altero *c*. — *repetundis*] *repetendis* Lg. 23. 32 v. u. t. — *atque*] sic pro vulgato *ac* scribitur in Lg. omnibus praeter 2. 4. 13. 32. 36., qui *ac benignitatem* omittunt; addidit in 32 m. sec. — *largitione*] *a* addunt Lg. 5. 14. 15. 16. 21. 23. 65. 67. 70. 73. 84. 86. Gu. 1. 2. ita corr. Lg. 32. — *veneficiis*] *veneficis* Lg. 5. 14. 16. 20. 35. 65. 67. 70. 73. 76. 84. 93. *beneficiis* 69. Gu. 1. — *genus primum*] inv. Lg. 81. 84. Paulo ante pro *id est* Gu. 3. *idem* (ex *id è*). — *ex controversia*] om. Vict. *in contr.* Lg. 21. 93. — *facti*] *factis* Lg. 3. 4. 6. 13. 17. 20 corr. 24 corr. 32 corr. 35. 36. 69. 76. 81. 86. 93. *fcis* Gu. 3. — *in deliberationibus*] *ex delib.* Gu. 1. — *raro ex instantis*] *etiam* vulgo addi solitum, sed sententiae nocens omittitur in Z. Gu. 3. Lg. 2. 3. 36. *instantis* Lg. 2. 3. 13. 17. 32. 36. 67. 76. 81. 84. ita corr. 76. Gu. 1. 2. 3. rell. mei *instanti;* in solo 4. est *instantibus*. — *facti*] *factis* Lg. 4. 13. 35 corr. Gu. 3.

106. *etiam*] sic correxi quod legitur, *autem*, ex Lg. 2. 3. 4. 13. 20. 32. 36. *ante* Gu. 2. *autem* Gu. 3. — *non*] *num* Vict. Lg. 65. — *Opimi*] scripsi secundum Lg. 2. 5. 16. 21. 65. 69. 70. 73. 86. *optimi* 67. *Opiōni* 4 corr. ut 2. *optimis* Gu. 3. — *audiente me*] *audientem* Gu. 1. exp. *m.* et 3. — *id*] om. Vict. —

cebat; ut eidem Carboni tribuno plebis alia tum mente rem publicam capessenti P. Africanus de Ti. Graccho interroganti responderat iure caesum videri. Iure autem omnia defenduntur, quae sunt eius generis, ut aut oportuerit aut licuerit aut necesse fuerit aut imprudentia aut casu facta esse videantur. 107. Iam quid vocetur quaeritur, cum quo verbo quid appellandum sit contenditur: ut mihi ipsi cum hoc Sulpicio fuit in Norbani causa summa contentio. Pleraque enim de iis, quae ab isto obiciebantur, cum confiterer, tamen ab illo maiestatem minutam negabam; ex quo verbo lege Appuleia tota illa

alia] *alias* Lg. 14. 17. — *tum*] *cum* Lg. 4. 21. 32 v. u. t. 86. *tamen* 84. — *mente*] om. Lg. 14. 15. — *capessenti*] *capescenti* Lg. IX., quorum sunt optimi 4. 13. 32. Gu. 3. — *Ti. Graccho*] *C. Graccho* Lg. 2 corr. ut 3. 13. 36. *T.* 3. et VIII. alii minori dignitate. — *responderat*] *respondebat* Bakius ut Lambino placuerat. Plane falsum hoc; patet ex addito *alia tunc mente rem. publ. capessenti.* — *eius*] *eiusdem* Lg. 76. — *videantur*] *videntur* Gu. 3.

107. *quid*] post *cum* ponitur in Lg. 4 v. u. 3. Gu. 3. *tum quid* Lg. 3. Vict. *quod* 69. — *appellandum*] *adpell.* Lg. 65. 73. — *contenditur*] *conditur* Gu. 1. *coceditur* Gu. 3. — *Sulpicio*] per *t* Lg. XIV., quorum ex optimis est 2.; sed manifesto falsam et dudum ex titulis Graecisque auctoribus convictam scripturam posthac non notabo. — *iis*] *his* Gu. 1. 2. 3. Lg. 13. 14. 20. 21. 32. 84. — *obiciebantur*] dedi ex Lg. 2. 13. 14. 16. 20. 21. 32 corr. 36. 65. 69. 70. 73. 81. 86. Gu. 1. 2. 3. *obiciebant* 67. *abiciebantur* Vict. — *cum*] om. Lg. 5. 20. 21. 65. Gu. 2., in quo *confitear.* — *minutam*] sic Lg. 2. 3. 5. 13. 16. 17. 20. 21. 24. 32. 35. 36. 65. 70. 73. 76. 81. 84. 86. Gu. 1. 2. 3. *minutatam* 4. *munitam* 6. rell. *imminutam*, et sic etiam edd. Ald. Iunt. Crat. Vict. Man. Lamb. — *Appuleia*] sic Lg. 5. 16. 17. 24 v. *accia.* 35. 65. 69. 70. 73. 86. *apcia* Gu. 1. et corr. *appia* 32. *apia* 2. 4 (in illo lineola supposita ad signum mendi). *aptia* 13. 36. *appia* Vict. Rell. et vulgo *Apuleia.* Quomodo id nomen scribendum sit non constat, quanquam Wolfius in Anall. Lit. olim risit eos, qui *Apuletum* scriberent, quasi etiam *Apium* pro *Appio* dicturi. Nam ratio ad *Apulum* referri iubet; id vero num recte litera duplicata

causa pendebat. 108. Atque in hoc genere causarum non nulli praecipiunt, ut verbum illud, quod causam facit, lucide breviterque uterque definiat. Quod mihi quidem perquam puerile videri solet. Alia est enim, cum inter doctos homines de iis ipsis rebus, quae versantur in artibus, disputatur, verborum definitio: ut, cum quaeritur quid sit ars, quid sit lex, quid sit civitas. In quibus hoc praecipit ratio et doctrina, ut vis eius rei, quam definias, sic exprimatur, ut neque absit quicquam neque supersit. 109. Quod quidem in illa causa neque Sulpicius fecit, neque ego facere conatus sum. Nam quan-

scribatur controversum est, v. Peerlkamp. ad Horat. p. 262. In titulis utrumque comparet; *Apuleius* n. 2675. p. 467 t. I. Orell. p. 584, 2. 756, 10. Graev.; *Appuleius* p. LXXVI. 4. 756, 6. et 8. 209, 2. 961, 2. Gr.; p. 616, 24. 867, 3. Reines.

108. *non nulli*] sic divisim Lg. 2. 67. 70. 76. 84. 93. — *lucide breviterque uterque definiat*] sic Steph. (om. *que)* mg. Crat. Lamb. (sed hi *dilucide)* Pearc. Or. Henr. *dilucide* 15. Lott. mg. Cr. Lamb. *absolute br.* Gu. 1. Vict. Lg. 76. *lucide breviterque definiat* Lg. 2. 3. 13. 36. 84. Gu. 3. unde si quis *definiatur* scripturus est, quod Pal. 2. ed. Lott. ostendunt, me non habebit adversantem. Sed *breviter uterque* diserte legitur in Lg. ceteris omnibus, Gu. 1. 2. Vict. Havn. 1. 2. *α. β. γ. δ. ε.* plerisque edd. antiq., et facile intelligitur quomodo in aliis libris *que*, in aliis *uterque* excidere potuerit. *lucide* om. Lg. praeter 2. 3. 13. 36. 84. Gu. 3. Havn. 1. 2. *α. β. δ. γ.* edd. antiq. pleraeque Erl. 1. Z. Mox ab Gu. 3. verba *iis ipsis* absunt. Omnia complexus Muellerus *lucide absolute breviter uterque* scripsit. — *est enim*] *etenim* Lg. 14. 13. 36. *et* (corr. *ut) enim* 32 corr. — *cum*] om. Lg. 2 add. *quum* 69. — *iis ipsis*] *his ipsis* Lg. 13. 14. 16. 20. 21. 24. 32. 35. 65. 67. 70. 73. 76. 84. 86. Vict. v. explicatt. ad II. 15, 64. — *versantur in artibus*] inv. Lg. 2. — *disputantur*] *in artibus* inculcat Lg. 2 corr. 6. (is om. *in).* — *praecipit*] *praecepit* Lg. 65. 86. Vict. — *et doctrina*] scripsi pro vulgato *atque* ex Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. — *quicquam*] sic Lg. XXV bonique omnes. — *neque supersit*] om. Gu. 3.

109. *quod*] om. Lg. 32 add. — *quid esset*] *ut qui ess.* Lg. corr. ut 4. *ut quid esset* 4. 13. 32 corr. 36. *quidquid* 17. —

tum uterque nostrum potuit, omni copia dicendi dilatavit quid esset maiestatem minuere. Et enim definitio primum reprehenso verbo uno aut addito aut dempto saepe extorquetur e manibus; deinde genere ipso doctrinam redolet exercitationemque paene puerilem; tum in sensum et in mentem iudicis intrare non potest. Ante enim praeterlabitur, quam percepta est.

XXVI. 110. Sed in eo genere, in quo quale sit quid ambigitur, exsistit etiam ex scripti interpretatione saepe contentio, in quo nulla potest esse, nisi ex ambiguo, controversia. Nam illud ipsum, quod scriptum a sententia discrepat, genus quoddam habet ambigui,

et enim] sic divisim Lg. 2. 67. 69. 70. 73. 84. 86. 93. Gu. 3. Sed Vict. hic ὑφ' ἕν. *ut enim* 21. — *addito*] *abdito* Lg. 32 corr. Vict. Gu. 3. *adito* 17. *apposito* 2. 13. 36. quod reciperem, nisi 4. et quae in 17. et 32 leguntur quamvis corrupta dissuaderent. — *dempto*] ita cum *p* litera codd. Lg. praeter 5. omnes. — *e manibus*] *ex man.* Lg. 17. 20. — *genere*] *de genere* Lg. praeter 2. 4. 6. 24. 32. 81. 84. 93. ita corr. 32. *e genere* 24 corr. *de g.* — *paene*] sic omnes praeter 5. — *tum in sensum*] *cum sensum* Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36. *tum et in sensum* Lg. ceteri omnes, Gu. 3. edd. antiq. Ald. Pearc. Ern. *et* uncinis inclusit Orell.; abest a Gu. 2. Havn. 1. 2. Lamb. Grut. Sch. Muell. Henr. idque verum videtur. Nam si de duobus pariter aliquid, non de duobus iunctis praedicare voluisset scriptor, dicturus fuisse videtur *nec in sensum nec in mentem.* — *intrare manere* Lg. 3. ita var. 32.; unde elegantissimam scripturam quis exsculpat *manare*, cuius *intrare* explicatio fuerit, quodque non minus bene dici potuisse videtur, quam *influere* s. *instillari.* Confundi ea docent Intpp. ad Cic. N. D. I. 15. p. 69 Mr.

XXVI. 110. *in quo*] *in* om. Lg. 17 add. *genere* paulo ante om. Gu. 1. — *sit quid*] inv. Lg. 14. 15. 23. 67. — *ambigitur*] *ambigatur* Lg. 2. — *exsistit*] *existit* Lg. praeter 5. — *etiam*] *et* Lg. 84. — *ex scripti*] *rescripti* Lg. 4. *ex scriptis* Gu. 3. — *interpretatione*] *certi* corr. *incerti ratione* Lg. 2. *disputatione* 4. inscr. *l. incertatione* (ita 32 corr.) *l. certatione.* — *in certa ratione* 13. *incerti ratione* 36. *inertatione* Gu. 3. Emendatiores igitur hic novitii. — *quod*] vulgatur *cum.* Illud scripsi ex Lg. 2.

quod tum explicatur, cum ea verba, quae desunt, suggesta sunt, quibus additis defenditur sententiam scripti perspicuam fuisse; ex contrariisque scriptis si quid ambigitur, non novum genus nascitur, sed superioris generis causa duplicatur. Idque aut nunquam diiudicari poterit aut ita diiudicabitur, ut referendis praeteritis verbis id scriptum, quodcunque defendemus, suppleatur. Ita fit, ut unum genus in iis causis, quae propter scriptum ambiguntur, relinquatur, si est scriptum aliquid ambigue. 111. Ambiguorum autem cum plura genera sunt, quae mihi videntur ii melius nosse, qui dialectici appellantur, hi autem nostri ignorare, qui non minus nosse debeant,

4. 13. 32 corr. 36. Gu. 3.; cave enim subaudias *genus;* nam *illud ipsum* dicitur substantive. minus bene inde coniicias scribendum esse *quom.* — *habet*] *habetur* Lg. 2. 32 corr. om. 84 add. — *ambigui*] *ambiguum* Gu. 3. — *tum*] *tunc* Lg. 4. 32 corr. — *suggesta*] *subgesta* Lg. 24. 65. 67. 70. 73. 86. — *sententiam scripti*] inv. Lg. 6. — *ex contrariisque*] sic vulgatum *et ex contrariis* emendavi ex Lg. plerisque, Vict. Gu. 3. Nam *et* om. Lg. praeter 13. 65. 81. 84., item Vict. Gu. 3. *contrariisque* habent omnes, praeter 24. 67. 76. Longe melius hoc; additur enim prioribus corollarium ex re principali consequens, non iunguntur pondere paria. — *non novum*] *non* om. 2. 4. 13. 32 add. 36. Vict. Gu. 2. 3. eique etiam *sed* statim sequens omittuut. — *idque*] ita mei codd. omnes. Gron. al. *itaque.* — *referendis*] *de referendis* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. 84. Gu. 2. 3. Vict. — *defendemus*] optimam scripturam iam Lambino placitam reperi in Lg. 2. 4. 32. *preferimus vel defendemus* Gu. 3. *proferamus* p. var. 13. 32. *proferamus vel defendamus* Lg. 76. Vict. Gu. 1. v. explicationes ad II. 43, 182. — *in iis*] *in his* Lg. 13. 14. 16. 20. 21. 24. 32. 36. 65. 67. 70. 73. 76. 84. 86. Vict. Gu. 1. 2. 3.

111. *cum plura*] *quam plura* Lg. 4. *β. cum quamplura* 5. et ὑφ' ἕν haec tria 14. 15. 16. 23. 24. 65. 67. 70. 86. *cum quamplurima* 21. *cōplura* v. *quamplura* 32. *cum plura* 35 corr. *complura* 81. *complura* olim vulgatum et sic plerique codd., unde scribendum videtur *quom plura.* — *sunt*] *sint* Lg. 14. 15. 23. 67. Gu. 1. ita corr. 24. — *ii*] *hi* Lg. 3. 4. 6. 13. 84. ita var. 32. om. 5. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 81. 86.

tum illud est frequentissimum in omni consuetudine vel sermonis vel scripti, cum idcirco aliquid ambigitur, quod aut verbum aut verba sint praetermissa. 112. Iterum autem peccant, cum genus hoc causarum, quod in scripti interpretatione versatur, ab illis causis, in quibus qualis quaeque res sit disceptatur, seiungunt. Nusquam enim tam quaeritur quale sit genus ipsum rei, quam in scripto, quod totum a facti controversia separatum est. 113. Ita tria sunt omnino genera, quae in disceptationem et controversiam cadere possint: *Quid fiat factum futurumve sit;* aut *quale sit;* aut *quo modo nominetur.* Nam hoc qui-

Vict. Gu. 1. 2. *in* Gu. 3. — *appellantur*] *adpell.* Lg. 65. 70. 73. — *hi autem*] *ii a.* Lg. 36. Steph. Iunt. Vict. — *tum*] *quum* s. *cum* Lg. 69. 93. — *consuetudine*] om. Lg. 20. — *idcirco*] divisim Lg. 67. 70. 84. *iccirco* 15. 20. 36. 69. Ald. Man. — *ambigitur*] *ambigatur* Lg. 76. *ambigetur* 81. Vict. Gu. 1. — *sunt*] *sint* Lg. 4. 6. 21.

112. *autem*] om. Lg. 2. 6. Gu. 2. nec sane necessarium est iuxta posito *iterum.* — *scripti*] *scriptione alias scripti* Lg. 36. — *qualis quaeque*] *qualiscunque* Lg. 4. — *nusquam*] *nunquam* Lg. 4. 76. — *tam*] *tantum* male Lg. praeter optimos 2. 4. 13. 32 (is ita corr.) 36.; item Vict. Gu. 1. 2. — *rei*] om. Lg. 6. — *quale*] *quasi* Gu. 3. — *quam*] *quantum* Lg. 20.

113. *tria sunt*] inv. Lg. 67. *sunt* om. 4. — *omnino*] *omnia* Lg. 24. 86. — *possint*] non deterius est vulgatum *possunt*, sed parendum fuit Lg. 2. 4. 5. 13. 16. 21. 24 corr. 35. 36. 65. 67. 70. 73. 81. 86. Gu. 1. 2. 3. ita corr. 32. — *aut quale sit*] *aut* om. Lg. praeter 2. 4. 13. 36., item Vict. tria autem illa verba absunt a codd. 2. 4. 13. 36. Gu. 3. — *quo modo*] *quo* Gu. 3. — *nam hoc*] vulgo *nam et illud.* Verum *et* abest a Vet. St. (is *id)* Havn. 1. 2. Gu. 1. 2. Ald. Iunt. Crat., quibus accedunt Lg. omnes praeter 2. 13. 24. 93. Gu. 3. Uncis *et* inclusit Or., om. Henr. Sed scribendum *hoc* ex Lg. 2. 13. 36. *hi* Gu. 3. *id* 3. 4. 32. — *quidem*] uncinis circumdedit Muell., et abest a Gu. 1. (de 2. Henr. errat) et Lg. plerisque, nec tamen melioribus 2. 3. 4. 13. 14. 21. 23. 24. 32. 36. 67. 84. — *rectene*] divisim Vict. — *quale sit*] sic scripsi ex Lg. 2. 4. 13. 32. 36. Gu. 3. Z. γ. Vet. Steph. *quo quale sit quaerimus* Mead. Lg. 3. Lamb. Sch. Or. Henr. ex mera inter-

dem, quod quidam Graeci adiungunt. *Rectene factum sit* totum in eo est *quale sit.* Sed iam ad institutum revertar meum.

XXVII. 114. Cum igitur accepto causae genere et cognito rem tractare coepi, nihil prius constituo, quam quid sit illud, quo mihi sit referenda omnis illa oratio, quae sit propria quaestionis et iudicii. Deinde illa duo diligentissime considero, quorum alterum commendationem habet nostram aut eorum, quos defendimus, alterum est accommodatum ad eorum animos, apud quos dicimus, ad id, quod volumus, commovendos. 115. Ita omnis

polatione. *quod* ceteri codd. *quod est quale* Lg. 6. — *revertar meum*] inv. Lg. 13 corr. *revertamur* 6.

XXVII. 114. *igitur*] *ergo* Lg. 15. om. 20. — *accepto*] *adcepto* Lg. 65. 67. 70. 73. — *et cognito*] *et* om. Lg. 2. 4. 5. 6. 13. 16. 20. 21. 24. 32 add. 36. 65. 70. 73. 84. duo Steph. Havn. 1. 2. Z. *α. γ.* mg. *δ.* Erl. 1. Gu. 1. 2. 3. Iunt. Crat. *cognitam* Lg. 2. 4. 6. 13. 24 corr. 32 corr. 36. 84. Gu. 2. 3. et ceteri modo dicti. Sequi tamen eos non ausim, quia et *res accepto genere cognita* male et vix Latine dici videtur et memini quot locis nomina vocabulorum proximorum inclinationibus accommodata fuerint. Id etiam hic factum puto, cum iniuria scribentium excidisset *et*, cf. 27, 116. 118. 29, 129. 40, 169. 43, 184. 52, 211. 59, 242. 71, 289. III. 10, 39. 20, 77. 30, 121. 40, 160. Bakius violenter corrigit *accepta causa et genere cognito*, quod genus causae non accipi sed oratoris ipsius iudicio reperiri dicit. Verum non est. Cum cliens nos patronos adit, nondum scimus quicquam, nec causam nec genus cognovimus: cum causa audienda simul genus quale sit intelligimus. — *quid sit illud*] om. 32 add. *illud quo* om. 13. — *sit referenda*] sic inverti vulgatum *referenda sit* secundum Lg. omnes praeter 3. 69. 84. 93., item Gu. 2. 3. — *omnis*] *verbis* Lg. 2. 4. 13. 36. Gu. 3. — *commendationem*] *commemorationem* Lg. 4 v. u. t. *conmend.* 14. — *accommodatum*] *adcomm.* Lg. 17. 65. 67. 70. 73. 86. — *commovendos*] *commovendo* Gu. 3. *conmovendos* Lg. 69.

115. *omnis ratio*] sic inverti secundum optimos libros Lg. 2. 3. 6. 13. 32. 36. *oratio* 4. Gu. 3. sed eodem vocabulorum positu. — *esse quae*] vulgatum *esse ea quae* correxi secundum Lg. 2. 4. 6.

ratio dicendi tribus ad persuadendum rebus est nixa: ut probemus vera esse quae defendimus; ut conciliemus eos nobis, qui audiunt; ut animos eorum ad quemcunque causa postulabit motum vocemus. 116. Ad probandum autem duplex est oratori subiecta materies: una rerum earum, quae non excogitantur ab oratore, sed in re positae ratione tractantur, ut tabulae testimonia pacta conventa quaestiones leges senatus consulta res iudicatae decreta responsa reliqua, si quae sunt, quae non ab oratore pariuntur, sed ad oratorem a causa atque a reis

13. 15. 17. 20. 24. 32 add. 35. 36. 69. 76. 93. Vict. Gu. 2. ita Lambinus. Additum est *ea* ab iis, qui sequi viderent altero membro *eos qui*. — *eos nobis*] vulgo invertunt. Correxi ex Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. 81. om. *eos* 24 add. — *postulabit*] *postulat* Lg. 6. *postulet* 35.

116. *oratori*] *oratoris* Lg. 4. 13. *subiecta oratori* Gu. 1. — *quae non*] *non* om. Lg. 17. 24 add. — *positae*] *posita* Vict. Lg. 24 et 81 corr. *proposita* 84. — *reliqua*] vulgo praemissum *et* om. Lg. 4. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 81. Gu. 1. 2., qui eo certius sequendi erant, quo magis pro eis ratio pugnat. *aut* Gu. 3. sed *a* in rasura scripto. — *reliqua*] *reliquae* Lg. 2. 13. 32 corr. 36. Gu. 3.; sed non sequor quamvis bonos; non quod *reliquae* etsi pluribus nominibus neutris interpositis referri non possit ad *res*, sed quia *reliquae* ad sequens *quae* accommodatum videtur errore scribentium, v. §. 114. — *ab oratore pariuntur*] verissima scriptura non optimos testes habet, inest enim in Havn. 1. 2. edd. antiq. et Lg. plerisque, sed non in 2. 4. 13. 32. 36. 67. 76. 81. 84. 93. Gu. 3. Hi enim et Vict. exhibent *reperiuntur* s. *repperiuntur*. Cum haesisset *re* ex ultima proximi vocabuli syllaba, consecuta correctio est et *a* in *e* mutatum. Monstrant hoc ed. s. l. et a., in quo *periuntur*, et Lg. 93., in quo *periuntur* corr. *repperiuntur* legimus. *Pariuntur* etiam *α. β. γ. δ. ε.* Gu. 2., sed de ordine non liquet. *reperiuntur ab oratore* Pal. 1. 2. Memm. Pith. Gu. 1. 3. Z. Grut. Sch. — *atque a*] Sic Havn. 1. pr. m. Havn. 2. *α. β. γ. δ.* et vulgo ab antiq. edd.; accedunt Lg. plerique et optimi. Opus est praepositione cum et *causa* et *rei* separatim cogitentur, non coniuncti. *a* om. Gu. 2. Vict. Lg. 4. 14. 15. 17. 23. 32 add. 81. *a rebus* Gu. 1. *rebus* Vict. *a re* Havn. 1. a corr., Vet. St. Z. *ε.* Erl. 1. Gu. 3.

deferuntur; altera est, quae tota in disputatione et in argumentatione oratoris collocata est. 117. Ita in superiore genere de tractandis argumentis, in hoc autem etiam de inveniendis cogitandum est. Atque isti quidem, qui docent, cum causas in plura genera secuerunt, singulis generibus argumentorum copiam suggerunt. Quod etiam si ad instituendos adolescentulos magis aptum est, ut, simul ac posita causa sit, habeant quo se referant, unde statim expedita possint argumenta depromere: tamen et tardi ingeni est rivulos consectari, fontis rerum non

Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36., quod recepit Ern. *rei* quinam dicerentur ignorans, v. ad II. 19, 78. *reis* ceteri codd. v. Comm. Cr. ad II. 19, 78. *Res* iuxta *causam* positu plane ταυτολόγον est. — *deferuntur*] *referuntur* Vict. — *et in argumentatione*] addidi praepositionem qua carere sane possimus, quia disputationem et argumentationem et iuncta et divisa cogitari licet, ex Lg. 2. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 36. 65. 67. 70. 73. 76. 86. ita corr. 32. — *est*] del. Ern. Sch. in ed. min. v. explicationes. — *collocata*] *conlocata* Lg. 24 corr. 65. 70. 73. *collocata* 81.

117. *in superiore*] *in* om. Lg. 17. *superiori* 4. 15. — *etiam*] om. Lg. 4. add. Vict. — *isti quidem, qui docent*] sic codd. et vulg. edd. *ista quidem qui* coni. Ern., quem sequuntur Sch. Muell. Verum *isti qui docent* contemptim dicuntur rhetores, in quarum arte refutanda dudum versatur Antonius. — *etiam si*] sic divisim Lg. 65. 67. 70. 73. 76. 84. 86. Lambinus. *etsi* 35. Man. *etiam* Lg. 2. 3. 4. 13. 23. 32. 36. 81 corr. — *simul ac*] sic divisim Lg. 2 corr. 65. 69. 70. 73. 76. 84. 86. 93. Ald. Man. Lamb. *simul hac* Lg. 67. — *posita causa sit*] vulgo *posita sit causa.* Secuti sumus Lg. 2. 13. 32. Vict. — *habeant*] *habent* Lg. 2. 6. 13. 32 corr. 36. 76. Vict. — *ingeni*] scripsi ex Lg. 13. 65. 70. — *rivulos*] *rivos* Lg. 13. 32 corr. 36. ex *riuuos* ortum, quod habet Lg. 4. — *consectari*] *sectari* Lg. 15. — *fontis*] scripsi ex Lg. omnibus praeter 4. 20. 21., item Gu. tribus et Vict. — *rerum*] om. Lg. 4. — *et iam*] *et* Lg. 17. — *quod velimus*] *quo v.* Gu. 3. Lg. 5. 14. 15. 16. 17 corr. 23. 24. 35. 65. 69. 70. 73. 86. *quae* 76. — *accersere*] scripsi ex Lg. 2 corr. 13. 36. 81. Vict. ita corr. 17. *arcescere* 4. Illam scripturam bonis libris addicentibus revocabo etiam III. 24, 92. 38, 156. Et *arcessere* et *accersere* in optimis libris leguntur, ut tamen hoc saepe pro corrupto habitum fuerit,

videre, et iam aetatis est ususque nostri a capite quod velimus accersere et unde omnia manent videre. 118. Et primum genus illud earum rerum, quae ad oratorem deferuntur, meditatum nobis in perpetuum ad omnem usum similium rerum esse debebit. Nam et pro tabulis et contra tabulas et pro testibus et contra testes et pro quaestionibus et contra quaestiones et item de ceteris rebus eiusdem generis vel separatim dicere solemus de genere universo vel definite de singulis temporibus hominibus causis; quos quidem locos (vobis hoc, Cotta et Sulpici, dico) multa commentatione atque meditatione

v. c. ab Oudendorpio ad Suet. Caes. 2. Tib. 53. Calig 35. eodemque ad Caes. B. G. V. 11, 3. Graevio ad Suet. Tib. l. c. Ernesto ad Tac. Hist. I. 14. Cortio ad Lucan. I. 66. Orellio ad Cic. Catil. III. 3, 6. IV. 2, 4. ND. I. 6, 15., quibus omnibus refutatur Manutius ad Divers. VII. 23. p. 773 *arcessere*, non *accersere* vetustiorum librorum esse dicens. Quanquam dicit ipse grammaticos duo verba *arcessere* et *accersere* agnovisse, nec id sane negari potest inspicientibus Charisium, Diomedem, Papinianum ap. Cassiod. Orthogr. *accersere* advocandi, *arcessere* ab *arcendo* dictum repellendi s. prohibendi significatione praeditum esse affirmantibus. Horum autem plerisque longe antiquiores Velius Longus et Terentius Scaurus utroque modo apud veteres scriptum esse fassi usquam alterum vi *prohibendi* dictum esse negant. Paulo longius iusto progressus Lambinus etiam *arcire* pro *accire* dictum Ciceroni vindicatum ibat ad Att. V. 1. Prudentius igitur Orellio et Klotzio ad Tusc. IV. 1, 3 *accersere* plebeium et vulgare fuisse putantibus Schneiderus Gr. Lat. I. 1. p. 257. et Kritzius ad Sall. Catil. p. 190. optimos ubique libros sequendos censent. *Accersitus* legitur in Inscr. 4724. p. 330 Orell. Nam nupera Stuerenburgii sententia *accersere* pro advocando, *arcessere* pro accusando Ciceronis esse dicentis et libris refutatur et ratione caret. — *manent*] sic Havn. 1. Erl. 1. Gu. tres, Lips. Thanneri et edd. post Ern.; accedunt nunc Lg. 2. 4 corr. 5. 6. 13. 14. 15 corr. 16. 17. 20. 21. 23. 32 corr. 65. 70. 73. 81 corr. 84. ita corr. 24. *maneant* 3. *manantur* 69. vulgo *manant*, quod propter *velimus* praecedens probari non potest.

118. *in perpetuum*] *imperp.* Lg. 2. 6. 17. 35. 67. 81. — *omnem*] *omnium* Lg. 36. — *et pro tabulis*] addidimus *et* ex Lg.

paratos atque expeditos habere debetis. 119. Longum est enim nunc me explicare qua ratione aut confirmare aut infirmare testes tabulas quaestiones oporteat. Haec sunt omnia ingeni vel mediocris, exercitationis autem maximae; artem quidem et praecepta dumtaxat hactenus requirunt, ut certis dicendi luminibus ornentur. 120. Itemque illa, quae sunt alterius generis, quae tota ab oratore pariuntur, excogitationem non habent difficilem, explicationem magis illustrem perpolitamque desiderant. Itaque cum haec duo nobis quaerenda sint in causis, primum quid, deinde quo modo dicamus: alterum, quod totum

omnibus, Vict. Gu. tribus. Eidem praeter Lg. 3. *et pro testibus,* rursusque eidem praeter 17. 24. 35. 93. *et pro quaestionibus.* Omisit corrector speciem concinnitatis secutus. Verba *et contra testes* om. Gu. 3. — *eiusdem generis*] *eisdem* om. *generis* Lg. 84. v. ad §. 114. — *de genere*] *vel de genere* Lg. 4. ita corr. et rursus exp. 32. — *vobis*] *nobis* Lg. 84. *hoc vobis, Cotta* 84. *vobis Cotta hoc* Gu. 1. — *commentatione*] *conment.* Lg. 2. 24. — *et meditatione*] om. Gu. 3 idemque mox *praeparatos.* — *debetis*] *debebitis* Lg. 76. Vict. Gu. 1.

119. *longum*] *longe* Lg. 69. — *nunc*] om. Lg. 13. *me* ante *nunc* ponitur in 65. — *ratione*] *oratione* Gu. 2. Lg. IX., quorum sunt 13. 69. — *testes*] om. Gu. 3. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. — *quaestiones*] *quaestionesque* Lg. 3. 36. 84. ita corr. 32. — *oporteat*] sic Lg. praeter 3. 4. 35. 36. 69. 86. 93., Man. Lamb. Alii *oportet.* — *ingeni*] scripsi secundum Lg. 13. 36. 65. 70. — *autem*] *aut* Lg. 2. 4. 13. 32 exp. 36. 69. Gu. 3. om. 3. *haud* 6. — *maximae*] *vel maxime* (i. e. *vel maximae)* Lg. 3. 5. 14. 16. 21. 23. 24. 65. 67. 70. 73. 76. 81. 84. quod, si melioribus sponsoribus tutum praestaretur, praeferrem. Sed ut nunc est, non est veri simile in tam exigua re paritatem membrorum tam accurate servari debere. — *certis*] *ceteris, coet. caet.* Lg. omnes praeter 24. 76., quorum ille *ceris.* — *ornentur*] *ortemur* Gu. 3.

120. *itemque*] *itaque* Lg. 5. — *pariuntur*] *patiuntur* Lg. 4 corr. *paruntur* 24 corr. — *magis*] *nobis* additur in Lg. 6 corr. — *illustrem*] *inlustrem* Lg. 24. 65. 70. 73. — *perpolitamque*] *expolitamque* Lg. 4. — *quaerenda sunt*] *q. sint* Lg. 4. 17. 20 corr. 24. 81 corr. — *quo modo*] *quō* Lg. 20. 67. 81. 84. 86. divisim soli librorum 35. 76. — *arte*] om. Lg. 20. *in arte* 67. In 32 est

arte tinctum videtur, tametsi artem requirit, tamen prudentiae est paene mediocris, quid dicendum sit videre; alterum est, in quo oratoris vis illa divina virtusque cernitur, ea, quae dicenda sunt, ornate copiose varieque dicere.

XXVIII. 121. Quare illam partem superiorem, quoniam semel ita vobis placuit, non recusabo, quo minus perpoliam atque conficiam (quantum consequar, vos iudicabitis): quibus ex locis ad eas tris res, quae ad fidem faciendam solae valent, ducatur oratio, ut et concilientur animi et doceantur et moveantur; haec sunt enim tria [numero]. Haec vero quem ad modum illustrentur praesto est qui omnes docere possit, qui hoc primus in nostros

var. *non est arte.* — *tinctum*] in Lg. 2. adscribitur var. *tractum. intinctum* Lg. 5. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24 corr. ut 93. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 86. ita corr. 32. 81. *incinctum* 93. *nixum* coni. Bakius. v. explicatt. ad II. 20, 85. — *tametsi*] *tamen et si* Lg. 24. 32 corr. — *copiose*] *copioseque* Lg. 3.

XXVIII. 121. *partem*] *artem* Lg. 70. — *vobis placuit*] *conplacuit* Lg. 4. *nobis pl.* Vict. Gu. 2. 3. *vobis* om. Gu. 1. — *quantum*] praemittitur *interim* in Lg. 3. ita corr. 32. *quam* 6. — *iudicabitis*] *videbitis* Gu. 1. — *tris*] dedi secundum Lg. 13. 16. 70. 73. *tres res* inv. 67. — *valent*] *valeant* Lg. 32 corr. 76. — *ducatur*] *ducantur* Lg. 6 corr. 36 var. *ducitur.* — *ut*] om. Lg. 81. — *concilientur*] *conciliantur* 4. — *moveantur*] *moneantur* Lg. 17. 20. — *tria numero. ea vero quem ad modum*] locus affectus. *Numero* haud dubie falsum est et subditicium; abest a codd. plurimis, Havn. 1. 2. Vet. St. α. δ. ε. Z. Erl. 1. Lg. 2. 3. 4. 5. 6. 13. 14. 16. 20. 21. 32. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. 93. Gu. 1. 2. 3. Vict., et confictum videtur ex sequentibus. Quippe non *ea vero*, sed *nec* legitur in Lg. 2 (var. *nunc*) 4. 13. 32 v. u. t.; *haec* in 36., idque genuinum est et male scriptum *hec vero* peperit illa *nec, nunc, numero.* Pro *vero* exstat *autem* in Vict. Seclusi igitur illud *numero*, cetera posse defendi videntur. Muellerus totam sententiam *ut et concilientur animi et doceantur et moveantur, haec sunt enim tria numero* deleturus erat. — *illustrentur*] *illustrantur* Lg. 17 corr. *inlustr.* 24. 65. 70. 86. *vero illustr.* 32 a m. sec. — *primus*]

mores induxit, qui maxime auxit, qui solus effecit. 122. Namque ego, Catule, (dicam enim non reverens assentandi suspicionem) neminem esse oratorem paullo illustriorem arbitror neque Graecum neque Latinum, quem aetas nostra tulerit, quem non et saepe et diligenter audierim; itaque si quid est in me (quod iam sperare videor, quoniam quidem vos his ingeniis homines tantum operae mihi ad audiendum datis), ex eo est, quod nihil quisquam unquam me audiente egit orator, quod non in memoria mea penitus insederit. Itaque ego is, qui sum, quantuscunque sum ad iudicandum, omnibus auditis oratoribus sine ulla dubitatione sic statuo et iudico neminem omnium tot et tanta, quanta sint in Crasso,

primum Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. 69. 93. ita corr. 81. — *auxit*] *hausit* Lg. 2. 3. 5. 13. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24 corr. 32. 65. 70. 73. *ausit* 35. 67. — *effecit*] *efficit* 6. 24. 67.

122. *assentandi*] *absectandi* Lg. 2 corr. *adsent.* 13. 24. 65. 70. 73. 86. *adsectandi* 67. — *paulo*] sic codd. omnes praeter Lg. 3. 5. post *illustriorem* ponitur in Lg. 20. 93. — *illustriorem*] *inlustr.* Lg. 65. 70. 86. — *tulerit*] *intulerit* Gu. 3. — *non et — audierim*] *et* om. Lg. 4. 76. Gu. 1. *audierimus* Gu. 1. 2. *tulerim* miro errore Lg. omnes et Gu. 3., praeter illorum 35. 76. 84., quorum primus et tertius sic corr., secundus ita var. In 93. corrigitur *viderim. tuleram* praeterea Lg. 13. — *itaque*] *ita* Lg. 81. — *tantum operae*] *tantopere* Lg. 2. 13. 86. — *memoria mea*] inv. Lg. 81. 84. Gu. 1. — *vel ea* (p. *mea)* Gu. 3. — *itaque*] sic correxi vulgatum *atque* Lg. 2. 4. 13. 32. 36. Gu. 3. ita iam ed. Lamb. II. Non est cur iterato *itaque* offendamur, dum ante *itaque si quid est* non plene, sed medie distinguatur, ut fecimus. Aliquid male cohaerere in his sententiis videns Bakius, cum aliter distinguendo tum omittendis verbis *neque Graecum neque Latinum* et *quantuscunque sum ad iudicandum*, item *neque enim esse oratorem* corrigendo pro *neminem esse oratorem* sententiae opem ferre conatus est. — *quantuscunque*] *quantus quisque* Lg. 84. Gu. 2. *quantuluscunque* Vict. — *sint*] scripsi ex Lg. omnibus praeter 14. 15. 20. 20. 21. 67. 70. 76., item Gu. 3. *sit* 67. Non deterius *sunt*, sed sequendi fuerunt optimi libri.

habuisse ornamenta dicendi. 123. Quam ob rem, si vos quoque hoc idem existimatis, non erit, ut opinor, iniqua partitio, si, cum ego hunc oratorem, quem nunc fingo, ut institui, crearo aluero confirmaro, tradam eum Crasso et vestiendum et ornandum. 124. Tum Crassus, Tu vero, inquit, Antoni, perge, ut instituisti. Neque enim est boni neque liberalis parentis, quem procrearis et eduxeris, eum non et vestire et ornare; praesertim cum te locupletem esse negare non possis. Quod enim ornamentum quae vis qui animus quae dignitas illi oratori defuit, qui in causa peroranda non dubitavit excitare reum consularem et eius diloricare tunicam et iudicibus cicatrices adversas senis imperatoris ostendere? qui idem, hoc ac-

123. *quam ob rem*] hic soli sic Lg. 13. 76. 86. — *cum*] *tum* Gu. 1. 3. — *crearo*] *crebro* Gu. 3. — *aluero*] *adiuvero* Lg. 4. 13. 32 corr. *alluero.*, Vict. Gu. 1. — *confirmaro*] *confirmabo* Lg. 4 v. *confirmavero.* 13. 32 corr. ut v. 4. *conformaro* 17. — *vestiendum*] *instituendum* Lg. 21.

124. *neque enim*] *enim* om. Lg. 2. 4. 6. 13. 32 corr. Gu. 3. forte factum propter sequens *est,* quod post *boni* ponunt Lg. 69. 93. Ald. Man. — *procrearis — eduxeris*] vulgo — *rit.* optimam scripturam eleganter ad Antonii personam conversione orationis facta restitui ex Lg. 2. 4 (is *procreaveris)* 13. 32. 36., modo quod 4. *tu educaveris.* — *et vestire*] *et* om. Lg. 4. 15. 16. 21. 76. 81. Vict. — *eius diloricare tunicam*] *eius digitis dilor.* Lg. 2. *digitis dil.* 4. 32 (om. *eius). ditis dil.* 13 corr. ut 2. *dius* s. *duis* 36. *dilodicari* 2 corr. ut 3. 13. 36. *disloricare* 3. 4. 32. *deloricare* 81. *diloditari* Gu. 3. *Diloricare* etsi apud Ciceronem semel dictum est, latinum tamen fuisse ex Apuleio et Nonio constat. Ex librorum vestigiis alioqui scribendum quis suspicetur *et digitis lacerare tunicam.* Sed cum ex *et eius* factum esset *dius* s. *dius,* fluxerunt inde *ditis* et *digitis.* — *senis*] om. Vict. Gu. 1. — *idem*] *eidem* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. *quidem* (p. *qui idem)* Vict. Gu. 1. — *accusante*] *adcus.* Lg. 65. 67. 70. 73. — *furiosumque*] *curiosumque* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. — *esse*] *fuisse* Lg. 35. om. 93. — *praestare*] *parare* Lg. 2. *probare* 32. utrumque ex *pstare* ortum. — *posset*] sic dedi ex Lg. 2.

cusante Sulpicio cum hominem seditiosum furiosumque defenderet, non dubitavit seditiones ipsas ornare ac demonstrare gravissimis verbis multos saepe impetus populi non iniustos esse, quos praestare nemo posset; multas etiam e re publica seditiones saepe esse factas, ut cum reges essent exacti, ut cum tribunicia potestas constituta; illam Norbani seditionem ex luctu civium et ex Caepionis odio, qui exercitum amiserat, neque reprimi potuisse et iure esse conflatam? 125. Potuit hic locus tam anceps tam inauditus tam lubricus tam novus sine quadam incredibili vi ac facultate dicendi tractari? Quid ego de Cn. Malli, quid de Q. Regis commiseratione dicam? quid de aliis innumerabilibus? in quibus non hoc maxime

4. 13. 32. Gu. 3., non, quod Henrichs. affirmat, loci rationem postulare, sed testium fide motas. v. explicationes. — *etiam*] *enim* Lg. 2. — *e re publica*] *rei publica* Lg. 2. 3. 4. 5. 6. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 35 (add. *e* m. sec.) 36. 65. 67. 69. 70. 73. 86. Gu. 3. In Lg. 93. scriptum *in rep.* ut corr. 76. Probarem, dum constaret *rei publicae* pro *in rei publicae commodum* dici. — *ut cum tribunicia*] *ut* om. Lg. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 86. 93. Vict. *tum* Lg. 93. *tribunitia* scribitur in Lg. praeter 3. 4. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 21. — *esset,* quod statim vulgo sequitur, expunxi, cum facile ex prioribus subaudiatur, secutus Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 3. — *ex Caepionis*] *exceptionis* s. *exceptionis* Lg. 4. 17. Gu. 3. *cipionis* Vict. *cepionis* plerique. *ex* om. Gu. 2. — *amiserat*] *miserat* Gu. 3. — *potuisse et*] *potuisset* Lg. 2. 4. 13. 32. 36.

125. *lubricus*] om. 21. 86. Hoc et *novus* invertuntur in Lg. 15. — *ego*] *ergo* Lg. 14. 15. 76. — *Cn. Malli*] *Mallium* dici hominem iussimus secundum Lg. 2. 4. 20. eodemque ducunt Gu. 2. *(Manilii malii)* et Lg. 32 *(malii). Manili* 5. 24. 65. 70. 73. 86., unde finitionem nominis ascivimus. *Manilii* 3. 6. 14. 15. 23. 35. 67. 69. 76. 93. Vict. — *Q. Regis*] *Regini* Lg. 20. In 32 supra scriptum *Regis* nomini a m. sec. *Pruscie* (voluit *Prusiae*), et om. *Q.* — *non hoc*] *hoc non* codd. et meliores nec pauciores. Rectior ordo est in Lg. 5. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 86. 93. *non hoc magis maxime* 17 corr.

enituit, quod tibi omnes dant, acumen quoddam singulare, sed haec ipsa, quae nunc ad me delegare vis, ea semper in te eximia et praestantia fuerunt.

XXIX. 126. Tum Catulus, Ego vero, inquit, in vobis hoc maxime admirari soleo, quod, cum inter vos in dicendo dissimillimi sitis, ita tamen uterque vestrum dicat, ut ei nihil neque a natura denegatum neque a doctrina non delatum esse videatur. Qua re, Crasse, neque tu tua suavitate nos privabis, ut, si quid ab Antonio aut praetermissum aut relictum sit, non explices, neque te, Antoni, si quid non dixeris, existimabimus non potuisse potius, quam a Crasso dici maluisse. 127. Hic Crassus, Quin tu, inquit, Antoni, omittis ista, quae proposuisti, quae nemo horum desiderat, quibus ex locis ea, quae dicenda sunt in causis, reperiantur; quae quanquam a te novo quodam modo praeclareque dicuntur,

ut. 5. *non maxime hoc* Gu. 2. *hoc m. non* Gu. 3. — *delegare*] *delegere* Lg. 3. *deligere* 16. — *et*] *atque* Lg. 81. — *fuerunt*] *fuere* Lg. 15.

XXIX. 126. *tum*] *cum* Gu. 1. — *ego vero*] *age v.* Lg. 6. — *in dicendo*] *in* om. Lg. 3. 5. 14. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 86. 93. ita corr. 32. v. explicationes ad I. 3, 12. *dicemus* Vict. — *dissimillimi*] *dissimiles* Lg. 35. 69. — *vestrum*] *nostrum* Gu. 3. — *delatum*] *datum* Lg. 76. — *videatur*] *iudicatur* Lg. 17. — *neque tu*] *tu* om. et add. Lg. 2. 32. 65. om. 17. 20. — *in tua* 32 corr. — *dixeris*] *dixerit* Lg. 4.

127. *quin*] *quid* Gu. 3. — *proposuisti*] *posuisti* Lamb. (sec. puto), non recte, quia non dicitur hic de decreto, sed de explicando argumento et disputatione. — *horum*] om. Lg. 20. *eorum* 35. — *dicenda sunt*] sic pro *sint*, quod per se non minus recte dicitur, scripsi ex Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 14. 17 corr. 23. 32 corr. 36. 65. 69. 81. 93. Gu. 2. 3. In talibus a libris standum. — *reperiantur*] *repperiantur* Lg. 20. 32. v. ad II. 24, 100. — *quae*] om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. 76. Gu. 3. *quam* 24 corr. *nunquam* 5. — *a te*] pro *abs te* recipiendum fuit ex Lg. 2. 4. 13. 32 corr. Gu. 3. — *deprome*] *depromas* Lg. 84. — *afferas*] *efferas* Lg. 3. ita corr. 32. *adferas* 13. 21. 65. 67. 70. 73. 86.

sunt tamen et re faciliora et praeceptis pervagata; illa deprome nobis unde afferas, quae saepissime tractas semperque divinitus. 128. Depromam equidem, inquit, et quo facilius id a te exigam, quod peto, nihil tibi, a me postulanti recusabo. Meae totius orationis et istius ipsius in dicendo facultatis, quam modo Crassus in caelum verbis extulit, tres sunt rationes, ut ante dixi: una conciliandorum hominum, altera docendorum, tertia concitandorum. 129. Harum trium partium prima lenitatem orationis, secunda acumen, tertia vim desiderat. Nam hoc necesse est, ut is, qui nobis causam adiudicaturus sit, aut inclinatione voluntatis propendeat in nos aut defensionis argumentis adducatur aut animi permotione cogatur. Sed quoniam illa pars, in qua rerum ipsarum explicatio ac defensio posita est, videtur omnem huius generis quasi doctrinam continere, de ea primum loque-

128. *depromam*] *deprimam* Lg. 21. — *inquit*] additur *Antonius*, quod expunxi secundum Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 3. v. explicatt. I. 20, 89. — *et quo*] *et quod* Lg. 14. 32 corr. Gu. 3. — *istius ipsius facultatis*] priora duo vocabulo transponuntur in Lg. 2. 4. 6. 15. 67. non deterius. Deinde quae leguntur verba *in dicendo* ab interprete profecta in scriptoris verba irrepsisse eo similius veri est, quod ante *orationis* ponuntur in Havn. 1. 2. Vet. Steph. Z. α. β. δ. ε. Gu. 1. 2. 3. Vict. Lg. omnibus praeter 2. 4. 13. 15. 67. edd. antiq. — *caelum*] sic aut *celum* s. *cælum*, quae idem significant, Lg. XXII et meliores omnes. Potiore hoc esse fide ostendit Marinus ad Acta fratr. arval. p. 256. et 358. — *sunt rationes*] *sibi rationes* Gu. 3.

129. *prima*] *altera* Lg. 20 corr. — *lenitatem*] *levitatem* Lg. 4. 81. Gu. 2. — *orationis*] post *partium* poni vult Bakius. — *is*] om. Lg. 70. *in his* 84. *his* 2 et 17 uterque corr. — *adiudicaturus sit*] *adi. est* Lg. 76. 81. 84 (hic *adiudicatus*). Vict. Gu. 2. — *inclinatione*] *inclinatioris* Vict. Gu. 1. 2. v. ad II. 27, 114. — *defensionis argumentis*] *defensione argumentorum* Lg. 4. scriptura memorabilis. — *animi*] *ab animi* Gu. 3. — *in qua*] *in* om. Lg. 2. 4. 6. 13. 32 add. 36. — *loquemur*] *loquamur* Lg. 84. — *quasi notata habere videamur*] sic Havn. 2. Cant.

mur et pauca dicemus. Pauca enim sunt, quae usu iam tractata et animo quasi notata habere videamur.

XXX. 130. Ac tibi sapienter monenti, Crasse, libenter assentiemur, ut singularum causarum defensiones, quas solent magistri pueris tradere, relinquamus, aperiamus autem capita ea, unde omnis ad omnem et causam et orationem disputatio ducitur. Neque enim, quotiens verbum aliquod est scribendum nobis, totiens eius verbi literae sunt cogitatione conquirendae nec, quotiens causa dicenda est, totiens ad eius causae seposita argumenta revolvi nos oportet; sed habere certos locos, qui, ut literae ad verbum scribendum, sic illi ad causam explicandam statim occurrant. 131. Sed hi loci ei demum oratori prodesse possunt, qui est versatus in rebus vel

Norf. Harl. 1. Z. γ. ε. Lg. 81. 84. Lamb. Pearc. Sch. Muell. Or. Henr. vulgo *notata quasi h. v. et animo quasi notata* om. Lg. 32 add. *nota* 67. 76. *videamur* Lg. 32 corr. Sed haec cum prioribus male habentur in libris aliis. Quippe *quae vix viam (= usu iam) tractatam habere videantur* omissis mediis Lg. 2. *quae vis* (s. *ius) viam tract. h. videantur* 4. Gu. 3. *quae vis* (s. *ius) via tractata h. videantur* 13. Idem, modo *tracta* pro *tractata*, legitur in 36.

XXX. 130. *ac*] *at* Lg. 3. 32. — *Crasse*] vulgo additum *L.* delevi secundum libros quamvis non optimos, Lg. 5. 6. 14. 15. 16. 21. 23. 24. 65. 67. 70. 73. 81. 86. Vict. Gu. 1. Secundum sermonis legem praenomen tolerari non potest; v. explicationes ad III. 1, 4. *L. Crasso* quidam codd., ut Gu. 3. — *assentiemur*] *adsentiemur* Lg. 13. 24. 65. 67. 70. 73. 86. *assentimur* corrigit Bakius; bene, si libri iuvarent: ut nunc est, nihil novandum censes. — *aperiamus*] *aperiemus* Lg. 4. — *capita ea*] sic invertimus ex Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. Gu. 3. quae inani hiatus metu transposita fuerunt. — *et causam*] *et* om. Lg. 76. 81. Vict. Gu. 2. — *quotiens — totiens*] hic et paulo infra Lg. 2. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 33 (is posteriore loco *totius)* 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. 93. Vict. Gu. 1. 2. 3 (non noto, si qui libri per *c* scribunt, ut Gu. 1. 3.) — *eius*] *est ius* Lg. 2. et mox *set* pro *sunt. est vis verbi s. literae* 13. 16 (modo is *sed* p. *sive). — causam*] *carm̄. (= carmen*, ortum ex male intellecto *cām)* Gu. 3.

usu, quem aetas denique affert, vel auditione et cogitatione, quae studio et diligentia praecurrit aetatem. Nam si tu mihi quamvis eruditum hominem adduxeris, quamvis acrem et acutum in cogitando, quamvis ad pronuntiandum expeditum, si erit idem in consuetudine civitatis in exemplis in institutis in moribus ac voluntatibus civium suorum hospes, non multum ei loci proderunt illi, ex quibus argumenta promuntur. Subacto mihi ingenio opus est, ut agro non semel arato, sed [novato et] iterato, quo meliores fetus possit et grandiores edere. Subactio autem est usus auditio lectio literae. 132. Ac primum naturam causae videat, quae nunquam latet, factumne sit quaeratur, an quale sit, an quod nomen habeat; quo perspecto statim occurrit naturali quadam prudentia, non

131. *hi*] *hit* Lg. 2. 81. *it* 16. 23. 24. 65. 70. 73. 86. — *ei*] om. Lg. 2. 32 add. — *rebus*] *rerum* Lg. 2 corr. *rerum cognitione.* 4. 13. 32 corr. 36. — *usu*] *usum* Lg. 4. *in usu* 6. — *affert*] *adferet* Lg. 13. *adfert* 24. 65. 67. 70. *afferet* 36. ita corr. 32. — *adduxeris*] *eduxeris* Gu. 3. — *quamvis — cogitando*] totam sententiam om. Lg. 17. — *in cogitando*] *ad cogitandum* Lg. 4. isque et 69. 76. 93. verba *ad pronunt. expeditum* invertunt. — *erit idem*] inv. Lg. 2. *eidem* 4. 13. 32 corr. 36. om. 6. — *in consuetudine*] *in* om. Lg. 32 add. — *in institutis*] *in* om. plerique meorum, etiam Lg. 2. 3. 4. 13. 32 (add.) 35. 36. Gu. 3. Contra *in voluntatibus* 23. 67. (hi ante *in* retinent). — *opus est*] *est* om. Lg. 84. — *sed iterato*] uncinis includendis verbis *novato et* manum scriptoris restituisse videor ex Lg. 4. 13. 32. 36. Gu. 3. Illa ex interpretamento fluxisse suspicor propter Lg. 2., in quo scriptum *sed novato iterato.* Quippe imperitus homo cum *semel arare* dici *novare* non vidisset, deesse aliquid iudicabat, cum ager nisi ante *novatus* non posset *iterari.* v. explicationes. — *fetus*] sic scribitur in Lg. 2. 13. 14. 15. 21. 23. 32. 35. 36. 67. 73. 76. Gu. 1. 2. — *subactio*] *subacto* Gu. 3. — *literae*] sic Lg. IV deteriores.

132. *latet*] *lateat*, quod ediderunt Vict. Lamb., exstat in cod. Vict. Lg. 69. 76. 81. 84. 93. Gu. 2. — *habeat*] *habet* Lg. 4. — *perspecto*] *perfecto* Lg. 4. 5. 14. 15. 69. 93. *prospecto* 67. Vict. — *his*] *iis* Lg. 23. Manut. — *subductionibus*] *subactionibus* Lg. 2.

his subductionibus, quas isti docent, quid faciat causam, id est, quo sublato controversia stare non possit; deinde quid veniat in iudicium, quod isti sic iubent quaerere: „Interfecit Opimius Gracchum. Quid facit causam? Quod rei publicae causa, cum ex senatus consulto ad arma vocasset. Hoc tolle, causa non erit. At ipsum negat contra leges licuisse Decius. Veniet igitur in iudicium licueritne ex senatus consulto servandae rei publicae causa.“ Perspicua sunt haec quidem et in vulgari prudentia sita; sed illa quaerenda, quae ab accusatore et a defensore argumenta ad id, quod in iudicium venit, spectantia debent afferri.

XXXI. 133. Atque hic illud videndum est, in quo

5 corr. 13. 14. 15. 16. 23. 24. 32 v. u. t. 36. 70. 73. 84. 86. Gu. 3. — *faciat*] *facit* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. *faciant* Gu. 2. Deinde tres versus integros ab *id est* usque ad *causam? Quod rei p.* (his non comprehensis) om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 3. Aberravit scribentis oculus aut voluntas a priore *causam* ad alterum. — *Gracchum*] *graccum* Lg. 15. 32. 76. 86. Lamb. — *rei p. causa*] *rp. causam* Lg. 13. 32 corr. 36. — *cum*] *tum* Lg. 14. 23. 67. *cum* 21 corr. 76. Man. Lamb. Sequentia ad vb. usque *perspicua* om. Lg. 70. — *senatus cons.*] sic divisim Lg. 2. 65. 67. 69. 73. 76. 81. 84. 93. — *at*] *ac* Lg. 3 corr. 4. 5. 20. 21. 24 corr. 32 corr. 65. ita v. 17. — *ipsum*] *id* delevi secundum Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 3. crebra omissione nec abiicienda, de qua in explicationibus agemus. — *leges*] *legem* Lg. 14. 15. *legis* Gu. 1. — *Decius*] *P. Decius* Lg. 23. *set equius* 2. *sed ecuius* Gu. 3. *Detius* 93. — *senatus cons.*] sic divisim Lg. 65. 67. 73. 81. 86. 93. — *spectantia*] *spectanti* Lg. 2. 4. 13. 14. 32 corr. ut 3. 36. 69. Gu. 3. *spectanti ea* 3. 5. 15. 16. 20. 21. 65. 67. 70. 73. 76. 81 corr. ut 17. 86. 93. Vict. *spectant* 6. *spectant ea* 17. *spect'a ea* Gu. 2. — *debent*] scripsi pro *debeant* ex Lg. 3. 4. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 24. 35. 36. 65. 67. 70. 73. 76. Gu. 3. — *afferri*] *adferri* Lg. 65. 67. 70. 73. 86.

XXXI. 133. *istorum*] *illorum* Lg. 67. 81. — *non quo*] *non quod* Lamb. — *magno opere*] sic Lg. 2. 13. 36. Gu. 3. v. ad I. 34, 164. — *pertineat*] *pertinet* Lg. 4. *pertineant* 6. — *ut videatis*] *ut* om. Gu. 1. 3. *videamus* Lg. 81. — *quam*] *quale*

summus est error istorum magistrorum, ad quos liberos nostros mittimus, non quo hoc quidem ad dicendum magno opere pertineat, sed tamen ut videatis quam sit genus hoc eorum, qui sibi eruditi videntur, hebes atque impolitum; constituunt enim in partiendis orationum modis duo genera causarum; unum appellant, in quo sine personis atque temporibus de universo genere quaeratur, alterum, quod personis certis et temporibus definiatur, ignari omnis controversias ad universi generis vim et naturam referri. 134. Nam in ea ipsa causa, de qua ante dixi, nihil pertineat ad oratoris locos Opimi persona, nihil Deci. De ipso enim universo genere infinita quaestio est num poena videatur esse afficiendus qui

Lg. 2. 3. 4. 13. 36. Gu. 3. — *videntur*] om. Vict. — *de universo — temporibus*] haec om. Gu. 3. — *alterum — ignari*] Lambinus ex cod., ut dicit, Memmiano hunc locum sic scriptum exhibuit: *alterum, quod propriis nominibus personarum locorum ac temporum distinctum est, in quo uno illi occupati sunt; superius vero illud, quod totum in ratione generis positum, quasi non necessarium sit, nullis praeceptis aperiunt; ignari* sqq. Gruterus autem quae hic mutet addatque Lambinus neque in Pall. nec in Pith. aut Memmianos, quos excusserit Gulielmius, apparere annotat; neque in alio libro ullo reperta sunt. Sed etiam ed. Lott. haec habet: *alterum, in quo uno illi occupati sunt, quod propriis nominibus*, rell. deinde ut Lambinus. Videntur igitur sane ex margine libri alicuius nunc ignoti fluxisse et manum interpretis, qualis Gasparinus Barzizius fuit, referre. — *personis*] *in personis* Lg. 2. 4. — *definiatur*] *diffin.* Lg. XVII sed deteriores, item Vict. — *omnis*] sic bene Gu. 1. 2. 3. Lg. 2. 3. 5. 13. 14. 16. 20. 21. 24. 32 corr. 36. 65. 67. 70. 73. 81. *ōmis* 4. *omnibus* 17 corr. ut 2. — *controversias*] *controversiam* Lg. 4. Gu. 3. *et controversia* 32. *controversia* 81.

134. *pertineat*] vulgo *pertinet*, nihilo deterius, sed parui Lg. 2. 4. 6. 13. 32 corr. 36. Gu. 3., in quo *ne* pro *nihil*. — *Opimi*] sic Lg. 5. 15. 16. 17. 35. 65. 67. 70. 73. 86. Gu. 1. idem significat *optimi* in Lg. 2 corr. ut 5., 13. 21. 32 corr. 36. Gu. 3. Mox *Deci* Lg. 5. 13. 16. 65. 70. 73. — *num*] *non* Lg. 4 corr. Gu. 3. v. ad I. 58, 249. — *afficiendus*] *adficiendus* Lg. 13. —

civem ex senatus consulto patriae conservandae causa interemerit, cum id per leges non liceret. Nulla denique est causa, in qua id, quod in iudicium venit, reorum personis, ac non generum ipsorum universa dubitatione quaeratur. 135. Quin etiam in his ipsis, ubi de facto ambigitur ceperitne pecunias contra leges P. Decius, argumenta et criminum et defensionis revocentur oportet ad genus et ad naturam universam: quod sumptuosus, de luxurie; quod alieni appetens, de avaritia; quod seditiosus, de turbulentis et malis civibus; quod a multis arguitur, de genere testium; contraque quae pro reo dicentur omnia necessario a tempore atque homine ad communis rerum et generum summas revolventur.

senatus consulto] sic divisim Lg. 2. 65. 67. 70. 73. 81. 86. 93. Vict. — *interemerit*] *interemit* Lg. 16. 70. 73. *interfecerit* Lg. 76. 81. Vict. Gu. 1. 2. Ald. Lamb. — *reorum personis*] *ex* vulgo additum expunxi secutus Lg. omnes praeter 3. 16. 23 (in 32 *ex* add. m. sec.); item Gu. 1. 3. Longe lectius hoc vulgato, v. explicationes ad I. 3, 12. — *ac non*] *ac* vulgo non lectum addidi ex Lg. omnibus, Vict. Gu. 1. 2. 3. Ald. Iunt. Man. Lamb. v. explicationes. — *dubitatione*] sic vulgatum *disputatione* correxi ex duobus Steph. Z. δ. Gu. 3. Lg. 2. 4. 13. 17 v. u. t. 21. 32 v. u. t. 36. 65. 67., ut fecerat Sch. in ed. mai.. Quod Henrichsenus opponit 32, 138., id ad probandum accommodatum non est, quod de *oratione* dicitur ad universi generis disputationem relata, non de *causa* constituenda, in qua quid ius sit necne sit ambigitur sive *dubitatur*.

135. *in his*] pronomen manifestius restitui ex Lg. 2. 4. 6. 13. 21. 32. 36. 67. 69. 76. 84. Gu. 2. 3. Vict. Vulgo *iis;* dicuntur de quibus nunc ipsum disputatur. — *ceperitne pecunias contra leges*] vulgarem verborum ordinem contra *leges pecunias* rectiori iussi cedere secundum Lg. 2. 3. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 24. 32. 36. 65. 67. 70. 73. 76. 84. Gu. 2. 3. Praeterea pro *P. Decius* Gu. 3. Lg. 2. 13. *de cuius*, unde suspicio nascitur de praenomine, quo sane non egemus, delendo. v. explicationes ad III. 1, 4. — *et ad naturam*] *ad* om. Lg. 4. 13. 23. 32 add. — *sumptuosus*] sic cum *p* Lg. XXIV bonique omnes, praeter 4. — *appetens*] *adpetens* Lg. 65 corr. 67. 70. 86. — *contraque*] *contra* Lg. 2.

136. Atque haec forsitan homini non omnia, quae sunt in natura rerum, celeriter animo comprehendenti permulta videantur, quae veniant in iudicium tum, quom de facto quaeratur; sed tamen criminum multitudo est, non defensionum aut locorum infinita.

XXXII. 137. Quae vero, cum de facto non ambigitur, quaeruntur qualia sint, ea si ex reis numeres, et innumerabilia sunt et obscura, si ex rebus, valde et modica et illustria. Nam si Mancini causam in uno Mancino ponimus, quotienscunque is, quem pater patratus dediderit, receptus non erit, totiens causa nova nascetur. Sin illa controversia causam facit videaturne ei, quem pater patratus dediderit, si is non sit receptus, post-

3. 32. Gu. 3., sed suspectum propter sequens *quae.* — *communis*] scripsi secutus Lg. 2 corr. 13. 32 corr. Gu. 3. item *conmunis* 24. *comunis* 36. *communium* 4.

136. *celeriter animo*] inv. Lg. 4. om. haec ad *permulta* 15. — *videantur*] *videntur* Gu. 3. — *quom*] scripsi propterea, quod Lg. 3. 4. 5. 13. 14. 16. 17. 20. 21. 32. 35 corr. 36. 65. 70. 73. 93 corr. Gu. 3. referunt *quod*, ortum ex *quō*, ut apparet, si 3. 13. 32. Gu. 3. statim non *de*, sed *e* exhibere consideraveris. — *tamen*] om. Lg. 81 add. — *criminum multitudo est*] sic invertimus (vulgatur *cr. est multitudo)* secundum Lg. 2. 3. 4. 32. 36. Gu. 3. *est* om. 13 add. ut 2. — *defensionum*] *defensorum* Lg. 2. 13. 32 corr. Gu. 3.

XXXII. 137. *qualia sint*] *q. sunt* Lg. 4. 20. 70. *qualis* Gu. 3. — *ex reis*] *ex eis* Lg. 23. 32 corr. Gu. 2. — *et innumerabilia*] *et* om. Lg. 4. — *illustria*] *inlustria* Lg. 65. 70. 73. 86. — *quotienscunque*] *quotiens* Lg. 2. illud (vel per *c* scriptum) Lg. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 32. 35. 36. 69. 70. 73. 76. 84. 86. 93. Vict. Gu. 1. 2. 3. eidemque postea *totiens* (s. *tociens)* praeter 20. 36. Gu. 2., sed habent 13. 24. — *pater patratus*] divisim sic Lg. 2. 13. 16. 32. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. cett. et edd. pleraeque antiquiores iunctim. — *dediderit*] *reddiderit* Lg. 21. postea *dederit* Lg. 4 corr. 6. 81 corr. 84. — *sin illa*] Ern., qui non vidisset *controversiam* sic significare *quaestionem controversam* de coniectura edidit *sin in illa.* — *si is*] inv. Lg. 6. *ne* (p. *si)* Lg. 2. Gu. 3.

liminium esse: nihil ad artem dicendi nec ad argumenta defensionis Mancini nomen pertinet. 138. Ac si quid affert praeterea hominis aut dignitas aut indignitas, extra quaestionem est et ea tamen ipsa oratio ad universi generis disputationem referatur necesse est. Haec ego non eo consilio disputo, ut homines eruditos redarguam; quanquam reprehendendi sunt, qui in genere definiendo istas causas describunt in personis et in temporibus positas esse. 139. Nam etsi incurrunt tempora et personae, tamen intellegendum est non ex his, sed ex genere quaestionis pendere causas. Sed hoc nihil ad me; nullum enim nobis certamen cum istis esse debet. Tantum satis est intellegi ne hoc quidem eos consecutos,

138. *ac*] *at* Lg. 23. 35. 67. 76. 93. Vict. — *affert*] *afferet* Lg. 21. *adfert* 65. 67. — *hominis*] *aut hominis vita* Lg. 13. ita corr. 2. 32. — *aut indignitas*] om. Lg. 2 add. *vita*. 4. 13. 16. 32. 36. *vita* ex male lecto *aut* ortum videtur. — *oratio*] sic meorum soli Lg. 2. 13. 36. *ordine et ratione* 4. 32. *oratione* reliqui omnes, etiam Gu. 3. Mox verba *ad universi generis disputationem* absunt ab Lg. 2. 4. 13. 32. 36. Gu. 3. Corrigit Bakius: *quod extra quaestionem sit, ea tamen ipsa oratio,* nullo sententiae discrimine, verbis non elegantioribus, sed quaesitis. — *eo consilio*] *eo* om. Gu. 3. utrumque om. Lg. 15. — *qui*] *hi* s. *hii* qui Lg. 3. 4. 6. 13. 84. Gu. 2. 3. *ii qui* 36. — *definiendo*] *diffin.* Vict. et Lag. XVI., nec tamen 2. 4. 5. 13.

139. *intellegendum*] sic Lg. 13. 36. — *ex his*] sic scripsi ex Lg. 35. 36. 67. 69. 76. 84. Gu. tribus, ut dudum oportuit propter opposita sequentia. *hiis* 2. 17 corr. ut 35. 81. — *pendere*] *dare* Lg. 6. *dere* 21. *vel pendere* 15. 86. *prendere* 24. — *certamen*] post *istis* ponitur in Lg. 4. et ed. Lamb. — *intellegi*] scripsi ex Lg. 13. — *potuerunt*] *poterant* Bakius suadet; nulla quidem de causa. — *etiam*] *et* Lg. 5. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 65. 67. 70. 73. 76. 86. talia ostendunt quam saepe hoc iniuria substitutum illi sit. — *paulo*] sic Lg. omnes praeter 3. 4. 5. 6.

140. *hoc*] *haec* Lg. 84. Gu. 2. — *ut dixi*] *ut* om. Gu. 3. — *ac multo*] *ac* om. Vict. mox *etiam* om. Lg. 23., ante *multo* ponit 32. — *quo modo*] sic Lg. 76. 93. ut Man. Lamb. *quō,*

quod in tanto otio etiam sine hac forensi exercitatione efficere potuerunt, ut genera rerum discernerent eaque paulo subtilius explicarent. 140. Verum hoc, ut dixi, nihil ad me. Illud ad me ac multo etiam magis ad vos, Cotta noster et Sulpici: quo modo nunc se istorum artes habent, pertimescenda est multitudo causarum; est enim infinita, si in personis ponitur: quot homines, tot causae; sin ad generum universas quaestiones referuntur, ita modicae et paucae sunt, ut eas omnis diligentes et memores et sobrii oratores percursas animo et prope dicam decantatas habere debeant; nisi forte existimatis a M'. Curio causam didicisse L. Crassum et ea re multa attulisse, quam ob rem postumo non nato Curium tamen

quod alias *quom* significat, Lg. 2. 69. 81. 84. Gu. 3. — *ponitur*] *ponuntur* Lamb. Sch. Muell. — *quot*] *quotquot* Lg. 81 corr. *quod* 32 corr. *tot* 36 corr. — *sin*] *sint* Lg. 2 v. u. t. — *universas*] *universa* Lg. 2 corr. 4. 6. 13. 32 corr. 36. — *quaestiones*] *quaestionis* Lg. 4. 32 corr. 36. Gu. 3. — *referuntur*] *si referuntur* Lg. 2. 6. *referantur* 4. *referrentur* 5. 15. 16. 21. 24. 65. 70. 73. 86. *si referentur* 13. 36. *referentur* 14. 17. 20. 23. 35. 67. 69. 76. 93. — *ut eas omnis*] Sic Havn. 1. 2. Cant, Z. β. δ. Lg. XVI, quorum sunt optimi plerique; *ut omnis* Lg. 13. 36. 65. 81. om. *omnis* Gu. 3. Alii *omnes eas*, quod probat Or., ne *omnes diligentes* a legentibus coniungatur; quae causa evanescit, si scribitur *omnis*, ut fecimus. *diligentes* ante *eas* positum in Lg. VIII. — *percursas*] *perversas* Lg. 69. *percussas* 76 corr. Gu. 1. *percursuras* Vict. *per curas* Gu. 3. — *prope dicam*] sic V. Steph. Z. Erl. 1. Gu. 3. Lg. 13. 36. Vulgo et a plurimis abest *dicam*. — *M'. Curio*] praenomen recte scribitur, sed quinque literis in Lg. 6. 17. 20. 21. 35. 65. 69. 76 corr. *Marco.*; item sic corr. 5. Rell. mei *M.* et *Marco.* — *multa*] *multum* Lg. plerique, sed non optimi 2. 4. 13. 32. 36. Gu. 3. ita corr. 32. — *attulisse*] *adtulisse* Lg. 5. 24. 65. 67. 70. 73. 86. — *postumo*] *posthumo* Lg. 14. 21. 93. — *Coponi*] hoc in solis reperi Lg. 3. 4. 15. Gu. 3. alii *Pomponi*, ut Lg. 5, *Pomponii*, ut Gu. 1. 2. Vict. Lg. 15., *Cepioi*, *Capioi*, *Copioni*, ut Lg. 13. — *oporteret*] *oportet* Lg. 2. 4. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 21. 23, 24, 36. 65. 67, 70. 73. 76, 86, Gu. 3.

heredem Coponi esse oporteret. 141. Nihil ad copiam argumentorum neque ad causae vim ac naturam nomen Coponi aut Curi pertinuit: in genere erat universo rei negotiique, non in tempore ac nominibus omnis quaestio. Cum scriptum ita sit: SI MIHI FILIUS GENITUR ISQUE PRIUS MORITUR et cetera, TUM MIHI ILLE SIT HERES: si natus filius non sit, videaturne is, qui filio mortuo institutus heres sit, heres esse: perpetui iuris et universi generis quaestio non hominum nomina, sed rationem dicendi et argumentorum fontis desiderat.

XXXIII. 142. In quo etiam isti nos iuris consulti

141. *ac*] *atque* Lg. 6. 15. 36. 67. 81. *et* 69. 93. In nomine Coponii deinde illae mendae recurrunt, verum autem in nullo meorum exstat. *nomen Coponi* om. Vict. — *aut*] sic Lg. omnes praeter 23. 32. 86. *aut aut* 23. *ac* 32. 86. — *Curi*] scripsi ex Lg. 5. 16. 24. 36. 65. 70. om. Vict. — *negotiique*] *negotioque* s. *negocioque* Lg. 2. 6. *negotio quae* 13. *negotii* 15. *negotio* 32 corr. ut t. 69. 70. 73. 76. Paulo ante *rei* om. Gu. 3. — *nominibus*] *personis* Lg. 21. 23. 67. 69. certis personis 24. id p. var. 65. *nōbibus* Gu. 3., idemque paulo ante *interponere* pro *in tempore*. — *genitur*] plurimi codd. et veteres omnes *genitus*. *gignitur* Lg. 3. Ald. Iunt. Man. *genitur* primus Lambinus reperit, idque legitur in Gu. 1. 2. Lg. 13. 36. 76. — *moritur*] om. Gu. 1. — *tum mihi*] *ut*, quod in edd. nonnullis interponitur, abest a Lg. omnibus praeter 32., in quo expunctum est, 36. 81. 84. ita iam Lambinus dederat, nec ferenda erat directa et liquida oratio confusa. *ille* ante *mihi* ponitur in Lg. 3. 15. 81. omnia illa ab *si mihi* usque ad *sit heres* hoc comprehenso absunt a Vict. — *non sit*] *postea non sit* Lg. 84. — *videatur*] *ut videatur* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. om. usque ad *heres esse* 6. — *is qui*] *is ne qui* Lg. 2 corr. *neque. is nequi* 4. 32 corr. 36. om. 36. — *heres sit*] inv. Lg. 3. *heres* om. 4. 32 add. ut 3. 36. Gu. 3. *sit* om. Gu. 3. Lg. 2. 4. 13. 24 add. 32 add. ut 3. Etiam alterum *heres* om. Lg. 2. 13. 20. 24 add. Gu. 3. *heres esse* om. Gu. 1. — *sed rationem*] *sed* om. Lg. praeter 3. 4. 17. 69. Gu. 3. addidit corrector nescio qui in 20. 32. 81. — *fontis*] scripsi ex Lg. 2 corr. Gu. 3., in hoc est *fortis*. *formas* 13. 36. *forma* 4. Totum locum rectius distinguendum Bakius docuit. Nec tamen cum eodem

impediunt a discendoque deterrent. Video enim in Catonis et in Bruti libris nominatim fere referri quid alicui de iure viro aut mulieri responderint; credo, ut putaremus in hominibus, non in re consultationis aut dubitationis causam aliquam fuisse, ut, quod homines innumerabiles essent, † debilitati a iure cognoscendo voluntatem discendi simul cum spe perdiscendi abiceremus. Sed haec Crassus aliquando nobis expediet et exponet descripta generatim. Est enim, ne forte nescias, heri nobis ille hoc, Catule, pollicitus ius civile, quod nunc diffusum et dissipatum est, in certa genera coacturum et

corrigendum erat *cum scriptum ita sit* (p. *est)*; quippe *cum* oratione obliqua interrogationis afficitur.

XXXIII. 142. *iuris consulti*] sic divisim Lg. 65. 67. 69. 73. 76. 84. 93. — *deterrent*] *decurrent* Gu. 3. — *in Bruti*] sic bene Lg. omnes praeter 2. 23., item Vict. Cum de duobus idem praedicatur, velut hi libros scripsisse dicuntur, sic vitatur ambiguitas, quasi iuncta opera scripsissent. — *aut mulieri*] *ac m.* Lg. 2. *et* 4. — *responderint*] *responderit* plerique codd. — *consultationis*] *consultationes* Lg. 14. *consultationi* 23., qui et *dubitationi. consulta roîs (= rationis)* Gu. 3. — *essent*] transposui secundum Lg. 2. 4 (is *sit)* 13. 32 corr. 36. Gu. 3., qui omnes *sint*, natum errore propter praecedens *innumerabiles*. — *debilitati a iure*] sic codd. omnes et vulgo edd.; suspectum propter *debilitando* admistam *deterrendi* vim. Pearc. e vestigiis Cant. et ε., in quibus est *deb. a me a iure*, legendum censet *debilitati metu a iure*, nihilo melius. Schuetzius coniecit *in iure cogn.* aut *mole iuris cognoscendi*. Melior his coniectura videtur *debilitati ad ius cognoscendum*, ἀμβλυνθέντες πρὸς τὴν μάθησιν cf. Or. 1, 3. *debilitati numero* suspicio Bakii est. — *abiceremus*] scripsi secundum Lg. 2. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 20. 21. 24. 32 corr. 36. 65. 70. 73. 81. 86. Vict. Gu. 1. 3. v. ad I. 42, 189. — *ille*] om. Lg. 2. — *hoc*] *haec* Lg. 36. om. 70. — *ius civile*] vulgo additum *se* omisi secundum Lg. 2. 4. 13. 17. 32 add. 36. Gu. 3. — *esset*] scripsi pro vulgato *est* ex Lg. 2. 13. 32 corr. 36. *esse* Gu. 3. — *facilem*] Sic Havn. 1. Gu. 1. Vict. Lamb. et rec. post Sch., addi nunc possunt Lg. 13. 36. 81. Vict. Vulgatum *facile* adeo offendit Ernestum, ut secludendum putaret.

ad artem facilem redacturum. 143. Et quidem, inquit Catulus, haudquaquam id est difficile Crasso, qui et quod disci potuit de iure didicit et quod iis, qui eum docuerunt, defuit, ipse afferet, ut quae sint in iure vel acute describere vel ornate illustrare possit. Ergo ista, inquit Antonius, tum a Crasso discemus, cum se de turba et a subselliis in otium, ut cogitat, soliumque contulerit. 144. Iam id quidem saepe, inquit Catulus, ex eo audivi,

143. *et quidem*] *equidem* Lg. 5. 14. 23. 24. 67. 69. 76. — *iis qui*] *his qui* Lg. 3. 13. 16. 21. 67. 70. 73. 81. 86. Gu. 1. 2. 3. *is* 4. 14 et 32 corr. ut 3. 65. 84. — *afferet*] *adferet* Lg. 13. 65. 67. *afferret* Gu. 3. *affert* Gu. 2. — *acute*] *apte* in solo Erl. 1. et pr. m. Lg. 32. legitur; ceteri quod restituimus cum Pearcio. *apte* Steph. Lamb. Grut. et recentiores post Ern. v. explicationes. — *illustrare*] *inlustrare* Lg. 24. 65. 70. 73. *inlustrari* 86. — *a subselliis*] *a* om. Lg. 15. 17. 20. 69. 76. Lamb. Contra *a turba* scribitur in Vict. Gu. 1. 2. — *soliumque*] sic Pal. 1. 2. Pith. Z. Erl. 1. Lg. 4. et 32 pr. m. et recte vulgo post Gruterum. Ceteri codd. et edd. ab antiquis inde pleraeque *solitudinemque*, cui scripturae adversatur locus I. 45, 199. v. explicationes.

144. *id quidem*] *id quod* Lg. 2. 6. 84. *id* ponitur ante *diceret* in Vict. — *ipsi*] *ipse* Lg. 6 corr. *ipsis* 21 corr. — *neque enim*] quod vulgo sequitur, *ipse*, omisi secundum Lg. 2. 4. 6. 13. 32 add. 36. Gu. 3. Oppositum enim *civitas* pronomen, etsi gratum est, non desiderat. — *bonis*] om. Gu. 1. ante *viris* ponit Gu. 2. — *aequo animo*] inv. Lg. 76. *aequo id animo* 81. Gu. 2. — *feret*] *ferat* Lg. 4. 32 corr. *ferret* 13. 36. — *quodam*] *quodam modo* Lg. 3. 4. 32. — *se*] vulgatum *sese* correxi secundum Lg. 2. 4. 6. 13. 23. 32 corr. 36. Gu. 3. — *spoliatam*] *expoliatam* Gu. 3. — *nam*] *iam* Lg. 14. 23. 67. — *pistrino*] vox librariis ignota cum corrupta esset in *pristino*, interpolationem traxit *instituto*, quae iuncta leguntur in Lg. 2. 3. 4. 5. 6. 13. 14. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 32. 36. 65. 69. 70. 73. 81 v. u. t. 86. 93. Gu. 3. *pristrino inst.* Lg. 15. *pristino* solum Vict. Gu. 1. *instituto pistrino* Gu. 2. *pistr. inst.* Lg. 15 corr. ut 2. 67. — Rectam igitur scripturam meorum solus Lg. 84. habet, etsi facilis erat secundum codd. correctio. — *oscitantem*] vulgo additum *et dormitantem* (Havn. 2. ε. *et dormientem*), cum absit a Pal. 1. 2. Memm. Pith. Z. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 3., et sequentibus

cum diceret sibi certum esse a iudiciis causisque discedere; sed, ut ipsi soleo dicere, non licebit. Neque enim auxilium suum saepe a viris bonis frustra implorari patietur neque id aequo animo feret civitas, quae, si voce L. Crassi carebit, ornamento quodam se spoliatam putabit. Nam hercle, inquit Antonius, si haec vere a Catulo dicta sunt, tibi mecum in eodem est pistrino, Crasse, vivendum; et istam oscitantem sapientiam Scae-

Crassi dictis damnari videatur, abire a Ciceronis verbis iussi; uncinis incluserat Henrichsenus. Particula *et* cum cognatis plus semel inferciendis additamentis idonea visa est, ut Graecorum *καί*. Cic. Divin. II. 63 extr.: *Chrysippus quidem divinationem definit his verbis: vim cognoscentem ac videntem et explicantem signa, quae a dis hominibus portendantur.* Verba *ac videntem* inepta sunt et recte uncinis saepsit Hottingerus, cum a Davisii cod. ψ abesse illa videret. 67 med.: *hi* (animi) *cum sustinentur membris ac corpore et sensibus.* Iure Davisius seclusit *et corpore* secundum codd. Reg. et Cantabr. De Or. II. 48, 199: *animos — ad Q. Caepionis odium — renovabam atque revocabam.* Ultima nunc secundum bonos libros secludentur. III. 59, 221: *haec est una pars corporis* (oculi), *quae, quot animi motus sunt, tot significationes et commutationes possit efficere.* Seclusi *et commutationes* secundum bonos libros omnes; nec enim *oculi commutationes efficiunt*, sed ipsi mutantur, et omnis commutatio etiam significatio est. Etiam c. 38, 152. *atque explicandum* suspectum est v. annot. crit. Sed plurimis locis non minus suspectis nihil codices discrepant. de Or. I. 37, 171: *eloquentia tanta fuit* (Cato), *quantam illa tempora atque illa aetas in hac civitate ferre maximam potuit.* Subdititia videntur *atque illa aetas.* 40, 184: *lucem ingeni et consili sui porrigentem atque tendentem.* Ultima inepta sunt et seclusi sine libris. 44, 196: *cuius rei tanta est vis ac tanta natura.* Natura eadem vis est. 48, 207: *deprehensum me — plane video atque sentio.* Exclusi *atque sentio* nulla re commendabile. 59, 251: *nemo — Graecorum more et tragoedorum voci serviet.* Addidit *et tragoedorum*, qui *vocem paene tragoedorum* oratori tribui meminisset. Nec de actoribus post ibi agitur, sed de solis oratoribus. II. 6, 23: *volucres videmus procreationis atque utilitatis causa effingere et constituere nidos.* Suspecta habeo *atque utilitatis.* 19, 78. *in disceptatione reorum et controversia.* Ultima suspecta: ex dis-

volarum et ceterorum beatorum otio concedamus. Arrisit hic Crassus leniter et, Pertexe modo, inquit, Antoni, quod exorsus es. Me tamen ista oscitans sapientia, simul atque ad eam confugero, in libertatem vindicabit.

XXXIV. 145. Huius quidem loci, quem modo sum exorsus, hic est finis, inquit Antonius, quoniam intellegitur non in hominum innumerabilibus personis neque in infinita temporum varietate, sed in generum causis atque naturis omnia sita esse, quae in dubium vocarentur, genera autem esse definita non solum numero, sed etiam paucitate, ut eam materiem orationis, quae cuiusque esset generis, studiosi qui essent dicendi omnibus locis descriptam instructam ornatamque comprehenderent, rebus dico et sententiis. 146. Ea vi sua verba parient, quae semper satis ornata mihi quidem videri solent, si eius

ceptatione enim reorum controversia oritur. 23, 96: *hanc similitudinem — exercitationibus crebris atque magnis — persequatur.* Illa *atque magnis* manifestarum ineptiarum tenentur. 48, 199: *non — id C. Norbano in nefario crimine atque in fraude capitali esse ponendum. In nefario crimine* addidit fraudem capitalem interpretaturus. 49, 201: *quod — perquam breviter perstrinxi atque attigi.* Ultimis videtur illud *breviter perstrinxi* explicari. III. 4, 13. *ac sensimus* iuxta ad *pertulimus* positum non probo. 26, 103: *silva rerum ac sententiarum comparanda est.* Sententiae ipsae *res* sunt, quae iure Henr. seclusit. 36, 144: *plus enim aliquanto attulisti, quam tibi erat attributum a nobis ac denuntiatum.* Hoc imperiosius vocabulum est, quam quod ab eis dici potuerit, quibus Crassus ipse gratificaretur. Sed longius progressus Bakius illo loco, qui nos huc detulit, etiam verba *Scaevolarum et ceterorum* excludit; non decere enim Scaevolae vitam rideri. At nec ridet, sed iocatur Antonius, nec aderat ille. — *leniter*] *leviter* non inepte Lg. praeter 4. 15. 16. 32. 36. 67. 84. sec. m. 76. et Gu. 3. v. explicatt. ad III. 52, 201. — *simul atque*] sic divisim omnes libri boni praeter Lg. 13.

XXXIV. 145. *intellegitur*] dedi ex Lg. 5. 13. 65. *intelligeretur* 2. 32 v. u. t. 36. Lamb. *intelligeret* ultimo *e* in rasura

modi sunt, ut ea res ipsa peperisse videatur. Ac si verum quaeritis, quod mihi quidem videatur (nihil enim aliud affirmare possum, nisi sententiam et opinionem meam), hoc instrumentum causarum et generum universorum in forum deferre debemus neque, ut quaeque res delata ad nos erit, tum denique scrutari locos, ex quibus argumenta eruamus; quae quidem omnibus, qui ea mediocriter modo considerarint, studio adhibito et usu pertractata esse possunt; sed tamen animus referendus est ad ea capita et ad illos, quos saepe iam appellavi, locos, ex quibus omnia ad omnem orationem inventa ducuntur. 147. Atque hoc totum est sive artis sive animadversionis sive consuetudinis nosse regiones, intra quas venere et pervestiges quod quaeras. Ubi eum locum omnem cogitatione saepseris, si modo usum rerum

Gu. 3. — *in infinita*] *in* om. Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 21. 24. 36. Gu. 3. — *sita*] *posita* Lg. 3. *sit* Gu. 3. — *descriptam*] *scriptam* Lg. 6.

146. *ea — parient*] nescio quid hic vitiosi reperiens Bakius corrigit *eaque* (materia) *vi sua verba pariet.* — *ea*] sic vulgatum *eae* correxi ex Lg. omnibus et Gu. tribus. Transitur a certo subiecto ad infinitum: v. explicationes ad I. 6, 20. — *parient*] sic VSt. Lg. omnes, edd. inde ab Aldo. *pariant* 3. 23. 81. 93. Havn. 1. 2. Gu. 2. *rapiant* Gu. 1 (errat Henr.). Lg. 84. *rapient* α. alter Steph. et Sch. non animadvertens loci a se comparati Fin. III. 5, 19. diversissimam rationem esse. — *eiusmodi sunt*] *e. sint* Lg. 3. Lamb. ita v. 32. — *possum*] *possim* Lg. 32. — *in forum*] errore propter priora om. Lg. 2. 4. 13. Gu. 3. — *deferre*] *referre* Lg. 4. — *considerarint*] *consideravit* Lg. 2. *considerantur* Gu. 3. — *sed tamen*] *sed tum* Lg. 2. 4. ex male intellecto scribendi compendio. — *ducuntur*] *dicuntur* Gu. 2. 3.

147. *sive consuetudinis*] om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. Gu. 3. *sive* om. 36. idemque *consuetudinem.* — *venere*] *venire* Gu. 3. Lg. 4. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 23 corr. ut 17., in quo est *veneris.* Cogitabant de *veniendo,* unde interpolatio profecta *venire debeat* in Lg. 2. 35. 36. — *et*] om. Lg. 2. 35. 36. 69. 81. 93. *ut* Ald. Iunt. Man. Lamb. — *ubi*] *enim* addit Lg. 2. — *usum rerum*]

percallueris, nihil te effugiet atque omne, quod erit in re, occurret atque incidet.

XXXV. 148. Et sic, cum ad inveniendum in dicendo tria sint, acumen, deinde ratio, quam licet, si volumus, appellemus artem, tertium diligentia: non possum equidem non ingenio primas concedere, sed tamen ipsum ingenium diligentia etiam ex tarditate incitat; diligentia, inquam, quae cum omnibus in rebus tum in causis defendendis plurimum valet. Haec praecipue colenda est nobis, haec semper adhibenda, haec nihil est quod non assequatur. Causa ut penitus, quod initio dixi, nota sit, diligentia est; ut adversarium attente audiamus atque ut eius non solum sententias, sed etiam verba omnia ex-

sic libri Lg. et alii plerique. *usu* enim non omnes, ut Orellio visum, sed Havn. 1. 2. Gu. 1. 2. Lg. 81 corr. 84. sec. m. 17. Damnant illud: v. explicationes.

XXXV. 148. *in dicendo*] om. Gu. 3. *in* om. Lg. 15. 32 add. — *tria sint*] *sunt tria* Lg. 2. *haec tria sint* Lamb. *tria sunt* Lg. praeter 36. 81. 93. — *tertium*] *te enim* Gu. 3. *tertio* Lg. 6. — *primas*] *primis* Gu. 3. — *quae cum*] *quae* meorum soli habent 4. 13. 36. 69. 84. *tum* (p. *cum*) 24. 32. — *attente*] *adtente* Lg. 24. 67. 70. 73. *attenti* 81. 84. Vict. — *atque ut*] *ut* om. Lg. 69. 93. — *excipiamus*] *perspiciamus* Lg. 15. 86. *percipiamus* 32 corr. Gu. 3. — *omnis*] dedi ex Lg. 36. 81. 84. Gu. 1. 2. — *indicant*] *iudicant* Lg. 4 corr. 32. 65. 70. Gu. 3. *iudicet* 76.

149. *id tamen — prudentia est*] de his vide explicationes. Tamen sententia aliquatenus constabit, si uncinis incluso et illo *tamen* asciscas scripturam *diligentia* pro *prudentia* ex Lg. 2. 23. 67. Sic certe et ὁμοιοτέλευτον servatur et inepta interpellatio tollitur. Sed manus correctoris tamen videtur ipsam similiter cadentis sententiae formam consectantis. — *in iis*] *in* om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 3. *his* 3. 4. 13. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 86. Vict. Gu. 2. 3. — *pervolvatur*] *revolvatur* Vict. Gu. 3. Lg. omnes praeter 76. 81. 84., quod recte explicari posse non videtur. — *ut penitus insinuet*] vulgo addi solitum *se* abest ab Havn. 1. 2. VSt. Mead. Harl. 1. Oxoniensibus omnibus Traiectino apud Drakenb. ad Liv. IX. 2, 8. Gu. tribus Lg. omnibus Vict.

cipiamus, vultus denique perspiciamus omnis, qui sensus animi plerumque indicant, diligentia est; 149. [id tamen dissimulanter facere, ne sibi ille aliquid proficere videatur, prudentia est;] deinde ut in iis locis, quos proponam paulo post, pervolvatur animus, ut penitus insinuet in causam, ut sit cura et cogitatione intentus, diligentia est; ut his rebus adhibeat tanquam lumen aliquod memoriam ut vocem ut vires † diligentia est. 150. Inter ingenium quidem et diligentiam perpaulum loci reliquum est arti. Ars demonstrat tantum ubi quaeras atque ubi sit illud, quod studeas invenire; reliqua sunt in cura attentione animi cogitatione vigilantia assiduitate labore; complectar uno verbo, quo saepe iam usi sumus, diligentia: qua

edd. antiq. Eiecit Pearc. in secunda editione et Henrichsenus, quos sequor; uncis inclusit Orellius. V. explicationes ad I. 20, 90. *ut p. insinuetur* cod. Barberinianus minimi preti (ipse eum vidi Romae) apud Garatonum ad Phil. V. 3. *insigniret* Gu. 3. — *in causam*] in omittunt Lg. 4 add. 13. 36. 67. — *his rebus*] *in his rebus* Lg. 3. 67. ita corr. 32. *iis* 23. 69. *rebus* om. 15. — *vocem*] *voces* Lg. 4. — *vires*] *auris* Lg. 13. 36. *aures* 24 corr. ita corr. et exp. 32. — *diligentia est*] hanc Ernesti coniecturam recepi cum Sch. Or. Henr. Vulgatur *haec magna sunt*, quae cum ab Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 3. Z. Erl. 1. absint, lacunam a librariis qualicunque modo expletam esse suspicio est. Non inepta Bakii suspicio est *utque his rebus* corrigendis; eundem *denique* pro *deinde* scribentem paulo ante sequi ratio non videtur.

150. *quidem*] om. Lg. 20. 76 add. *autem* 36. — *perpaulum*] scripsi secundum Lg. 2. 6. 13. 15. 16. 24. 32 corr. ut 3. 36. 65. 81. 84. 86. Gu. 1. accedunt *perpaullum* 20. *paulum* 67. Gu. 3. Ceteri, qui vulgatum *perpaululum* servant, uno certe *l* scriptum monstrant. — *arti*] *artis* Lg. 2. statim *ars* om. Lg. 2. 4 add. sec. m. 13. 32. 36. Gu. 3. — *tantum*] *tamen* Lg. omnes praeter 4. 13. 32. 76. 81. 84., item Vict. ita corr. 32. Quippe *tm̄* et *tamen* et *tantum* significat. — *atque ubi*] *aut ubi* Lg. 4. 24. — *attentione animi, cogitatione*] inv. Lg. 4. *adtentione* 24 corr. 65. 67. 70. 73. *in attentione* 81. Pro altero *cognitione* est in Lg. 20. 76. Gu. 2. — *complectar*] *complector* Gu. 3. Lg. 2. 4. 32 corr. 36. — *usi sumus*] inv. Lg. 4. 81. *usi* om. Gu. 3.,

una virtutes reliquae continentur. 151. Nam orationis quidem copia videmus ut abundent philosophi, qui, ut opinor (sed tu haec, Catule, melius), nulla dant praecepta dicendi nec idcirco minus, quaecunque res proposita est, suscipiunt, de qua copiose et abundanter loquantur.

XXXVI. 152. Tum Catulus, Est, inquit, ut dicis, Antoni, ut plerique philosophi nulla tradant praecepta dicendi et habeant paratum tamen quid de quaque re dicant. Sed Aristoteles, is quem ego maxime admiror, posuit quosdam locos, ex quibus omnis argumenti via non modo ad philosophorum disputationem, sed etiam ad hanc orationem, qua in causis utimur, inveniretur; a quo quidem homine iam dudum, Antoni, non aberrat oratio tua, sive tu similitudine illius divini ingeni in

sed manus secunda *sumus* adscriptis literis duabus sic mutavit: *sum|usus.* — *virtutes reliquae*] vulgo *virtute omnes virtutes.* Eieci inutilia vocabula, illud secundum Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 3. alterum secundum Gu. 3. et Lg. omnes praeter 81. 84. Sic sermo longe elegantior exsistit.

151. *orationis*] *oratoris* Lg. 81 corr. — *tu*] om. Lg. 15 add. — *haec*] *hoc* Lg. 81. — *nulla*] om. Lg. 4. — *res proposita*] inv. Gu. 1. et om. *est.*

XXXVI. 152. *inquit*] *ita inquit* Lg. 20. — *paratum*] *partum* Gu. 1. — *ego maxime*] sic Lg. 3. 4. 13. 20. 21. 32 corr. 36. 67. 81. 84. quos sequor; vulgo inv. — *posuit*] vulgatur non deterius *proposuit.* Cum tamen non necesse sit ad sententiam dici Aristotelem locos illos in usus studiosorum verbis declarasse *(vortragen),* correxi ut legitur in Gu. 2. 4. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. Sensus est eum invenisse et constituisse, *καταστῆσαι (aufstellen).* — *argumenti via*] sic Pal. 1. 2. Pith. membr. Memm. edd. antiq. pr. Lott. Steph. et recentt. post Gruterum, idque nunc firmatur Lg. 4. 36. *argumentum* Lg. 2. non deterius. *argumenti* om. *via* Z., cuius mg. rec. m. adscr. *vis et ratio,* deinde Lg. 13. *argumenti ratio β. δ.* (supr. scr. *argumentatio)* Lg. 3. 6. 17. 21. 65. 67. 76. Gu. 3. Lamb. ita var. Lg. 32. *argumentandi ratio* duo codd. Lambini, mg. repet. Lamb. *argumentandi via* unus

eadem incurris vestigia sive etiam illa ipsa legisti atque didicisti, quod quidem mihi magis verisimile videtur. Plus enim te operae Graecis dedisse rebus video, quam putaramus. 153. Tum ille, Verum, inquit, ex me audies, Catule. Semper ego existimavi iucundiorem et probabiliorem huic populo oratorem fore, qui primum quam minimam artificii alicuius, deinde nullam Graecarum rerum significationem daret. Atque ego idem existimavi pecudis esse, non hominis, cum tantas res Graeci susciperent profiterentur agerent seseque et videndi res obscurissimas et bene vivendi et copiose dicendi rationem daturos hominibus pollicerentur, non admovere aurem et, si palam audire eos non auderes, ne minueres apud tuos civis auctoritatem tuam, subauscultando tamen excipere voces eorum et procul quid narrarent attendere. Itaque

cod. Lamb. *ratio argumento* Havn. 2. *argumentatio* Havn. 1. (in mg. *argumentandi vis) δ. γ. ε.* Gu. 1. 2. Vict. Lg. 14. 15. 16. 20. 23. 24. 32. 35. 69. 70. 73. 81. 84. 86. Lott. Ald. Iunt. Crat. Man. *argumentio* Lg. 5. *argumenti via ac ratio* Muellerus, *argumentorum vis* Bakius coniecerunt. — *hanc orationem*] addidi, quod vulgo abest, *orationem,* necessaria correctione ex Lg. omnibus praeter 3. 6. 84. ut iam Lamb. fecerat. Eodem redit *rationem* in Lg. 6. Gu. 3. Verba *sed etiam ad hanc* absunt a Gu. 2. — *iam dudum*] sic divisim Lg. 2. 65. 67. 69. 70. 73. 81. 84. 93. *dudum* 32 corr. — *ingeni*] ita Lg. 13. 16. 65. statim omittitur *in* in Lg. 4. — *mihi magis*] addidi *mihi* ex Lg. omnibus praeter 16. 86., item Gu. 2. 3. — *putaramus*] *putaremus* Lg. 2. 4. 6. 13. 24 corr. 32 corr. 35. 36. 76. 81. 93. *putaram* Vict. Lg. 84. Ald. Iunt. Man. Lamb., inutili paritatis servandae studio.

153. *ego*] om. Lg. 17. — *existimavi*] *extimavi* Gu. 3. — *nullam*] om. Vict. — *idem*] *quidem* Lg. 20. — *seseque*] *seque* Lg. 4. 21. 32 corr. Gu. 3. *se se* 67. *semperque* 2. 36. *semper* 13. — *vivendi*] *videndi* Vict. Gu. 2. — *daturos hominibus*] sic inv. Lg. 2. 6. 13. 32 Gu. 3. et primus quidem *homini* corr., quod 6. 13. item 32 pr. m. habent. In 36. om. *hominibus.* — *admovere*] *admonere* Gu. 1. — *palam*] *ipsam iam* Lg. 2. *ipsa iam* 4. 13. 32. corr. et cum var. *eos iam* 36. *ipsa* Gu. 3. —

feci, Catule, et istorum omnium summatim causas et genera ipsa gustavi.

XXXVII. 154. Valde Hercule, inquit Catulus, timide, tanquam ad aliquem libidinis scopulum, sic tuam mentem ad philosophiam appulisti, quam haec civitas aspernata nunquam est. Nam et referta quondam Italia Pythagoreorum fuit tum, cum erat in hac gente Magna illa Graecia; — ex quo etiam quidam Numam Pompilium regem nostrum fuisse Pythagoreum ferunt, qui annis ante permultis fuit quam ipse Pythagoras; quo etiam maior vir habendus est, cum illam sapientiam constituendae civitatis duobus prope seculis ante cognovit, quam eam Graeci natam esse senserunt; — et certe non tulit ullos haec civitas aut gloria clariores aut auctoritate graviores aut humanitate politiores P. Africano C. Laelio L. Furio,

civis] scripsi ex Lg. 5. 13. 14. 15. 16. 23. 24. 36. 65. 67. 70. 73. 86. — *voces*] *vocis* Lg. 5. 13. 15. 16. 21. 32. 36. 65. 70. 73. 76. 86. — *attendere*] *adtendere* Lg. 65. 67. 70. 73. 86. Paulo ante *pararent* pro *narrarent* Gu. 1. 2.

XXXVII. 154. *Hercule*] *hercle* Lg. 3. 4. 15. 16. 67. 70. Vict. — *appulisti*] *adpulisti* Lg. 24. 65. 67. 86. *applicuisti* 36. — *nunquam*] *nusquam* Lg. 4 p. var. *unquam* Gu. 1. — *nam*] *non* Lg. 2. 3. 4. 15. v. ad I. 58, 249. — *referta*] *refercta* suetum vitium in Lg. 3. 14. 17. 20. 21. 35. 36. — *illa Graecia*] *illa* om. Lg. praeter 2. 3. 4. 13. 32. 36. 84. item Iunt. Man. — *etiam*] *et* Lg. 4. — *regem*] *illum regem* Lg. 81. 84. Steph. Ald. Lamb. — *annis ante permultis*] sic inverti secundum Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. Gu. 3. *permultis annis ante* Lamb. *annis permultis ante* plerique codd. et edd. rell. omnes. Huius exempli *ante* inter adiectivum et substantivum positi multa similia repertum iri, cum libri diligentius excutiantur, existimo, nec recte usus nostro loco Handius Tursell. I. p. 373. Ipse reperi *aliquot ante annis* Cic. Tusc. I. 2, 4. Nec ratio est vetitum in hac praepositione putare quod in *post* multis exemplis testatum est. — *seculis*] sic Lg. XV bonique omnes. *sèlis* Gu. 3. — *cognovit*] nullus codex *cognorit*, nec opus; v. explicatt. — *natam*] *notam* Lg. 4. 32 corr. *notum* Gu. 2. — *senserunt*] *senserint* Lg. 14. 23. — *clariores* —

qui secum eruditissimos homines ex Graecia palam semper habuerunt. 155. Atque ego hoc ex istis saepe audivi, cum dicerent pergratum Atheniensis et sibi fecisse et multis principibus civitatis, quod, cum ad senatum legatos de suis rebus maximis mitterent, tris illius aetatis nobilissimos philosophos misissent Carneadem et Critolaum et Diogenem. Itaque eos, dum Romae essent, et a se et ab aliis frequenter auditos: quos tu cum haberes auctores, Antoni, miror cur philosophiae, sicut Zethus ille Pacuvianus, prope bellum indixeris. 156. Minime, inquit Antonius; ac sic decrevi philosophari potius, ut Neoptolemus apud Ennium, *paucis; nam omnino haud placet.* Sed tamen haec est mea sententia, quam videbar exposuisse. Ego ista studia non improbo, moderata modo sint; opinionem istorum studiorum et suspicionem artificii apud eos,

graviores] *clarioris* — *gravioris* Lg. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. eidem et 6. *politioris.*

155. *ego*] om. Lg. 15. *hoc* addidi ex Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36. ita Lambinus. — *ex istis*] *ex his* Lg. 3. 6. 13. 14. 15. 17. 20. 21. 32. 36. 67. 69. 86. *iis* 5. 16. 23. 24. 65. 73. 76. 93. Vict. *eis* 4. *hiis* Gu. 3. — *Atheniensis*] dedi ex Lg. 2. 3. 13. 15. 16. 32 corr. 36. 65. 67. 70. 73. 86. Vict. — *rebus maximis*] sic inverti secundum Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 36. Gu. 2. 3. in Gu. 2. *legatos* ponitur inter *suis* et *maximis.* — *tris*] scripsi ex Lg. 36. 84. Gu. 2. 3. — *eos, dum Romae essent*] ignorant Lg. 2. 5. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 65. 70. 73. 76. 81 add. Gu. 2.; quod factum errore propter proximum *et*, cum *essent* scribatur *ēent; dum* abest ab aliis multis; nam pro *dum Romae essent* scribitur *Romae esse tum* in Lg. 3. 5. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 65. 67. 70. 73. 76. 81 corr. ut 4. 86. Gu. 2. ita corr. 39. *essent tum* Gu. 1. *cum* pro *dum* scriptum in 4. 35. 69. 93. Lamb. — *tu cum*] *tum* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. 67. 69 corr. 76. *tamen cum* Gu. 3. — *haberes*] *habere* Lg. 4. *haberet* 67. — *auctores*] om. Lg. plerique, exceptis 15. 69. 81. 84. 93., item Vict.

156. *minime*] addit Lamb. *vero.* — *ac*] *at* Lg. 3. 5. 24 corr. — *sic*] *si* Lg. 2. 6. 32 corr. 69. Vict. Gu. 3. *se* 67. — *nam omnino*] om. Lg. 6. — *haud*] *aut* Lg. 32 corr. Gu. 3. —

qui res iudicent, oratori adversariam esse arbitror. Imminuit enim et oratoris auctoritatem et orationis fidem.

XXXVIII. 157. Sed ut eo revocetur, unde huc declinavit oratio, ex tribus istis clarissimis philosophis, quos Romam venisse dixisti, videsne Diogenem fuisse, qui diceret artem se tradere bene disserendi et vera ac falsa diiudicandi, quam verbo Graeco *διαλεκτικὴν* appellaret? In hac arte, si modo est haec ars, nullum est praeceptum quo modo verum inveniatur, sed tantum est quo modo iudicetur. 158. Nam et omne, quod eloquimur, fit, ut id aut esse dicamus aut non esse; et si

suspicionem] additur *omnem*, ut in ed. Lambini, in Lg. 4. et a m. sec. 32. — *enim*] om. 6. 20. *est enim* 24 corr.

XXXVIII. 157. *eo*] *eodem* Lg. 20. om. Vict. — *huc*] *hec* Lg. 6. — *Diogenem*] *eum* addunt Havn. 1. 2. Mead. Cant. Z. δ. sec. m. ε. Erl. Gu. 2. 3. Steph. Lamb. Pearc. Muell. A Lg. omnibus abest et delevi; uncis clauserat Or. — *διαλεκτικὴν*] hoc in plerisque libris meis omittitur aut perperam scribitur; graecis quidem literis *διαλετηκὴν* unus habet Lg. 84. *dialecticen* Lg. 3. 5. 13. 16. 36. 65. 69. 70. 73. 81. — *appellaret*] *adpellant* Lg. 65. 70. *appellant* 15. 86. — *quo modo*] iunctim Lg. 2. 65. 70. 73. 76. 86. *quo* = *quom* 20. 69. 81. 84. Gu. 3. *quo̅* i. e. *quod* Gu. 1. Mox *quo̅* 2. 20. 81. 84. *quomodo* 65. 67. 70. 73. 76. — *tantum*] *tamen* Lg. 4. 14. 36. 67. v. ad II. 35, 150.

158. *fit*] hac praeclara scriptura, quae nota erat ex Pal. 1. Memm. γ. edd. antiq., sed spreta ab recentioribus, nunc in ordinem recepta, quod eandem suppeditant Lg. 2. 3. 4. 21. 24 corr. 69. 84. 93. Vict., deinde uncinis clauso altero *iudicent*, quod ascripsit is, qui monere lectorem vellet quid praeterea susciperent dialectici, item virgula distinguendo post *eloquimur* et media distinctione posita post *non esse* locum a nemine satis intellectum sanasse videmur. Vulgaris scriptura est: *nam et omne, quod eloquimur sic, ut id aut esse dicamus aut non esse, et si simpliciter dictum sit, susc. dial., ut iudicent verumne sit an falsum; et si coniuncte* sqq. In ea merito offendit *nam et omne*, quod non habet quo referatur, perdura ut sit Matthiae explicatio in Seebodi Misc. Cr. I. p. 681., qui dicit haec sibi membra respondere: *et omne, quod eloquimur — et ad extremum;* priori tanquam generi subiecta haec esse: *et si simpliciter dictum sit —*

simpliciter dictum sit, suscipiunt dialectici, ut iudicent verumne sit an falsum; et si coniuncte sit elatum et adiuncta sint alia, [iudicent] rectene adiuncta sint et verane summa sit uniuscuiusque rationis; et ad extremum ipsi se compungunt suis acuminibus et multa quaerendo reperiunt non modo ea, quae iam non possint ipsi dissolvere, sed etiam quibus ante exorsa et potius detexta prope retexantur. 159. Hic nos igitur Stoicus, iste nihil adiuvat, quoniam quemadmodum inveniam quid dicam non docet; atque idem etiam impedit, quod et multa reperit, quae negat ullo modo posse dissolvi et genus

et si coniuncte. Et ante *omne*, quod a Gu. 3. abest, delendum censuit Ern., delerunt Sch. et Muell., ediderunteque hi de coniectura *id si simpliciter* pro *et si s.* Non probabiliora sunt quae Wyttenb. in Bibl. Cr. I. 1. p. 20. et P. Faber Pearcio probatus coniecere; et ille quidem *nam est omne,* hic *nam et omne, quod eloquimur, eloquimur sic, ut* etc. Secundum nostram rationem *et — et — et* enumerationi constituta sunt ut *τὰ μὲν — τὰ δὲ — τὰ δέ*, et indicant primum et secundum et tertium membrum, quae acervatio paulo commotiorem Antoni animum dialecticos contemnentis inprimis decet. Sic igitur sententia decurrit: omnia dicta aut affirmantia esse aut negantia; si sola per se talia dicantur, verane an falsa sint dialecticum iudicare; si iuncta cum aliis proponantur, eiusdem officium esse, ut iudicet rectene illa adiungantur an secus; verum quia spinosa et nimis subtilis sit ea distinctio, nimio acumine saepe fieri, nihil ut distinguatur. Lenior longe et probabilior nostra correctio videtur, quam Bakii delentis *et* ante *si simpliciter* scribentisque *dictum sit, sit elatum, adiuncta sint,* et altero, quo legitur, loco *iudicant.* — *ut id*] *ut* om. Lg. 3 add. 21. *aut* 5. 13 corr. *id* om. 17. 21. 35. 76. 81. haec sic ponuntur in 17. 76: *non esse id aut esse;* in Gu. 2. sic: *aut esse dicamus id aut non esse.* — *et si*] om. Lg. 6. 15. 20. 76 add. — *alia*] *alteri* Gu. 3. is etiam proxime *iudicant.* Paulo ante *elatum* Lg. 4. — *uniuscuiusque*] divisim Lg. 2. 67. 84., quos non sequor. — *reperiunt*] *repperiunt* Lg. 20. — *possint*] *possunt* Lg. 3. 4. 5. 67. — *potius*] *post* Gu. 3. ex errore propter praecedens *ante* ortum.

159. *igitur*] *ergo* Gu. 3. — *dicam*] *dicat* Gu. 3. — *reperit*] *repperit* Lg. 13. 15. 16. 17. 20. 32. 36. 65. 70. 73.

sermonis affert non liquidum, non fusum ac profluens, sed exile aridum concisum ac minutum. Quod si quis probabit, ita probabit, ut oratori tamen aptum non esse fateatur. Haec enim nostra oratio multitudinis est auribus accommodanda, ad oblectandos animos, ad impellendos, ad ea probanda, quae non aurificis statera, sed populari quadam trutina examinantur. 160. Quare istam artem totam dimittemus, quae in excogitandis argumentis muta nimium est, in iudicandis nimium loquax. Critolaum istum, quem cum Diogene venisse commemoras, puto plus huic nostro studio prodesse potuisse. Erat enim ab isto Aristotele, a cuius inventis tibi ego videor non longe aberrare. Atque inter hunc Aristotelem (cuius et

84. 86. 93 corr. Vict. — *quae negat*] *qui n.* Gu. 3. *negat* Mead. Harl. 1. 2. Cant. Norf. Z. β. δ. ε. Erl. Gu. 3., quibus nunc accedunt Vict. et Lg. omnes praeter 15. 32. 81. 84. *negant* 15 corr. ut ceteri plerique. *neget* Havn. 1. 2. et vulgo praeter antiquiss. edd. Pearc. Muell. Henr. — *affert*] *adfert* Lg. 20. 65. 67. 70. 73. *afferret* Vict. — *ac minutum*] *atque m.* Lg. 3. 32. *et* 24. 81. 84. — *si quis*] ex paucis codd. Havn. 1. Gu. 1. 2. 3. Henr. praeeunte Orellio scripserat *si qui;* ego vulgatum reduxi ex Lg. omnibus praeter 36., in quo *si quidem*, et Vict. — *multitudinis est*] inv. Lg. 4. *multimodis* 32 m. sec. — *accommodanda*] *adcomm.* Lg. 65. 70. 73, *adcomodata* 67. — *impellendos*] *implendos* Lg. 6 corr. Bis *et* pro *ad* Gu. 2. — *aurificis*] *artificis* Lg. plerique, sed non optimi 2. 4. 13. 32. 36. 69. 84. in 32 id sec. m. scripsit. — *populari quadam trutina*] sic posui secutus Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36, Gu. 3., in quo postremo *trutinatur* scriptum. *statera* hic Lg. 3.

160. *dimittemus*] sic correxi vulgatum *dimittamus* ex Lg. 2. 4. 32. *dimittimus* (s. *ct)* 13. 20. 36. Gu. 3. — *muta*] *multa* Lg. 2. 13. 36. Gu. 3. — *quem cum Diogene*] eieci inutile *simul,* quod vulgo ante *cum* inculcatur, secutus Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. — *commemoras*] *conmem.* Lg. 69. — *puto*] om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 3. — *nostro studio*] sic inverti secundum Lg. omnes praeter 67. 69. 73. 93., item Vict. Gu. tres. — *ab isto*] *ab ipso* Vict. — *Aristotele*] *ae* Gu. 3. — *atque inter*] *inter* om. Lg. 4. 14. 23. — *artis*] scripsi secutus Lg. 2 v. *argis.* 13.

illum legi librum, in quo exposuit dicendi artis omnium superiorum, et illos, in quibus ipse sua quaedam de eadem arte dixit) et hos germanos huius artis magistros hoc mihi visum est interesse, quod ille eadem acie mentis, qua rerum omnium vim naturamque viderat, haec quoque aspexit, quae ad dicendi artem, quam ille despiciebat, pertinebant. Illi autem, qui hoc solum colebant, habitarunt in hac una ratione tractanda, non eadem prudentia, qua ille, sed usu in hoc uno genere studioque maiore. **161.** Carneadi vero vis incredibilis illa dicendi et varietas perquam esset optanda nobis; qui nullam unquam in illis suis disputationibus rem defendit, quam non probarit, nullam oppugnavit, quam non everterit.

14. 15. 16. 23. 24 corr. 32 corr. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 86. *omnes artes* 81 om. sq. *omnium. artem* 93. — *quaedam — dixit*] displicet Bakio, *exposuit* desideranti; nec *quaedam* illa Aristotelica recte dici posse. Utrumque Cicero paulo fastidiosius effert Antonii ore, quod philosophus artis dicendi arcana non potuerit nisi mediocri prudentia explicare. *Suam quandam artem edidit* ille correxit, nemo facile probabit. Mox idem correxit *scilicet despiciebat* pro *ille d.*, hoc non dici nisi in alio ac praecedentis verbi subiecto ratus. Quam verum hoc sit exemplorum, quae in explicationibus ad I. 41, 186. collegi, docent de Or. II. 14, 58. Rull. 18. — *aspexit*] scripsi pro vulgato *adspexit* ex Lg. 2. 4. (is *aspexitque* pro *aspexit, quae)* 13. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 32. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. 93. Ald. Iunt. Man. Lamb. — *ille*] om. Lg. 4. — *hoc solum*] *hunc solum* Gu. 1. — *colebant*] optimam scripturam pro vulgata *colendum ducebant* recepi ex Gu. 3. Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36. — *habitarunt*] *habitare* Gu. 3. *laboraverunt* Lg. 3. 4. — *una ratione*] inv. Lg. 32. 81. *oratione* Lg. 3. 4. 32. 69 corr. Gu. 3. — *eadem prudentia*] *eandem prudentiam* Gu. 3.

161. *Carneadi*] sic Havn. 1. quatuor Ox. Gu. 3. Lg. 2 corr. 5. 13. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24 corr. 32 corr. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 76. 81. 84. 86. 93. v. explicatt. ad I. 19, 88. — *nullam unquam*] *nunquam ullam* Lg. 20. — *in illis*] *in istis* Lg. 67. — *probarit*] *probavit* Lg. 81. — *oppugnavit*] *oppugnarit* Lg. 2. 13. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 35. 36. 67. 69. 70. 73. 86. 93. Gu. 3.

Sed hoc maius est quiddam, quam ab iis, qui haec tradunt et docent, postulandum sit.

XXXIX. 162. Ego autem, si quem nunc plane rudem institui ad dicendum velim, his potius tradam assiduis uno opere eandem incudem diem noctemque tundentibus, qui omnes tenuissimas particulas atque omnia minima mansa, ut nutrices infantibus pueris, in os inserant. Sin sit is, qui et doctrina mihi liberaliter institutus et aliquo iam imbutus usu et satis acri ingenio esse videatur, illuc eum rapiam, ubi non seclusa aliqua acula teneatur, sed unde universum flumen erumpat; qui illi sedes et quasi domicilia omnium argumentorum commonstret et ea breviter illustret verbisque definiat. 163. Quid enim est, in quo haereat, qui viderit omne,

nec spernendum, dum ante exstaret *defenderit*. *expugnarit* Lg. 4 corr. ut 2. *obpugnarit* 5. 24. 32. 65. — *quam ab iis*] *quam ut* Lg. plerique, sed non 2. 3. 4. 13. 20. 21. 32. 36. 69. 93., deinde Gu. 1. 2. Porro *his* 3. 6. 14. 15. 16. 17. 32. 65. 67. 69. 70. 73. 81. 86. Gu. 1. 2. 3. *illis* corr. *iis* Vict. Illa scriptura non displiceret, nisi statim sequeretur *haec*.

XXXIX. 162. *his*] *hiis* Lg. 2. 24 corr. ut 23, in quo *iis*. Paulo ante *rudem plane* Gu. 3. — *assiduis*] *adsiduis* Lg. 65. 73. — *incudem*] *in eundem* Lg. 67. — *omnes*] hic nullus meorum liber *omnis*. — *minima*] *minuta* Lg. 14. *nomina* Gu. 1. *mansa* om. Lg. 5. 6. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24 add. 65. 67. 70. 73. 76. 81 add. 86. Gu. 1. Vict. — *ut nutrices*] *ut aiunt nutrices* Lg. 5. 6. 15. 16. 17. 20. 21. 24 corr. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 84. 86. Vict. Gu. 2. — *os*] *omnes* Gu. 3. (ex compendio *oes*). — *sin*] add. *vero* Lg. 3. ita corr. 32. add. *autem* 4. — *qui et*] *qui quidem* Lg. 2. 4. — *acri*] *acer* Lg. omnes praeter 2. 4. 13. 14. 32. 36. 81. 84. ita corr. 32. quod, si vetustiores libri addicerent, haud cunctanter reciperem. — *ingenio*] *ingenii* Lg. 4. — *acula*] scripsi ex Lg. 13. 36. Gu. 3. — *unde*] om. Gu. 1. — *universum*] *immensum* Lg. 81. — *qui illi*] *qui et illi* Lg. 84. Steph. Ald. *ut* Iunt. Man. — *et quasi*] *atque* Lg. 3. 4. 32., qui vulgatum *tanquam* retinent, quod correxi secundum Lg. 2. 13. 17. 20. 35. 36. 69. 76. 93. Gu. 3. — *commonstret*] *conm.* Lg. 14. *demonstret* 20.

quod sumatur in oratione aut ad probandum aut ad refellendum, aut ex sua sumi vi atque natura aut assumi foris? Ex sua vi, cum aut res quae sit tota quaeratur aut pars eius aut vocabulum quod habeat aut quippiam, rem illam quod attingat; extrinsecus autem, cum ea, quae sunt foris neque inhaerent in rei natura, colliguntur. 164. Si res tota quaeritur, definitione universa [vis] explicanda est sic: *Si maiestas est amplitudo ac dignitas civitatis, is eam minuit, qui exercitum hostibus populi Romani tradidit, non qui eum, qui id fecisset, populi Romani potestati tradidit.* 165. Sin pars, partitione, hoc modo: *Aut senatui parendum de salute rei publicae fuit aut aliud consilium instituendum aut sua sponte faciendum. Aliud consilium superbum; suum arrogans. Uten-*

monstret 35. 69. 93. *cum monstret* 36. — *illustret*] *inlustret* Lg. 65. 70.

163. *quid est enim*] Muell. Henr. sine ullius libri praesidio *enim est*, praecepta opinione posituraе elegantioris, quae nulla est. V. explicationes ad III. 30, 119. — *haereat*] *hec eant* Gu. 3. — *aut ad probandum aut ad ref.*] utrobique *aut ad* om. Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36., alterum etiam 5. 16. 17. 23. 24. 35. 65. 70. 73. 93. Vict., unde suspicor scribendum esse *probandum refellendumve;* quippe compendio *refellendūue* persimili vulgato *refellendum.* — *sumi — cum aut*] haec om. Gu. 1. — *atque natura*] *ac n.* Lg. 20. *et n.* 24. — *assumi*] *adsumi* Lg. 13. 65. 70. 73. *adsummi* 24. 32 corr. — *quippiam*] *quidpiam* Lg. 2. 16. 24. 65. 67. 70. 73. 86. *quodpiam* 4. — *rem illam quod*] *quod r. i.* Lg. 16. 73. *quod* om. 84. — *quae sunt*] *q. sint* Lg. 23. 67. 69. ita var. 32. — *inhaerent*] *haberent* Gu. 3. — *colliguntur*] *conliguntur* Lg. 65. 67. 70. 73.

164. *universa*] quod sequitur *vis* uncis inclusimus, quod abest a Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 3. Ferri non potest, nisi addito *eius.* V. explicationes. — *tradidit*] *potestati tradidit* Lg. 70.

165. *sin pars, partitione*] *sed (set* Lg. 2.) *in partitione* 2. 3. 13. 36. *sed in paratone* Gu. 3. orta haec ex male intellectis scribendi compendiis *si ptiōe*, quem ad modum scriptum in Lg. 4.; *pars* omissum propter proxime sequens vocabulum. — *arrogans*]

dum igitur fuit consilio senatus. Si ex vocabulo, ut Carbo: *Si consul est, qui consulit patriae, quid aliud fecit Opimius?* 166. Sin ab eo, quod rem attingit, plures sunt argumentorum sedes ac loci. Nam et coniuncta quaeremus et genera et partis generibus subiectas et similitudines et dissimilitudines et contraria; et consequentia et consentanea et quasi praecurrentia et repugnantia; et causas rerum investigabimus et ea, quae ex causis orta sint; et maiora paria minora quaeremus.

XL. 167. Ex coniunctis sic argumenta ducuntur: *Si pietati summa tribuenda laus est, debetis moveri, cum Q. Metellum tam pie lugere videatis.* Ex genere autem:

adduntur verba *sponte sua temerarium fuisset* in Lg. 3. ita corr. 32. *adrogans* 24. 65. 67. 70. 73. *abrogans* 84. *sive* (p. *suum)* Vict. Gu. 3. — *si ex vocabulo*] sic Gu. 3. Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. Sch. Muell. Or. Henr.; vulgo *sin,* quod plane barbarum est. Prius *sin* opponitur ei, quod antecessit, *si;* hoc neutri. *Vocabulum rei* enim etsi a re diversum, tamen non est contrarium, ut *pars toti.* — *Carbo*] *cavos* Gu. 3. — *si consul est*] *ei consulem* Gu. 3. ex male lecto *si* et *consul ē* contracto in *consule. si est consul* 4.

166. *sin*] om. Lg. 4. 6. 13. 32 add. 36. Gu. 3. — *attingit*] ita vulgatum *attingat* correxi ex Lg. 2 *(actingit)* 3. 4. 13. 32. 36. 84. Lamb. item *adtingit* 24 corr. ut 65. *adtingat* 65. 67. 70. 73. 86. *attigerit* Gu. 3. In eadem sententiae ratione §. 164. et 168. indicativus exstat. — *coniuncta*] *coniugata* Lg. 16. 73. ita var. 2. — *quaeremus*] *quaerimus* Lg. 32 corr. 69. Ald. Iunt. Man. Lamb. — *partis*] scripsi propter fidem Lg. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. — *consequentia*] *sequentia* Lg. 2. 4. 6. 13. 35 corr. 36. *frequentia consequentia* 15. 86. *consequentiam* Gu. 3. Paulo ante *contrarias* Lg. 4. *ceriam* Gu. 2. om. 17. 24 add. — *praecurrentia*] *percurrentia* Lg. 21. 65. 81 corr. — *repugnantia*] *repugnantias* Lg. 23. 67. — *investigabimus*] scripsi secutus Lg. XIX bonosque omnes, Vict. Gu. 3. Vulgatum *vestigabimus* apud nullum prosae orationis scriptorem satis tutum est; solet enim vocales, inprimis *i* subsequi, qua de re praepositionem omitti pronum fuisse clarum est. Ceterum vide explicationes ad II. 22, 91. — *ex causis*] *ex* om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. — *orta sint*]

Si magistratus in populi Romani esse potestate debent, quid Norbanum accusas, cuius tribunatus voluntati paruit civitatis? 168. Ex parte autem ea, quae est subiecta generi: *Si omnes, qui rei publicae consulunt, cari nobis esse debent, certe in primis imperatores, quorum consiliis virtute periculis retinemus et nostram salutem et imperii dignitatem.* Ex similitudine autem: *Si ferae partus suos diligunt, qua nos in liberos nostros indulgentia esse debemus?* 169. At ex dissimilitudine: *Si barbarorum est in diem vivere, nostra consilia sempiternum tempus spectare debent.* Atque utroque in genere et similitudinis et dissimilitudinis exempla sunt ex alio-

vulgatum *sunt* correxi secundum Lg. 2. 4. 5. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 24. 32. 35. 36. 65. 69. 70. 73. 76. 86. 93. ita corr. 3. Alia hic ratio ac supra. Ibi enim generatim definitio ponitur non admista loquentis existimatione; hic perapte significantur quae dicenti videantur ex rerum causis fluere potuisse. — *quaeremus*] *quaerimus* Lg. 76.

XL. 167. *ex coniunctis*] *de coniugatis* Lg. 15. 16. 70. 73. 86. ita var. 2. — *ducuntur*] *queruntur ducuntur* Lg. 4. *queruntur* 14. *dicuntur* 69. 93. *ducantur* Gu. 2. 3., si recte coniicio de priore; enotatum enim video *ducuntur*, quod quia cum vulgata convenit, aut *ducantur* aut *dicuntur* significare potuit. — *tam pie*] *tam* om. Lg. 2. *lugere tam pie* 65. *ita pie* 84. *pie* om. 67. 70. — *videatis*] *videtis* Gu. 3. — *potestate*] ponitur ante *populi* in Lg. 6. 84. om. Gu. 1. — *esse potestate*] sic inverti secutus Lg. omnes praeter 6. 23. 32. 73. 81. 84., item Vict. Gu. 3. — *accusas*] *adcusas* Lg. 65. 67. 70. 73. 86.

168. *est subiecta generi*] *subi. generi sunt* Gu. 1. *est* om. Gu. 2. — *omnes*] *omnis* Lg. 13. 36. — *nobis*] *vobis* Lg. 13. 36. 84. om. 76. — *esse*] om. Lg. 13. — *in primis*] sic Lg. omnes praeter 36. 69. 76. 86., qui *imprimis*. — *periculis*] *et periculis* Lg. 4. — *indulgentia*] ante *liberos* ponitur in Lg. 84.

169. *at*] *ac* Lg. 69. 70. — *dissimilitudine*] *similitudine* Lg. 17. — *in diem*] *in dies* Lg. 20. *indiem* 81. — *sempiternum*] *sempiterna* Lg. 14. 23. *in sempiterna* 81 corr. 84. Gu. 1. v. ad II. 27, 114. In ceteris meis *in* non est. — *atque*] *at* Lg. 2. 6. 13. 32. 36. Gu. 3. *que* omissum est propter proximum *utroque*. —

rum factis aut dictis aut eventis et fictae narrationes saepe ponendae. Iam ex contrario: *Si Gracchus nefarie, praeclare Opimius.* 170. Ex consequentibus: *Si et ferro interfectus ille et tu inimicus eius cum gladio cruento comprehensus in illo ipso loco et nemo praeter te ibi visus est et causa nemini et tu semper audax: quid est, quod de facinore dubitare possimus?* Ex consentaneis et praecurrentibus et repugnantibus, ut olim Crassus adolescens: *Non si Opimium defendisti, Carbo, idcirco te isti bonum civem putabunt. Simulasse te et aliquid quaesisse perspicuum est, quod Ti. Gracchi mortem saepe in contionibus deplorasti, quod P. Africani necis socius*

aliorum] *alienis* Lg. 4. — *eventis*] *eventus* Lg. 17 corr. *eventibus* 93. — *et fictae*] *aut fictae* Lg. 14. 23. — *narrationes*] *orationes* Lg. 15. 86. — *tam*] *tum* Lg. 3. 14. 15. 16. 23. 24. 67. 70. 73. 86. ita var. 76. *iam* 4. 5. 6. 21. 32 corr. ut 3. 36. 65. 69. Verba *ponendae — contrario* om. Gu. 3. — *Gracchus*] *T. Graccus* Lg. 2. *T. Gracchus* 13. 36. *C. Gracchus* 4. Verba *nefarie — Opimius* om. Lg. 2. 13. 32 add. 36. Gu. 3. *opimus* 17. 76 corr.

170. *si*] *ut si* Lg. 3. ita corr. 32. — *inimicus eius*] *in. ei* Lg. 2. 13. 36. Hinc factum *et* omisso pronomine in Lg. 5. 14. 15. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 81. 84. 86. 93. ita corr. 16. — *comprehensus*] *es* vulgo addi solitum omisi secutus Lg. XXII bonosque omnes, item Vict. Gu. 3. — *visus est*] *v. fuit* Lg. 21 corr. *est.* om. 81 add. 84. Gu. 1. — *tu*] *tu ne* Gu. 3. — *quod*] *quid* Gu. 3. — *possimus*] *possumus* Lg. 2 corr. 4. 13. 21. 24 corr. 32. 36. 69. 84. — *et praecurrentibus*] *ex pr.* Lg. 2. 13. 15. 17. 20. 21. 32. 65. 67. 70. 73. 86. Vict. Gu. 1. 3. Eidem deinde praeter 13. 20. 32. Gu. 1., sed ut accedant 5. 6. 16., *ex repugnantibus.* — *adolescens*] *adul.* Lg. 65. 70. 73. 86. ibi *olim* om. Gu. 3. — *idcirco*] divisim Lg. 2. 67. 70. 84. 93. *iccirco* 15. 20. 69. Ald. Iunt. Man. — *te isti*] inv. Lg. 32 corr. *te* om. 84. — *simulasse te*] *te* om. Lg. 15. statim *et* om. 20. 24. — *aliquid*] sic VSt. Gu. 3. Lg. 2. 13. 32 corr. ut 3. 36. vulgo *aliud quid.* Sed *quid* om. Lg. 3. 4. 6. 17. 20. 76. Gu. 1. v. explicationes. — *Ti.*] hoc s. *tib.* et *tiberii* in solis reperi Lg. 15. 76. 81. 84. Plerique *T.* sueto mendo. — *contionibus*] sic Lg. praeter 3. 4. 5. 6.

fuisti, quod eam legem in tribunatu tulisti, quod semper a bonis dissedisti. 171. Ex causis autem rerum sic: *Avaritiam si tollere vultis, mater eius est tollenda luxuries.* Ex iis autem, quae sunt orta de causis: *Si aerarii copiis et ad belli adiumenta et ad ornamenta pacis utimur, vectigalibus serviamus.* 172. Maiora autem et minora et paria comparabimus sic: ex maiore: *Si bona existimatio divitiis praestat et pecunia tanto opere expetitur, quanto gloria magis est expetenda?* Ex minore:

Hic parvae consuetudinis
Causa huius mortem tam fert familiariter;
Quid si ipse amasset? quid mihi hic faciet patri?

Ex pari: *Est eiusdem et eripere et contra rem publicam*

17. 21. 24. 32., item Vict. Gu. 2. — *P.*] *publi* Lg. 69. *P. N.* Vict. — *socius*] *conscius* Lg. 15. 16. 70. 73. 86. it. 24 corr. *consocius*, interpretis inventa. — *eam legem*] *eam* om. Lg. 2. 4. 13. 36. Gu. 3. (is *leges*). *tam* 69. — *a bonis*] om. Lg. 6. 23. — *dissedisti*] optimam scripturam praeter Memm. Pith. Z. Erl. Gu. 3. firmant Lg. 2. 13. 36., receperunt recentiores post Sch. Legebatur *dissensisti. cesisti* Lg. 4. *assensisti* Gu. 1. is et Gu. 2. *a* omittunt. *discessisti* Pighii cod. nescio qui.

171. *rerum sic*] *cum si* Gu. 1. — *ex iis*] *ex his* Gu. 2. 3. Lg. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 84. 86. Vict. — *quae*] *etiam* Gu. 3., qui deinde *orta* om. *de causis orta* Gu. 1. — *ornamenta pacis*] inv. Lg. 20. — *utimur*] *videntur* Gu. 3.

172. *comparabimus*] om. Lg. praeter 2. 3. 4. 13. 32. 36. 84., item Gu. 1. *comparavimus* 36. — *existimatio*] *extimatio* quidam codd., in quibus est Gu. 3., qui mox *divinis* pro *divitiis*. — *tanto opere*] dedi cum Henr. secundum Gu. 3. Lg. 13. 36. 81. v. ad I. 35, 164. — *est expetenda*] inv. Lg. 2. 4. 5. 6. 14. 15. 17. 20. 21. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 86. 93. *magis* hic om. Gu. 3., idemque mox *sic*. — *tam fert*] sic Terenti codd. et edd., Havn. 1. 2. Gu. 2. 3. Lg. 2. 3. 4. 6. 13 (is *fere*). 20. 21. 32 (is *tan*). 36. 81. 84. *tam fam. fert* 5. 14. 15. 16. 23. 24. 65. 67. 69. 70. 73. 86. Vict. Gu. 1. (errat Henrichs.). *ita fert* 76. Legebatur ante Lambinum et Orellium *fert tam*. — *mihi hic*] *hic mihi* s. *michi* Lg. omnes praeter 20. 81. 84. totum hunc versum solis initialibus indicat Gu. 1.: *q. s. i. a. q. m. h. f. p.* — *ex pari*] *sic* vulgo additum hic et paulo ante post *minori* delevimus secuti

largiri pecunias. **173.** Foris autem assumuntur ea, quae non sua vi, sed extranea sublevantur, ut haec: *Hoc verum est; dixit enim Q. Lutatius. Hoc falsum est; habita enim quaestio est. Hoc sequi necesse est; recito enim tabulas.* De quo genere toto paulo ante dixi.

XLI. **174.** Haec ut brevissime dici potuerunt, ita a me dicta sunt. Ut enim si aurum cui, quod esset multifariam defossum, commonstrare vellem, satis esse

Lg. XXII. bonosque omnes et Gu. 1. 3., hoc posteriore loco etiam 2. Havn. 1. 2. VSt. Erl. Sch. in ed. mai. Sed Gu. 3. tria verba illa *ex pari sic* non habet. — *et eripere et contra rem publicam largiri pecunias*] ita VSt. Mead. Norf. γ. (hi tres *publicam* omittunt), δ. ε. (corr. *elargiri* et sic Pearc.) Gu. 3. Pearc. recentt. post. Sch. Accedunt nunc Lg. 2. 13. 32.; qui utroque loco *et* habent; expunctum est in 32. Vulgo enim legitur *et eripere contra remp. et largiri.* Quin ter ponitur in Z. Erl. Harl. 1. *et eripere et contra r. p. et largiri. elargiri* Lg. 4. quod si Cicero pro iniusta largitione usquam dixisse videretur, utique recipiendum esset. Quippe sic intelligitur quomodo *et* in eum locum delatum sit. Ceterum quod Henrichs. dicit largitionem non per se vitiosam esse, sed sic tantum, cum contra rem publicam fiat, ad hanc sententiam aptum non est. Clarum est enim verba *contra rem publicam*, utcunque ponantur, ad utrumque membrum posse referri, ὑπερβάτως: v. Explicatt. ad I. 10, 39.

173. *assumuntur*] *adsumuntur* Lg. 32. 65. 70. 76. 86. (quidam horum duobus *m*). *assumentur* 84. — *ut haec*] *haec* om. Gu. 3. — *Lutatius*] plerique per *c*, quidam libri *Luctatius* s. *Luctacius* scriptum habent; *que lutacius* Gu. 3. *que* etiam Gu. 2. — *falsum est*] *est* om. Gu. 1. 3. — *questio est. Hoc*] *questione hoc* Lg. 3. 4. 13. 32 corr. ita corr. 2. quippe ex *questio* *ē* contractum in unum *questiōē*. — *sequi*] *consequi* Vict. — *paulo*] sic Lg. codd. XXIV bonique omnes. Proxime praecedens *toto* abest a Gu. 1.

XLI. 174. *si aurum cui*] *si* om. Lg. 4. *cui* om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Lamb. Puto hanc librorum omissionem antiquae scripturae *quoi* deberi, quae proximo *quod* nimium similis esset; certe *quo id quod (= quoi quod)* scribitur in Gu. 3. Verum etiam in verbis *ille sibi ipse foderet* omittitur *ille* in Lg. 2. 3. 4. 13. 14. 15. 16. 23. 24. 32. 35. 36. 65. 67. 69. 73. 86. 93., quo

deberet, si signa et notas ostenderem locorum, quibus cognitis sibi ipse foderet et id, quod vellet, parvo labore nullo errore inveniret: sic has ego argumentorum volui notas quaerenti demonstrare ubi sint; reliqua cura et cogitatione eruuntur. 175. Quod autem argumentorum genus cuique causarum generi maxime conveniat non est artis exquisitae praescribere, sed est mediocris ingenii iudicare. Neque enim nunc id agimus, ut artem aliquam

cum retento superiore *cui* aequo animo carere possimus, delevi. Paulo ante *conmonstrare* Lg. 2. 13. 14. 69., et pro *si ostenderem* omissa particula *ostendere* Lg. 15. *si* om. etiam 86. — *sibi ipse*] *sibi* om. Lg. 6. *ipsi* 20. *ipse sibi* Vict. — *parvo*] ita vulgatum *parvulo* correxi secundum Lg. XXIII bonosque, et Vict. — *sic has ego argumentorum volui notas quaerenti demonstrare*] sic ex libris locum affectum persanasse videor; partem emendationis Gruterus occuparat. Plerique codd. et vulgo edd. sic: *sic has ego argumentorum novi notas, quae illa mihi quaerenti demonstrant*, sententia perinepta, cum non id agitur quid ipse in suum usum notaverit Antonius, sed quomodo discentibus opem ferri voluerit. Hoc iam ex simili de auro commonstrando clarum est. *Novi*, quod non ex illo, quod sequitur, *notas* ortum, sed ex *volui* corruptum est, non legitur in VSt. Lg. 2. 13. 20. 36. 76. 93. Horum *volui* exhibent Lg. 2 corr. ut 35., 13. 20. In 36. vacuum spatium est et expletum ut in 35. 93, in quibus est *crui*, lectum etiam in Pal. 1. 8. ε. ed. s. l. et a. Ven. mg. Crat. Lg. 76 habet *nolui* corr. *non*. Deinde *quae illa mihi* non exstant in Pal. 1. 2. Pith. Z. Erl. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36.; *illa mihi* om. VSt. Nec *demonstrant* legitur sed *demonstravi* in Pal. 1. et Z. m. sec.; *demonstrari* in Lg. 2. 4. 13. 36., unde correxi *demonstrare*, quando quidem Antonius non universe, sed de sua docendi provincia loquitur. Gruterus, quem probat Henr., correxit *sic has ego arg. notas quaerenti demonstravi*; Pearcius *s. h. e. arg. quasi notavi notas, quae quaerenti dem.*; Schuetz. et Muell. *s. h. e. arg. notavi notas, quae illa quaerenti demonstrant*. Addo pro *novi notas* vulgato legi *novitas* in Gu. 1.; dein *ubi sunt* in Lg. 69. 93. Gu. 3. *eruuntur* corr. *cernuntur* 2. *exuuntur* 17.

175. *praescribere*] *perscribere* Lg. 3. 4. 15 corr. 17. 35 corr. 36. Gu. 1. *describere* 84. — *nunc id*] inv. Lg. 6. 14. Vict. *nunc*

dicendi explicemus, sed ut doctissimis hominibus usus nostri quasi quaedam monita tradamus. His igitur locis in mente et cogitatione defixis et in omni re ad dicendum posita excitatis nihil erit, quod oratorem effugere possit, non modo in forensibus disceptationibus, sed omnino in ullo genere dicendi. 176. Si vero assequetur, ut talis videatur, qualem se videri velit, et animos eorum ita afficiat, apud quos aget, ut eos quocunque velit vel trahere vel rapere possit: nihil profecto praeterea ad dicendum requiret. Iam illud videmus nequaquam satis esse reperire quid dicas, nisi id inventum tractare possis.

om. Gu. 3. — *doctissimis*] *doctis* Lg. 84. — *quasi quaedam*] inv. Lamb. — *monita*] *admonita* s. *ammonita* Lg. 81. 84. Gu. 1. 2. *munimenta* sec. m. 32 exp. — *locis*] *monitis* Lg. 76 v. ꝓ. t. — *excitatis*] *exercitatis* Lg. 6. ita corr. 24. — *disceptationibus*] *disputationibus* Lg. 6. 17. 21. — *in ullo*] *in nullo* Lg. 2. 4. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 32 corr. 35 corr. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 86. 93. Vict. ita corr. 81. Idem fuit in Gu. 3., sed *n* expunctum est; est et in Gu. 1. sed omisso *in*.

176. *assequetur*] *assequitur* Lg. 3. 6. 14. 16. 17. 20. 21. 23. 35. 76. 81. Gu. 1. 2. *assequatur* 4. 15. 24 corr. ut 3. 32 corr. ut 3. *adsequitur* 5. 65. 67. 70. 73. — *se*] om. Lg. 2. 3. 13. 32. 36. Gu. 3. male. — *afficiat*] sic Mead. Harl. 1. 2. Ox. omnes, Erl. edd. antiq. Ald. Iunt. Crat. Man. rec. post Ern. Nunc accedunt Lg. omnes praeter 4. 6. 21. 32. 65. 73. 81. Horum *efficiat* 4. 6. *deficiat* 65. *adficiet* 73. *efficiet* 81 corr. ut 2 et rell. *Afficiet* vulgatum in ceteris est, etiam Gu. 1. 3. Havn. 1. Lamb. — *apud*] *aput* Lg. 24. — *quocunque*] *quoscunque* Lg. 32 corr. — *velit vel*] om. Lg. 15 add. *vel* om. 3. — *requiret*] *requirit* Lg. 4. 67. 70 corr. *et requiret* Gu. 3. — *iam illud*] *nam illud* Gu. 2. *iam id* Lg. 65. — *reperire*] *repperire* Lg. 14.

177. *esse debet*] inv. Lg. 81. 84. — *cognoscat*] *agnoscat* Vict. Lg. 6. quod Bakio placet, sed necessarium non est, cum non *animadvertendi* modo, sed etiam introspiciendi vis ad sententiam conveniat. *cognoscatur* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. Gu. 3., eidemque *item* pro *artem*. — *audit*] sic pro *audiat* scripsi ex Lg. 4. 13. — *defatigetur*] *fatigetur* Lg. 4. *offendatur aut defatigetur* 3. ita corr. 32. — *afferas*] *adferas* Lg. 24. 65. 67.

177. Tractatio autem varia esse debet, ne aut cognoscat artem qui audit aut defatigetur similitudinis satietate. Proponi oportet quid afferas et qua re ita sit ostendere et ex isdem illis locis interdum concludere, relinquere alias alioque transire; saepe non proponere ac ratione ipsa afferenda quid proponendum fuerit declarare; si cui quid simile dicas, prius ut simile confirmes; deinde quod agitur adiungas; puncta argumentorum plerumque ut occulas, ne quis ea numerare possit, ut re distinguantur, verbis confusa esse videantur.

XLII. 178. Haec et properans ut apud doctos et

70. 73. 86. — *et qua re*] vulgatum *et id quare* correxi ex Lg. 2. 4. 6. 13. 24. 36. 76. Gu. 3. *id* post *qua re* ponitur in Lg. 3. 5. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 35. 65. 67. 69. 70. 73 86. 93. *ad* 17. *id ita* supra scr. 32. *ita* om. 23. 35 add. contra *et* om. Gu. 1. — *ex isdem*] *ex* in omnibus codd. est; excidit in ed. Ern. errore, ut videtur, qui in alias edd. influxit. *isdem* scripsi ex Lg. 2. 13. 32. Gu. 3. *eisdem* 4. *hisdem* 14. 36. 67. 84. Gu. 1. 2. — *relinquere alias*] *interdum relinquere* Lg. 3. ita corr. 32. — *alioque*] *alioquin* Lg. 2. 4 v. *aliorsum*, ut corr. in 2.; 6. 13. 36. Gu. 3. — *afferenda*] *deferenda* Gu. 2. Lg. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 86. 93. *adferenda* 13. *deferenda* var. *afferendum* 32. *differenda* 81. *defendere afferenda* 2. — *cui quid*] *quicquid* Lg. 4. 36. Gu. 3. *quid* 4. 13. 32 corr. *quidquid* 13. Haec indicant scripturam *quoi quid*. Dein *simile* om. Gu. 3. — *quod agitur*] *quid agitur* Lg. 2. — *puncta*] *interpuncta* Gu. 2. Lg. 3. 6. 14. 15. 17. 20. divisim 5. 21. 35. 67. 76. 86. ita corr. 32. eo redit Nonii scriptura *interiuncta* p. 148. *Interpuncta* quid sit nemo dixerit. Librarius nescio qui vocabulum ipsi familiarius ignotiori substituisse videtur. *item puncta* 4. — *occulas*] contra Nonii fidem *occultes* Lg. 3. 13. 24. 36. 94. Vict. Gu. 3., qui *ut* om., ut Gu. 2. *occulta* 4. *occultas* 5. 21. 69. *ocultas* 65. — *re*] *nec* Lg. 3. ita v. 32. *res* 4. *nec* post verbis add. Gu. 3. — *distinguantur*] *discernatur* Lg. 4. *distinguatur*, et post *videatur*, illud Lg. 13. 14. 21. 24. 32 corr. 35. 36., hoc et illi et praeterea 4. 5. 65. 69. 70.

XLII. 178. *haec ut et properans et apud doctos et semidoctus ipse percurro*] Etsi libri non discrepant magnopere *(ut*

semidoctos ipse percurro, ut aliquando ad illa maiora veniamus. Nihil est enim in dicendo, Catule, maius, quam ut faveat oratori is, qui audiet, utque ipse sic moveatur, ut impetu quodam animi et perturbatione magis quam iudicio aut consilio regatur. Plura enim multo homines iudicant odio aut amore aut cupiditate aut iracundia aut dolore aut laetitia aut spe aut timore aut errore aut aliqua permotione mentis, quam veritate aut praescripto aut iuris norma aliqua aut iudicii formula aut legibus. 179. Qua re, nisi quid vobis aliud placet, ad illa pergamus. Paulum, inquit Catulus, etiam nunc deesse videtur iis rebus, Antoni, quas exposuisti, quod sit tibi ante explicandum, quam illuc proficiscare, quo te dicis intendere. Quidnam? inquit. Qui ordo tibi placeat,

properans Vict. Gu. 2. *praeparans* Gu. 1., *semidoctos* Lg. XIV., quorum boni sunt 2. 4. 32 corr. item Vict. Gu. 1.), non impetro tamen a me ut haec sana esse credam. Quid est enim *haec percurro ut apud doctos?* Deinde *haec percurro ut properans* mera balbuties est; omnis enim currens properat. Denique quo modo haec inter se opponi possunt: *et properans et apud doctos percurro?* Sensit Schuetzius, coniecitque *haec ego properans ut apud doctos;* contra male Muellerus *haec autem et properans apud doctos.* Bene Schuetzius, modo scripsisset *haec et properans.* Causa redditur cur properet duplex; altera, quod apud doctos in re nota morari non sit opus, altera, quod ipse quippe semidoctus imperfectam eius notitiam habeat. — *illa maiora*] *alia m.* Gu. 3. — *qui audiet*] *qui audiat* Lg. 15. 65. 69 corr. 70. 73. 86. — *ut que*] *utique* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. Gu. 3., bene, sed suspectum videtur. *ut* 6. — *aut amore*] *atque amore* Lg. 76. — *aut errore*] *aut terrore* γ. δ. Sch. sine causa. Eadem confusio, sed omnes codices occupavit Brut. 2, 7. — *iudicii*] *iudicum* Gu. 3.

179. *nisi quid*] *quid* om. Lg. 20. 76. — *vobis*] om. Lg. 4. *nobis* 13. 32 corr. 36. 81 corr. Gu. 3. — *paulum*] sic Lg. XXII. bonique omnes et Gu. 1. 2. 3. *paululum* Lg. 5. 76. — *iis rebus*] *his r.* Lg. 24. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 84. 86. *is* 32 corr. ut 24. 93. *istis* Gu. 1. 2. — *ante explicandum*] inv. Lg. 4. —

inquit Catulus, et quae dispositio argumentorum, in qua tu mihi semper deus videri soles. 180. Vide quam sim, inquit, deus in isto genere, Catule. Non Hercule mihi nisi admonito venisset in mentem; ut possis existimare me in ea, in quibus non nunquam aliquid efficere videor, usu solere in dicendo vel casu potius incurrere. Ac res quidem ista, quam ego, quia non noram, sic tanquam ignotum hominem praeteribam, tantum potest in dicendo, ut ad vincendum nulla plus possit. Sed tamen mihi videris ante tempus a me rationem ordinis et disponendarum rerum requisisse. 181. Nam si ego omnem vim oratoris in argumentis et re ipsa per se comprobanda posuissem, tempus esset iam de ordine argumentorum et de collocatione aliquid dicere; sed cum tria sint a me

placeat] sic Lg. XII, sed optimorum soli duo 13. 32. Sed XVI alii et Gu. 3. *placet;* verum interrogatio directa, quam vocant, minime apta est. — *mihi semper*] inv. Lg. 15. 86. Pro *tu* in Gu. 3. scribitur *via.*

180. *quam sim*] *quam sum* Lg. omnes praeter 81. 84., item Gu. 3. — *inquit, deus in isto genere, Catule*] hoc positu Lg. omnes praeter 4. 6. 17. 76. 81. 84., item Gu. 1. *deus, inquit* 4. 6. rell. ut supr. Vulgo inutili et falsa elegantia *in isto genere, inquit, Catule, deus.* — *Hercule*] sic pro *mehercule* Lg. omnes praeter 2. 4. 20. 73. 76. 81. 84.; item Gu. 3. Illorum partim firmant nostram scripturam, *hercle* enim 2. 4. 20. 23. 76. Vict. — *non nunquam*] sic divisim Lg. 2. 13. 14. 15. 16. 21. 23. 35. 36. 67. 69. 70. 84. *nunquam* 24. Gu. 3. — *dicendo, ut ad vincendum*] *dicendo ad vincendum ut* Lg. 67. — *nulla*] *nulla res* Lg. 3. ita corr. 2. 32. om. 36.

181. *oratoris*] *orationis* Lg. 6 corr. om. 20. — *et re*] praepositionem *in* sustuli secundum Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36. v. ad I. 15, 65. — *per se*] om. Vict. Lg. 36. 76. *pro se* 69. 81 v. u. t. 93. — *comprobanda*] *probanda* Lg. 2. 13. 32. Gu. 3. *comprobandam* 3. *probando* 4. *quam probanda* 65. — *collocatione*] *collatione* s. *conlatione* Lg. 2. 4. 5. 13. 16. 17. 20. 21. 24. 32 corr. 35. 36. 65. 69. 73. 76. 81. 84. 86. 93. Vict. Gu. 1. 2. 3. hic compendio *coll'oē,* ex quo male intellecto etiam ceterorum corruptela

proposita, de uno dictum: cum de duobus reliquis dixero, tum erit denique de disponenda tota oratione quaerendum.

XLIII. 182. Valet igitur multum ad vincendum probari mores et instituta et facta et vitam eorum, qui agent causas, et eorum, pro quibus, et item improbari adversariorum; animosque eorum, apud quos agetur, conciliari quam maxime ad benevolentiam cum erga oratorem tum erga illum, pro quo dicet orator. Conciliantur autem animi dignitate hominis rebus gestis existimatione vitae, quae facilius ornari possunt, si modo sunt, quam fingi, si nulla sunt. Sed haec adiuvant in oratore, lenitas vocis vultus pudoris significatio verborum comitas, si quid persequare acrius, ut invitus et coactus facere

fluxit. — *proposita*] *posita* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. Sed de dividendo et tractando argumento alterum Ciceroni usitatum est: alia igitur ratio huius loci et c. 36, 152. — *cum*] *quod* corr. *cum (= quom)* Gu. 3.

XLIII. 182. *vincendum*] *dicendum* Lg. praeter 3. 15. 17. 24. 81. 84., item Gu. 3. *discendum* Lg. 86. — *et instituta*] *et* addidi ex Lg. omnibus praeter 65. 81. 84., item Gu. 2. ita corr. Lg. 81. Aut non debuit, aut singulis membris aut ultimo soli apponi debuit *et*. — *et vitam eorum*] *vitam et eorum* Lg. deteriores XIX; ita corr. 32. edidit Lambinus. *et vitam et* excludit Bakius. *Facta* intellige de rebus quae ad hominum notitiam pervenerunt; his et *moribus* et *institutis* conficitur *vita*, qua prioribus cumulus additur. Nemo vituperaret, si scriberetur *vitam denique omnem*, sed opus non est. — *apud*] *aput* Lg. 24. — *agetur*] sic Lg. plerique (quanquam *agitur* 2. 4. 15. 35. 36), Vict. Gu. 1. 3. VSt. Harl. 1. Pearc. in ed. III. Sch. Or. Henr.; videtur aptius propter idem tempus et praegressum et sequens. — *benevolentiam*] sic Lg. IX., in quibus sunt 36. 73. — *cum erga oratorem*] vitiose *tum* correxit Henr., quod sane legitur in bonis libris Lg. 2. 4. 13. 15 corr. 24 corr. 35. 36. 81. 84. 93. Vict. Gu. 3. Havn. 1. ed. s. l. et a. ita corr. Lg. 32. — *lenitas*] *levitas* Lg. 76. 81. — *vultus pudoris significatio*] Pearc. Sch. Or. conferentes II. 82, 333., ubi legitur *ingenii ostentationis suspicio*, interpretantur *significatio pudoris in vultu*. In qua explicandi ratione non claret, *vultus* num genitivum an nominativum esse voluerint. Utut est, distingui

videare. Facilitatis liberalitatis mansuetudinis pietatis grati animi non appetentis non avidi signa proferri perutile est; eaque omnia, quae proborum demissorum non acrium non pertinacium non litigiosorum non acerborum sunt, valde benevolentiam conciliant abalienantque ab iis, in quibus haec non sunt. Itaque eadem sunt in adversarios ex contrario conferenda. 183. Sed genus hoc totum orationis in iis causis excellit, in quibus minus potest inflammari animus iudicis acri et vehementi quadam incitatione. Non enim semper fortis oratio quaeritur, sed saepe placida summissa lenis, quae maxime commendat reos. Reos autem appello non eos modo, qui arguuntur, sed omnis, quorum de re disceptatur; sic

hic nusquam debet; nec enim id asyndeto convenit nec appositioni. Bakius corrigit *vultus pudor.* — *comitas*] *concinnitas* Lg. 24. ortum ex alio vitio *comunitas*, quod est in Gu. 2. — *persequare*] *persequere* Lg. 3. 24 corr. 69. *prosequare* 32 corr. — *acrius*] *aptius* Lg. 4. — *videare*] *videaris* Lg. 15 corr. om. 21. *facere videare* om. Vict. — *facilitatis liberal.*] *facilitas lib'* Gu. 3. — *grati animi*] *gratia* Lg. 36. — *appetentis*] *adpet.* Lg. 65. 70. 73. 86. — *proferri*] *proferre* Lg. 2. 4. 13. 15. 24 corr. 32 corr. 36. 69. 70 corr. 86. 93. ita corr. 81. — *non pertinacium*] *et non p.* Gu. 3. — *benevolentiam*] sic Lg. VII., sed deteriores. — *abalienantque*] *alienantque* Lg. 76. — *ab iis*] *ab his* Gu. 1. 2. Vict. Lg. 13. 14. 16. 24. 65. 67. 69. 70. 73. 81. 84. 86. — *non sunt*] *non* om. Lg. omnes praeter 3. 81. 84. — *conferenda*] *referenda* Lg. 3. 81 corr. Gu. 3. (addit *vel*). ita corr. 4. 32. om. 23 add.

183. *iis causis*] *his c.* Lg. 24. 65. 67. 70. 73. 76. 81. 84. 86. Vict. Gu. 2. 3. — *excellit*] sic vulgatum *excellet* correxi ex Lg. 2. 3. 4. 6 corr. 13. 17. 20. 32 corr. ut 5. 36. 76. 84. Gu. 2. *excellent* 5. 24 corr. 65. Tota oratio sequens praesentibus temporibus decurrit. — *summissa*] soli *submissa* Lg. 14. 16. Vict. Gu. 1. — *lenis*] *levis* Lg. 21. 69. 81. — *appello*] *adpello* Lg. 65. 70. 73. Paulo ante *reos* om. Gu. 3. — *omnis*] scripsi secundum Lg. 2. 5. 13. 14. 15. 16. 17. 23. 24 corr. 32 corr. 35. 36. 65. 67. 70. 73. 76. 84. 86. Gu. 1. 2. *omnino* Lg. 6. — *loquebantur*] *vocabantur* Lg. 4.

enim olim loquebantur. 184. Horum igitur exprimere mores oratione, iustos integros religiosos timidos perferentis iniuriarum mirum quiddam valet; et hoc vel in principiis vel in re narranda vel in perorando tantam habet vim, si est suaviter et cum sensu tractatum, ut saepe plus quam causa valeat. Tantum autem efficitur sensu quodam ac ratione dicendi, ut quasi mores oratoris effingat oratio. Genere enim quodam sententiarum et genere verborum adhibita etiam actione leni facilitatemque significanti efficitur, ut probi ut bene morati ut boni viri esse videantur.

XLIV. 185. Huic autem est illa dispar adiuncta ratio orationis, quae alio quodam genere mentis iudicum permovet impellitque, ut aut oderint aut diligant aut in-

184. *religiosos*] *rellig.* Lg. 84. — *perferentis*] scripsi secutus Lg. 2. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 23. 24. 35. 36. 65. 70. 73. 76. 86. *perferendis* corr. *t* Gu. 3. *perferendarum* Lg. 3. *perferendos* 4. *proferendis* 32 corr. ut 3. *proferentis* 67. — *perorando*] sic optime optimi, Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. *opando* = *operando* Gu. 3. Vitium *peroranda* tale est qualia commemorata sunt ad II. 27, 114. Ego *causam* perorari scio, *rem* nescio. — *leni*] *levi* Lg. 69. 81. 84. om. 20. — *facilitatemque significanti*] *facilitateque significandi* Lg. omnes praeter 2. 3. 4. 13. 32. 36., modo quod *significandi* est etiam in 4.; *significati* 13. In ea corruptela primus inventor sine dubio se iactavit.

XLIV. 185. *mentis*] scripsi ex Lg. 2 v. u. t. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 23. 24 corr. 32 corr. 36. 65. 67. 70. 73. 76. 86. Vict. — *sperent*] sic soli meorum Lg. 81. 93. Steph. Ald. et vulgo inde pleraeque edd. *sperant* Lg. 6 corr. 84. *aspernant* 3. v. ut 81. Rell. *spernant;* om. a verbis *aut cupiant* ad usque *misereantur* Lg. 65. 69. *aut ut cupiant* Gu. 3. — *maereant*] emendatior haec scriptura firmatur eo, quod plerique codd. habent *mereant. metuant* Lg. 81 corr. *mereant.* — *deducantur*] sic Havn. 1. cod. in mg. Lamb. rep., Gruteriani et Oxon. omnes, Mead. Harl. 1. 2. Erl. (pr. m. *diduc.*) Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 36. 65. 67. 70. 73. 76. 84. 86. Vict. Gu. 3. firmat id *deducentur* in Havn. 2. Gu. 1. *deducant* in Lg. 2. 4. 13. 32 corr. — *ad-*

videant aut salvum velint aut metuant aut sperent aut cupiant aut abhorreant aut laetentur aut maereant aut misereantur aut punire velint aut ad eos motus deducantur, si qui finitimi sunt et propinqui his ac talibus animi permotionibus. 186. Atque illud optandum est oratori, ut aliquam permotionem animorum sua sponte ipsi afferant ad causam iudices ad id, quod utilitas oratoris feret, accommodatam. Facilius est enim currentem, ut aiunt, incitare, quam commovere languentem. Sin id aut non erit aut erit obscurius, sicut medico diligenti, prius quam conetur aegro adhibere medicinam, non solum morbus eius, cui mederi volet, sed etiam consuetudo valentis et natura corporis cognoscenda est: sic equidem, cum aggredior in ancipiti causa et gravi ad animos iudi-

ducantur, quod non malum est, Cant. Lg. 35. 69. 93. Ald. Iunt. Crat. Man. et rec. post Ern. *abducantur* Grut. Gron. nescitur unde. Ceterum v. explicationes. — *finitimi sunt*] *fin. sint* Lg. 2. 3. 4. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 23. 24. 32. 65. 67. 70. 73. 76. 81. 86. — *propinqui his*] *de propinquis* Lg. quos modo apposui et 13. Gu. 3., sed non Lg. 67. *propinquis* 23. *his* om. et 36. — *animi permotionibus*] *animi* om. Vict. Alterum sumpsi ex Lg. omnibus praeter 35. 81. 93., quorum tamen 81. *promotionibus*. Ineptum foret fugere *motus* et *permotiones* non sane magno intervallo disiuncta. Vulgo legitur *perturbationibus*.

186. *permotionem*] *promotionem* Lg. 32 et 81 corr. uterque. — *afferant*] om. Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36. Gu. 3. *adferant* 24. 65. 67. 70. 73. 86. — *accommodatam*] *adcomm.* Lg. 17. 65. 67. 70. 73. *accommodata* Gu. 3. — *commovere*] *commoveri* (s. *conmov.* ut 69. 84.) Lg. 5. 6. 13. 14. 20. 23. 24. 32 v. u. t. 35. 65. 67. 76. Vict. Gu. 3. — *id*] om. Lg. 4. — *aut*] om. Lg. 4. *autem* 15. 24. 73. — *sicut*] *sicuti* Gu. 1. — *diligenti*] *fideli et diligenti* Lg. 6. — *prius quam*] sic divisim Lg. 67. 69. 73. 76. 81. 84. 93. Gu. 3. — *morbus*] *morbi* Lg. praeter 2. 4. 13. 17. 32. 35. 36. 93., item Vict. Gu. 2. *moribus* 32 corr. *morbi*. — *eius*] om. Lg. 23. statim *cui mederi volet* om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 3. *velit* Lg. 73. — *cum aggredior*] *quod agg.* Lg. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. *adgredior* 73. — *in ancipiti causa*

cum pertractandos, omni mente in ea cogitatione curaque versor, ut odorer quam sagacissime possim quid sentiant quid existiment quid exspectent quid velint quo deduci oratione facillime posse videantur. 187. Si se dant et, ut ante dixi sua sponte quo impellimus incumbunt atque propendent: accipio quod datur et ad id, unde aliquis flatus ostenditur, vela do. Sin est integer quietusque iudex, plus est operis; sunt enim omnia dicendo excitanda nihil adiuvante natura. Sed tantam vim

et gravi] sic locum corruptum correxi. Quippe *in ancipi* Gu. 3. *in ancipiti* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36., eidemque etiam *gravi* et *causa. in ancipitem* Lg. 3. Possit quis scribendum suspicari *cum ingredior in ancipitem causam et gravem;* nam *aggredi* cum praepositione *in* non dicitur. Sed manet sic eadem, quae in vulgata scriptura est, difficultas. Quid est enim *causa gravis ad iudicum animos pertractandos?* Animos potius iudicum pertractare ad causam grave est. Ut nos correximus, ea, quae deinde dicuntur de sententiis existimatione exspectatione iudicum optime congruunt cum munere oratoris, ut animos pertractare aggrediatur; a vulgata scriptura haec convenientia plane abest. — *odorer*] *odorem* Lg. XXII., quorum sunt ex optimis duo, 2. et 4.; item Gu. 3. *colorem* 6. *oderit* 13. *odoret* 32 corr. ut 2. Optimorum igitur solus 36. veram scripturam servavit. — *possim*] *possum* Lg. 4 corr. 69. 81. — *exspectent*] *s* abest a Lg. XXIII. *expetent* 70 corr. ut rell. Gu. 1. — *oratione*] *orationes* Gu. 3. Lg. 13. 32 corr. *oratio* 6. — *videantur*] *iudicantur* Lg. 6.

187. *se dant*] *sedeant* quidam Lg., hoc etiam Gu. 3. — *et ut*] *ita ut* Lg. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 81. 86. 93. Gu. 1. 2. — *quo impellimus*] *si quo imp.* Gu. 1. 2. *quo impelluntur* Lg. 4. — *incumbunt*] praestantem scripturam reperi in Lg. 2. ex eaque non recte lecta *incurrunt* fluxit in 13. 36. *incii* Gu. 3. *inclinant* recepta scriptura est. V. explicationes. — *propendent*] *propendunt* Lg. XX. bonique plurimi, etiam Vict. Gu. 3. *pendunt* Gu. 2. — *accipio*] *adcipio* Lg. 65. 70. 73. *aiũ* = *animum* Gu. 3. — *vela do*] *vela addo* (vel *ado*) Lg. 13. Gu. 3. et alii quidam. — *flexanima atque*] *flexatque animi* corr. *flexeratque* et var. *animam naturam* et hoc rursus exp. Lg. 2. *flex atque anima* Gu. 3. *flex* etiam Lg. 13. 36. deinde *animi natura* 13. *animina* 36. *flexissima* 6. *flexamina* 23. 67. 70. 76 corr. 84. Gu. 1. *flexanimina* 32 v. u. t.

habet illa, quae recte a bono poëta dicta est *flexanima atque omnium regina rerum,* oratio, ut non modo inclinantem excipere aut stantem inclinare, sed etiam adversantem ac repugnantem, ut imperator bonus ac fortis, capere possit.

XLV. 188. Haec sunt illa, quae me ludens Crassus modo flagitabat, quom a me divinitus tractari solere diceret et in causa M' Aquili Gaique Norbani nonnullisque aliis quasi praeclare acta laudaret; quae Hercule

atque om. 2. 32 add. *at* 24 corr. — *inclinantem excipere*] Recte sic Pal. 1. 2. Memm. Pith. Z. Gu. 3. Erl. Lg. 2. 13. 32 v. *erigere.* 36. *accipere* 4. Vulgatur *erigere,* idque codd. mei ceteri omnes, Havn. 1. 2. Ox. plerique. *eripere* VSt. *impellere* ex Crevieri coni. Lall. Ern. Sch. Muell. Orellius et Henrichsenus *excipere* scripsere, sed non explicuere probabiliter; v. explicatt. — *et repugnantem*] *ac rep.* Lg. 2. 3. 4. 5. 6. 13. 14. 16. 17. 20. 21. 24. 35. 36. 65. 73. 76. 81. 84. 86. om. 32. — *bonus ac fortis*] inv. Gu. 3. et habet *atque;* a Lg. 2. 3. 4. 13. 14. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 86. 93 verba *bonus ac* abesse videntur.'— *capere*] *rapere* corrigit Bakius; quasi hoc imperatoris boni sit.

XLV. 188. *sunt illa*] *sunt enim illa* Lg. praeter 4. 32. 81. 84, et Gu. 3. Illorum 32. 81. id a correctore habent. — *quom a me*] *quae a me* Lg. 2. 4. 13. 24. 35. 36. 84. quod eo minus dubito ex *quom* ortum esse, quia *quam* est in 32, corr. u. t. Ceterum *ea a me* Muell. Or. scripsere contra codd. et nulla de causa. *Quae* comparatis diversissimis defendit Klotz. ad Lael. p. 150. attractionis nescio cuius nomine, cum in iteratis *quae — quae* anaphorae potius species legentibus ostendatur a sententia plane abhorrens. — *divinitus*] *diviniter* Lg. 81. — *tractari*] *tractare* Gu. 3. — *causa*] *causam* Lg. 2. 4. 13. 14. 16. 20. 21. 23. 32 corr. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. Vict. Gu. 3. Praenomen sequens vitium genuit. — *M' Aquili*] *Aquili* uno *l* dedi et antiqua simul genitivi forma ex Lg. 13. 15. 16. 17. 24. 32 corr. 65. 67. 70. 73. 86. Vict. ita corr. 23. *aquilii* Gu. 1. 2. *acquili* Gu. 3. V. explicationes III. 43, 171. In praenomine omnes peccant, *C. M. Marci Marcii* prae se ferentes. — *Gaique*] scripsi ex Lg. 4. 67. 81. illi quidem duo *Caique.* Ceteri meorum *Cque,* quod genus scribendi plane improbo. — *laudaret*] *laudari* Gu. 3. — *Hercule*] sic vulgatum *mehercule* correxi usus Lg. 2. 13. 32. 36. *mehercle* 3. 20. Vict. ita corr. 32. *hercle* 4. *me Hercule* 67. 69.

ego, Crasse, cum a te tractantur in causis, horrere soleo. Tanta vis animi, tantus impetus, tantus dolor oculis vultu gestu, digito denique isto tuo significari solet, tantum est flumen gravissimorum optimorumque verborum, tam integrae sententiae, tam verae, tam novae, tam sine pigmentis fucoque puerili, ut mihi non solum tu incendere iudicem, sed ipse incendi videaris. 189. Neque fieri potest, ut doleat is, qui audit, ut oderit, ut invideat, ut pertimescat aliquid, ut ad fletum misericordiamque deducatur, nisi omnes illi motus, quos orator adhibere volet iudici, in ipso oratore impressi esse atque inusti videbuntur. Quod si fictus aliquis dolor suscipiendus esset et si in eius modi genere orationis nihil esset nisi falsum atque imitatione simulatum, maior ars aliqua

70. 76. 81. 84., non deterius. Mox *ego* om. 3. 23. — *tantus impetus*] om. Gu. 3. — *vultu*] *vultuque* Lg. 81. — *digito isto*] *isto* om. Vict. — *flumen*] *fulmen* Lg. 65. — *gravissimorum*] *doctissimorum* Lg. 69. — *pigmentis*] *figmentis* Lg. 4. — *incendi*] scripsi ex Lg. 2. in quo corr. *incensus*, et 36., quorum ille *videaris* praeponit. *incensus* 4. *incensus esse* Lamb. *Incendi* et *ardere*, de oratore alterum, alterum de audiente dictum, opponuntur etiam 45, 190. Or. 38, 132. *Ardere* coniectura est lacunam expleturi.

189. *neque*] *neque enim* Lg. 3. ita corr. 32. — *ut pertimescat*] om. Lg. 16. 70. 73. — *ad fletum misericordiamque*] *affectet misericordiaque* Gu. 3. illud etiam Gu. 2. — *deducatur*] *ducatur* V. St. Gu. 1. — *omnes*] *omnis* Lg. 13. 23. 32. 36. — *illi*] sic pro vulgato *ii* scripsi ex Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36. Gu. 3. *hi* 6. 14. 23. 67. 69. 76. 84. Gu. 2. *hii* Gu. 1. — *orator adhibere volet*] *oratorem adhibere volo* Lg. 2. 32 corr. ut 3., qui *vult;* item 36. *oratorem* etiam 13. — *inusti*] *immixti* Lg. 13. 36 *(imixti)*. ita corr. 2. — *eius modi*] *huiusmodi* Lg. 17. 20. 76. Vict. — *esset*] *esse* Gu. 3. — *aliqua*] om. Gu. 3. — *accidat*] *adcidat* Lg. 65. 67. 70. 73. — *prudentissimos*] *doctiss.* Lg. 4. Cum sq. *amicissimos* locis permutatur in Lg. 21. — *amicissimos*] *familiarissimos* Lg. 4. — *me Hercule*] divisim scripsi secundum Lg. 2. 3. 13. 15. 16. 17. 20. 21. 35. 36. 67. 69. 70. 76. 81. 84. 86. Gu. 1. *hercle* 4. *me* 14. *mehercle* 16. Vict. — *unquam*] om. Vict.

forsitan esset requirenda. Nunc ego quid tibi, Crasse, quid ceteris accidat nescio; de me autem causa nulla est cur apud homines prudentissimos atque amicissimos mentiar. Non me Hercule unquam apud iudices aut dolorem aut misericordiam aut invidiam aut odium dicendo excitare volui, quin ipse in commovendis iudicibus iis ipsis sensibus, ad quos illos adducere vellem, permoverer. 190. Neque enim facile est perficere, ut irascatur ei, quoi tu velis, iudex, si tu ipse id lente ferre videare; neque ut oderit eum, quem tu velis, nisi te ipsum flagrantem odio ante viderit; neque ad misericordiam adducetur, nisi tu ei signa doloris tui verbis sententiis voce vultu collacrimatione denique ostenderis. Ut enim nulla materies tam facilis ad exardescendum est, quae

nunquam 4. 67. — *apud iudices*] om. Lg. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 86. 93. *β. δ.* (add. in mg.) *ε.* Gu. 1. — *aut invidiam*] om. Lg. 4. 16. 70. 73. — *dicendo excitare*] sic inverti secundum Lg. 2. 3. 4. 13. 14. 15. 16. 20. 21. 24. 32. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 86. 93. Gu. 3. Verba *dicendo excitare volui* om. Vict. — *commovendis*] *conmovendis* Lg. 69. 81. paulo ante *etiam* pro *ipse* Gu. 3. — *iis ipsis*] *his ipsis* Lg. 20. 24. 36. 65. 67. 70. 73. 76. 81. 84. 86. 93. Gu. 3. Vict. non deterius.

190. *neque enim facile est*] *neque est enim facile* Lg. 3. 4. 13. 32. 36. 84. *n. enim est fac.* Gu. 3. Lg. 2. *enim* om. Gu. 3. — *irascatur ei*] sic Gu. 3. Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36. 81. 84. et alii fortasse quidam, sed non videntur plerique esse, quod Henr. putat. *ei* om. Lg. XXI. *β. ε.* Gu. 1. 2. edd. ant. Man. Grut. Ern. — *id*] deleri vult Bakius. — *lente ferre*] *lente facere* Gu. 1. Paulo ante *quoi* dedi pro *cui* ex Lg. 5. 65., cum quibus faciunt etiam Gu. 3. Lg. 2 v. u. t. 21. 23. 32 corr., *quo* prae se ferendo. — *adducetur*] *adduceretur* Lg. 4. *adducitur* 6. *adducet* 69. — *tu ei*] sic inverti secutus Lg. 2. 4. 6. 13. 20. 32. 36. 81. 84. Gu. 3. *et tu (= ei tu)* Gu. 1. — *collacrimatione*] sic Lg. 15. 35. 84. Gu. 2. *cum lacrim.* s. *lacrym.* Vict. Lg. 2. 3 corr. ut 93 (is *collachrymatione)* 4. 5. 6. 13. 14. 16. 20. 23. 24. 32. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 86. *comlacrimatione* 17. *cum lachrym.* 21. *conlacrim.* 81. *con lacrim* Gu. 3 corr. m. sec. Hinc verisimile est

nisi admoto igni ignem concipere possit: sic nulla mens est tam ad comprehendendam vim oratoris parata, quae possit incendi, nisi ipse inflammatus ad eam et ardens accesserit.

XLVI. 191. Ac ne hoc forte magnum ac mirabile esse videatur hominem totiens irasci, totiens dolere, totiens omni motu animi concitari praesertim in rebus alienis: magna vis est earum sententiarum atque eorum locorum, quos agas tractesque dicendo, nihil ut opus sit simulatione et fallaciis. Ipsa enim natura orationis eius, quae suscipitur ad aliorum animos permovendos, oratorem ipsum magis etiam quam quemquam eorum, qui

corrigendum esse *conlacrimatione.* — *exardescendum*] *ardescendum* Lg. 15. 24 corr. 86. — *igni*] *igne* Lg. 15. 32 corr. In codicum summa inconstantia (v. Drakenb. ad Liv. XXVIII. 26, 1. et 45, 11. Heusinger. et Zumpt. ad Cic. Off. p. 260. Zumpt. ad Verr. Accus. IV. 1, 1) et grammaticorum adeo placitis inter se pugnantibus formae tenendae, quae plurimis locis plurimum fidei habent. Nam si etiam in adiectivis in *is*, quae, cum in nomina in primis propria degenerarunt, inclinari in *e* consentitur, aliquando eam legem violarunt Veteres, ut *Aedili* et *Annali* dixerint (v. Quintil. VI. 3, 86), et contra si Charisius *nobile* a Cicerone scriptum pronuntiat I. p. 111: quid de minus notabilibus censendum erit, qualia sunt substantiva in *is* et participia in *ns* exeuntia? ut de locorum et gentilium nominibus taceam, velut *Carthagini, Tiburi, Arpinati, Atinati, Ardeati, Fulginati, Frusinati,* quae pari cum altera forma iure sunt. Iniuria igitur *vagante* de suo scripsit Heinrichius Rp. II. 11. et contra *Tarquiniense* nullo iure sollicitarunt Creuzerus et Moserus II. 21. p. 270. Prudentius Orellius *familiare* scripsit ex libro Mediceo Divers. IV. 12, 2. *Orbi,* quod ex quinto libro de Re publ. affert Charisius I. c. p. 112. secundum codd. scribendum Verr. Accus. IV. 38, 82. et p. Domo 10, 24. fortasse et p. Sextio 30, 66. *Fusti* meliores libri praebent Tac. Ann. III. 21. XIV. 8. et 44.; *igni* Ann. I. 70. — *ipse inflammatus*] sic inverti secundum Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. Gu. 3. — *et ardens*] om. Lg. 4. — *accesserit*] sic correxi ex Lg. 2. 4. 13. 23 corr. 32 corr. 36. 81 corr. 84. Gu. 2. 3. Havn. 1. 2. Harl. 1. Z. α. γ. δ. Iunt. Crat. Vict. Steph. accedunt 65. 67. 70. 73., in

audiunt, permovet. 192. Et ne hoc in causis in iudiciis in amicorum periculis in concursu hominum in civitate in foro accidere miremur, cum agitur non solum ingeni nostri existimatio (nam id esset levius; quanquam, cum professus sis te id posse facere, quod pauci, ne id quidem neglegendum est); sed alia sunt maiora multo, fides officium diligentia; quibus rebus adducti, etiam cum alienissimos defendimus, tamen eos alienos, si ipsi viri boni volumus haberi, existimare non possumus; 193. sed, ut dixi, ne hoc in nobis mirum esse videatur, quid potest esse tam fictum quam versus, quam scena, quam fabulae? Tamen in hoc genere saepe ipse vidi, ut ex

quibus exstat *adcesserit.* Bene a praecepto speciali et cum figura allocutionis coniuncto hic transitur ad decretum generatim ponendum. Edd. antiquiss. ut Lg. plerique, Man. Lamb. et vulgo post Grut. *accesseris.*

XLVI. 191. *ac*] *at* Lg 2. Gu. 3. ita corr. 32. — *hoc forte*] sic inverti secutus codd. Vict. Gu. 3. Lg. omnes praeter 81. 84. — *totiens*] sic ter Lg. omnes (aut *tociens,* ut 81. Gu. 1. 3) praeter 3. 4. 5. 6., item Vict. Gu. 2. — *irasci — dolere*] haec om. Gu. 1. — *motu animi*] sic inverti secutus Lg. praeter 17. 84. 93 omnes, item Gu. 3. *animi omni motu* Gu. 2. — *locorum*] om. Lg. 4. 21. 32 add. — *aliorum*] *alios* Lg. 14. 81 corr. — *magis etiam*] *magna et* Lg. 3. 32. 84. — *quemquam*] *quenquam* Lg. XVII., quorum sunt 69. 73. 76. it. Gu. 1. *quemque* s. *quenque* 81. 84.

192. *periculis*] *periclis* Lg. 13. — *concursu*] *cursu* Vict. Gu. 3. — *accidere*] *incidere* Lg. 4. *adcidere* 65. 67. 70. 73. *accipere* 86. — *agitur*] *igitur* Lg. 2. 3. 4. 5. 6. 13. 15. 16. 17. 24. 32. 36. 65. 69. 70. 73. 76. 86. 93. Gu. 3. om. 14. 21. 23. 35. 67. 81. Vict. — *ingeni*] scripsi ex Lg. 16. 36. 65. 70. — *quanquam*] sic Lg. 16. 24. 69. Ald. Iunt. Lamb. — *cum*] *quod* Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36. Gu. 3. unde fortasse corrigendum *quom. tum* 24. — *sis te*] *est* Lg. 2. *iste est* 3. *iste* 5. 6. 13. 16. 20. 21. 32 corr. ut 3. 36. 65. 70. 73. 76. Gu. 3. *te* om. praeterea 14. 15. 23. 35. 67. 69. 86. 93. — *quod pauci*] om. Lg. 6. — *neglegendum*] scripsi ex Lg. 13. 36. 65. 70. — *sunt maiora*] sine causa *sunt* omitti voluit Pearcius; v. explicatt. — *viri boni*] inv. Lg. 6.

193. *quam versus*] om. Lg. praeter 2. 4. 13. 32. 36. 84.

persona mihi ardere oculi hominis histrionis viderentur † spondalia illa dicentis:

Segregare abs te ausus aut sine illo Salamina ingredi?
Neque paternum aspectum es veritus?

Nunquam illum *aspectum* dicebat, quin mihi Telamo iratus furere luctu filii videretur. At idem inflexa ad miserabilem sonum voce:

exp. 32. *vernis* Gu. 3. sed *is* secunda manus in rasura scripsit. — *scena*] *scaena* Lg. 65. 84. ut semper solent aliqui libri. Quamvis aetate argentea ita scriptum fuisse evincant Faernus ad prol. alt. Hecyrae Terentianae v. 8. et Norisius in orth. Pisan. p. 279., et fons eius scripturae Varro ostendi potest L. L. VII. 96., non impetro tamen a me, ut superstitiones Wunderi ad Plancianam p. 13. sequens contra clarissimam originis Graecae fidem ab eruditis vulgo sic scriptum esse putem. Fuerit hoc, ut *cassus* et *divissio*, aliquando in deliciis nonnullorum; apud omnes receptum esse et mansisse non credo. — *fabulae*] *fabula* Lg. 4. 6. — *vidi, ut*] vulgatum *vidi cum* longe lectiori adverbio cedere iussi secundum Lg. 2. 3. 32. 36. Gu. 3. ū 4. Duos versus a *quid potest* usque ad *vidi* om. Gu. 3. — *hominis histrionis*] inv. Lg. 4. *histrionis* delendum putabant Boettigerus in prolusione de personis scenicis et Osannus in Wolfii Anall. Litt. II. p. 531. — *spondalia*] sic plerique codd., et vulgo edd. post Aldum. *spondali* s. *spondalli* Pal. 1. 2. Lg. 13. 32. Memm. Pith. Z. δ. Gu. 3. *spondialia* codd. Lamb. Med. 1. Ven. Lott. Lamb. Sch.; *spondallua* 2 corr. ut 13. *spondalis* 4 corr. *spondali*. *sp . . .* corr. *spondaica* 24. *spondallitia* 36. De coniecturis VV. DD. v. explicationes. — *illo*] *ullo* Lg. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. — *Salamina*] *salaminam* Lg. 4. *solamina* 32 corr. Gu. 3. *salamine* 84. — *aspectum*] Lg. omnes praeter 3. 4. 5. 6., item Vict. Gu. 1. 2. 3. et sic statim eidem. — *dicebat*] *videbam* Lg. 3. 24 corr. ita corr. 32. — *Telamo*] scripsi ex Lg. 32 corr. *Thelamon* (quod est in 2. 20. 23. 67. 69. 81.). 84. Gu. 3.; et formae illae creberrime exstant in libris optimis ab editoribus neglectae. *Solo* legitur Rp. II. 1. p. 196 Mr. *Agamemno* legitimam hanc apud Ciceronem scripturam habet. *Io* recte correxit Sigonius Liv. XLV. 6, 9. imperite adversantibus Dukero et Drakenborchio l. c. et ad XXXIV. 61, 10. cf. ad epit. LV. *Strymo* legitur XLV. 29, 7. *Myro* Cic. de Or. III. 7, 26. De *Platonis* nomine ne attinet quidem dicere. Hanc formam Ciceronis aetate solam usitatam fuisse testantur Priscianus p. 690. *Zeno* ei dictum

Cum aetate exacta indigem
Liberum lacerasti orbasti exstinxti; neque fratris necis
Neque eius gnati parvi, qui tibi in tutelam est traditus —

flens ac lugens dicere videbatur. Quae si ille histrio, cotidie cum ageret, tamen recte agere sine dolore non poterat: quid? Pacuvium putatis in scribendo leni animo ac remisso fuisse? Fieri nullo modo potuit. 194. Saepe

miratus et pluribus eisque disertis verbis Quintilianus I. 5, 60. Sed neque de Taciti et Plinii aetate pugno, ut dissensum codicum spernendum putem (v. Tac. Ann. III. 26. Hist. V. 12. 13.), nec de poëtis contendo cum Cortio ad Luc. V. 134. Quare *Claudius Ariston* Plinio concedendus est Epp. VI. 31, 3., cum praesertim homo Ephesius civis fortasse Romanus factus nativum tamen nomen sibi relinqui postulet; velut *Valerius* quidem *Solo* exstat in Inscr. Graev. p. 1149, 8., sed *Potamon* apud Reinesium p. 675, 85. — *at idem*] *utile* Gu. 3. *at* correxi ex Lg. 13. 15. 69. ut voluit Bakius. Melius hoc, quam sententiam cum prioribus coniungere; retento quidem *ut* intelligi aliter non potest. — *ad miserabilem*] *ad admirabilem* Lg. 4. *ac* (p. *ad)* Lg. 5. 6. 13. 21. 65. 76. Gu. 3. ita corr. 32. om. 20. Horum duo, 6. et 76. *miserabili.* — *vocem*] *voce* Gu. 3. — *cum aetate*] non dubitavi sic emendare locum corruptum ope Lg. 4. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. Certum enim videtur continuari orationem versiculis praecedentibus inchoatam; cuius ratio servato *quem* non constat, cum id audientes necessario ad *aspectum* referrent. *Cum* dictum cum indicativo, cuius apud illius aetatis scriptores indistinctus est a coniunctivo usus. Ut scripsimus, iam Lambinus praeiverat. — *indigem*] *indigne* Lg. 2. *indige* 23. *indigeni* 65. *indigere* Gu. 3. *indigum* Lamb. — *exstinxti*] *extraxisti* Gu. 2. *etinxisti* Lg. 4. 69. *extinsisti* quidam alii, ἰαλικῶς. Plurimi synizesi neglecta *extinxisti;* sic Lg. XX. et Gu. 3. — *neque eius gnati*] *neque* om. Lg. 21. 81. *eius gnati* posui secundum Lg. praeter 4. 16. 65. 67. 84 omnes et Gu. 1. 2. 3. *eius* enim una syllaba et *neque* prima producta pronuntiari potuit; v. Hermanni El. D. Metr. p. 65. Ceterum pro *gnati* est *etati* in Lg. 2 corr. 13. 36. *cnati* in Gu. 3. *eius aetatis parvi gnâti* Lg. 4. — *tutelam*] *tutela* Lg. 2. 3. 6. 13. 32. *tutella* 4 corr. ut 2. — *cotidie*] scripsi ex Lg. 13. 36. 81. Vict. Gu. 2. *cottidie* 84. — *recte*] hoc Ern. uncinis circumdedit, Sch. et Muell. delerunt; inconsiderate factum. V. explicatt. — *in scribendo*] *in* om. Gu. 3. — *leni*] *levi* Lg. 4 corr. 69. 93.

enim audivi poëtam bonum neminem (id quod a Democrito et Platone in scriptis relictum esse dicunt) sine inflammatione animorum exsistere posse et sine quodam afflatu quasi furoris.

XLVII. Quare nolite existimare me ipsum, qui non heroum veteres casus fictosque luctus velim imitari atque adumbrare dicendo neque actor sim alienae personae, sed auctor meae, cum mihi M' Aquilius in civitate retinendus esset, quae in illa causa peroranda fecerim sine magno dolore fecisse. 195. Quem enim ego consulem fuisse, imperatorem ornatum a senatu ovantem in Capitolium ascendisse meminissem, hunc cum afflictum debilitatum maerentem in summum discrimen adductum viderem, non prius sum conatus misericordiam aliis commovere, quam misericordia sum ipse captus. Sensi equidem, tum magno opere moveri iudices, quum excitavi maestum ac sordidatum senem et cum ista feci, quae tu,

194. *id quod*] *idque* Lg. 3. ita corr. 32. — *existere*] *s* non habent Lg. praeter 3. 4. 5. 6., nec Gu. 3. *resistere* 21 corr. *esistere*, Italorum more. — *afflatu*] *adflatu* Lg. 65.

XLVII. *velim — sim*] sic emendavi vulgatam scripturam *vellem — essem;* alterum ex Lg. omnibus praeter 15. 84., item Vict. Gu. 3., alterum ex Lg. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 86. Vict. Gu. 3., ut tamen Lg. omnes optimi, 2. 3. 4. 13. 32 corr. ut 5. et 36. eodem ducant: habent enim *sum.* Qui vitiosam scripturam repererunt praeceptum nunc dudum explosum de imperfecto cum perfecto sociando ne violaretur timuerunt. V. explicationes.

195. *quem enim*] *quem cum* Lg. 3. ita corr. 32. *quem ego enim* 4. 23. 67. Verba *quem enim ego Cos. fuisse* absunt a Gu. 2. — *ascendisse*] *adscendisse* Lg. 21. — *afflictum*] *adflictum* Lg. 65. 70. 73. *ad delictum* 32 corr. ut 2. et v. u. t. *a dèlictum (= derelictum)* Gu. 3. *derelictum* Lg. 2. 4. 13. 36. — *equidem*] sic Lg. omnes praeter 14. 15., et Gu. 1. 2. 3. Illi duo *quidem*, ut Gron. — *maestum*] sic aut *mestum*, ut et ante in *maerendi* verbo, codd. plurimi et meliores. — *ac dolore*] *atque*

Crasse, laudas, non arte, de qua quid loquar nescio, sed motu magno animi ac dolore, ut discinderem tunicam, ut cicatrices ostenderem. 196. Cum C. Marius maerorem orationis meae praesens ac sedens multum lacrimis suis adiuvaret cumque ego illum crebro appellans collegam ei suum commendarem atque ipsum advocatum ad communem imperatorum fortunam defendendam invocarem: non fuit haec sine meis lacrimis, non sine dolore magno miseratio omniumque deorum et hominum et civium et sociorum imploratio. Quibus omnibus verbis, quae a me tum sunt habita, si dolor abfuisset meus, non modo non miserabilis, sed etiam irridenda fuisset oratio mea. Quam ob rem hoc vos doceo, Sulpici, bonus ego videlicet atque eruditus magister, ut in dicendo irasci ut dolere ut flere possitis. 197. Quanquam te quidem quid hoc doceam, qui in accusando sodali [et quaestore] meo tantum incendium non oratione solum, sed etiam multo magis

dol. Lg. 15. 21. om. 36. — *tunicam*] *inducam* Gu. 3. — *cicatrices*] *citatos eos* Gu. 3.

196. *C. Marius*] *M. Marius* Lg. 23. — *maerorem*] v. supra. — *lacrimis*] sic Lg. 2. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 24. 32. 35. 36. 65. 67. 70. 73. 76. 84. 86. Gu. 2. *lachrimis* s. *lachrymis* VI codd., pauci *lacrumis*. — *cumque*] *cum vel* Gu. 3. *ego* om. 4. 81 add. — *collegam*] *conlegam* Lg. 65. 70. 73. — *ei*] *eius* Gu. 1. — *lacrimis*] v. ante. — *miseratio*] *sive rati* Gu. 3. — *omniumque*] *omnium* Lg. 32 corr. 67. — *si dolor*] inv. Lg. 6. — *abfuisset*] *adf.* Lg. 67. *aff.* 84 corr. — *irridenda*] *inridenda* Lg. 5. 6. 32. 65. 70. 73.

197. *quanquam*] sic Lg. XV., quorum sunt 13. 32. 36. 69. 70. 73. — *in accusando*] *in* om. Gu. 3. *adeus.* Lg. 65. 67. 70. 73. — *et quaestore*] uncinis saepsi verba omissa ab Lg. omnibus praeter 81. 84. Addita videntur ab eo, qui propter ipsam quaesturam sub Antonio gestam *sodalem* eius dici Norbanum non perspicerent. Eodem nomine dicitur c. 49, 200. *et* om. Vict. — *etiam multo magis*] sic mutavi vulgatam verborum collocationem *multo etiam m.*, secutus Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. Gu. 3. —

vi et dolore et ardore animi concitaras, ut ego ad id restinguendum vix conarer accedere? Habueras enim tu omnia in causa superiora: vim fugam lapidationem crudelitatem tribuniciam in Caepionis gravi miserabilique casu in iudicium vocabas; deinde principem et senatus et civitatis M. Aemilium lapide percussum esse constabat; vi pulsum e templo L. Cottam et T. Didium, cum intercedere vellent rogationi, nemo poterat negare.

XLVIII. 198. Accedebat, ut haec tu adolescens pro re publica queri summa cum dignitate existimarere; ego homo censorius vix satis honeste viderer seditiosum civem et in hominis consularis calamitate crudelem posse defendere. Erant optimi cives iudices, bonorum virorum plenum forum, vix ut mihi tenuis quaedam venia daretur excusationis, quod tamen eum defenderem, qui mihi quaestor fuisset. Hic ego quid dicam me artem aliquam adhibuisse? quid fecerim narrabo; si placuerit, vos meam

restinguendum] *instingendum* Lg. 4 v. *extringuendum. restringendum* 69. 81 v. u. t. — *accedere*] Lg. 65. 67. 70. 73. *accendere* 84. — *enim tu*] sic Lg. 2. 3. 6. 13. 32. 36. 93. Havn. 1. 2. Gu. 3. Ald. Iunt. Crat. Sch. Or. Henr. *omnia tu* Lg. 4. *tum* codd. plerique, Man. Lamb. Grut. Ern. *tunc* Lg. 20. In Gu. 2. versus ab *ut ego* usque ad *enim tu* (his comprehensis) omissus est. — *tribuniciam*] per *t* Lg. XVIII sed deteriores. — *lapide*] *lepidum* Lg. 2. 4. 36. *lapidum* 13. Gu. 3. — *vi pulsum*] *in pulsu* Gu. 3. — *e templo*] vulgatum *ex* correxi secutus Lg. 2. 13. 36. 81. 84. *e* s. *ex* abest a Lg. 4. — *negare*] om. Vict.

XLVIII. 198. *accedebat*] *adcedebat* Lg. 65. 70. 73. — *adolescens*] *adul.* Lg. 17. 65. 70. 73. 84. 86. — *dignitate*] *indignitate* Lg. 5. 14. 16. 17. 20. 23. 65. 67. 73. 76. 86. *cum* ante *dignitate* om. Gu. 1. — *existimarere*] *existimares* Gu. 3. — *censorius*] *censorinus* Lg. 2. — *bonorum virorum*] inv. Lg. 35. 93. — *tamen*] *cum* Lg. 3. 32. — *eum*] *cum* Lg. 69. Gu. 3. — *quaestor*] *legatus* miro invento Lg. 2. 4. 13. 32. 36. Gu. 3. — *hic ego quid*] *hic quid ego* Lg. omnes praeter 2. 3. 4. 13. 32. 36. 84.; item Gu. 2. Vict. Lamb.

defensionem in aliquo artis loco reponetis. 199. Omnium seditionum genera vitia pericula collegi eamque orationem ex omni rei publicae nostrae temporum varietate repetivi conclusique ita, ut dicerem, etsi omnes molestae semper seditiones fuissent, iustas tamen fuisse non nullas et prope necessarias. Tum illa, quae modo Crassus commemorabat, egi; neque reges ex hac civitate exigi neque tribunos plebis creari, neque plebiscitis totiens consularem potestatem minui neque provocationem patronam illam civitatis ac vindicem libertatis populo Romano dari sine nobilium dissensione potuisse; ac si illae seditiones saluti huic civitati fuissent, non continuo, si qui motus populi factus esset, id C. Norbano [in nefario crimine atque] in fraude capitali esse ponendum. Quod si unquam populo Romano concessum esset, ut iure incitatus videretur, id quod docebam saepe esse concessum, nullam illa causam iustiorem fuisse. Tum omnem orationem

199. *seditionum*] om. Gu. 3. — *vitia*] om. Lg. 21. — *collegi*] *conlegi* Lg. 65. 70. 73. — *varietate*] *varia aetate* Gu. 3., qui et *turpium* pro *temporum*. — *repetivi*] *repetii* Lg. 84. Gu. 1. — *molestae semper*] inv. Lg. 3. 5. 14. 16. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 86. 93. Lamb. Statim *iustas tamen* inv. 4. — *non nullas*] sic divisim Lg. 2. 67. 69. 84. — *tum illa*] *cum illa* Lg. 13. 16. 65. om. ad verba *neque reges* 15. — *totiens*] sic Vict. Gu. 1. 2. Lg. omnes praeter 3. 4. 5. 6. — *populo Romano*] *populi Romani* Lg. 2. 6. 32 corr. 35. Gu. 3. *populi* etiam 4. 13. 14. 15. 23. 32 corr. 35. 67. Lamb.; sed alterum compendio scriptum, ut utrumque vocabulum in ceteris libris. — *si quis motus*] *si qui m.* Havn. 1. Gu. 1. 2. Or. Henr.; itaque Lg. 5. 16. 70. 73. 81 corr. 84. ita corr. 15. *Quis* quoniam innumerabilibus locis cum substantivo dicatur, a codd. fide standum est. — *in crimine nefario atque*] om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 3.; uncis clausi additum explicandae *fraudi capitali*. v. ad II. 33, 144. — *quod si*] *quod* om. Lg. 2 add. *si* om. 76 add. — *incitatus*] vulgatum *concitatus* correxi secundum Gu. 1. 3. Vict. Lg. omnes praeter 35. 93. Refer ad Norbanum populo stimulos

traduxi et converti in increpandam Caepionis fugam, in deplorandum interitum exercitus; sic et eorum dolorem, qui lugebant suos, oratione refricabam et animos equitum Romanorum, apud quos tum iudices causa agebatur, ad Q. Caepionis odium, quo erant ipsi propter iudicia abalienati, renovabam [atque revocabam].

XLIX. 200. Quod ubi sensi me in possessionem iudicii ac defensionis meae constitisse, quod et populi benevolentiam mihi conciliaram, cuius ius etiam cum seditionis coniunctione defenderam, et iudicum animos totos vel calamitate civitatis vel luctu ac desiderio pro-

subdentem. — *causam*] *causa* Lg. 3. 4. 5. 16. 21. 70. 73. Gu. 3. non male. — *converti*] *convoti* Gu. 1.; voluit scriptor *cōvorti*, id est *convorti*. — *refricabam*] *refabricabam* Lg. 2 corr. *firmabam*. 5. 13. 20. 36. 65. 76 corr. *refrifricabam* et inscr. *quasi renovabam* Gu. 3. *fricabam* 24. — *ad Q.*] *atque* Gu. 2. v. Drakenb. ad Liv. XXII. 31, 7. cf. XXIII. 30, 18. — *quo*] *a* om. Lg. 2. 3. 4. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 32. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. Gu. 3., quod sequendum fuit, etsi praepositio facile excidere potuit. — *atque revocabam*] haec uncinis incluserunt Ern. Harl. Or. Henr. et ego, quia desiderantur in codd. plerisque et optimis, Pal. 1. 2. 3. VSt. cod. Lamb. Reg. 7702 (?), codd. Pearcii, Ox. IV., Gu. 3. Vict. Lg. 2. 3. 4. 5. 6. 13. 14. 16. 20. 21. 23. 24. 35. 36. 65. 67. 70. 73. 76. 84. 86. Duplicem fuisse scripturam Ernestus suspicatur propter cod. Erl., in quo *revocabam* solum est, supra scripto *renovabam;* planeque ita Lg. 15. 32. „Eiusmodi lectionis varietas etiam c. 49, 201. reperitur, ubi *revocanda* Havn. 1. (al. *renovanda* supra scr. m. recentt.) Gu. C. (= 2.) ε. pro vulgato *renovanda.*“ *Henrichsen.* Sed dubitari non potest, quin *animos ad odium renovare* longe exquisitius sit, quam *revocare.* De latinitate vide Inv. II. 15, 49. *animus aut renovatur ad ea quae exstant, aut omnibus iam dictis exsuscitatur.* Huic contrarium est quod risus *animum a fatigatione renovare* dicitur Quintiliano VI. 3, 1.

XLIX. 200. *in possessionem*] scripsi pro vulgato *possessione* secundum Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. 65. 70. 84. Gu. 3. Sunt locutiones notissimae *esse in potestatem, in ditionem, habere in potestatem, in custodiam* et paulo propius coniuncta cum loci significatu *haerere in terga* et *in amorem in lustra*

pinquorum vel odio proprio in Caepionem ad causam nostram converteram: tum admiscere huic genere orationis vehementi atque atroci genus illud alterum, de quo ante disputavi, lenitatis et mansuetudinis coepi: me pro meo sodali, qui mihi in liberum loco more maiorum esse deberet, et pro mea omni fama prope fortunisque decernere; nihil mihi ad existimationem turpius, nihil ad dolorem acerbius accidere posse, quam si is, qui saepe alienissimis a me, sed meis tamen civibus saluti existimarer fuisse, sodali meo auxilium ferre non potuissem. 201. Petebam a iudicibus, ut illud aetati meae

iacere, de quibus multi multa dixere, Drak. ad Liv. II. 14, 4. Cort. ad Luc. I. 89. et ad Sall. Catil. 19, 3. Vossius de Constr. c. LXV. Oudend. et Herzog. ad Caes. B. Civ. 1. 25. Goerenz. ad Cic. Legg. III. 17, 37. Steinmetz. ad Cic. Manil. 12, 33; addi potest *esse in conspectum,* de quo egerunt Burmannus ad Phaedr. V. 1, 15. Drak. ad Liv. IX. 27, 4. Talia si recte explicuit, sicut videtur, Kritzius V. D. ad Sall. Iug. 112. p. 598., ut cum statu describendo simul *γένεσις* s. iter quoddam et ratio eo perveniendi significetur, plerisque illorum longe facilius nostrum hoc Ciceronianum illi legi accommodabitur, cum *constitisse in possessionem* dicatur pro *pervenisse.* — *quod*] *quia* Lg. 3. 32. — *benevolentiam*] codicum hic solus 73. — *mihi*] *iam* Lg. 2. 13. 35. 36. ita corr. 14. *iam mihi* 3. 5. 6. 15. 17. 20. 23. 24. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 86. 93. Vict. *et iam mihi* 16. 21. — *ius*] om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. ut 20. 36. *vis* 3. 5. 6. 16. 17. 23. 65. 67. 69. incertum *vis* an *ius* 20. 70. *etiam causa* (p. *ius etiam)* Gu. 3. — *defenderam et iudicum*] haec absunt a Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. — *tum*] scripsi secutus Lg. omnes praeter 93., item Gu. 3. Legebatur *tunc;* codd. in eiusmodi rebus soli sequendi. — *me pro meo*] *meque dixi pro meo* Lg. 3. 6. ita corr. 32. *et me* 21. — *liberum*] *liberorum* Lg. 4. ita corr. 20. — *loco*] *locum* Gu. 1. 3. Lg. 2. 6. 13. 15 corr. 20. 32. 36. 76. 84. — *more*] *maiore* Gu. 3. — *fortunisque*] addunt *meis* Lg. 14. 23. 67. — *accidere*] *accedere* Lg. 20. *adcidere* 65. 73. — *alienissimis*] *alienissimus* Vict. Lg. 65. 76 v. u. t. ita corr. 20. *atevissimis* Gu. 3. — *existimarer*] *existimaret* Gu. 1. *existimari* Gu. 2.

201. *a iudicibus*] *ab iud.* Gu. 3. *illud a iud.* Lg. 23 corr. — *ut honoribus*] *ut* om. Lg. 14. 23. 67. — *si pio*] om. Lg. 2. 4.

ut honoribus ut rebus gestis, si iusto si pio dolore me esse affectum viderent, concederent; praesertim si in aliis causis intellexissent, omnia me semper pro amicorum periculis, nihil unquam pro me ipso deprecatum. Sic in illa omni defensione atque causa, quod esse in arte positum videbatur, ut de lege Appuleia dicerem, ut quid esset minuere maiestatem explicarem, perquam breviter perstrinxi atque attigi. His duabus partibus orationis, quarum altera commendationem habet, altera concitationem, quae minime praeceptis artium sunt perpolitae, omnis est a me illa causa tractata, ut et acerrimus in Caepionis invidia renovanda et in meis moribus erga meos necessarios declarandis mansuetissimus viderer. Ita magis affectis animis iudicum quam doctis tua, Sulpici, est a nobis tum accusatio victa.

13. 32 add. 36. Gu. 3. *si pro* Gu. 1. — *affectum*] *adfectum* Lg. 13. 65. 73. — *concederent*] om. Lg. 35 add. 36. Gu. 3. post *rebus gestis* ponitur in 3. 4. et sec. m. 2. — *me ipso*] *ὑφ' ἓν* codd. plerique, ut olim in edd. scribebatur; divisim Lg. 2. 65. 67. 69. 70. 76. 81. 86. 93. Vict. Gu. 2. Man. Lamb. — *illa omni*] inv. Vict. *illa ipsa* Gu. 3. *illa ipsa omni* Gu. 2. — *Appuleia*] sic Lg. 5. 16. 35. 69. 70. 73. *Apulegia* 6. *Apulea* 17. Gu. 1. *populeia* 21. *Aquileia* 32 corr. ut 5. *Aquilia* 2. 4. Rell. *Apuleia.* V. ad II. 25, 107. — *atque attigi*] haec Ciceroniana non videri dixi ad II. 33, 144. *adtigi* Lg. 65. 70. 73. — *commendationem — concitationem*] vulgo haec locis ponuntur contrariis, ac sane post exordium orationis primum iras concitaverat Antonius, deinde animos leniverat. Sed in recordatione ante dictorum ordo non adeo accurate observatur; ut videretur sequenda fides codd. optimorum Lg. XX. Vict. Gu. 3. Cf. 39, 166. 40, 172. Ceterum *commendationem* Lg. 2., et post *cogitationem* (pro *concit.*) Gu. 3. — *est a me illa*] *est tum illa* Lg. 2. 3. 15. 16. 21. 36. 70. 73. 86. *tum a me illa* Gu. 2. *a me tum illa* 35. 93. *est tamen illa* 4. 5. 6. 13. 14. 20. 23. 24 corr. ut 2. 65. 67. 76. Gu. 3. (is, ut Lg. fortasse plures, cum compendio *tñ*). Hinc intelligitur illa prior corruptela; haesit enim ex ultima litera verbi *est* et male intellecto *me:* cui, cum omnia uno tenore scripta in antiquissimo exemplari essent (ESTAMEILLA) alii superposuerunt lineolam *n*

L. 202. Hic Sulpicius, Vere Hercle, inquit, Antoni, ista commemoras. Nam ego nihil unquam vidi, quod tam e manibus elaberetur, quam mihi tum est elapsa illa causa. Cum enim, quem ad modum dixisti, tibi ego non iudicium, sed incendium tradidissem: quod tuum principium, dii immortales, fuit? qui timor? quae dubitatio? quanta haesitatio tractusque verborum? Ut illud initio, quod tibi unum ad ignoscendum homines dabant, tenuisti te pro homine pernecessario quaestore tuo dicere, quam tibi primum munisti ad te audiendum viam? 203. Ecce autem, cum te nihil aliud profecisse arbitrarer, nisi ut homines tibi civem improbum defendenti ignoscendum propter necessitudinem arbitrarentur, serpere occulte coepisti nihil dum aliis suspicantibus, me vero

significantem, alii ex TAM fecere *tum*. — *affectis*] *adfectis* Lg. 13. 65. 70. 73. — *accusatio*] *adcus.* Lg. 65. 67. 70. 73.

L. 202. *Hercle*] scripsi pro vulgato *hercule* secundum Lg. 3. 4. 13. 32. 36. 76 (is *inquit hercle)* Gu. 3. — *commemoras*] *conmemoras* Lg. 2. 13. 14, 32. — *unquam*] sic codd. Lg. omnes. — *est elapsa*] inv. Lg. 4. *collapsa* 81. 93. — *causa*] *ipsa* Gu. 3. — *immortales*] *inmort.* Lg. 24. 69. 81. Paulo ante *o dii* Gu. 3. sed *o d* in loco raso. — *quanta haesitatio*] non multum absum, quin haec delenda censeam, cum absint ab optimis Lg. 2. 4. 13. 32 add. ut 20. 36. Gu. 3. *extritatio* corr. *hextritatio* 20. Optime sic decurrit sententia: *quanta dubitatio tractusque verborum.* — *ut illud*] *ut tu illud* Gu. 3. Ald. Iunt. Crat. Steph. Lamb. Or. Henr. *ut tui illud* VSt. *ut tum illud* alter Steph. *ut tuo illud* Havn. 1. 2. *α. δ.* Lg. 17. 81. 84. Vict. *ut modo illud* Gu. 2. *ut illud* non codd. non nulli, ut ait Henr., sed tantum non omnes, edd. antiq. Man. et vulg. post Grut., idque secundum Lg. omnes praeter tres reduxi. — *quaestore tuo dicere*] *q. dicere tuo* Lg. 5. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 70. 73. 86. 93. Pro *dicere* in Gu. 3. est *dignoscere.* — *primum*] om. Lg. 23. — *munisti*] *munivisti* Lg. 3. *minuisti* 2 v. *invenisti* 6. 81.

203. *te*] om. Lg. 2. 4. 13. 14. 32 add. 36. — *arbitrarer*] *arbitrarere* Lg. 36. Paulo post pro *arbitrarentur* est *arbitrentur* in Lg 32. — *nihil dum*] *dum* om. Lg. praeter 6. 32. 81. 84. 86. 93.

iam pertimescente, ut illam non Norbani seditionem, sed populi Romani iracundiam neque eam iniustam, sed meritam ac debitam fuisse defenderes. Deinde qui locus a te praetermissus est in Caepionem? ut tu illa omnia odio invidia misericordia miscuisti? neque haec solum in defensione, sed etiam in Scauro ceterisque meis testibus, quorum testimonia non refellendo, sed ad eundem impetum populi confugiendo refutasti. 204. Quae cum abs te modo commemorarentur, equidem nulla praecepta desiderabam; ipsam tamen istam [demonstrationem defensionum tuarum abs te ipso commemoratam] doctrinam esse non mediocrem puto. Atqui, si ita placet, inquit Antonius, trademus etiam quae nos sequi in dicendo quaeque maxime spectare solemus. Docuit enim iam nos

nihil tum Vict. Gu. 2. — *illam*] eiecerunt Man. Lamb., et abest a Lg. 2. 4. 13. 14. 16. 32 add. 36. 70. 73. 86. Retineo tamen, cum quomodo excogitari potuerit, non satis perspiciatur. — *Norbani*] *orbam* Gu. 3. — *a te*] vulgatam *abs te* correxi ex Lg. praeter 81. 84. omnibus et Vict. — *illa omnia*] *omnia* om. Lg. 5. 14. 16. 21. 23. 24. 65. 67. 70. 73. 86. — *odio invidia*] inv. Gu. 3. — *testimonia*] *tu testim.* Lg. 81. 84. Ald. Iunt. Lamb.

204. *ipsam tamen istam*] *tamen* pro *enim* vulgato Lg. 2. 3. 6. 13. 32. 36. Gu. 3. *ipsam tamen illam* 4. v. explicationes. — *abs te ipso commemoratam*] haec verba otiosa et molesta eiecerunt Sch. et Muell., et absunt sane a pluribus libris, Pal. 1. 2. Pith. mbr. Memm. Z. Erl. Gu. 3., sed cum aliis pluribus. In Gu. 3. Lg. 2. 13. 32. certe desiderantur verba a *demonstrationem* usque ad *commemoratam*, his comprehensis, eaque omnia uncis inclusi. Vulgata scriptura propter *abs te ipso* nimis inepta est. — *atqui*] *atque* Lg. 15. 17. 20. 76. — *Antonius*] om. Lg. 2 add. 5 add. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 32 add. 35. 36. 65. 67. 70. 73. 76. 81. 93. Gu. 1. fortasse recte, v. explicationes ad I. 20, 89. In Gu. 2. omittuntur *inquit Antonius*. — *solemus*] *debemus* Lg. 20 corr. — *iam nos*] inv. Lg. 4. 81. 84. *nos longa iam* 5. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 86. 93. Vict. *iam longa nos* 76. — *ususque*] om. Gu. 3. — *ut*] *in* Gu. 3.

Ll. 205. *equidem*] *et quidem* Lg. 13. 32 corr. 36. Gu. 2.

longa vita ususque rerum maximarum, ut quibus rebus animi hominum moverentur teneremus.

LI. 205. Equidem primum considerare soleo postuletne causa. Nam neque parvis in rebus adhibendae sunt hae dicendi faces neque ita animatis hominibus, ut nihil ad eorum mentis oratione flectendas proficere possimus, ne aut irrisione aut odio digni putemur, si aut tragoedias agamus in nugis aut convellere adoriamur ea, quae non possint commoveri. 206. Nam quoniam haec fere maxime sunt in iudicum animis aut quicunque illi erunt, apud quos agemus, oratione molienda, amor odium iracundia invidia misericordia spes laetitia timor molestia: sentimus amorem conciliari, si id videare, quod sit utile ipsis, apud quos agas, defendere; aut si pro

et equidem 17. 20. 76 corr. — *postuletne causa*] *postulentne causae* Lg. 2. prius etiam 13. 32. 36. *causam* Gu. 3. Idem paulo post om. *nam*: — *oratione*] *ratione* Gu. 3. — *proficere*] *perficere* Lg. 4. — *possimus*] *possumus* Lg. 2 corr. 6. 69. *possemus* 13. 32. Gu. 3. — *irrisione*] *inris.* Lg. 32. 65. 70. 73. — *putemur*] *putaremur* Lg. 5. 15. 24. 70. 86. — *convellere*] *cum vellere* Gu. 3. — *possint*] *possunt* Lg. 3. 4 6. 14. 20. 21. 24. 32. 70. non deterius.

206. *nam quoniam*] Madvigi suspicionem *iam* corrigentis paulo minus considerate probavit Henrichsen. V. explicationes. — *apud*] *aput* Lg. 24. — *si id iure videare — defendere*] haec loci scriptura multum discrepantis restituendi ratio maxime videtur probabilis. Pro *iure* est *velle* in Havn. A. VSt. Lg. 3. 15. 24. 32. 86. Gu. 2. Deinde *videare* pro *videamur* habent Havn. 1. pr. m. Lg., si recte enotavi, 17. 81. 93. et edd. ab Aldo ad Gruterum, et restituerunt utrumque Or. Henr. *Iure,* quod clare legitur in Lg. 6. 36. et *in re,* quod non potest alio revocari, in 2 corr. ut vulg. 4. 5. 13. 14. 16. 20. 21. 23. 65. 67. 69. 70. 73. 81. Gu. 3. ex scripto per compendium *videare (vre)* nata sunt. Sed *videamus* 6. 36. Vict. Z. β. γ. ε. *videmur* 15. 24 corr. ut 14. 86. Reliqui Lagomarsiniani XXV VSt. Havn. 1. a corr. 2. Gu. 1. δ. *videamur,* quod revocare tamen, quod sequitur *agas,* non licebat. *defendere* eiiciendum videtur Bakio, et scribendum *aut si.* Hanc

bonis viris aut certe pro iis, qui illis boni atque utiles sint, laborare. Namque haec res amorem magis conciliat, illa virtutis defensio caritatem; plusque proficit, si proponitur spes utilitatis futurae, quam praeteriti beneficii commemoratio. 207. Enitendum est, ut ostendas in ea re, quam defendas, aut dignitatem inesse aut utilitatem; eumque, cui concilies hunc amorem, significes nihil ad utilitatem suam retulisse ac nihil omnino fecisse causa sua. Invidetur enim commodis hominum ipsorum, studiis autem eorum ceteris commodandi favetur. 208. Videndumque hoc loco est ne, quos ob bene facta diligi volemus, eorum laudem atque gloriam, cui maxime invideri solet, nimis efferre videamur. Atque eisdem his ex locis et in alios odium struere discemus et a nobis ac nostris

correctionem (vulg. *si aut)* sequor, ne sequentia priorum partitionem continere videantur, quod alienum a sententia. — *pro iis*] *pro his* Lg. 13. 15. 24. 36. 65. 67. 69. 73. 76. 81. 84. 86. Vict. Gu. 1. 2. *illis* Lg. 14. — *namque*] *nam* Lg. 4. 6. 16. 65. 70. 73. Gu. 3. — *virtutis*] *veritatis* p. var. adscr. in Lg. 17. *institutis* 2. 13. 32 corr. 36. Gu. 3., qui etiam *defensi.* — *proponitur*] *ponetur* Gu. 3. — *commemoratio*] *recordatio* Lg. 76.

207. *est*] *enim* add. Vict. — *inesse*] *esse* Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. Gu. 3. quod probandum videretur, nisi *in* facillime excidere potuisset propter *m* praecedentis vocabuli finitionem. — *amorem*] *maiorem* corr. u. t. Gu. 3. — *retulisse*] *rettulisse* Lg. 84. ita corr. 23. — *invidetur enim*] *enim* om. Lg. 6. — *commodis*] *communis* Lg. 6. — *eorum*] om. Lg. 4. 73. 76. *ipsorum* 32 corr. 36. 69. 93. — *ceteris*] *certe* Lg. 2. 4. 13. 23. 36. Gu. 3. Vict. om. 15. *in ceteris* 17. — *commodandi*] *moderanti* Gu. 3. *moderantius* Lg. 2. 13. 36. *moderatis* Vict. Gu. 2. *commendandis* Lg. 21 corr. ut 23. *commendandi* 23 corr. Gu. 1. *commodanti* 93.

208. *videndum*] *audendum* Gu. 3. — *bene facta*] divisim libri etsi minima auctoritate, Lg. 84. 86 corr. *beneficia* 4. — *eisdem*] scripsi ex Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. 84. Vict. Gu. 3. *isdem* 5. 15. 17. 65. 86. *hisdem* alii VII et Gu. 1. — *his*] *is* Lg. 2. 32. *iis* 6. 20. 67. *ipsis* 23. *ex his* Gu. 1. — *in alios*

demovere; eademque haec genera tractanda sunt in iracundia vel excitanda vel sedanda. Nam si, quod ipsis, qui audiunt, perniciosum aut inutile sit, id factum augeas, odium creatur; sin, quod aut in bonos viros aut in eos, in quos minime quisque debuerit, aut in rem publicam: tum excitatur, si non tam acerbum odium, tamen aut invidiae aut odii non dissimilis offensio. Item timor incutitur aut ex ipsorum periculis aut ex communibus. Interior est ille proprius; sed hic quoque communis ad eandem similitudinem est perducendus.

LII. 209. Par atque una ratio est spei, laetitiae, molestiae. Sed haud sciam an acerrimus longe sit omnium motus invidiae nec minus virium opus sit in ea comprimenda quam in excitanda. Invident autem homines

odium] sic inverti secundum Lg. 2. 3. 4. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 36. 65. 70. 73. 86. Vict. *in alio od.* 32 corr. ut 3. *statuere* (p. *struere)* Gu. 3. Lg. 2. 4. 13. 36. — *ac nostris*] *et n.* Lg. 73. *ac a nostris* Lg. plerique, nec tamen 2. 13. 32. 35. 36. 65. 70. 76. 81. 84. 93. itaque 32 a sec. m. — *demovere*] male *dimovere* Lg. 3. 6. 14. 20. 21. 23. 35. 69. 84. 93. ita corr. 32. 81. v. ad II. 19, 80. *removere* Lg. 4. — *eademque*] *eadem* Vict. — *tractanda sunt*] inv. Gu. 3. — *si quod*] *si quid* Lg. 4. — *augeas*] *audias* Lg. 81. *auges* Gu. 1. — *in quos*] *in* om. Lg. omnes, Gu. 1. 2. 3. et fortasse alii plures; sequi non ausim. — *minime quisque*] hoc positu optime Lg. omnes praeter 4. 15. 35. 36.; Gu. 1. 2. 3. et sic postulat lex soni, qui est in *minime*. Hoc om. Lg. 4. — *rem publicam*] *re publica* Lg. 2. 3. 4. 32. *rei publicae* Lamb., qui et ante *bonis viris iis*. — *tamen aut*] *tum aut* Lg. 2. 6. 65. *attamen* Lamb. — *invidiae*] *invidia* Muell. Or. Henr. ex Gu. 1. 2. Havn. 1. 2., cuius rei causam non video. *iracundia* coni. Schuetz. — *incutitur*] *incitatur* Gu. 3. — *perducendus*] *producenda ratio* Lg. 2.

LII. 209. *est spei*] om. Gu. 1. — *haud sciam*] *haud scio* Lg. 4. *scientia* 13., ex *sciā*, quod *scĩa* = *scientia* significare putarunt; illud est in 32 corr. — *acerrimus longe*] inv. Lg. 3. *longe* om. 20. 67. *non longe* Gu. 3. — *comprimenda*] *conpr.* Lg. 32. — *in excitanda*] *in* om. Lg. praeter 2. 3. 4. 13. 32. 36.

maxime paribus aut inferioribus, cum se relictos sentiunt, illos autem dolent evolasse; sed etiam superioribus invidetur saepe vehementer et eo magis, si intolerantius se iactant et aequabilitatem communis iuris praestantia dignitatis aut fortunae suae transeunt. Quae si inflammanda sunt, maxime dicendum est non esse virtute parta; deinde etiam vitiis atque peccatis; tum, si erunt, honestiora atque graviora, tamen non esse tanti ulla merita, quanta insolentia hominis quantumque fastidium. 210. Ad sedandum autem, magno illa labore magnis periculis esse parta nec ad suum commodum, sed ad

84., nec male. — *cum se relictos — superioribus*] haec om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. Gu. 3. *etiam* ante *superioribus* om. 23. — *iactant*] *iactent* Lg. 3. 5. 6. 14. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 70. 73. 86. ita corr. 15. — *aequabilitatem communis iuris*] *aequabilitatem* Lg. 20. 21. 23. 70. 76. 93. *communis* om. Lg. plerique, nec tamen 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. 84.; porro om. Havn. 1. 2. Harl. 2. *α. β. δ.* edd. antiq. Lamb. Ern. Sch. Muell. — *quae si*] om. Lg. 20. — *dicendum est*] om. Lg. 20. — *parta*] *parata* Lg. omnes boni praeter 36., et Gu. 3. — *non esse tanti ulla*] ita Havn. 1. 2. Oxx. omnes Gu. 1. 2. 3. Lg. omnes praeter 4. edd. ab antiquissimis inde. *tanta* Lg. 4. Norf. Steph. Lamb. Pearc. Ern. *illa* (p. *ulla)* Lg. 6. ita corr. 23 et 24.

210. *ad sedandum*] om. Lg. 2. 3. 4. 5. 6. 13. 16. 21. 32. 36. 65. 70. 73. Vict. Gu. 3., etsi is etiam *magna illa* om. Pro illis *sin at (= autem) restinguenda* 14. 23. *sin autem extinguenda* 15. 86. *sin exting.* 24.; quae probabiles coniecturae sunt ad explendam lacunam. — *si quam*] omisi *seseque* cum Bakio, quod non habet quo referatur. Lg. 2. 4. 13. 32 corr. Gu. 3. *que suam* habent pro *seseque si quam.* Illud abesse dicitur a cod. Voss. Ceterum *aut* ex *autem* relictum est in Gu. 2. Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. — *tamen etsi*] restituimus, modo ὑφ' ἓν scribentes, quod in plurimis et optimis libris est, Havn. 1. 2. Pall. plures, Pith. mbr. Memm. Oxx. Erl. Gu. 1. 3. (in Gu. 2. est *tamen si)* Lg. omnibus praeter VIII., quos statim dicemus, Vict. edd. Med. 1. Ven. Lamb. Gron. Hoc propter viciniam sequentis *tamen* non magis placebat Ernesto, quam *tametsi*, quod est in Lg. 15. 16. 20. 70. 73. 84. 86. 93. Med. 2. Lott. et vulgo post Ald.; itaque var. 32. Quare

aliorum esse collata; si quam gloriam peperisse videatur, tamen etsi ea non sit iniqua merces periculi, tamen ea non delectari totamque abicere atque deponere; omninoque perficiendum est, quoniam plerique sunt invidi maximeque hoc est commune vitium et perpetuum, invidetur autem praestanti florentique fortunae, ut haec opinio minuatur et illa excellens opinione fortuna cum laboribus et miseriis permixta videatur. 211. Iam misericordia movetur, si is, qui audit, adduci potest, ut illa, quae de altero deplorentur, ad suas res revocet, quas aut tulerit acerbas aut timeat, ut intuens alium crebro ad se ipsum re-

correxit *etsi;* v. explicatt. — *iniqua*] *aequa* Lg. 4. 15. 16. 17. 73. 84. 86. Gu. 2. *in qua* 5 corr. ut 4. 13. 14. 23 corr. ut 4. 65. 67. 70 corr. ut 4. 76. — *ea*] *in ea* Lg. 3. 4. 6. ita corr. 32. *eam* 67. Gu. 3. — *abicere*] scripsi ex Lg. 2. 13. 14. 16. 20. 24. 36. 65. 67. 70. 73. 81. Vict. Gu. 3. — *maximeque*] *maxime* Lg. 2. *maxime quia* 81 corr. — *hoc est*] sic inverti secundum Lg. 3. 4. 6. 13. 32. 36. *hic est* 69. *est* om. 24. post *commune* ponunt 2. Gu. 3. ita corr. 24. — *perpetuum*] restitui optimorum librorum Lg. 2. 4. 13. 32. 36. Gu. 3. scripturam, quam primus Ernestus videtur mutasse *pervagatum* scribendo, quod sane Lg. plurimos testes habet, sed alteri longe cedit elegantia. — *cum laboribus*] *in lab.* Lg. 70 corr. — *permixta*] sic Lg. praeter 3. 4. 5. 6. 21., item Vict. Gu. 1. 2. 3. Illi cum Lamb. Grut. Gron. *permista.* — *videatur*] vulgatum *esse videatur* secundum Lg. 2. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. correxi.

211. *iam*] *a* Lg. 2. 5. 13. 17 v. u. t. 21. 32 corr. ut 6. 36. 65. 76 corr. ut 14. 81 corr. Gu. 3. *ad* 6. *at* 14. 15. 16. 20. 23. 24. 67. 70. 73. 86. Lamb. al. Rectius tamen videtur *a* ex *iam* cum sequentibus uno tenore scripto corruptum putare, quam ex *at* decurtatum. — *revocet*] *advocet* Lg. 4. *vocet* 81. — *tulerit*] *tulit* Lg. 4. — *ut intuens*] cum Henr. secutus Madvigii suspicionem ita scripsi pro vulgato *aut,* cum haec sententia nihil a priore diversum, sed quid inde sequatur et efficiatur contineat. Et legitur ita in Lg. 13. 14. 23. 24 corr. 67. Gu. 3 corr. *et* Bakius coniicit, non consequens ex prioribus, sed plane item aliis verbis significari affirmans. Quod verum esset, nisi *intuens alium* adderetur. Ceterum *metuens* Lg. 4. — *ita cum*] *et cum* Gu. 3. idem om.

vertatur. Ita cum singuli casus humanarum miseriarum graviter accipiuntur, si dicuntur dolenter, tum afflicta et prostrata virtus maxime luctuosa est; et ut illa altera pars orationis, quae probitatis commendatione boni viri debet speciem tueri, lenis, ut saepe iam dixi, atque summissa, sic haec, quae suscipitur ab oratore ad commutandos animos atque omni ratione flectendos, intenta ac vehemens esse debet.

LIII. 212. Sed est quaedam in his duobus generibus, quorum alterum lene, alterum vehemens esse volumus, difficilis ad distinguendum similitudo. Nam et ex illa

miseriarum. — *accipiuntur*] *accipiantur* Lg. 4. *adcipiuntur* 65. 67. 70. 73. — *dicuntur*] *ducuntur* Gu. 3. — *afflicta*] *adflicta* Lg. 5. 65. 70. 73. — *probitatis commendatione*] *probabitis commendationem* Gu. 1. *probit. commendationisque* Lg. 2. *pr. commendationis* 4. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. v. ad II. 27, 114. *conmendatione* Lg. 73. 81. — *viri*] om. Vict. — *summissa*] *submissa* Lg. 2. 4. 5. 6. 14. 15. 16. 20. 24. 65. 69. 70. 73. 76. 81. 84. Vict. — *sic*] *si* Gu. 3. — *commutandos*] *conmut.* Lg. 14. 32. *commovendos* 81. *commodantos* 84. *accommod.* 16. Post *animos* add. *hominum* Lg. 35. 69. 93. — *omni*] om. Vict. *ratione — ac* om. haec Lg. 6.

LIII. 212. *sed est*] *sedes* Lg. 2. 4. 6. 32 v. u. t. — *alterum lene*] haec om. Lg. 2. 3. 4. 5. 6. 13. 16. 20. 21. 32 v. u. t. 35 add. 36. 65. 70. 73. 76. *leve* 81 corr. Gu. 2. Deinde *lene* et *vehemens* contraria loca tenent in 14. 15. 23. 24. 67. 86. — *nam*] *iam* Lg. 81 corr. — *et ex illa*] sic Gu. 2. 3. Lg. 3. 4. 6. 13. 36. Lamb. Henr. Ceteri om. *et.* — *iis, qui aud.*] *his q. a.* Lg. 2. 23. 24. 36. 65. 67. 70. 73. 81. 84. 86. Vict. Gu. 2. *is* 32 corr. ut 2. — *acerrimam, qua*] *acerrimamque* Lg. 4. 13. 32 corr. 36. — *excitamus*] *incitamus* Lg. 6. 15. *concitamus* 65. — *non nunquam*] sic divisim Lg. XII. — *inflammandum*] haec est scriptura inde a Grut. inde propagata, quae exstat in Pal. 1. 2. 8. 9. duobus St. Z. Erl. Gu. 3. Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. Sed *influendum* Havn. 1. 2. α. β. γ. δ. ε. mg. Z. Gu. 1. 2. Vict. Lg. ceteri XX. et edd. antiq. usque ad Grut., non minus soloece, quam altera scriptura, nisi cum Orellio abiicias verba *illi lenitati.* Quo facto rursus neque sententia constat neque concinnitas oppositionis

lenitate, qua conciliamur iis, qui audiunt, ad hanc vim acerrimam, qua eosdem excitamus, influat oportet aliquid et ex hac vi non nunquam animi aliquid † inflammandum est illi lenitati; neque est ulla temperatior oratio quam illa, in qua asperitas contentionis oratoris ipsius humanitate cenditur, remissio autem lenitatis quadam gravitate et contentione firmatur. 213. In utroque autem genere dicendi, et illo, in quo vis atque contentio quaeritur, et hoc, quod ad vitam et mores accommodatur, et principia tarda [sunt] et exitus tamen spissi et producti esse debent. Nam neque assiliendum statim est ad ge-

servatur. Qua re bene sane coniecit *infundendum* Lambinus, quod p. var. ascriptum in Lg. 4. In mg. ed. Melanchthonis et Cratandri scriptum et a Gulielmio coniectura repertum est *inflandum*, quod receperunt Ern. Sch. Muell., improbat Henr. iure dicens aliam plane vim esse *inflandi*, quae ex locutionibus tibiam utrem animos inflare perspiciatur. Mihi scribendum videtur *instillandum*, quod certe ab *inflammandum* literarum ductibus proxime abest et sensu aptissimum est. — *temperatior*] *temperantior* Lg. 2. 13. Ili et 4. 32 add. 36. Gu. 3. statim omittunt *oratio*. — *oratoris*] *orationis* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. id a correctore exstat in Lg. 15. — *remissio lenitatis*] *remissionis lenitas* Lamb. *gravitatis* (p. *len.*) Lg. 65. — *et contentione*] *et* om. Gu. 3.

213. *in utroque*] *in* om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. Gu. 3. — *et illo*] *et in illo* Lg. 6. 70. *et ille* 13. 32 corr. 36. — *contentio*] *dicendi* additur in Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 69. 76. 86. 93. Vict. ita corr. 32. — *mores*] *morem* Lg. 4. 36. *mortem* 2. 13. 32. Gu. 3. — *tarda sunt et exitus tamen*] sic codd. omnes, nisi quod *sint* Lg. 6. 16. 70. 73. et Harl. 1. om. *tamen*. *sunt* maxime incommodum ad sententiam, quod etsi natura tarda principia sunt, tamen sequentia ostendunt, Antonium non de hac re, sed de praecepto dando cogitare. Delerunt de Pearcii sententia Sch. in ed. mai. et Muell.; uncis inclusit Henr., quem sequor. Ne *tamen* quidem omnibus placuit; qua de re Lamb. coniecit *item*, Madvigius *etiam*, quod post *esse* legitur in Lg. 70. V. explicatt. — *assiliendum*] *adsiliendum* Lg. 2 corr. 17. 36. 67. 73. 86. *adsilendum* 4 corr. ut 2. 13. 21. 76. Vict.

nus illud orationis; abest enim totum a causa et homines prius illud ipsum, quod proprium sui iudicii est, audire desiderant; — nec, cum in eam rationem ingressus sis, celeriter discedendum est. 214. Non enim, sicut argumentum, simul atque positum est, arripitur alterumque et tertium poscitur, ita misericordiam aut invidiam aut iracundiam, simul atque intuleris, possis commovere. Argumentum ratio ipsa confirmat, quae, simul atque emissum est, adhaerescit; illud autem genus orationis non cognitionem iudicis, sed magis perturbationem requirit, quam consequi nisi multa et varia et copiosa oratione et

ad siliendum 16. 17. 23. 65. 69. 84. Non sequor, etsi optimi plerique hic praepositionem non affectam servant; sed id rarum est. *saliendum* Lg. 6. Sqq. usque ad *homines* om. Lg. 24. — *est*] *esse* Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 21. 23. 65. 67. 73. 86. ita corr. et exp. 32. *etiam* 16. — *genus illud*] sic posuimus secundum Lg. 2. 4. 6. 13. 36. Gu. 3. Lamb. *g. or. illud* 32. *aliud* 69. Rell. *illud genus.* — *illud ipsum*] sic invertimus secundum Lg. omnes praeter 36. 84. 86., item Gu. 3., qui deinde *quod* om., et Lamb. — *nec*] *nam* Lg. 2. 4. 13. 36. Gu. 3., qui et paulo ante *audiri.* — *rationem*] *orationem* Lg. 3. Gu. 3. ita corr. 32., quod hic ineptum non est, ut solet alias. — *discedendum*] *dicendum* Lg. 2. 13. 32. Gu. 3. ex male intellecto compendio. *dd*, 4. *addicendum* 6 corr. *discendum* 24 corr. 36 corr. ut 2. 69. 93 corr. ut 2.

214. *simul atque*] sic divisim Lg. omnes pr. 81., in quo *similiatque,* et 70., qui om. Dein quatuor vss. a *positum* usque ad *emissum* (s. *emissa)* om. Lg. 6. — *arripitur*] *adripitur* Lg. 20. 65. 70. 73. — *alterumque*] *alterum* Vict. — *aut iracundia*] om. Lg. 2. 13. 32 add. 36. — *simul atque*] hic divisim Lg. 2. 65. 69. 70. 73. 76. 81 corr. 86. 93. Gu. 1. Lamb. eidemque paulo post. — *argumentum*] vulgo additum *enim* sustuli secundum Gu. 3. Lg. praeter 6. 21. 69. 81. 84. 93. omnes. Nervosior sic argumentatio fit. — *emissum est*] cum Sch. Muell. Henr. recepi Wyttenbachii coniecturam (Bibl. Cr. I. p. 1. p. 21.), cum in libris legatur *emissa;* nec tamen cum eodem *cui* correximus pro *quae.* Idem placuit Orellio; Bakio *quod.* — *cognitionem*] *cognitum* Lg. 4. — *requirit*] *inquirit* Lg. 21. — *quam consequi*] *quam* om. 2. 13. 32 add. et var. ut 3, 36. Gu. 3. *quae*

simili contentione actionis nemo potest. 215. Quare qui aut breviter aut summisse dicunt docere iudicem possunt, commovere non possunt, in quo sunt omnia. Iam illud perspicuum est omnium rerum in contrarias partis facultatem ex isdem suppeditari locis. Sed argumento resistendum est aut iis, quae comprobandi eius causa sumuntur, reprehendendis aut demonstrando id, quod concludere illi velint, non effici ex propositis nec esse consequens; aut, si ita non refellas, afferendum est in contrariam partem quod sit aut gravius aut aeque grave. 216. Illa autem, quae aut conciliationis causa leniter aut permotionis vehe-

s. *que* Gu. 2. Lg. 3. 5. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. 93. — *oratione*] om. Lg. 2. 4. 32. — *contentione actionis*] *orationis contentione* Lg. 23. 36. *oratione* 2. 4. Gu. 3. *orationis contentione* corr. *et cont.* 32. *cont. orationis* 65.

215. *aut breviter*] *aut* om. Lg. 76. — *summisse*] *submisse* Lg. 4. 14. 15. 16. 20. 24. 65. 69. 70. 73. 76. 86. — *docere*] *dicere* Gu. 3. — *commovere*] *conmonere* Lg. 69. *movere* 81. Gu. 2. — *partis*] scripsi quamvis uno Gu. 3. suppeditante, quia solet in hac forma alias plurimorum esse consensio. — *ex isdem*] scripsi ex Lg. 2. 32 corr. *hisdem* 20. 67. 84. Gu. 1. 2. *existere* Gu. 3. — *suppeditari*] *suppeditare* Gu. 1. 2. Lg. 81 corr., haud male, si quidem id verbum etiam intransitive dicitur. — *argumento*] *argumentis* Lg. 3. Vict. ita var. 32. — *aut iis*] *aut his* Lg. 2. 24. 65. 67. 70. 73. 81. 84. 86. Vict. Gu. 1. 2. *is* 32 corr. ut 2. — *comprobandi*] *probandi* Lg. 35 corr. *conpr.* 67. *comparandi* 84. — *sumuntur*] *sumentur* Lg. 13. 36., quod probari in re sententia generatim dicta, non ad certas causas accommodata non potest. *sumitur* Gu. 3. — *afferendum*] *adferendum* Lg. 13. 32 corr. 65. 70. 73. *est* om. 81. — *contrariam partem*] *contraria parte* Lg. 2. 13. 36. *contrarias partes* 15 corr. — *aut gravius*] *aut* om. Lg. 5. 35. 69. 76. 81. — *aeque*] *neque* Gu. 1.

216. *quae aut*] *quae et* Lg. 24 corr. — *leniter*] *leviter* Lg. 69. 81. 93. Ald. Iunt. Crat. Man. — *aut permotionis*] *ac perm.* Lg. 21. *commotionis* 65. *promotionis* 81 corr. — *commotionibus*] *motibus* Lg. 15. 16. 20. 70. 73. 86. *commotibus*

menter aguntur, contrariis commotionibus † inferenda sunt, ut odio benevolentia, ut misericordia invidia tollatur.

LIV. Suavis autem est et vehementer saepe utilis iocus et facetiae, quae, etiam si alia omnia tradi arte possunt, naturae sunt propria certe neque ullam artem desiderant. In quibus tu longe aliis mea sententia, Caesar, excellis; quo magis mihi etiam testis esse potes aut nullam esse artem salis aut, si qua est, eam nos tu potissimum docebis. 217. Ego vero, inquit, omni de re facilius puto esse ab homine non inurbano quam de ipsis facetiis disputari. Itaque cum quosdam Graecos inscriptos libros esse vidissem de ridiculis, non nullam in spem veneram posse me ex his aliquid discere. In-

65. 76. *conmotionibus* 69. 81. — *inferenda sunt*] sic libri multi et vulg. edd.; *efferenda* VSt. Mead. Harl. 1. 2. Z. *β. δ.* mg. Erl (in textu haec et priora a vbb. *in contrariam* omissa sunt), Gu. 3. Lg. omnes praeter 20. 35. 36. 69. 76. 81. 84. *ex ferenda* 36. *afferenda* 76. *auferenda* 20. V. explicationes. Bakius coniicit *inferendis fiunt.* — *ut misericordia*] *ut* cum figura anaphorae inseruimus ex Lg. praeter 6. 24. 69. 81. 93 omnibus, Gu. 2. 3. *aut mis.* 24. *invidia* om. 20.

LIV. *et vehementer*] *ut vehem.* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. *vehemens* Lg. 2. 4. — *etiam si*] divisim Lg. omnes praeter 13. 36., in quibus est *et*, et 17., in quo om. *etiam;* item Gu. 3. Vict. — *ullam*] *nullam* Lg. 4. — *tu*] om. Lg. 4. — *etiam testis*] *etiam aut testis* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. — *artem salis*] *artem satis* Lg. 2 v. u. t. 13. 32 corr. *satis arte* 4. *arte* etiam Gu. 3. Lg. 32. *artis* 65. — *eam nos*] *nos* ponunt post *docebis*, quod *docere* scriptum exhibent, Gu. 3. Lg. omnes praeter 35. 69. 81. 86. 93. *tu nobis pot.* Gu. 1. (om. *eam)* Lg. 35. 69. 81 (is *potissime)* 93. *potissime* etiam 4. 15. 86. Pro *tu* Lg. 4. *tua*, 24. 70. 86. *tum*, primus corr. *nobis docebis* 6. Suspiceris *docere poteris.*

217. *inquit Caesar*] *Caesar* om. Lg. omnes praeter 6., item Gu. 1. 2. 3. v. explicationes ad I. 20, 89. — *omni de re*] *de omni re* Lg. 81.[1] *de* om. 6. — *facilius puto esse*] vulgatur *facetius puto posse.* Sed *facetius* mihi ineptum et frigidum

veni autem ridicula et salsa multa Graecorum; nam et Siculi in eo genere et Rhodii et Byzantii et praeter ceteros Attici excellunt; sed qui eius rei rationem quandam conati sunt artemque tradere sic insulsi exstiterunt, ut nihil aliud eorum nisi ipsa insulsitas rideatur. 218. Qua re mihi quidem nullo modo videtur doctrina ista res posse tradi. Et enim cum duo genera sint facetiarum, alterum aequabiliter in omni sermone fusum, alterum peracutum et breve: illa a veteribus superior *cavillatio*, haec altera *dicacitas* nominata est. Leve nomen habet utraque res! quippe; leve enim est totum hoc risum movere. 219. Verumtamen, ut dicis, Antoni, multum in causis persaepe lepore et facetiis profici vidi.

acumen redolere videtur; et *facilius* habent Pal. 1. 2. 5. 7. duo Gall. (duo St. tres Lamb.) Harl. 1. Z. *α. γ.* Gu. 1. 3. Vict. Erl. Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36.; *esse* Lg. omnes Vict. Gu. 3. *disputare* Lg. 14. 21. 23. 24. Gu. 3. — *posse me — ex his*] *posse ex iis me* Lg. 6. *me* om. Lg. 14. 23. 67. Ut dedimus, Gu. 3. Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36. 84. Vulgo et in plerisque codd. *posse me aliquid ex istis.* — *Siculorum Rhodiorum* et *Byzantiorum* nomina in plurimis libris varie deformantur. — *tradere — ut*] haec om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. media illa *sic insulsi exstiterunt* om. Gu. 3. *exstiterunt* cum *s* codd. XXVI.

218. *mihi quidem*] *quidem* om. Lg. plerique (praeter 2. 3. 4. 6. 13. 36. 81. 84) et alii fortasse codd.; itaque edd. plures. — *nullo modo videtur*] sic posui pro vulgato *nullo videtur modo*, secutus Lg. 2. 3. 4. 6. 17. 32. 36. 76. 81. *modo nullo* 13. — *et enim*] sic divisim Lg. 2. 67. 70. 84. 86. — *aequabiliter*] *aequaliter* Vict. — *quippe; leve enim est*] haec distinctio ab Aldo Iunta Manutio Lambino et recentiorum plerisque delecta, quam sententiae natura suadet (*quippe* enim significat εἰκότως), iam exstat in codd. Gu. 3. Lg. 15. 23. 32. 69. 93. *leve enim quippe est* Lg. 20. *quippe enim l. e.* 84. *enim* om. Vict. *leve enim est* om. Gu. 1. Vulgo non distinguitur post *quippe*. — *totum*] om. Lg. 4. 13. 32 add. 36. — *risum*] *rei* Lg. 2. 13. 36. Gu. 3., sed eidem deinde *summovere*.

219. *verumtamen*] divisim Lg. 2. 67. Man. *veruntamen*

Sed cum illo in genere perpetuae festivitatis ars non desideretur, — natura enim fingit homines et creat imitatores et narratores facetos adiuvante et vultu et voce et ipso genere sermonis, — tum vero in hoc altero dicacitatis, quid habet ars loci, quom ante illud facetum dictum emissum haerere debeat, quam cogitari potuisse videatur? 220. Quid enim hic meus frater ab arte adiuvare potuit, cum a Philippo interrogatus, quid latraret, *Furem se videre* respondit? Quid in omni oratione Crassus vel apud centumviros contra Scaevolam vel contra accusatorem Brutum, cum pro Cn. Plancio diceret? Nam id,

X Lg. quorum 69. 70. 76. sunt. — *illo in*] sic inverti secundum Lg. 2. 3. 6. 13. 36. *in* om. Gu. 3. — *desideretur*] *desideratur* Lg. 3. 6. 14. 67. 76 corr. ita corr. 32. — *adiuvante et vultu*] sic posui secundum Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36. In 4. non legitur *et voce*. Ad illam scripturam ducunt et 14. 17. 20. 21. 23. 65. 67. 70. 73. 76., in quibus scriptum *adiuvante vultu*. Paulo ante om. *narratores* Gu. 3. Lg. 13. 14. 32 add. 36. — *quom*] scripsi pro *cum* ex Lg. 4. eodemque pertinet *quoniam* in 2. 13. 36. — *facete dictum*] *facetum d.* edd. antiq. Man. Gr. et recentt. post Ern., sed pauci codd. Certe *facete* est in Lg. praeter 4. 35. omnibus, Havn. 1. 2. Norf. Mead. Harl. 1. 2. Z. *α. β. γ. δ.* Gu. 1. (om. *dictum*). 3. Erl. Ald. Iunt. Crat. Lamb.; restituit Henr. Pro *facete* Lg. 4. *β. facere*. — *potuisse*] *posse* Lg. 69.

220. *Philippo*] *philosopho, phylos., phò, phỳo* (quae sunt illorum compendia) Lg. 2. 4. 13. 36. Gu. 3. — *interrogatus*] *interrogaretur* Lg. 15. — *quid*] *quid egit* Lg. 15. 24. 86. — *apud centumviros*] *ad centumv.* Lg. 21. — *accusatorem*] *adcus.* Lg. 65. 73. Dein verba a *cum* usque ad *quam id* (his comprehensis) om. Lg. 4.; a *Cn. Plancio* ad *nam id* om. Gu. 3. Lg. 2. 13. 32 add. *quid* (p. *quod*) Gu. 3. *Cn. Plancium* pro *Planco* scripsi ex paucis codd. et edd. propter Cluentianae auctoritatem 51, 140., cum qua non pugnat Quintil. VI. 3, 44., sed *L.* cognomen ex eadem oratione non ascivi. — *nam*] *quapropter* Lg. 4. — *reperietur*] additur *homo* in Lg. 2. 4. 36. Gu. 3. *reperiatur* 4. *repperietur* 84. — *praeter hunc*] om. 2. 4. 36. Gu. 3. *praeter* om. etiam 13. 32 add. Pro *hunc* in 32

quod tu mihi tribuis, Antoni, Crasso est omnium sententia concedendum. Non enim fere quisquam reperietur praeter hunc in utroque genere leporis excellens, et illo, quod in perpetuitate sermonis, et hoc, quod in celeritate atque dicto est. 221. Nam haec perpetua contra Scaevolam Curiana defensio tota redundavit hilaritate quadam et ioco; dicta illa brevia non habuit. Parcebat enim adversarii dignitati, in quo ipse servabat suam; quod est hominibus facetis et dicacibus difficillimum, habere hominum rationem et temporum et ea, quae occurrunt, cum salsissime dici possunt, tenere. Itaque non nulli

est *h*... corr. *hō* et exp. — *leporis*] *sermonis* Lg. 70. — *quod*] hic meorum soli 84. 93; primus ita dedisse videtur Steph., dein Ald. Man. Lamb. Grut. et sic vulgo. Codd. mei ceteri *qui;* etiam Gu. 3. (in Gu. 2. pro *quod in* est *quodă* = *quodam).* Altero autem loco *quod* exstat in Gu. 3. Lg. 2. 13. 20. 32 corr. 35. 36. 69. 84. 93. om. 24 add. — *atque*] *ac* Lg. 81.

221. *contra*] *in* Lg. 2. 13. 36. om. 32 add. ut 2. et var. u. t. om. Gu. 3. Id cum latinitatis lege conciliari posse non videtur. — *tota*] *quae tota* Lg. 14. 21. 23. 67. Haec sententia ita contrahitur in 13. 15: *quae tota hilaritatem non habuit,* et in 36: *quae tota claritatem non habuit.* — *in quo ipse*] ad sententiam non minus bonum quamvis aliud significans est *ipso*, ut scriptum in Havn. 1. Gu. 1. 2. Vict. *α*. Lg. plerisque, quod receperunt Pearc. Ern. Henr. Praetuli tamen non pauciorum et meliorum scripturam, Havn. 2. duobus St. Mead. Harl. 1. 2. Cant. Z. *β. γ. δ. ε.* Erl. Lg. 2. 13. 17. 20. 24. 32. 36. 69. 76 81. In Gu. 3. et *tpr*, vitio ex compendio orto *ipe* s. *ipo*. *ipse* corr. *ipsi* 93. — *servabat*] *conservat* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. — *habere*] om. Lg. 4. — *occurrunt*] sic pro vulgato *occurrant* dedi ex Lg. 4. 6. 13. 14. 23. 32. 70. — *possunt*] scripsi ex Lg. 2. 4. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 32. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 86. 93. est id ὅταν τι δύνηται λέγεσθαι. Ne si quidem, ut proximum *occurrant* retineatur, coniunctivo opus est. Fallitur enim, si quis hunc ipsum orationis obliquae esse et ab infinitivo pendere existimat; potentialem modum esse et significare rem fortuitam oportet, ἅττα ἄν τύχοι. — *non nulli*] sic divisim Lg. 2. 67. 70. 84.

ridiculi homines hoc ipsum non insulse interpretantur. 222. Dicere enim aiunt Ennium *flammam a sapiente facilius ore in ardente opprimi, quam bona dicta teneat;* haec scilicet bona, quae salsa sint. Nam ea *dicta* appellantur proprio iam nomine.

LV. Sed ut in Scaevola continuit ea Crassus atque in illo altero genere, in quo nulli aculei contumeliarum inerant, causam illam disputationemque lusit: sic in Bruto, quem oderat et quem dignum contumelia iudicabat, utroque genere pugnavit. 223. Quam multa de balneis, quas nuper ille vendiderat, quam multa de amisso patrimonio dixit? Atque illa brevia: cum ille diceret se sine causa sudare, *Minime mirum,* inquit, *modo enim existi de balneis.* Innumerabilia huiusce modi fuerunt, sed non minus iucunda illa perpetua. Cum enim Brutus duos

222. *dicere enim aiunt Ennium flammam a sapienti*] *dicere sapienti enĩ autem pienti* Gu. 3. Pro *a sapienti* in Lg. 2. 32 corr. est *aut cupienti, cupienti facilius* in 4. — *bona dicta*] *bene dicta* Gu. 1. — *salsa sint*] *salsa sunt* Lg. 15. 24. 32 corr. 81. 86. — *appellantur*] *salsa appellantur* Lg. 3. 4. ita corr. 32. *adpell.* 65. 70. 73. — *proprio iam*] inv. Lg. 4.

LV. *ut in Scaevola*] sic Lambinus Pearcius et recentt. post Sch. dederunt secundum aliquot libros, Havn. 1. 2. Harl. 1. Z. Gu. 3. Erl. Genus loquendi videntur lectius et elegantius existimasse, de quo dudum multi notarunt, Oudend. ad Caes. BG. I. 6, 3. Cort. ad Sall. Catil. 11, 4 et 52, 12. it. ad Lucan. VII. 801. Kritz ad Sall. Catil. p. 47. Sequor propter fidem Lg. 2. 13. 32 corr. ut vulg. 36. 87. — *atque in illo*] Sic correxi ex Lg. omnibus praeter 3. 35. 81. 84., item Gu. 3., cum quibus sine dubio multi alii libri, de quibus nescitur, conveniunt. Aberat *in;* quod quid sit me ignorare fateor. V. explicationes. — *pugnavit*] *pugnabat* Lg. 16. 17. 24. 35. 70. 73. 81. 84. Gu. 1. 2. *repugnabat* 5. 6. 14. 15. 20. 21. 23. 65. 67. 86. 93. Vict. ita corr. 32.

223. *balneis, quas*] *b. que* Gu. 3. — *cum ille diceret*] *c. i. dixit* Lg. 15. *se* om. 23. *diceret ille se* 73. — *minime mirum*] inv. Lg. 6. *mirum inquit* om. Gu. 3. — *modo enim*]

lectores excitasset et alteri de colonia Narbonensi Crassi orationem legendam dedisset, alteri de lege Servilia, et cum contraria inter sese de re publica capita contulisset: noster hic facetissime tris patris Bruti de iure civili libellos tribus legendos dedit. 224. Ex libro primo: FORTE EVENIT, UT IN PRIVERNATI ESSEMUS. *Brute, testificatur pater se tibi Privernatem fundum reliquisse.* Deinde ex libro secundo: IN ALBANO ERAMUS EGO ET MARCUS FILIUS. *Sapiens videlicet homo cum primis nostrae civitatis norat hunc gurgitem; metuebat ne, cum is nihil haberet, nihil esse ei relictum putaretur.* Tum ex libro tertio, in quo finem scribendi fecit (tot enim, ut audivi Scaevolam dicere, sunt veri Bruti libri): IN TIBURTI FORTE ASSEDIMUS EGO ET MARCUS FILIUS. *Ubi sunt ii fundi, Brute, quos tibi pater publicis commentariis consignatos reliquit?*

inv. Lg. 2. 4. 13. 32 corr. Gu. 3. miro errore. *inquit* om. Lg. 32. *modo* om. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 21. 24 add. 65. 70. 73. 86. — *huiusce modi*] om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. ut 3. 36. 81. 84. *fuerunt huius modi* 3. 5. 14. 15. 16. 17. 21. 23. 65. 70. 73. 76. eoque loco etiam 20. *eius modi* 24 corr. ut 3. 69. 93. — *iucunda illa*] hoc positu codd. mei praeter Lg. 81. 84; edd. vett. quaedam *illa iucunda*, divisis quae iungenda erant. — *excitasset*] *excitaret* Lg. 13. — *contraria*] *contra* Lg. 2. 5. 13. 15. 65. 67. 69. 73. 76. *capita* om. Lg. 2. 3. 4. 13. 32 add. 36. — *contulisset*] *contulissent* Vict. Gu. 1. Lg. omnes praeter 5. 6. 17. 84., minus apte. — *tris*] scripsi ex Lg. 13. 17. 20. 36. 81. Gu. 1. 2. Vict. — *patris*] *partes* Lg. 2 v. u. t. 13. 15. 32 v. u. t. 65. 70. 73. et alii VIII minoris fidei.

224. *evenit*] om. Vict. — *ex libro secundo*] *in libro sec.* Lg. 4. 15. *secundo libro in* 81. — *is*] *his* Lg. 13. 32. 36. 65. 69. 70. 81. Gu. 3. *hic* 24. de *is* πλεονάζοντι v. explicatt. ad II. 17, 72. — *nihil esse*] *nihil* om. Lg. 2. 13. 32 add. 36. Gu. 3. Deinde *esset* eidem et 15. 24. 86. *ei* om. Lg. 2. 76. — *veri*] *vere* Lg. 4. om. 32 add. ut 4. et v. u. t. — *Tiburti*] *Tiburte* Lg. 6. 14. 15. 16. 17. 23. 35. 67. 86. Gu. 1. ita corr. 5. v. ad II. 45, 190. — *assedimus*] *assedissemus* Lg. 20. 67. 76. et hi duo etiam *cum* addunt. *adsedimus* 65. 73. — *ii fundi*] *hi fundi* Lg. 2. 15.

Quod nisi puberem te, inquit, *iam haberet, quartum librum composuisset et se etiam in balneis locutum cum filio scriptum reliquisset.* 225. Quis est igitur, qui non fateatur, hoc lepore atque his facetiis non minus refutatum esse Brutum quam illis tragoediis, quas egit idem, cum casu in eadem causa [funere] efferretur anus Iunia? Pro dii immortales, quae fuit illa, quanta vis! quam inexspectata! quam repentina! cum coniectis oculis gestu omni imminenti summa gravitate et celeritate verborum: *Brute, quid sedes? quid illam anum patri nuntiare vis tuo? quid illis omnibus, quorum imagines duci vides? quid maioribus tuis? quid L. Bruto, qui*

17. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 81. 84. 86., non deterius, v. ad II. 15, 64. — *consignatos*] *signatos* Lg. 4. 6. *consignando* Gu. 3. — *in balneis locutum*] minime dubito, quin *lotum*, quod in edd. antiquiss. mg. Crat. Melanchth. et a Grutero ad Muellerum et Orellium ferebatur, correctio sit eius, qui de more Romanorum legisset, quo sancitum erat, ne cum puberibus filiis patres lavarentur. *locutum* codd. Lamb. Ox. praeter Z. omnes, Gu. 1. 2. Havn. 1. 2. Lg. 17. 35. 81. Vict. edd. ab Ald. ad Grut. idemque est *locum* in 2. 3. 4. 6. 13. 15. 16. 20. 24. 32. 36. 69. 70. 73. 76. Gu. 3. Ceteri Lg. et Pal. 1. 2. 6. (hi duo m. sec.; vide correctorem) *lotum*. De sententia v. explicatt.

225. *illis tragoediis*] *in illis tr.* Lg. 4. — *egit*] *fecit* Lg. 4. 67. — *cum*] *quoniam* Lg. 2. 5. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 32 corr. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 86. 93 corr. qua de re non dubito, quin in antiquo exemplo fuerit *quom*. Sed additur insuper *cum* in illis, quos dixi, praeter meliores 2. 13. 15. 16.; verum etiam in bonis 32. 36. — *efferretur*] vulgo *funere efferretur* scribitur, quanquam *cum funere* est in Gu. 2. Vict. Lg. plurimis, quod latinum non videtur. Ego seclusi *funere* cum Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 3. Quod autem plurimi meorum solis exceptis Lg. 6. 93 habent *ferretur*, probari non potest, cum *efferri* proprium sit de mortuis et *ferre* persaepe efferendo, *dicere* edicendo, similiterque alia a librariis subrogata sint. v. 56, 230. 57, 231. 58, 236. III. 33, 135. Lg. 6. *ferreretur*, Gu. 1. *fereretur*, Gu. 3. *feretur*. — *anus Iunia*] plures codd. vitiose, in his *avus in via* Gu. 1.; credo iactavit se hoc invento librarius! — *pro*] additur

hunc populum dominatu regio liberavit? quid te facere? cui rei, cui gloriae, cui virtuti studere? Patrimonione augendo? at id non est nobilitatis. 226. *Sed fac esse, nihil superest; libidines totum dissipaverunt. An iuri civili? est paternum. Sed dicet te, cum aedes venderes, ne in rutis quidem et caesis solium tibi paternum recepisse. An rei militari? qui nunquam castra videris! An eloquentiae? quae nulla est in te; et quicquid est vocis ac linguae, omne in istum turpissimum calumniae quaestum contulisti! Tu lucem adspicere audes? tu hos intueri? tu in foro, tu in urbe, tu in civium esse conspectu? tu illam mortuam, tu imagines ipsas non per-*

h in Lg. praeter 2. 4. 6. 13. 23. 24. 81. 93., item in Vict. — *immortales*] *inm.* Lg. 24. Gu. 3. — *cum coniectis*] *cum* om. Lg. 2. 4. 13. 36. — *imminenti*] *et imm.* Vict. Lg. 2. 3. 5. 13. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 32. 36. 65. 70. 73. 76. 84. 86. *et eminenti* 4. *et inm.* 6. 24. 69. *gesta ei et immin.* Gu. 3. — *quid sedes*] *qui sedes* Lg. 14. 32 corr. — *illam anum nunt.*] *illam annuntiare* Gu. 2. 3. *nunciare* 17. 65. 73. 86. Vict. — *duci vides*] inv. Gu. 1. — *quid maioribus*] *quid* om. Gu. 1. — *quid te facere*] *quid* om. Lg. 17. *te* om. Gu. 1. *agere* Gu. 3. — *cui gloriae*] *cui* om. Gu. 3.

226. *fac esse*] *facerem* Lg. 4. *facesse* 13. 32 corr. Gu. 3. *fac* om. Lg. 6. — *iuri*] *iure* Lg. 2. 3. 4. 5. 6. 13. 15. 16. 17. 21. 32. 36. 65. 70. 73. 76. 84. 86. ita corr. 20. *in iure* 35. 69. 81. 93. Gu. 1. 2. — *dicet*] *dices* Lg. omnes praeter 32 (in quo id p. var.) 84., item Gu. 3. — *rutis — caesis*] vix ullus liber notus est, qui haec emendate scripta habeat, nisi est Gu. 2., ex quo nihil enotatum video. Lagomarsiniani XXIII habent *in ruptis* (5. 15. 69.) *inruptis* (Vict.) *iruptis, in nuptiis, nuptiis* (67) *ruptis* (Gu. 3), item *cessis, cedis, cesiis, cecis, cesis* (13. 15. 65. 70. 76); hoc quidem a vero proxime distat. — *solium*] *solum* Lg. 6. 17. 20. 32 corr. 67. 69. 70. 76. 93. Gu. 1. ita corr. 24. om. 84 add. ut 6. — *recepisse*] *reliquisse* Lg. 2. 6. 13. 17 corr. 35. 36. 69. 81. 93. Gu. 3. *accepisse* 76. — *quicquid*] ita Lg. XXII bonique praeter 5. et Gu. 3. — *quaestum*] om. Vict. — *hos*] *hostes* Gu. 1. — *tu in urbe*] om. haec Lg. omnes praeter 70. 81. 84., item Gu. 3. — *conspectu*] *conspectum* Gu. 3. — *tu illam*] *tu*

horrescis? quibus non modo imitandis, sed ne collocandis quidem tibi locum ullum reliquisti.

LVI. 227. Sed haec tragica atque divina; faceta autem et urbana innumerabilia ex una contione meministis. Nec enim contentio maior unquam fuit nec apud populum gravior oratio, quam huius contra collegam in censura nuper, neque lepore et festivitate conditior. Qua re tibi, Antoni, utrumque assentior et multum facetias in dicendo prodesse saepe et eas arte nullo modo posse tradi. Illud quidem admiror te nobis in eo genere tribuisse tantum et non huius rei quoque palmam [ut cete-

om. Lg. 3. 4. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 32. 65. 67. 73. 86. *mortuam tu* om. 2. 24. *tu* ante *imagines* om. 24. — *ne collocandis*] *non coniungendis* Gu. 3., quod ex scriptura *conlocandis* fluxit, quae est in Lg. 5. 65. 73. Deinde *quidem* om. Gu. 3. Lg. 2. 14. 16. 17. 20. 21. 23. 32. 65. 67. 69. 73. 86. — *locum ullum*] sic inverti secundum Lg. 2. 4. 13. 32. 36. Gu. 1. 3.

LVI. 227. *ex una*] *aut ex una* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. mira scriptura, ex qua exsculpas *vel ex una*, si quidem ea confundi constat. *et* Lg. 6. — *contione*] sic s. *concione* Harl. 1. 2. *α. γ. δ.* Lg. 84. 93. Gu. 2. Vict. edd. antiq. et vulgo ante Ern.; restituerunt Muell. Or. Henr. *contentione* VSt. Havn. 1. 2. Cant. Z. *β. ε.* Waldarf., quibus accedunt Lg. rell. praeter 2. 81 v. ut 84., in quibus eodem ducens est *contemptione*. Contra postea *concio* s. *contio*, non *contentio* legitur in Lg. 2. 3. 4. 5. 13. 14. 16. 17. 20. 21. 24. 32. 35. 36. 67. 70. 73. 76. 84. 86. 93. Gu. 1. 2. 3. *Contentio* enim Schuetzii coniectura est Muellero et sequentibus probata; hanc nunc stabiliri licet Lagomarsinianis 6. 15. 81. „Frequens est vocabulorum *contentio* et *contio* confusio in Mss. et primis edd. Sic in hoc ipso capite §. 230 *in ista ipsa contentione* exhibet Gu. A. (= 3.), ibidem paulo post *quam contione frangendum* Havn. 1. 2. edd. antiquiss. Cf. Gernhard. ad Cic. Lael. 26. init.“ *Henrichsen.* — *collegam*] *conlegam* Lg. 65. 70. 73. eidemque et 23. mox *assentior*. — *illud quidem*] *et illud q.* plerique codd. et edd. antiquiores praeter Lamb. omnes. Sed *et* om. Lg. 2. 4. 5. 6. 13. 32. 36. 69. Gu. 3. — *ut ceterarum*] haec uncinis clausimus, quia absunt a Gu. 3. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Z. *cet. rerum* 15 corr. 76.

228. *paulum*] sic codd. mei omnes praeter Lg. 4. 35. 81. 84.

rarum] Crasso detulisse. 228. Tum Antonius, Ego vero ita fecissem, inquit, nisi interdum in hoc Crasso paulum inviderem. Nam esse quamvis facetum atque salsum non nimis est per se ipsum invidendum; sed cum omnium sit venustissimus et urbanissimus, omnium gravissimum et severissimum et esse et videri, quod isti contigit uni, id mihi vix ferendum videbatur. 229. Hic cum arrisisset ipse Crassus: Attamen, inquit Antonius, cum artem esse facetiarum, Iuli, ullam negares, aperuisti quiddam, quod praecipiendum videtur. Haberi enim dixisti rationem oportere hominum rei temporis, ne quid iocus de gravi-

in quibus est *paululum*, et 24. qui om. Verba ab *in hoc* usque ad *invidendum* absunt a Gu. 3. — *quamvis*] *quemvis*, *quenvis*, *quēvis* Lg. XXI, quorum ex optimis est 32., item Gu. 1. 2. — *cum omnium sit*] *sis* perpauci codd., Havn. 1. 2. Gu. 1. Lg. 84 (*si* Lg. 6.), et sic vulgo ab Aldo ad Sch.; restituerunt Or. Henr., falsa elegantiae specie decepti. Qua de re ceterorum codd. omnium consensui cedere iussi. Etiam Gu. 3. *sit*. Ceterum *quod* pro *cum* Lg. omnes praeter 35. 81. 84. 93., unde suspicio nascitur scribendum *quom*. *quod eum qui* Lg. 93. edd. antiquiss. — *contigit*] *contingit* Gu. 2. Lg. 2. 4. 5. 16. 20. 21. 24. 35. 65. 70. 73. 76. 86. Paulo ante *quid* Gu. 1. — *id*] om. Lg. plerique, nec tamen 35. 81. 84.

229. *cum*] *quoniam* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. Scribendum videtur *quom*. om. Lg. 17. — *arrisisset*] *adris*. Lg. 65. 67. 70. 73. — *ipse Crassus*] *ipse* omisit Henr., ut Havn. 1. 2. quinque Ox. Gu. 1. 2. Ald. Iunt. Crat. Sch. Sed addunt Lg. omnes edd. antiq. Man. Lamb. Grut. Ern. Or. v. explicationes. — *attamen*] *adtamen* Lg. 65. 70. *ac tamen* Gu. 1. 3. *at tamen* Vict. — *ullam negares*] *ullam*, quod vulgo abest et quod quomodo post *Iuli* exciderit intelligi potest, quomodo addi potuerit non potest, restitui secundum Lg. 2. 3. 5. 6. 13. 14. 16. 17. 20. 21. 24. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 93. ita var. 81. *nulla* 4 corr. *nullam*, ut est in 15. *ullam*, omisso *Iuli* Vict. Gu. 3. Ita scribendum iudicat Bakius; illo enim nomine Caesarem in hoc colloquio nusquam appellari. Sed dicitur tamen paulo post c. 58, 235: *inquit Iulius*, quod non magis legitur praeter hunc locum. — *videtur*] sic correxi vulgatum *videretur* ex Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. 67. Gu. 3. item Lg. 15., in quo est *esse videtur*. Hoc enim ad illam Iulii orationem minime pertinet, sed Antonio ipsi loquentem audienti

tate decerperet; quod quidem in primis a Crasso observari solet. Sed hoc praeceptum praetermittendarum est facetiarum, cum iis nihil opus sit. Nos autem quomodo utamur, cum opus sit, quaerimus; ut in adversarium et maxime, si eius stultitia poterit agitari, in testem stultum cupidum levem, si facile homines audituri videbuntur. 230. Omnino probabiliora sunt, quae lacessiti dicimus, quam quae priores. Nam et ingenii celeritas maior est, quae apparet in respondendo, et humanitatis est responsio. Videmur enim quieturi fuisse, nisi essemus lacessiti, ut in ista ipsa contione nihil fere dictum est ab hoc, quod quidem facetius dictum videretur, quod non provocatus responderit. Erat autem tanta in Domitio gravitas, tanta auctoritas, ut quod esset ab eo

in mentem venit. — *hominum*] *hominis* Lg. 4. — *praetermittendarum*] haec est Heinzii coniectura, quam edd. post Sch. receperunt et quae iam in ed. Lott. legitur. Libri *praetermittendum*. — *facetiarum, cum*] *fac. quod* Lg. plerique, exceptis tamen 2. 3. 4. 13. 24. 32. 36. 86. 93. Vict. ita corr. 24. 32. Scribendum videtur *quom.* — *iis*] sic Lg. 23. 35. 76. *is* 2. 36. *his* ceteri et vulgo; post *nihil* ponitur in 4.

230. *omnino*] totum hoc praeceptum Caesari tribuendum putat Bakius et fortasse excidisse verba *inquit Caesar*. Non credo. Lacessitum potius, quam lacessentem dicere inprimis eius est, qui ioco uti scit, quod proximis prioribus posuerat Antonius. — *apparet*] *adparet* Lg. 70. 73. — *videmur*] *videremur* Vict. Gu. 1. Lg. praeter 2. 4. 5. 6. 13. 24. 32. 35. 36. 81. ita v. 20. — *in ista*] *in* om. Lg. 6. 15. non male. — *contione*] sic Lg. 2. 4. 5. 13. 16. 20. 21. 24. 36. 65. 70. 73. 84. 93. Vict. Gu. 1. 2. Vulgatur *concione*. *contentione* Lg. 15. — *erat autem*] *erat enim* Lg. 69. 93. — *tanta in Domitio gravitas*] *gravitas tanta* Gu. 3. Lg. 17. 35. 76. *in Domitio tanta gravitas* Gu. 1. 2. *ĩdno* corr. *indo* Gu. 3. Ut posuimus, legitur in Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36. Verba *in Domitio* omittuntur in 81. 84. — *elevandum*] *levandum* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. v. ad II. 55, 226. — *contentione*] *concitatione* Lg. 2. quasi ab interprete. *contione* 4. 5. 13. 17 corr. 21. 24 corr. 32 v. u. t. 65. 76. 84. 93. Vict. Gu. 2.

obiectum lepore magis elevandum quam contentione frangendum videretur.

LVII. 231. Tum Sulpicius, Quid igitur? patiemur, inquit, Caesarem, qui, quanquam Crasso facetias concedit, tamen multo in eo studio magis ipse elaborat, non explicare nobis totum genus hoc iocandi quale sit et unde ducatur, praesertim cum tantam vim et utilitatem salis et urbanitatis esse fateatur? Quid? si, inquit Iulius, assentior Antonio dicenti nullam artem esse salis? 232. Hic cum Sulpicius reticuisset, Quasi vero, inquit Crassus, horum ipsorum, de quibus Antonius iam diu loquitur, ars ulla sit. Observatio quaedam est, ut ipse dixit, earum rerum, quae in dicendo valent; quae si eloquentis facere posset, quis esset non eloquens? Quis

LVII. 231. *Quid igitur? patiemur, inquit*] Vulgo ponitur *inquit, patiemur,* quod correxi ex Lg. 2. 3. 4 (in eo *patiemurne).* 6. 13. 32. 36. — *Crasso*] *M. Crasso* multi codd. et optimorum quidam, Lg. 13. Gu. 3. *in Crasso*, quod eiusdem generis est, 3. 4. 15 corr. ut 2. 69. 86. — *concedit*] *docuit* Gu. 1. — *elaborat*] *laborat* Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36. 69. 81. Gu. 3. v. ad II, 55, 226. — *nobis totum*] sic codd. Lg. praeter 13. 81. Quaedam edd. ante Ern. et Lg. 13. inv. *nobis* om. 81. Gu. 2. — *iocandi*] om. Lg. 2. 36. eidemque *quid* pro *quale.* — *ducatur*] Lg. multi, sed deteriores *deducatur;* non habent enim 2. 3. 4. 13. 32. 36. 93.; cum prioribus conveniunt etiam Vict. Gu. 1. 2. — *fateatur*] *fateamur* male codd. praeter 2. 4. 13. 17. 32. corr. 36., item Gu. 2. et edd. Ald. Iunt. Crat. Man. al. ita var. 76. — *quid? si*] signo interrogandi distinxi post *quid.* — *assentior*] *adsentior* Lg. 13. 65. 70. 73. — *artem esse*] sic inverso ordine posui secutus Lg. 2. 5. 13. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 84. 86. 93. Gu. 2. *esse* om. Gu. 2.

232. *cum*] *quod* Lg. 2. 13. 32 v. u. t. 36. Gu. 3. scribendum videtur *quom.* — *iam diu*] sic divisim Lg. 2. 36. Lamb. *tam diu* 65. 67. 69. 70. et VII alii. Quidam, ut Gu. 1., *tandiu.* — *quaedam est*] *est* om. Gu. 2. Lg. 2. 13. 32 add. — *eloquentis*] sic Lg. 2. 3. 5. 13. 17. 20. 21. 23. 32 corr. 35. 36. 65. 69. 70. 73. 76. 93. Vict. Gu. 3. — *posset*] haec quamvis verissima scriptura

enim haec non vel facile vel certe aliquo modo posset ediscere? Sed ego in his praeceptis hanc vim et hanc utilitatem esse arbitror, non ut ad reperiendum quid dicamus arte ducamur, sed ut ea, quae natura quae studio quae exercitatione consequimur, aut recta esse confidamus aut prava intelligamus, cum quo referenda sint dicerimus. 233. Quare, Caesar, ego quoque hoc a te peto, ut, si tibi videtur, disputes de toto iocandi genere quid sentias, ne qua forte dicendi pars, quoniam ita voluistis, in hoc tali coetu atque in tam accurato sermone praeterita esse videatur. Ego vero, inquit ille, quoniam collectam a conviva, Crasse, exigis, non committam, ut, si defugerim, tibi causam aliquam recusandi dem. Quanquam soleo saepe mirari eorum impudentiam, qui agunt in scena gestum spectante Roscio. Quis enim sese commovere potest, cuius ille vitia non videat? Sic

in Ald. Iunt. Crat. Man. Lamb., sed paucis nec bonis libris est; in Lg. quidem 81. 84. 93., item Gu. 2. *possent* 3. 4. 15. Cett. *possit*. — *enim haec*] *haec* om. Lg. 3. 6. 20. 32. *hoc* 4. 69. 93. — *reperiendum*] *repperiendum* Lg. 67. — *quid*] *quod* Lg. plurimi et optimi, solis exceptis 23. 24. 81. 84. ita corr. 24. Nec tamen praeferendum videtur in sententia infinita, non certa certae orationis materie ad inveniendum proposita. — *consequimur*] *consequamur* Lg. 65. — *confidamus aut prava*] om. Lg. 2. 4. 32 add. Gu. 3. — *intellegamus*] sic Lg. 13. 65.

233. *ego quoque hoc a te peto*] hoc positu verborum Lg. 3. 4. 13. 14. 21. 32. 36. 93. item *hoc abs te* 69. *a* om. 76. *haec* 13. Ante *quoque* ponitur *hoc* in Lg. ceteris et Vict. post *peto* in Gu. 3. — *accurato*] *adcurato* Lg. 65. 73. eidemque mox *conlectam*. — *recusandi dem*] sic inverti secundum Lg. 2. 4. 13. 32. 36. *dem* ante *aliquam* positum habent alii multi. *tibi recusandi* om. Gu. 3. — *scena*] *scaena* soli Lg. 65. 84. *scaenam* 69. v. ad II. 46, 193. — *commovere*] *conmovere* Lg. 2. 81. Paulo ante *inspectante* Gu. 3. — *nunc*] *neque* Gu. 3. — *sus*] *si vis* Lg. 2. 13. Gu. 3. Quidam alii *suis*, *iis*, *usus*. — *fenum*] om. Lg. 2. Gu. 1. 3. it. cum lacuna 13. 36. Vict. Ceterum *fenum* scripsi et iubente ratione, quae cognata esse docet *fetus femina*

ego nunc Crasso audiente primum loquar de facetiis et docebo sus, ut aiunt, oratorem eum, quem cum Catulus nuper audisset, *fenum alios* aiebat *esse oportere.* 234. Tum ille, Iocabatur, inquit, Catulus, praesertim cum ita dicat ipse, ut ambrosia alendus esse videatur. Verum te, Caesar, audiamus, ut ad Antoni reliqua redeamus. Et Antonius, Perpauca quidem mihi restant, inquit; sed tamen defessus iam labore atque itinere disputationis meae requiescam in Caesaris sermone quasi in aliquo peropportuno diversorio.

LVIII. 235. Atqui, inquit Iulius, non nimis liberale hospitium meum dices. Nam te in viam, simul ac perpaulum gustaris, extrudam et eiciam. Ac ne diutius vos demorer, de omni isto genere quid sentiam perbreviter exponam. De risu quinque sunt, quae quaerantur: unum, quid sit; alterum, unde sit; tertium, sitne oratoris velle

fenus, et ex codd. Lg. 5. 14. 15. 16. 21. 24. 35. 67. 70. 73. 81. 86. V. Festum v. *fenus.*

234. *Antoni*] scripsi ex Lg. 5. 6. 13. 16. 32. 36. 65. 70. Gu. 3. — *redeamus*] *videamus* Gu. 3., qui et *ad* om. — *defessus iam*] inv. Gu. 3. — *disputationis meae*] *meae* addunt Havn. 1. 2. Gu. 1. 2. codd. Reg. Ald. Iunt. Crat. Lamb. Muell. Or. Henr.; accedunt Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 81. 84. om. *meae* codd. rell. et edd. antiq. item Man. Grut. Ern. Sch. — *diversorio*] hoc a codd. plurimis oblatum, Lg. omnibus praeter 13. 32., item Gu. 1. 3. Vict., secundum ea, quae disputata sunt ad II. 19, 80. reiicere ausus non sum.

LVIII. 235. *atqui*] *atque* Lg. 4. 32 et 76 corr. *at* 69. — *simul ac*] sic divisim Lg. 13. 32. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 93. *simul atque* 23 corr. — *perpaulum*] sic (s. *per paulum*) Lg. 3. 4. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 32. 35. 36. 65. 69. 70. 76. 86. 93. Vict. Gu. 2. Eodem pertinet *perpaucum* in Gu. 1. *perpaululum* s. *per paul.* Lg. 81 corr. ut 3. 84. — *eiciam*] scripsi secundum Lg. 2. 13. 14. 16. 17. 20. 32. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76 corr. Vict. Gu. 3. *eitiam* 24. V. ad I. 42, 189. — *perbreviter*] *breviter* Lg. 4. 69. — *quaerantur*] *notantur* v. u. t. Vict. —

risum movere; quartum, quatenus; quintum, quae sint genera ridiculi. Atque illud primum quid sit ipse risus, quo pacto concitetur, ubi sit, quo modo exsistat atque ita repente erumpat, ut eum cupientes tenere nequeamus, et quomodo simul latera os venas oculos vultum occupet, viderit Democritus. Neque enim ad hunc sermonem hoc pertinet, et si pertineret, nescire me tamen id non puderet, quod ne illi quidem scirent, qui pollicerentur. 236. Locus autem et regio quasi ridiculi (nam id proxime quaeritur) turpitudine et deformitate quadam continetur. Haec enim ridentur vel sola vel maxime, quae notant et designant turpitudinem aliquam non turpiter. Est autem, ut ad illud tertium veniam, est plane oratoris movere risum; vel quod ipsa hilaritas benevolentiam conciliat ei,

quo modo] *quō* Lg. 2. 81. 84. 93., divisim solus 76., qui mox *irrumpat.* — *tenere*] *retinere* Vict. om. Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. — *nequeamus*] *teneamus* Lg. et Gu. 3., quos modo memoravi. — *latera os*] *lacertos* Lg. 4. — *oculos vultum*] sic inverti secundum Lg. omnes praeter 6. 81. 84., item Vict. Gu. 3. In Lg. 6. est *oculos multum.* — *ad hunc sermonem hoc pertinet*] *sermo hic pertinet* Lg. 2. 4. 13. 36. unde suspiceris *huc sermo hic pert.*, quanquam minus grate componuntur *huc* et *hic.* Gu. 3. *ad hoc sermo hic p. hunc* om. Gu. 1. — *quod*] *cum* Vict. — *ne illi quidem scirent*] vulgatum *ne ipsi quidem illi sc.* correxi ex Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. Gu. 3. — *pollicerentur*] *pollicentur*, quod legitur in edd. Iunt. Crat. Man., a correctore scriptum in Lg. 32.

236. *proxime*] *proxume* Lg. 5. — *haec enim*] *nec enim* Gu. 1. — *notant*] *denotant* Lg. 65. — *et designant*] *vel signant* Gu. 3. *signant* etiam Lg. 2. 3. 4. 13. 32 corr. 36. — *est autem*] *est enim* Lg. 2. 3. 13. 20. 32 corr. 36. 76. Nihil usitatius hac confusione, de qua dicemus in explicationibus. *licet* Gu. 3. — *illud tertium*] *aliud tertium* Gu. 3. — *benevolentiam*] sic soli meorum Lg. 23. Vict. — *elevat*] *levat* Lg. 5. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. et XI alii, item Gu. 1. v. ad II. 55, 226. *delevat* Gu. 3. — *significat*] *signat* Gu. 3. *denuntiat* Lg. 20. — *maximeque*] *maxime* Lg. 2. 4. 13. 36. 69. 70. 73. Gu. 3.; omissum *que* propter

per quem excitata est; vel quod admirantur omnes acumen uno saepe in verbo positum maxime respondentis, non nunquam etiam lacessentis; vel quod frangit adversarium quod impedit quod elevat quod deterret quod refutat; vel quod ipsum oratorem politum esse hominem significat, quod eruditum quod urbanum maximeque quod tristitiam ac severitatem mitigat et relaxat odiosasque res saepe, quas argumentis dilui non facile est, ioco risuque dissolvit. 237. Quatenus autem sint ridicula tractanda oratori, perquam diligenter videndum est; quod in quarto loco quaerendi posueramus. Nam nec insignis improbitas et scelere iuncta nec rursus miseria insignis agitata ridetur. Facinorosos enim maiore quadam vi quam ridiculi vulnerari volunt; miseros illudi nolunt, nisi

sequens *quod,* idque ipsum abest a Lg. 20. 76 add. — *ac severitatem*] *atque sev.* Lg. 69. 93. *et* 65. 73. 81. om. 67.

237. *quatenus autem*] *quatenus haec (hec)* Lg. 2. 6. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 86. 93. *q. enim hec* 4. 32 corr. u. t. *q. licet* Gu. 3. — *sint*] *sunt* Gu. 1. 2. Vict. Lg. 4 corr. 14. 21. 23. 67. 69. 84. 93. *hec sunt* 81. — *quod*] *id quod* vulgatum correxi ex Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 2., qui tamen excepto 4. *quam* pro *quod* exhibent. Iam Lambinus fecerat. Simul distinximus medie ante *quod.* — *posueramus*] *proposueramus* Lg. 36. ita corr. 32. — *nec rursus miseria insignis*] haec om. Lg. 20. *insignis agitata* om. Gu. 1. *agitanda* Lg. 4. ita corr. 2. — *facinorosos enim*] *enim* additur in codd. Vict. Gu. 1. 2. Havn. 1. 2. Cant. Norf. Harl. 2. *α. γ. ε.* Regiis ap. Leclerq. Ald. Iunt. Cr. Lamb. Pearc. Muell. Or. Henr. Longe plures codd. (Lg. omnes) et edd. inde ab antiquiss. omittunt; eosque secutus essem, si appareret cur additum esset a librariis. — *volunt miseros illudi*] haec om. Gu. 3. *inludi* Lg. 65. 70. 73. — *nolunt*] *volunt* Lg. 6. 17. 69. 76. Gu. 1. — *nisi*] vulgo additum *si* delevi secundum Lg. praeter 3. 15. omnes et Vict. Gu. 2. 3. Quae sensu non differunt scripturae, in eis soli libri sequendi. — *parcendum est autem*] *enim* pro *autem* Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. Sententia, quae intelligi possit, etiam sic nascitur; sed minus videtur apta. Rursum hic, ut antea bis, Gu. 3. *licet* pro *autem,*

se forte iactant. Parcendum autem maxime est caritati hominum, ne temere in eos dicas, qui diliguntur.

LIX. 238. Haec igitur adhibenda est primum in iocando moderatio. Itaque ea facillime luduntur, quae neque odio magno neque misericordia maxima digna sunt. Quam ob rem materies omnis ridiculorum est in his vitiis, quae sunt in vita hominum neque carorum neque calamitosorum neque eorum, qui ob facinus ad supplicium rapiendi videntur; eaque belle agitata ridentur. 239. Est etiam deformitatis et corporis vitiorum satis bella materies ad iocandum; sed quaerimus idem, quod in ceteris rebus maxime quaerendum est, quatenus. In

mira scriptura, cuius nec origo nec explicatio intelligitur. — *est*] post *maxime* posuimus secundum Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. Gu. 3. Id cum ultima litera vocis *maxime* absorptum esset, commodiore loco infercire sibi visi sunt librarii. Post *autem* legitur in Gu. 1. 2. et ceteris Lagomarsini libris. — *diliguntur*] additur *aut qui in calamitate sunt* in Lg. 3. 4. 6. 69. Ita corr. 32.

LIX. 238. *luduntur neque*] haec om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 3. — *odio magno*] *magno* om. Lg. 6. — *neque*] *nec* Lg. 81. Gu. 1. Ald. Iunt. Man. — *maxima*] om. Gu. 2. — *in his*] sic scripsi ex Lg. 4. 13. *in istis* vulgabatur, plane contra sententiam loci; *iis* Lg. 36. *istis* om. Gu. 1. — *belle agitata*] *bella agitari* Gu. 3. Lg. 2 corr. 13. 36. *agitari* etiam 4. et hic et 13. 32 corr. 36. *videntur*.

239. *est*] om. Lg. 2. 4. 13. 32. 36. Gu. 3. — *etiam*] *et* Lg. 2. enim 14. — *non modo*] *modo* om. Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. 84. — *praecipitur*] *percipitur* Lg. 4. 6. — *ne quid*] *siquid* Lg. 65. 67. 69. 81. et alii quidam. *quid* om. Gu. 3. — *mimicus*] *inimicus* Gu. 1. 2. Vict. Lg. omnes; in 70. inscr. *nimium mordax. a inimicis* pro *aut inimicus* Gu. 3., sed *i* in loco raso, ut *aut mimicus* daturus fuisse librarius videatur. — *intellegemus*] scripsi ex Lg. 13. *intellegimus* 93. *intelligimus* 3. 32 corr. — *veniemus*] legitur *venerimus;* praestantem scripturam suppeditarunt Gu. 2. 3. Lg. 2. 5. 13. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. *devenerimus* quaedam edd. vett. ut Steph. Ald. Dicit una cum tractandis ridiculorum generibus intellectum iri.

quo non modo illud praecipitur, ne quid insulse, sed etiam, si quid perridicule possis, vitandum est oratori utrumque, ne aut scurrilis iocus sit aut mimicus. Quae cuius modi sint facilius iam intellegemus, cum ad ipsa ridiculorum genera veniemus. 240. Duo sunt enim genera facetiarum, quorum alterum re tractatur, alterum dicto. Re, si quando quid tanquam aliqua fabella narratur, ut olim tu, Crasse in Memmium *comedisse eum lacertum Largi,* cum esset cum eo Tarracinae de amicula rixatus. Salsa ac tamen a te ipso ficta tota narratio. Addidisti clausulam tota Tarracina tum omnibus in parietibus inscriptas fuisse literas LLLMM. Cum

240. *Duo sunt enim*] Muell. Henr. sic videntur sua auctoritate dedisse; sequor autem, propter consensum codd. Gu. 1. 2. Lg. omnium praeter 5. 69. 81. 84. om. 13. — *genera facet.*] om. Gu. 1. — *dicto. Re*] *a dictore* Gu. 1. *a dicto. re* Gu. 2. *dcōre* Gu. 3. in rasura. — *aliqua fabella narratur*] *alique tabelle narrantur* Lg. 2. 4. 13. 32. 36. Gu. 3. modo quod is *fabelle.* — *Memmium*] *mevium* Gu. 3. alii plures *memium.* — *comedisse eum*] *commodissime cum* Vict. Gu. 2. *comedice cum* Gu. 3. — *Largi*] scripsi ex codd. quanquam non optimis Gu. 1. 2. Lg. 14. 23. 67. Post eandem scripturam exhibent 5. 14. 16. 24. 67. 70. 73. 86. Gu. 1. 2. — *Tarracinae*] *Terracinae* Lg. 13. 15. 76. Quam scripturam qui pro vetere et vera habent errant insigniter, velut Kritzius ad Sall. Catil. p. 209., qui quem in testimonium advocat, Heindorfius ad Hor. Serm. I. 5, 26. minime probavit quod dicit. Est enim illud novitiorum Italorum vitium nunc urbem ita vocari recordantium. — *salsa*] addunt hic et post omittunt *tota* Gu. 2. Vict. et Lg. XVI, nec tamen 2. 3. 4. 5. 6. 13. 15. 17. 32. 35. 36. om. Gu. 3. — *ac tamen*] Sic recte Henr. secundum edd. antiquiss. et Lamb., quibus nunc longe certior fides fit ex Lg. 5. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24 corr. ut 2. 32 corr. 35. 36. 65. 69. 70. 73. 86. 93. Vict. Gu. 1. 2. 3. *at tamen* 2. 6. Vulgabatur *attamen.* De *ac tamen* et *attamen* confusis v. Wunder. praef. ad Lectt. Cod. Erf. p. LVIII. et Hand. Tursellin. I. p. 489. — *narratio*] sic Lg. omnes, Vict. Gu. 1. 2. 3. et edd. pleraeque. Gron. al. *oratio,* inepte. — *tum*] *cum* Lg. praeter 2. 3. 4. 13. 69. 70. 73. 81. 84. 86., item Gu. 3. — *literas LLLMM*] con-

quaereres id quid esset, senem tibi quendam oppidanum dixisse: LACERAT LACERTUM LARGI MORDAX MEMMIUS. 241. Perspicitis genus hoc quam sit facetum quam elegans quam oratorium, sive habeas vere quod narrare possis, quod tamen est mendaciunculis aspergendum, sive fingas. Est autem haec huius generis virtus, ut ita facta demonstres, ut mores eius, de quo narres, ut sermo ut vultus omnes exprimantur, ut iis, qui audiunt, tum geri illa fierique videantur. 242. In re est item ridiculum, quod ex quadam depravata imitatione sumi solet, ut idem Crassus: *Per tuam nobilitatem, per vestram familiam.* Quid aliud fuit, in quo concio rideret, nisi illa vultus

iecturam Schuetzii recepi cum recentiorum plerisque. Codd. et edd. *literas tria LLL. duo MM.* Possis tamen non minus probabiliter suspicari *scripta esse tria L duo M.* — *quaereres*] *quereremus* Gu. 3. — *oppidanum*] om. Lg. 2. 4. 6. 13. 36. vacuus locus est in 32. Gu. 3. *opidanum* 20. 23. 67. 81. — *Largi*] om. Lg. 2. 3. de finitione v. supr. *Memmius mordax* Lg. 3. 4. 6. 32. Gu. 3., qui cum aliis etiam in nomine hominis peccat.

241. *genus hoc*] sic inverti secundum Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. 81. 84. Gu. 2. 3. Lamb. — *mendaciunculis*] *mendaculis* et *mendiculis* Gu. 1. Lg. XI., sed bonorum nullus. *mendaciolis*, recepit ex Crat. Henrichsen. — *aspergendum*] sine *d* Lg. XX melioresque praeter 76. omnes. — *est autem*] *est enim* XIX Lg., nec tamen 2. 3. 4. 13. 32. 35. 36. In Gu. 3. est *enim licet*. — *haec*] om. Lg. praeter 2. 3. 20. 21. 36. 84., item Vict. Gu. 2. 3. — *ut iis*] *ut his* Lg. 24. 65. 67. 69. 70. 73. 84. 86. Vict. Gu. 3.

242. *in re est*] restitui librorum omnium scripturam, quam Or. Henr. secundum Steph. et Lamb. *inest* scribendo mutarunt. Multis locis illa superstitio valuit, qua *esse* pro *inesse* dicendum non videretur; v. explicatt. ad II. 11, 47. — *contio*] sic per *t* Lg. 2. 23. 24. 35. 36. 65. 70. 73. 76. 84. 86. Gu. 1. — *paululum*] sic aut *paulum* omnes mei codd. Hoc quidem Lg. 2. 13. 32 corr. 36. Gu. 1. 2. Paulo autem *et* ante *extento* om. Lg. 2. 4. 6. 13. 32 add. 36. Gu. 3. — *addidit*] *addidisti* Lg. 2. 13. 36. — *vehementius*] om. Lg. 2. 4. 36. et hoc et sequens *risimus* om. Gu. 3. — *has sero*] *assero* multi libri, in his Gu. tres. — *totum*] *toto* Lg. praeter 24., qui om. 81. 84., item Vict. Statim *huius* pro *hoc*

et vocis imitatio? *Per tuas statuas* vero cum dixit et extento brachio paululum etiam de gestu addidit vehementius risimus. Ex hoc genere est illa Rosciana imitatio senis: *Tibi ego, Antipho, has sero,* inquit. Senium est, cum audio. Atque ita est totum hoc ipso genere ridiculum, ut cautissime tractandum sit. Mimorum est enim ethologorum, si nimia est imitatio, sicut obscenitas. Orator surripiat oportet imitationem, ut is, qui audiet, cogitet plura, quam videat; praestet item ingenuitatem et ruborem suum verborum turpitudine et rerum obscenitate vitanda.

LX. 243. Ergo haec duo genera sunt eius ridiculi,

Gu. 3. — *mimorum*] *minorum* Lg. 2. 3. 13. 20. 32. Gu. 3. — *ethologorum*] *et hologorum* (Lg. 24. Gu. 1.) *et helegorum* (20.) *et helogorum* (15. 16. 35. 65. 70. 73. 86.) *et ethologorum* (84. Vict. Gu. 3.) *et theologorum* (4.) multi varie peccantes. Vera tamen scriptura in 2. 13. 32. 36. esse videtur. — *imitatio*] *aestimatio* Lg. 2. 3. 5 corr. ut 4. et v. u. t. 13. 14. 16. 70. 73. *extimatio* 4. 15. 20. 21. 24 corr. 32. 36. 65. 86. Gu. 3. *existimatio* 6. — *obscenitas*] sic Lg. XX et boni omnes praeter 5.; item Gu. 3. *obscoenitas* IV codd. eodemque modo mox, nisi quod *e* etiam in Gu. 1. A *scena* enim ortum secundum Varronem L. L. VI. 96.; quod qui per *e* scribunt, non poterunt *obscenus* non probare. Quanquam incertitudinem et originis et scripturae fuisse Priscianus a *coeno* ducens indicat. — *surripiat*] *subripiat* Lg. 2. 13. 14. 16. 24. 65. 69. 70. 73. 81. 86 corr. — *audiet*] praestantem scripturam suppeditarunt Lg. omnes praeter 70. *(audiret)* et 81. *(audit)*; item Vict. Gu. 3. Non dicitur auditor universe, sed ὁ ἀκουσόμενος τότε, v. explicatt. II. 43, 182. — *verborum turpitudine et rerum obscenitate*] haec est librorum scriptura, nisi quod Lg. 2. 13. 36. *obscenitatem,* et multi post hoc distinguentes *vitanda* ad sequentem sententiam trahunt. Contra illum consensum et Iulium Victorem hanc locum imitantem I. p. 93. Mai. Wyttenbachius Bibl. Cr. II. IV. p. 76. *rerum turpitudine et verborum obscenitate* scribi iussit, secutique sunt Harl. Muell. Quod confert Off. I. 29, 104. et 35, 127., non probat semper dici debere quod aliquando dictum est. Quippe etiam *gestus* obscenus esse potest; non verba igitur sola, sed etiam res.

LX. 243. *ergo*] *igitur* Lg. 3. 6. 32. *haec ergo* ponitur

quod in re positum est; quae sunt propria perpetuarum facetiarum, in quibus describuntur hominum mores et ita effinguntur, ut aut re narrata aliqua quales sint intellegantur aut imitatione brevi iniecta in aliquo insigni ad irridendum vitio reperiantur. 244. In dicto autem ridiculum est id, quod verbi aut sententiae quodam acumine movetur. Sed ut in illo superiore genere vel narrationis vel imitationis vitanda est mimorum ethologorum similitudo, sic in hoc scurrilis oratori dicacitas magno opere fugienda est. Qui igitur distinguemus a Crasso a Catulo a ceteris familiarem vestrum Granium aut Vargulam amicum meum? † Non me Hercule in mentem

in Ald. Lamb. — *propria*] om. Gu. 1. — *perpet. facet.*] inv. Lg. 14. 23. 67. — *intellegantur*] scripsi ex Lg. 13. 36. *intelligatur* 17. — *brevi*] *breviter*, ut Lamb., Lg. 2. 4. 36. 81 corr. 84. Gu. 2. — *irridendum vitio*] haec om. Lg. 4. Gu. 3. *inridendum* Lg. 65. 70. 73. *invidendum* 69. *ridendum* 15. Lamb. *adridendum* Gu. 1.

244. *id, quod*] *idque* Lg. 2. — *superiore*] *superiori* Lg. 2. 15. 36. — *vitanda est*] *vitandae* s. *vitande* Lg. 2. 20. 21. 36. 65. Gu. 1. *est* praeterea om. quos dixi et 3. 4. 5. 6. 13. 35. — *mimorum*] *et mimorum (minorum, mym. mimm.)* Lg. 2. 3. 4. 13. 21. 23. 24. 35. 36. 73. 86. 93., quae menda propter vocabulum sequens irrepsit, in quo pariter atque §. 242. peccatur multifariam, ut recta scriptura in solis meorum 17. 24. 76. 81. servata sit, nisi in enotando erravi. — *oratori*] *oratoris* Lg. 2. 4. 13. 36. 76. Gu. 3. — *magno opere*] sic Henr. nescio unde; habent autem Lg. 13. 32. 36. — *qui igitur*] *quid igitur* Lg. praeter 2. 13. 14. 23. 32. 35. 36. 67. 84., item Vict. Gu. 3. ita corr. 2. 32. — *Vargulam*] *virgulam*, *targulam*, *vargullam* et aliis modis libri peccant. — *me Hercule*] divisim Gu. 1. 3. Lg. 2. 5. 16. 17. 21. 67. 69. 70. 76. 81. 84. 86. Illorum pars *ne hercule*, ut Lg. 2. 67. 69. Gu. 1. 3. *mehercle* 20. 65. Vict. Sed illa omnia *non me Hercule in mentem mihi quidem venit* suspecta videntur. Nam et sane in mentem Caesari venit: dicit enim statim quo modo Granius et Vargula a Crasso Catulove distinguantur; et verba *sunt enim dicaces* sic tantum recte intelligi possunt, cum referuntur ad prima illa *qui igitur distinguemus a Crasso*, sed cum

mihi quidem venit, sunt enim dicaces; Granio quidem nemo dicacior. Hoc, opinor, primum, ne, quotienscunque potuerit dictum dici, necesse habeamus dicere. 245. Pusillus testis processit. *Licet*, inquit, *rogare*? Philippus. Tum quaesitor properans: *Modo breviter*. Hic ille: *Non accusabis. Perpusillum rogabo*. Ridicule. Sed sedebat iudex L. Aurifex brevior ipse quam testis: omnis est risus in iudicem conversus; visum est totum scurrile ridiculum. Ergo haec, quae cadere possunt in quos nolis, quamvis sint bella, sunt tamen ipso genere scurrilia. 246. Ut iste, qui se vult dicacem et me Hercule est, Appius; sed non nunquam in hoc vitium scurrile dela-

proximis *non me Hercule* etc. minime conveniunt. — *quotienscunque* (s. *quoc.)* Lg. XXI bonique omnes et Vict. Gu. 1. 2.

245. *processit*] *procedit* Lg. 69. om. Gu. 3. — *rogare*] *negare* Gu. 1. — *tum*] *cum* Lg. 4. 6. 13. 32 corr. — *quaesitor*] *questor* Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32 corr. Gu. 3. *quesitus* 76 v. u. t. — *accusabis*] *adcus.* Lg. 65. 67. 70. 73. — *L. Aurifex*] *Laurifex* Gu. 3. Lg. 2 corr. 3. 13. 16. 17. 20. 21. 36. 65. 69. 73. 81. ita var. 32. om. 6. *laurifer* v. *aurifex* 76. *aurifer* sec. m. 24. Praenomen om. Gu. 1. v. Reines. ad Inscr. p. 838. Drakenb. ad Liv. XXXVIII. 35, 1. — *brevior ipse quam testis*] sic Sch. Or. ex Gu. 3., secutusque sum propter Lg. 2. 3. 4. 6. 36. Plerique codd. *brevior etiam quam ipse testis*, certe Havn. 1. 2. Gu. 2. Lg. ceteri omnes; *br. e. q. testis ipse* edd. antiq. Ern. *ipse* om. cod. Erl. (1.). Gu. 1. In Gu. 3. *etiam* non omittitur, sed ponitur post *testis*. — *scurrile ridiculum*] Sic VSt. Harl. 1. mg. Norf. Z. γ. excerpt. δ. Gu. 3. Lg. 2. 4. 23. 24. v. ut vulg. 32 corr. 36. Vict. Lamb. Pearc. Sch. Or. Henr. *scurrile iudicium* Havn. 1. 2. Lg. cett. omnes, al. vulgatumque ab edd. antiq. ad Sch. Ernestus tamen *iudicium* ex margine in textum venisse putat, idemque de scriptura *ridiculum* Henrichsenio videtur. Non improbo, etsi potest commode intelligi *ridiculum ex genere scurrili*. — Deinde a verbis *quos nolis* lacuna est in Lg. 4. 13. 32. Gu. 3. usque ad verba *a Graecis* c. 71, 288.

246. *me Hercule*] sic divisim Lg. 2. 67. 69. 70. 86. *me hercle* 76. *me hercules* 81. Gu. 2. — *delabitur*] *dilabitur* Lg. 35. sic corr. 76. — *Sextio*] *Sestio* Lg. 70. 73. *Sexto* 6. *Sectio* 2.

bitur: *Coenabo,* inquit, *apud te,* huic lusco familiari meo C. Sextio; *uni enim locum esse video.* Est hoc scurrile et quod sine causa lacessivit et tamen id dixit, quod in omnis luscos conveniret. Ea quia meditata putantur esse, minus ridentur. Illud egregium Sexti et ex tempore: *Manus lava,* inquit, *et coena.* 247. Temporis igitur ratio et ipsius dicacitatis moderatio et temperantia et raritas dictorum distinguet oratorem a scurra; et quod nos cum causa dicimus, non ut ridiculi videamur, sed ut proficiamus aliquid, illi totum diem et sine causa. Quid enim est Vargula assecutus, cum eum candidatus A. Sempronius cum M. suo fratre complexus esset: *Puer abige muscas?* Risum quaesivit, qui est mea sententia vel tenuissimus ingeni fructus. Tempus igitur dicendi prudentia et gravitate moderabimur, quarum utinam artem aliquam haberemus! sed domina natura est.

36., quod magis est *Sextio*, quam *Sestio* stabiliendo. Etiam paulo post omnes codd. in *Sextii* s. *Sexti* (hoc Lg. XVIII. Gu. 2.) consentiunt, nisi quod *Setti* 5. 70. — *locum*] *loco* Lg. 14. *locutum* 76 corr. *locuum;* v. ad II. 55, 224. — *scurrile*] additur *quidem* in Lg. 2. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 86. 93. ita corr. 81. *hoc est scurr. quidem* Vict. Natum hoc ex seq. *quod;* id om. Lg. 2. — *et tamen*] *et quia tamen* Lg. 2. 36. — *omnis*] scripsi secundum Lg. 15. 36. 24. 84. Gu. 1.

247. *moderatio*] *moderantia* Gu. 1. — *causa*] *in causa* Lg. 35. — *proficiamus*] *perficiamus* Lg. 35. 69. 76. — *illi totum*] *id illi t.* ed. s. l. et a. Med. 1. Sch. Muell. Or. sine causa. — *quid enim est*] *enim* om. Lg. 21. *est* om. 6. 23. 81 add. — *Vargula*[*vargulla* Gu. 2. Lg. 84. *vargala* 81 corr. — *assecutus*] *assequutus* Lg. 17. 21. 93. *adsequutus* 67. 70. 73. *consecutus* 24. — *ingeni*] scripsi ex Lg. 15. 16. 36. — *moderabimur*] *moderabitur* Lg. 3. 6. 69.

LXI. 248. *moveant*] *movent* Lg. 14. 67. — *in re habere — facetias;*] ita fere omnes libri, modo quod *habere* om. Lg. 2. 36. *herere* 14. ita v. 5. et corr. 24. *haberi* soli Lg. 93. Erl.; *facetiis* Lg. 3. 5. 14. 15. 16. 21. 23. 24. 65. 67. 70. 73. 86. *Haberi* et

LXI. 248. Nunc exponamus genera ipsa summatim quae risum maxime moveant. Haec igitur sit prima partitio, quod facete dicatur, id alias in re habere, alias in verbo facetias; maxime autem homines delectari, si quando risus coniuncte re verboque moveatur. Sed hoc mementote, quoscunque locos attingam unde ridicula ducantur, ex iisdem locis fere etiam graves sententias posse duci. Tantum interest, quod gravitas honestis in rebus [severe], iocus in turpiculis et quasi deformibus ponitur; velut iisdem verbis et laudare frugi servum possimus et, si est nequam, iocari. Ridiculum est illud Neronianum vetus in furace servo: *Solum esse, cui domi nihil sit nec obsignatum nec occlusum;* quod idem in bono servo dici solet. Sed hoc iisdem etiam verbis; ex iisdem autem locis omnia nascuntur. 249. Nam quod Sp. Car-

facetiis, hoc quidem cum sequenti sententia coniunctum, adsciverunt edd. antiq. Ern. Muell. Or. *Haberi* deleto *facetiis* etiam Sch. de coniectura; *haberi facetum* Bakius; quid sit *aliquid in verbis haberi facetum* non docuit. — *attingam*] *adtingam* Lg. 65. 67. 70. 73. — *ducantur*] *vocantur* Lg. 2. 36. *dicantur* 81 corr. 93. *dicantur ducantur* 69. — *iisdem*] *isdem* Lg. 24. *eisdem* 81. Gu. 2. *hisdem* Gu. 1. — *turpiculis*] *turpibus* Lg. 14. 21. 23. 67. Gu. 1. — *iisdem verbis*] sic recte Havn. 1. 2. VSt. ψ. Gu. 1. 2. Lg. 2. 36. (hic tamen *rebus)* Lamb. Sch. Muell. Henr. *verbis* om. 3. *in iisdem verbis* Erl. Lg. plerique, male defensum ab Orellio. — *possimus*] scripsi ex Lg. 2. 5. 14. 15. 16. 17. 23. 24. 36. 67. 70. 73. 81. 86. ita corr. 65. Legebatur *possumus.* — *occlusum*] etsi offerunt *obclusum* Lg. 2. 3. 5. 14. 16. 20. 24. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 86. Vict., tenuis est earum formarum fides. — *hoc*] *haec* Lg. praeter 35. 81. 84. omnes; ita corr. 81. Probari tamen non potest. — *iisdem*] *hisdem* Lg. 2. 36. 69. 84. *isdem* 65. — *etiam*] om. Lg. omnes praeter 35. 81. 84. Statim *isdem* Gu. 1. — *autem*] *nunc* 5. 14. 16. 21. 23. 24. 65. 67. 69. 70. 73. 86. 93. *āt* 76. *autem* et *nascuntur* om. Lg. 2. 36., quod non dubitarem asciscere, si ceterorum bonorum 4. 13. 32. Gu. 3. subsidio hic uti liceret.

vilio graviter claudicanti ex vulnere ob rem publicam accepto et ob eam causam verecundanti in publicum prodire mater dixit: *Quin prodis, mi Spuri? quotienscunque gradum facies, totiens tibi tuarum virtutum veniet in mentem,* praeclarum et grave est; quod Calvino Glaucia claudicanti: *Ubi est vetus illud: num claudicat? At hic clodicat,* hoc ridiculum est; et utrumque ex eo, quod in claudicatione animadverti potuit, est ductum. *Quid hoc Naevio ignavius?* severe Scipio; at in male olentem *Video me a te circumveniri* subridicule Philippus. At utrumque genus continet verbi ad literam immutati similitudo. 250. Ex ambiguo dicta vel argutissima putantur, sed non semper in ioco, saepe etiam in gravitate versantur. Africano illi superiori coronam sibi in convivio ad caput accommodanti, cum ea saepius rumperetur, P. Licinius Varus, *Noli mirari,* inquit, *si non convenit; caput enim magnum est.* Laudabile et honestum. At ex eodem genere est: *Calvus satis est, quod dicit parum.*

249. *claudicanti*] *cavillanti* Lg. 2. 36. — *accepto*] *adcepto* Lg. 65. 70. 73. — *quin*] *quid* Lg. 14. *quidni* 76. — *quotienscunque*] *ut quot.* ψ. Gu. 1. ed. Vict. Man. Or. Henr. Id probare non possum, quia sic soloecum est *facies;* quanquam *facias* Gu. 1. 2. Havn. 1. 2. Ald. Iunt. Crat. Lamb. *et* p. *ut* Havn. B. edd. antiq. Mox *veniet* ψ. Lg. omnes praeter 2. 3., quorum neuter tamen *ut* habet, nec magis *facias. veniant* Gu. 2. Igitur codd. plerorumque scripturam deserere nolui. Ceterum *quotienscunque* (s. *c)* et post *totiens* Lg. plerique, illud prius tamen non 2. 3. 5. 6., hoc non 3. 5. 6., sed Gu. 1. 2. — *quod Calvino*] *ast quod Calv.* Lg. 5. 15. 16. 70. 73. 86. — *claudicat*] *claudicas* nescio unde Grut. Ern. Sch. Muell.; *claudicat* omnes codd. et edd. ante Grut. Post *clodicat* in Lg. 76. inscriptum *clodium imitatur* i. e. *adulterat.* — *male olentem*] *malevolentem* Lg. 36. — *circumveniri*] sic codd. plerique (nam in Pal. 1. 2. Gallic. Z. hic lacuna est, ut in Lg. 4. 13. 32. Gu. 3.) et vulgo edd. *conveniri* Lg. 2. 36. *circumveniri, non conveniri* Steph. ex Strebaei coniectura, qua non opus. De sententia v. explicationes.

Ne multa; nullum genus est ioci, quo non ex eodem severa et gravia sumantur. 251. Atque hoc etiam animadvertendum est non esse omnia ridicula faceta. Quid enim potest esse tam ridiculum, quam sannio est? Sed ore vultu imitandis moribus voce denique corpore ridetur ipso. Salsum hunc possum dicere atque ita, non ut eiusmodi oratorem esse velim, sed ut mimum.

LXII. Quare primum genus hoc, quod risum vel maxime movet, non est nostrum: morosum superstitiosum suspiciosum gloriosum stultum; naturae ridentur ipse; quas personas agitare solemus, non sustinere. 252. Alterum genus est imitatione admodum ridiculum, sed nobis tantum licet furtim, si quando, et cursim: aliter enim minime est liberale; tertium oris depravatio non digna nobis; quartum obscenitas, non solum non foro digna, sed vix convivio liberorum. Detractis igitur tot rebus ex hoc oratorio loco facetiae reliquae sunt, quae aut in re, ut ante divisi, positae videntur esse, aut in verbo.

250. *superiori*] rarius et lectius cognomentum in ordinem recipere non dubitavi ex Lg. 2. 3. 6. 15. 16. 21. 36. 65. 73. 86. ita corr. 5. vulgo *maiori*. — *accommodanti*] *adcomm.* Lg. 67. — *Calvus satis est*] in sententia deplorata tacendae tamen non sunt scripturae memorabiles. Nam *est calvo satis* Lg. 2. *calvo satis est* 36. *est* om. 5. Dein *parumne* Gu. 1. Lg. 65. 70. Steph. Vict. al. *paterne* Lg. 2. 36. V. explicationes. — *quo non*] *quod non* Lg. 2. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 86.

251. *atque*] *at* Lg. 6. 76. — *animadvertendum est*] *est* addidi ex Lg. praeter 6. 81. 84. 93. — *corpore ridetur ipso*] *ipso corpore ridetur* Lg. praeter 17. 20. 67. 69. 70. 81. 84. 93., Ern. ita corr. 81. *corp. ipso r.* 17. 20. Lamb. *ipso denique corp. r.* 70. *corpore rid. ipso* Gu. 1. 2. Lg. 67. 69. 81. 84. 93. Nonius v. *sanniones*, quem sequendum viderunt Or. Henr. et sic vulgo ante Ern.

LXII. 252. *tantum*] *tamen* Lg. 17. 76. — *obscenitas*] Lg. 2. 36. 67. 69. *obscenitatis* Lg. rell. Gu. 1. Paulo ante *alterum* pro *aliter* Gu. 1. — *loco*] *ioco* Lg. 2. 14. 15. 16. 35. 36.

Nam quod, quibuscunque verbis dixeris, facetum tamen est, re continetur; quod mutatis verbis salem amittit, in verbis habet omnem leporem. 253. Ambigua sunt in primis acuta atque in verbo posita, non in re; sed non saepe magnum risum movent, magis ut belle et literate dicta laudantur: ut illud in Titium, qui cum studiose pila luderet et idem signa sacra noctu frangere putaretur gregalesque, cum in campum non venisset, requirerent, excusavit Vespa Terentius, quod eum *brachium fregisse* diceret; ut illud Africani, quod est apud Lucilium: *Quid: Decius, Nuculam an confixum vis facere? inquit.* 254. Ut tuus amicus, Crasse, Granius, *non esse sextantis.* Et si quaeritis, is, qui appellatur dicax, hoc genere maxime excellet; sed risus movent alia maiores. Ambiguum per

70. 73. 86. ita corr. 5. var. 81. om. 17. 24 add. — *omnem leporem*] sic inverti secundum Lg. 2. 3 corr. 36.

253. *in primis*] *imprimis* Lg. 36. 69. 76. — *magnum risum*] *magnum* om. Lg. 2. 36., quibus tamen obsequi, cum bonorum hic soli exstent, vix audeo. — *et literate*] *ut lit.* Lg. 2. 36. 76. *et* om. 15. 16. 70. 73. 86. uno *t* VII., quorum sunt 2. 36. 67. 76. — *ut illud in Titium*] Manutii coniectura est recepta ab Sch. Muell. Or. Henr. Codd. *ut in illum Titium.* — *qui cum*] sic codd. et edd. vulgo. *quem cum* coni. Pearc. receperunt Ern. Sch. — *gregalesque cum*] codd. plerique et edd. quaedam ante Grut. *gregalesque cum* — *venisse.* Vera scriptura est in Lg. 2. 3. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 23. 24 corr. *eius.* 69. 70. 73. 76. 84. 86. Vict. Lamb. *gregalesque cur* corr. 24. sic Steph. Man. Deinde *venissent*, ut Steph. Man. Lamb., sic etiam Lg. omnes, praeter 2. 23., in quibus *venissent.* — *Lucilium*] *Lucium* Lg. 2. 36. *lucillum* 17. — *Quid? Decius, Nuculam an*] intelligi hic versus non potest; satis igitur est discrepantem scripturam iudicare. *Nucula an* Lg. 20. *an* om. 21. 35. 67. *quid spedius nuculam ::: conficere vis* 36. *qui Decius* 65. *unculam* 81. *nuculum* 17. 24. *vis* an *ius* incertum est in 6. 24. 76. In cod. 93. adscriptum scholion, ut alia eiusdem libri manu Angeli Politiani, ut Lagomarsino visum: *nuculas praenestinas ex festo notat dictas esse, quod casilini famem sic tolerarint milites vel quod praeneste multae nascantur.*

se ipsum probatur id quidem, ut ante dixi, vel maxime; ingeniosi enim videtur vim verbi in aliud atque ceteri accipiant posse ducere; sed admirationem magis quam risum movet, nisi si quando incidit in aliud genus ridiculi.

LXIII. 255. Quae genera percurram equidem. Sed scitis esse notissimum ridiculi genus, cum aliud exspectamus, aliud dicitur. Hic nobismet ipsis noster error risum movet. Quod si admixtum est etiam ambiguum, fit salsius: ut apud Novium videtur esse misericors ille, qui iudicatum duci videns percontatur ita: *Quanti addictus?* — *Mille nummum.* — Si addidisset tantummodo *Ducas licet,* esset illud genus ridiculi praeter exspectationem; sed quia addidit *Nihil addo; ducas licet,* addito ambiguo altero genere ridiculi fuit, ut mihi quidem vi-

254. *Granius*] *gravius* quidem codd. ut Gu. 2. — *appellatur*] *adpell.* Lg. 65. 70. 73. — *excellet*] recte sic Lg. praeter 81. 84. omnes; Gu. 1. 2. Lg. 81. 84. edd. vett. pleraeque *excellit.* — *movent*] *maxime movent* Lg. 67. — *aliud atque*] *aliud ac* Lg. 93. — *accipiant*] *adcipiant* Lg. 65. 67. 70. 73. — *nisi si*] om. Lg. 6. 65. Paulo ante *movent* Lg. praeter 2. 23. 36. 81. 93. — *aliud genus*] *aliud quoque genus* Vict. Gu. 1. 2.

LXIII. 255. *equidem*] solet post hoc medie distingui. Ego plene distinxi sententias non inter se nexas esse, sed ab una ad alteram plane diversam transiri intelligens. — *exspectamus*] *s* ignorant codd. praeter Lg. 5. — *admixtum*] *amixtum* s. *amixtum* Lg. 3. 6. *admistum* 21. 67. Gu. 2. Lamb. — *Novium*] hanc Schneideri (in ep. ad Langerum, quae praemissa est editioni Bruti Wetzelianae p. XVIII.) coniecturam Schuetzio et Muellero probatam ego quoque recepi, cum firmetur codd. Lg. 2. 36. *Nenium* 69. *Ennium* 23. V. explicationes. — *percontatur*] sic Lg. 2. 14. 23. 67. 76. 81. 84. 93. Gu. 2. alii quidam *percunctatur.* Sed *videns* Lg. solus 93. et edd. antiquiss. Man. Steph. Lamb. habent; ceteri libri et edd. *videt.* Fr. Gronovii coniecturam *percontatus,* quae probari nequit, Iac. Gronovius Pearc. Ern. receperunt. — *nummum*] *nummi* Lg. 2. 36. *numerum* 81. — *esset*] *esse* Lg. 2. 14. 23. 36. 67. om. usque ad *addito* 16. — *illud genus*] inv. Lg. 15. 81. 86. — *ambiguo altero*] inv. Lg. praeter 2. 17. 36. 73. 81. 84., item Gu. 1. 2.; quod qui fecere

detur, salsissimus. Hoc tum est venustissimum, cum in altercatione arripitur ab adversario verbum et ex eo, ut a Catulo in Philippum, in eum ipsum aliquid, qui lacessivit, infligitur. 256. Sed cum plura sint ambigui genera, de quibus est doctrina quaedam subtilior, attendere et aucupari verba oportebit; in quo ut ea, quae sunt frigidiora, vitemus (et enim cavendum, ne arcessitum dictum putetur), permulta tamen acute dicemus. Alterum genus est, quod habet parvam verbi immutationem; quod in litera positum Graeci vocant *παρονομασίαν*, ut *Nobiliorem, mobiliorem* Cato; aut ut idem, cum cuidam dixisset *Eamus deambulatum* et ille, *Quid opus fuit DE?*

ambiguo adiectivum esse putarunt. — *salsissimus*] Ernestus de coniectura contra libros omnes (quanquam nunc addicit Lg. 20. et fortasse Gu. 2., ex quo nihil enotatum video), *salsissimum;* sed ita dicendum erat *est* vel *factum est,* non *fuit.* — *arripitur*] *adrip.* Lg. 65. 67. 70. 73. — *infligitur*] *infigitur* Lg. 2. 69.

256. *attendere*] *adtendere* Lg. 65. 67. 70. 73. — *aucupari*] *aucupare* Lg. 35. — *in quo*] *in quibus* Lg. 2. 6. 13. 35. 36. 76. 93., quod non ascivi, quia, nisi partitive, explicari non videtur posse, sic autem non recte explicabitur. Ceterum distinctionem post *quo* in edd. vulgo positam sustuli. Nulla erit enim sententia, cum verba composueris: *in quo* (sc. attendendo et verba aucupando) *permulta tamen acute dicemus;* sed apte dicetur *in quo* (sc. attendendi et verba aucupandi negotio) *ut* (i. e. etiamsi) *quae sint frigidiora vitemus, permulta tamen acute dicemus.* — *quae sunt*] vulgatum *sint* correxi secundum Lg. 2. 3. 14. 23. 35. 36. 67. 69. — *et enim*] divisim scripsi ex Lg. 67. 69. 70. 73. 84. 86. 93. Gu. 2. — *cavendum*] quod vulgo additur *est* delevi secutus Lg. praeter 6. 69. 76. 81. 84. omnes. — *acute*] *acuta* Lg. 3. 5. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 67. 70. 73. 86. 93. ita corr. 69. *occulta* Vict. — *immutationem*] *imitationem* Lg. 2. 6. 16. 20. 21. 24 corr. ut 3. 65. 70. 73. 76. 93. Vict. *mutationem* 3. 17. 69. *imitatione* 36. *parum* (p. *parvam)* 36. — *παρονομασίαν*] vocabulum Graecum omnes mei codd. praeter Lg. 81., item Vict. Gu. 1. 2. omittunt, vacuum spatium habent 3. 6. 20. 93. — *Cato; aut ut idem*] *Cato autem iud.* (s. *vid.) Cato autem iudice, Catoni videlicet, Catoni autem, Cato aut iudicum quidam*

Immo vero, inquit, *quid opus fuit te?* aut eiusdem responsio illa: *Si tu et adversus et aversus impudicus es.* 257. Etiam interpretatio nominis habet acumen, cum ad ridiculum convertas quam ob rem ita quis vocetur: ut ego nuper Nummium divisorem, ut Neoptolemum ad Troiam, sic illum in campo Martio nomen invenisse. Atque haec omnia verbo continentur.

LXIV. Saepe etiam versus facete interponitur vel ut est vel paululum immutatus, aut aliqua pars versus: ut Statius Scauro stomachanti (ex quo sunt non nulli, qui tuam legem de civitate natam, Crasse, dicant):

(pro *aut ut idem cum cuidam)* Lg. 3. *Cato autem iudex* Lg. 5. 20.; *Cato aut : : aut* 6.; *Cato ān iudicum* 14. 67.; *C. autem iudicum* 15. — *cuidam*] *quidam* Lg. praeter 2. 36. 76., item Gu. 2. — *quid opus*] *qui opus* Lg. 2. 36. 86. *quod opus* 24. — *immo*] *imo* Lg. 6. 15. 24. 67. 86.; in 24. est lacuna dimidii fere versus. Haec scriptura etsi originatione potior videtur (v. Voss. Etym. in v.), tamen vulgata etiam in his libris plus fidei habet a libris. — *inquit*] om. Lg. praeter 3. 17. 35. 81. 84., quod sequerer, nisi tres optimorum hac parte libri deficerent. — *fuit te? aut eiusdem*] *fuit est autem eiusdem* Lg. 5. 15. 20. 23. 24. 67. 69. 70. 73. 86. 93. *f. te āt eiusd.* 2. *f. te autem eiusd.* 3. 36. 81. *fuit autem eiusd.* 6. 21. 76. *te* om. 65. — *responsio*] *sponsio* Lg. 2. 36. — *si tu*] *tu* om. Lg. 15. 24. — *et aversus*] om. Gu. 2. Lg. 2. 20. 36. 76. 81 add. *aversus* om. 6. Quidam libri hic *adversus.*

257. *etiam*] *et tamen* Lg. praeter 2. 35. 36. 81. 84. ita corr. 81. — *Nummium*] varie codd. peccant; minus illi, qui *numium*, ut 3. 24. 65. 84. Alii *nimium*, *numinum* (Lg. 17. Gu. 1.) *numum*, *nummum*, *mumium*, *mummium*, *miumum* (Gu. 2.).

LXIV. *vel ut*] *velut* Lg. 3. 16. 20. 21. 24. 36. 65. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. 93. Vict. Gu. 2. — *paululum*] sic Lg. XXIII., i. e. omnes pr. 5. et 15., in quo *paulum.* — *immutatus*] *inmutatur* Lg. 6. 24. — *non nulli*] sic divisim Lg. 2. 36. 67. 70. 84. — *dicant*] *dicunt* Lg. 5. 15. 24. 86. — *St*] om. Lg. 2. *sī* 3. 16. 20. 21. 65. 69 corr. ut 6. 70. 73. 76. 81. *s₃* 17. 86. *sed* 15.

St, tacete, quid hoc clamoris? quibus nec mater nec pater,
Tanta confidentia? auferte istam enim superbiam.

Nam in Caelio sane etiam ad causam utile fuit tuum illud, Antoni, cum ille a se pecuniam profectam diceret testis et haberet filium delicatiorem, abeunte iam illo,

Sentin' senem esse tactum triginta minis?

258. In hoc genus coniciuntur proverbia: ut illud Scipionis, cum Asellus omnis provincias stipendia merentem se peragrasse gloriaretur: *Agas asellum* et cetera. Quare ea quoque, quoniam mutatis verbis non possunt retinere eandem venustatem, non in re, sed in verbis posita ducantur. 259. Est etiam in verbo positum non insulsum genus ex eo, cum ad verbum, non ad sententiam rem accipere videare, ex quo uno genere totus est Tutor

23. 24. 67. 35. 93. — *tacete*] *facere* Lg. 2. 81. *tacite* 6. *tacere* 21. 76. — *quibus* — *confidentia?*] *quis* — *confidentia*, partim recte, partim secus coniecit Schuetz.; recepere Muell. Or. Henr. Libri *quibus* — *confidentia estis.* Deinde *nec* prius om. Lg. pr. 2. 36., item Gu. 1. *mater* et *pater* in plurimis libris locum mutarunt, quod metrum convincit. — *pater*] *sit* add. Gu. 2. — *auferte*] *aufert* Lg. 2. 15. 16. 20. 24 corr. ut 3. 35. 36. 65. 70. 73. 76. 81. 84. 86. Gu. 2. Vict. *aufer* 21. *aufertur* Gu. 2. *anferte* 3. 5. 6. 14. 17. 23. 67. 93. — *istam*] om. Lg. 2. 36. *istanc* s. *isthanc* et *istāc* Lg. 3. 5. 14. 23. 24. 67. Vict. aliique plures. *ista c. n.* Gu. 1. — *enim*] add. *in* Lg. 2. 36. *enim* expung. 15. — *Caelio*] nullus liber hic *oe*, praeter Gu. 1. 2. Rell. *Caelio, Celio celo* (Vict.). — *tuum*] *tum* Lg. praeter 2. 36. 81. 93. — *tactum*] *tacitum* Lg. 2. 36. *tractum* 3. 6. 16 corr. 69 corr. 76. Vict.

258. *coniciuntur*] scripsi ex Lg. 2. 16. 20. 36. 69. 70. 73. 76. eodemque redit *coiciuntur* in 5 corr. ut 2., 17. 81. Vict. — *omnis*] scripsi ex Gu. 1. 2. Lg. praeter 3. 36. omnibus. — *se peragrasse*] *se* om. Lg. praeter 20. 93. omnnoque frequens est pronomen iuxta infinitivum omitti, suspectum tamen saepe, cum propter positum, quia infinitivum subsequi solet, tum propter sensum; velut hic dubium videri possit Asellusne an Scipio provincias peragraverit. V. explicationes ad III. 5, 18. — *ducantur*] *dicantur* Lg. 3. 20. 69. 73. corr. *esse dicantur* 6. *dicuntur* 2. 36.

mimus vetus oppido ridiculus. Sed abeo a mimis; tantum genus huius ridiculi insigni aliqua et nota re notari volo. Est autem ex hoc genere illud, quod tu, Crasse, nuper ei, qui te rogasset num tibi molestus esset futurus, si ad te bene ante lucem venisset, *Tu vero,* inquisti, *molestus non eris. — Iubebis igitur te,* inquit, *suscitari?* — et tu: *Certe negaram te molestum futurum.* 260. Ex eodem hoc vetus illud est, quod aiunt Maluginensem illum [M.] Scipionem, cum ex centuria sua renuntiaret Acidinum consulem praecoque dixisset: *Dic de L. Manlio! — Virum bonum,* inquit, *egregiumque civem esse arbitror.* Ridicule etiam illud L. [Porcius] Nasica censori Catoni cum ille: *Ex tui animi sententia tu uxorem habes? — Non hercule,* inquit, *ex mei animi sententia.* Haec aut frigida

259. *est etiam*] om. Lg. 2. 36. *autem* p. *etiam* 16. 93. — *ridiculus*] *ridiculi* Gu. 1. inde om. versus sequentes usque ad *ridiculi insigni.* Paulo ante *opido* Lg. 2. 20. 23. 76. v. *Schneider.* Gr. Lat. vol. I. 2. p. 427. — *genus huius*] inv. Lg. 2. 36. *eiusdem* p. *huius* 65. — *num*] sic Lg. omnes. *non* in solo Gu. 2. reperi; ita Gron. al., inepte. De genere mendi v. ad I. 58, 249. — *venisset*] *veniret* Lg. 86. — *negaram*] sic Harl. 1. Erl. Pearc. et recentiores post Ern.; melius nunc firmant Lg. 2. 16. 36. 70. 73. ita corr. 5. 24. Vulgatum fuit *negaras.*

260. *M.*] *Marium* 6. Molestissimum est praenomen illud, cum inauditum extra poëtas et inscriptiones metricas (ut est in sepulcralibus Scipionum *Cornelius Lucius Scipio Barbatus)* videatur medium inseri cognomini et agnomini. Quis dixit unquam *Africanus P. Scipio?* aut *Vatia P. Isauricus?* Quanquam talia tolerabat Oudendorpius ad Caes. B. Civ. I. 1, 1. Non potest dubitari quin *M.* adhaeserit ex praecedente *illum;* itaque sustuli. — *Acidinum*] *reciduum* Lg. 2. 36. *accidinum* X alii. *acciduum* 6. — *Manlio*] *Mario, Mannilio, Mallio* quidam libri. — *Porcius*] sic aut *Portius* plerique libri. *Pontius* liber Turnebi, *Porticus* Havn. 2. Eo verisimilius est e margine irrepsisse quod Catonis nomini adscriptum fuerit, quod in Lg. 2. 36. legitur *Porcium.* — *cum ille*] quoniam ille Lg. 2. 36. — *ex tui animi*] *tui ex ille animi* Lg. 2. 36. sqq. a *tu uxorem* usque ad alterum *sententia* om. Lg. 6. 70. — *ex mei animi*] „Errat Orell., qui Gruterum

sunt aut tum salsa, cum aliud est exspectatum. Natura enim nos, ut ante dixi, noster delectat error; ex quo cum quasi decepti sumus exspectatione, ridemus.

LXV. 261. In verbis etiam illa sunt, quae aut ex immutata oratione ducuntur aut ex unius verbi translatione aut ex inversione verborum. Ex immutatione, ut olim Rusca cum legem ferret annalem, dissuasor M. Servilius, *Dic mihi,* inquit, *M. Pinari, num, si contra te dixero, mihi male dicturus es, ut ceteris fecisti?* — *Ut sementem feceris, ita metes,* inquit. 262. Ex translatione autem, ut, cum Scipio ille maior Corinthiis statuam pollicentibus eo loco, ubi aliorum essent imperatorum, *turmalis* dixit *displicere.* Invertuntur autem verba, ut Crassus apud M. Perpernam iudicem pro Aculeone cum

ita primum pro arbitrio suo videri dedisse dicit; nam codd. si non omnes, attamen plerique (etiam Havn. 1. 2.) et edd. antiquiss. (in Med. 2. om. *animi)* hunc ordinem exhibent; Gruterum secuti sunt plerique recentiores. *ex animi mei s.* Ald. Iunt. Crat. Lamb. Sch. in ed. min. Or., qui codicum auctoritatem se sequi dicit; sed quinam hi codd. sint nescio, nisi fortasse Lambiniani. *ex animi tui sent.* Camer. Man. rep. Lamb.“ *Henrichsen.* Receptus ordo est etiam in omnibus Lg. praeter 76. 84., item Gu. 1. 2. Vict. — *aut*] *autem* Lg. 2. 17. 24. 36. 76. — *cum aliud*] *quoniam al.* Lg. 2. 36. ita illi libri etiam postea *(= quom).* — *cum aliud*] *aut aliud* Gu. 1. — *ex quo cum*] *et cum* Vict. non inepte.

LXV. 261. *etiam*] *autem* Lg. 93. — *immutata*] *inmut.* Lg. 84. 86. — *ducuntur*] *dicuntur* Lg. 6. 65. 76 v. u. t. 81 corr. — *inversione*] *inmutatione* Lg. 69. — *Rusca*] *tusca* Lg. 93. — *male dicturus*] iunctim Lg. 2. 23. 24. 65. 69. 70. 73. 81. 84. 86. Vict. — *es*] om. Lg. 6. 65. *est* 84 corr.

262. *ut, cum*] *cum* exp. 2. om. 24. — *Corinthiis*] *Corinthis* Lg. 5. 6. 15. 21. 24 corr. 35. 65. 67. 69. 70. 76. 86. Vict. — *essent*] om. Gu. 1. — *turmalis*] *tum malis* Lg. 2. *tum malis erant* 36. unde *i* finitionis adoptavi. — *Perpernam*] *Perpennam* sueto mendo Lg. omnes praeter 5. 6. 16. 84., item Gu. 2. Vict. — *Gratidiano*] *Crat.* Lg. 14. 93. om. 17. *Gracid.* 76. *Grandiano* 81. *graditatio* 2. 36. — *L. Aelius*] Hoc nomen varie depravatum

diceret, aderat contra Aculeonem Gratidiano L. Aelius Lamia, deformis, ut nostis; qui cum interpellaret odiose, *Audiamus*, inquit, *pulchellum puerum*, Crassus. Cum esset arrisum: *Non potui mihi*, inquit Lamia, *formam ipse fingere; ingenium potui.* Tum hic, *Audiamus*, inquit, *disertum.* Multo etiam arrisum est vehementius. Sunt etiam illa venusta, ut in gravibus sententiis, sic in facetiis. Dixi enim dudum rationem aliam esse ioci, aliam severitatis; gravium autem et iocorum unam esse materiam. 263. Ornant igitur in primis orationem verba relata contrarie, quod idem genus est saepe etiam facetum: ut Servius ille Galba cum iudices L. Scribonio tribuno plebis ferret familiaris suos et dixisset Libo: *Quando tandem, Galba, de triclinio tuo exibis?* — *Cum*

reperitur in Gu. 1. 2. Lg. 6. 14. 15. 20. 21. 24. 35. 65. 69. 70. 73. 76. 84. 86. 93. Praenomen om. ed. Man. al. — *Lamia*] *lama* Lg. 2. 36. — *cum*] *quoniam* Lg. 2. 36. *com* Gu. 1. — *pulchellum*] ita Lg. omnes, Gu. 1. 2. *(pulchelum); pulcellum* quomodo tam diu retineri potuerit nemo intelligat. — *arrisum*] *adrisum* Lg. 2. 20. 24. 65. 67. 70. 73. 84. 86. itaque mox. *ad risum* 16. Vict. — *rationem aliam — unam esse materiam*] sic, cum legatur in libris *materiam aliam — unam esse rationem*, quae pugnant cum eis, quae Caesar exposuit 61, 248., correxit Sch., secuti sunt Muell. Henr. Ceterum *materiem* Lg. praeter 2. 36. 67. 81., item Gu. 1. Vict. Boni codd. Lg. 4. 13. 32. Gu. 3. Z. nisi hic lacunosi essent, aliquid fortasse firmandae coniecturae conferrent. — *gravium*] *generum* errore ex scribendi compendio orto Lg. 2. 3. 5. 6. 15. 16. 20. 21. 36. 65. 69 v. u. t. 70. 73. 84. 86. corr. u. t. Gu. 2. *severum* 14. 23. 24 corr. u. 2. 35 corr. *severorum* 67. 76. 81.

263. *in primis*] sic divisim Lg. 2. 36. 65. 70. 73. 81. 93. Man. Lamb. *imprimis* 17 corr. 69. 76. 86. Gu. 2. — *contrarie*] *contra rem* Lg. 2. *contra ri* 36. *contrariae* 69. — *est saepe*] inverti sic secundum Lg. omnes et Vict. — *ille Galba*] om. Lg. 2. 36. — *familiaris*] scripsi ex Lg. 2. 3. 5. 14. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 36. 65. 70. 73. 76. 81. 84. 86. 93. Gu. 1. 2. Vict. — *quod Glaucia*] *quod* om. Gu. 1. 2. Lg. praeter 2. 20. 36. *Clavea*

tu, inquit, *de cubiculo alieno.* A quo genere ne illud quidem plurimum distat, quod Glaucia Metello: *Villam in Tiburte habes, cortem in Palatio.*

LXVI. 264. Ac verborum quidem genera quae essent faceta dixisse me puto; rerum plura sunt eaque magis, ut dixi ante, ridentur; in quibus est narratio, res sane difficilis. Exprimenda enim sunt et ponenda ante oculos ea, quae videantur et veri similia, quod est proprium narrationis, et quae sint, quod ridiculi proprium est, subturpia; cuius exemplum, ut † brevis sim, sit sane illud, quod ante posui, Crassi de Memmio. Et ad hoc genus adscribamus etiam narrationes apologorum. 265. Trahitur etiam aliquid ex historia, ut, cum Sex. Titius se Cassandram esse diceret, *Multos,* inquit Antonius, *possum tuos Aiaces Oileos nominare.* Est etiam ex similitudine, quae aut collationem habet aut tanquam imaginem. Col-

Lg. 2. 36. *Glautia* s. *Galutia* quidam alii. — *cortem*] sic meorum soli Lg. 36. 93. Rell. Lg. Vict. Gu. 1. 2. *cohortem* s. *chohortem;* v. explicationes. In Lg. 76. inscriptum scholion: *versaris semper in accusationibus et litigiis.*

LXVI. 264. *et veri similia*] *et* om. Gu. 1. 2. *esse* quaedam edd. antiquae, Ern. recentt. Mox in verbis *ridiculi proprium est* ultimum om. Lg. 15. 86. — *brevis sim*] sic coni. Orellius. Libri *brevissimum;* v. explicationes. — *ascribamus*] sic Lg. 15. 16. 23. 24. 35. 36. 69. 70. 76. 81. 84. 86. Vict. Gu. 2. eoque pertinent etiam *ascribamus* in 65. 73. et *scribamus* in 2. 6.

265. *cum*] *quoniam* Lg. 2. 16. 36. = *quom.* — *Sex. Titius*] *Sextius* Lg. 2. 36. — *inquit Antonius, possum*] *possem inquit Ant.* Lg. 6. — *tuos Aiaces*] inv. Gu. 1. — *collationem*] *conlationem* Lg. 5. 70. 73. — *collationem*] *collationis* sine distinctione ante Lg. 3. 6. 15. 17. 21. 23. 24. 35. 36. 65. 67. 84. 86. 93. Gu. 1. 2. et *conlationis* 5. 69. 70. 73. 76. — *Magio*] *agio* Lg. 69. 76 corr. *favio* 2. 36. — *tenuitate*] *tenuitatem* Lg. 5. 69. 76. 93. — *Magi*] sequor Lg. 3. 21. 24. 35. 36. 84. 86. 93. Vict. Gu. 1. *Magium* 2. 36. Mox pro *Magium* Lg. 5. 69. 76 corr. *agium;* 6. *magnum;* 65. *agrum.* non *Magium conservasse*

lationem: ut ille Gallus olim testis in Pisonem, cum innumerabilem Magio praefecto pecuniam dixisset datam idque Scaurus tenuitate Magi redargueret, *Erras*, inquit *Scaure. Ego enim Magium non conservasse dico, sed, tanquam nudus nuces legeret, in ventre abstulisse;* ut ille M. Cicero senex huius viri optumi nostri familiaris pater: *nostros homines similis esse Syrorum venalium; ut quisque optume Graece sciret, ita esse nequissimum.* 266. Valde autem ridentur etiam imagines, quae fere in deformitatem aut in aliquod vitium corporis ducuntur cum similitudine turpioris: ut meum illud in Helvium Manciam: *Iam ostendam cuiusmodi sis;* cum ille: *Ostende, quaeso;* demonstravi digito pictum Gallum in Mariano scuto Cimbrico sub Novis distortum eiecta lingua buccis fluentibus; risus est commotus; nihil tam Manciae simile visum est: ut cum T. Pinario mentum in dicendo intor-

93. — *ille M. Cicero*] sic Ern. de coni. Libri *illud. optumi* et mox *optume* dedi ex Lg. 3. 5. 23. 65. 73., hoc etiam ex 14. 20. — *similis esse*] haec post *venalium* ponuntur in praeter 2. 14. 23. 36., item in Vict. Ceterum *similis* Lg. 36. 65.

266. *autem*] *enim* Lg. 14. *etiam* 24. Mox *etiam* abest a Lg. 2. 20. 36. — *Helvium Manciam*] in priore nomine VIII. Lg. et Vict. Gu. 1. 2., in altero Lg. 14. 16. 23. 67. 69. 70. 84. Vict. Gu. 1. 2. aberrant, ut tamen in eorum scripturis nihil veri simile sit. Illa scriptura Ursini est firmaturque a Quintiliano VI. 3, 38. — *iam*] om. Lg. 2. 36. — *cum ille*] *tum ille* Lg. 3. 6 23. 67. — *demonstravi*] *demonstravit* Lg. 20. 21. 76. ita corr. 35. — *Mariano scuto Cimbrico*] *maria noscito Cimbrico* Lg. 2. 36. *mīonio sc. Cimbr.* 6 corr. *mīo. maximo s. C.* 20. *marino* 76. — *Novis*] *nobis* Lg. 2. 6. 36. 70. rell. Lg. Vict. Gu. 1. *nodis.* — *distortum*] *distortis* Lg. 93. — *T. Pinario*] *tertio P.* Lg. 2. 36. *festio*, *Cestio* (Erl.) *testio*, *textio* alii quidam; unde *testi* coni. Pearcius. *Pavario* 2. 36. *penurio plenurio prevario poenario* alii quidam. Vulgatum est *Testio Penario;* sed *T. Pinario* Ursinus coniecit. — *in dicendo*] *incidendo* Lg. 2. 36. — *tum*] om. Lg. 2. 36. *cum* 16.

queuti: *Tum ut diceret, si quid vellet, si nucem fregisset.* 267. Etiam illa, quae minuendi aut augendi causa ad incredibilem admirationem efferuntur: velut tu, Crasse, in contione, *ita sibi ipsum magnum videri Memmium, ut in forum descendens caput ad fornicem Fabianum demitteret.* Ex quo genere etiam illud est, quod Scipio apud Numantiam, cum stomacharetur cum C. Metello, dixisse dicitur: *Si quintum pareret mater eius, asinum fuisse parituram.* 268. Arguta est etiam significatio, cum parva re et saepe verbo res obscura et latens illustratur: ut cum C. Fabricio P. Cornelius homo, ut existimabatur, avarus et furax, sed egregie fortis et bonus imperator, gratias ageret, quod se homo inimicus consulem fecisset bello praesertim magno et gravi: *Nihil est, quod mihi gratias agas,* inquit, *si malui compilari quam venire;* ut Asello Africanus obicienti lustrum illud infelix, *Noli,* inquit, *mirari; is enim, qui te ex aerariis exemit, lustrum condidit et taurum immolavit.* † Tanta suspicio est, ut

267. *efferuntur*] *hec feruntur* Lg. 2. 36. — *contione*] sic Lg. 23. 24. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. 93. eoque spectat *certione* in Lg. 2. — *ipsum*] *ipsi* Lg. 14. 16. 20. 67. 70. 73. 86. om. 24 add. Male. — *Memmium*] *Mennium* et *Memium* quidam libri. — *descendens*] *discedens* Gu. 1. Lg. 5. 6. 16. 20. 21. 23. 35. 65. 67. 70. 73. 76. 84. v. Cort. ad Luc. I. 335. — *Fabianum*] legebatur *Fabii.* Legitimum nomen restitui ex Lg. 2. 36. — *demitteret*] *dimitteret* XVII Lg. et meliorum 2. 5. 15. 65. 67. 76. — *cum*] *quoniam* Lg. 2. 36. v. supr.

268. *est etiam significatio*] sic posui secundum Lg. 2. 36. Vulgabatur *etiam sign. est.* — *cum parva*] *tum parva* Lg. 2. 36. — *illustratur*] *inlustratur* Lg. 65. 70. 73. — *existimabatur*] codd. Lg. XVIII (nec tamen 2. 36), item Vict. Gu. 1. 2. *existimatur* s. *extimatur.* — *nihil est quod*] scriptura reperta in Havn. 1. 2. VSt. Gu. 2. ed. Wald. ascita ab Lamb. Sch. Muell. Or. Henr. firmatur Lg. 2. 3. 6. 14. 23. 36. 65. 67. 69. 81. Vulgatur *quo.* — *compilari*] *expi :: lari* Lg. 86. — *obicienti*] sic Lg 2. 15 corr. 16. 17. 20. 21. 24. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. Vict.

religione civitatem obstrinxisse videatur Mummius, quod Asellum ignominia levarit.

LXVII. 269. Urbana etiam dissimulatio est, cum alia dicuntur ac sentias; non illo genere, de quo ante dixi, cum contraria dicas, ut Lamiae Crassus, sed cum toto genere orationis severe ludas, cum aliter sentias ac loquare: ut noster Scaevola Septumuleio illi Anagnino, cui pro C. Gracchi capite erat aurum repensum, roganti, ut se in Asiam praefectum duceret, *Quid tibi vis,* inquit, *insane? tanta malorum est multitudo civium, ut tibi ego hoc confirmem, si Romae manseris, te paucis annis ad maximas pecunias esse venturum.* 270. In hoc genere Fannius in annalibus suis Africanum hunc Aemilianum dicit † fuisse et eum Graeco verbo appellat *εἴρωνα;* sed, uti ferunt qui melius haec norunt, Socratem opinor in hac ironia dissimulantiaque longe lepore et humanitate omnibus praestitisse. Genus est perelegans et cum gravitate salsum cumque oratoriis dictionibus tum urbanis

Gu. 2. — *taurum*] *aurum* Lg. XVIII. nec tamen 2. 5. 15. 24. 35. 36. Gu. 2. ita corr. 24. *auri* Gu. 1. — *Mummius*] *noster M.* Lg. 93. Nomen in libris varie corruptum legitur. — *levarit*] *levaret* Lg. 73 corr. Gu. 1.

LXVII. 269. *cum*] *quoniam quando* Lg. 2. 36. *quoniam* etiam deinceps inde illi ter. — *Septumuleio*] sic ab antiquiore forma *septumus* dictum esse consentaneum est hominem, quem vulgo *Septimuleium* vocitant; quod exstat in Lg. 15. 21. Lamb. *septimo* Lg. 2. 36. *septumulegio* 6. *setumuleo* et *septumulio* quidam alii, *septumelicio Anagmino* Gu. 1. *Anagumo* Lg. 2. 36. *Anagintio* 6. — *praefectum*] *profectum* Lg. 36. 84. *perfectum* 81 corr. Gu. 1. — *ut tibi ego hoc*] *ut ego tibi hoc* Lg. 73. *ut tibi hoc ego* 81. Gu. 2. 81. *ego* om. 5. 17. *hoc* om. 2. 36.

270. *appellat*] *adpell.* Lg. 5. *dicit* 20. — *Graeco*] *cum Graeco* Gu. 1. Vict. — *εἴρωνα*] Graece haec scribuntur, sed prave in Lg. 3. 5. 17. 21. 73. 84. Vict. om. Gu. 1. *troma* 2. 36. *yronia, irona, hironia, ironiam* 14. 65. 69. 81. 86. Gu. 2. — *oratoriis*] *oratoribus* Lg. 2. *oratoris* 5. 6. 21. 24. — *dictionibus*] *actionibus*

sermonibus accommodatum. 271. Et hercule omnia haec, quae a me de facetiis disputantur, non maiora forensium actionum quam omnium sermonum condimenta sunt. Nam sicut quod apud Catonem est, qui multa retulit, ex quibus a me exempli causa complura ponuntur, per mihi scitum videtur, C. Publicium solitum dicere *P. Mummium cuiusvis temporis hominem esse:* sic profecto se res habet, nullum ut sit vitae tempus, in quo non deceat leporem humanitatemque versari. Sed redeo ad cetera. 272. Est huic finitimum dissimulationi, cum honesto verbo vitiosa res appellatur: ut cum Africanus censor tribu movebat eum centurionem, qui in Pauli pugna non affuerat, cum

Lg. 2. 36. fortasse recte. — *sermonibus*] *dictionibus* Lg. 3. 5. — *accommodatum*] *adcomm.* 65. 70. *acconmod.* 69.

271. *hercule*] *hercle* Lg. 76. Vict. — *disputantur — quam omnium*] haec om. Gu. 1. — *sicut quod*] *sicut* addidi, cum *sunt* legatur in Lg. 2. 36., et medie distinxi ante *sic profecto se res habet*, haec ut apodosis esset priorum. In idem incidit, ut nunc video, Bakius Leidensem librum secutus. Sententia sic habet: *sicut illud, quod apud Catonem exstat, cuiusvis temporis hominem esse Publicium mihi admodum scitum videtur: sic lepore et humanitate uti omne vitae tempus decet.* Vulgata intelligi non potest. — *apud*] *ante* Lg. 69. 93. — *retulit*] *retulit* = *rettulit* Lg. 16. 21. 23. 84. 93. — *complura*] non dubitavi egregiam scripturam recipere ex Lg. 2. 36. quamvis solis. Non scripsit Cicero *Cato multa retulit, ex quibus a me multa ponuntur.* — *C. Publicium*] *Publium* Lg. 16. 20. 70. 73. 86. *Publitium* 23. 24. 67. — *Mummium*] *Numium* Vict. *Memmium, Marium, Mummium, Nummium, Minnium* (Gu. 2.) plures codd. vitiose. *Sp. Mummium* pro *Publio* scribendum suspicatus est Lambinus; v. explicationes. Eiusdem fortasse Lambini coniecturam *cuiusvis temporis* pro *cuivis tempori* Henr. et ego secuti sumus, cum propter similia dicta tum propter librorum vestigia. Quippe *quidvis temporis* cod. Lamb. ed. Lott.; *quidvis tempori* Havn. 1. 2. Lg. 3. 5. 17. 21. 35. Vict. Gu. 1. 2. ed. Med. 1. 2. Ven. *quisvis tempori* ψ. Longe propius a vero absunt *quod vis* Lg. 2. 36. *qui ius* 6. *quoi vis* corr. *quoiuis* 76., omnia ex *quoiusvis* orta. — *se res habet*] vulgo *res se habet.*

ille se custodiae causa diceret in castris remansisse quaereretque cur ab eo notaretur: *Non amo,* inquit, *nimium diligentes.* 273. Acutum etiam illud est, cum ex alterius oratione aliud excipias atque ille vult: ut Salinatori Maximus, cum Tarento amisso arcem tamen Livius retinuisset multaque ex ea praelia praeclara fecisset, cum aliquot post annos Maximus id oppidum recepisset rogaretque eum Salinator, ut meminisset opera sua se Tarentum recepisse, *Quidni,* inquit, *meminerim? nunquam enim recepissem, nisi tu perdidisses.* 274. Sunt etiam illa subabsurda, sed eo ipso nomine saepe ridicula, non solum mimis perapposita, sed etiam quodam modo nobis:

Legitimam verborum collocationem restitui ex Lg. 2. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 23. 24. 35. 36. 65. 67. 70. 73. 76. 81. 84. 86. Gu. 1. Vict.

272. *appellatur*] *adpellantur* Lg. 65. 70. 73. — *cum*] *quoniam* Lg. 2. 36. — *tribu*] *tribui* Gu. 1. — *Pauli*] sic Lg. XXIV., praeter 5. — *affuerat*] *adfuerat* Lg. 5. 20. 65. 70. 73. *fuerat* 6. 35. — *custodiae causa*] *custodem* Lg. 35. 81. *causa* om. Vict. Gu. 1. Lg. praeter 2. 17. 20. 36. 69. 84. 93.; quos sequerer, si optimi addicerent. — *remansisse*] *mansisse* Lg. 14. 23. 67. — *cur*] om. Lg. 2. 36., quippe propter proximum *que.*

273. *Salinatori*] *salmator* Lg. 2. *salinator* 36. — *Livius*] *illius* Lg. 2. 36. *L. Iulius* 3. *livius iulius* Gu. 2. Lg. 5. 6. 14. 20. 23. 65. 67. 76. 84. *livius vilius* Vict. *levius* 17. *levius iulius* 69. Gu. 1. Omnino displicet eundem hominem primo et tertio Salinatoris, secundo loco Livii nomine dici; elegantius longe scriberetur *ut Maximus, cum — arcem tamen Livius Salinator retinuisset,* vel Salinatoris nomen primo loco tolleretur. — *praelia*] sic aut *prelia* codd. mei omnes, nisi quod *plla* Gu. 2. — *oppidum*] *opidum* Lg. 2. 17 corr. 20. 35 corr. 67. 76 corr. 93. — *cum*] *tum* Lg. 3. 5. 6. 14. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 76. 81. 84. 86. 93. — *Salinator*] *salmator* Lg. 2. 65. 81. — *quidni*] *quid tu* Lg. 2. 36. *quid nunquid* 5. 21. *quid* 17. Gu. 1. *quid non* 20. *quid num* 24 corr. *quid ni* divisim 23. 67. 70. 73. 93. edd. aliquot. — *enim*] sic Havn. 1. 2. Ox. omnes, Erl. Vict. Gu. 1. 2. Lg. omnes praeter 93. om. 81. *ego* edd. antiq. et vulgo ante Grut.; restituit Or. male id dicens in plerisque libris legi.

274. *non solum*] *non modo* 2. 36. memoriter scribentis, ut

Homo fatuus,
Postquam rem habere coepit, est emortuus.

et

Quid est tibi
Ista mulier? — Uxor. — Similis medius fidius.

et

Quam diu ad aquas fuit, nunquam est emortuus.

LXVIII. 275. Genus hoc levius et, ut dixi, mimicum; sed habet non nunquam aliquid etiam apud nos loci, ut vel non stultus quasi stulte cum sale dicat aliquid: ut tibi, Antoni, Mancia, cum audisset te censorem a M. Duronio de ambitu postulatum, *Aliquando,* inquit, *tibi tuum negotium agere licebit.* Valde haec ridentur et Hercule omnia, quae a prudentibus quasi per dissimulationem non intellegendi subabsurde salseque dicuntur. Ex quo genere est etiam non videri intellegere quod intellegas, ut Pontidius: *Qualem existimas, qui in adulterio*

videtur, errore. — *quodam modo*] sic divisim Lg. 67. 70. — *emortuus*] et hic et infra sic Lambinus de coniectura, ut versus constaret; secutique iure recentiores. Libri *mortuus;* omissum est *e* propter *est* praecedens, quod *ē* scribi solet. — *uxor*] *uxori* Lg. 14. 23. 65. 69. 70. 73. 84. 86 corr. 93. om. 67. Plerique distinctione nulla interposita *uxor similis.* — *medius*] om. Lg. 15. 86. Non scribo divisim, quia de originatione non satis constat. — *et — et*] utrobique particula a plurimis libris abest, priore ab omnibus, altero a Lg. praeter 3. 5. 6. 35. 69. 76., item a Gu. 1. 2. Havn. 1. 2. *ψ*. edd. ante Lambinum, qui utrumque addidit; secuti sunt recentiores post Sch. — *quam diu*] *quod diu* Lg. 2. 36. Divisim 67. 70. 81. 84. 86. — *aquas*] *aquam* Lg. 2. 36. *qua* 6 corr. *quas*, ut 69 corr. 81 corr. 84.

LXVIII. 275. *loci*] Lg. praeter 2. 3. 17. 36., item Gu. 1. *ioci*, quod ipsum defendi bene potest; *habere enim aliquid ioci* commode dicitur pro *aliquid iocosi.* — *Mancia*] *minima* Lg. 2. 36. *Mantia* codd. XIV. — *intellegendi — intellegere — intellegas*] sic scripsi ter ex Lg. 2. 36. 73. — *Pontidius*] *Potionis* Lg. 2. *Potidius* 15. *Pomptidius* 65. — *deprenditur*] sic Lg. 6.

deprenditur? — *Tardum.* Ut ego, qui in delectu Metello, cum excusationem oculorum a me non acciperet et dixisset: *Tu igitur nihil vides?* — *Ego vero,* inquam, *a porta Esquilina video villam tuam.* 276. Ut illud Nasicae: qui cum ad poëtam Ennium venisset eique ab ostio quaerenti Ennium ancilla dixisset domi non esse, Nasica sensit illam domini iussu dixisse et illum intus esse. Paucis post diebus cum ad Nasicam venisset Ennius et eum a ianua quaereret, exclamat Nasica se domi non esse. Tum Ennius, *Quid? ego non cognosco,* inquit, *vocem tuam?* Hic Nasica: *Homo es impudens. Ego cum te quaererem, ancillae tuae credidi te domi non esse, tu mihi non credis ipsi?* 277. Est bellum illud quoque, ex quo is, qui dixit, irridetur in eo ipso genere, quo dixit: ut cum Q. Opimius consularis, qui adolescentulus male audisset, festivo homini Egilio, qui videretur mollior nec esset, dixisset: *Quid tu, Egilia*

15. 24. Gu. I. 3. *dependitur* 2. 36. Brevior forma secundum libros restituta est a Goerenzio Legg. I. 23. 61. ab Orellio Divers. XI. 23, 2. — *tardum*] addunt *existimo* Lg. 69. 93. — *delectu*] *dilectu* quamvis male Lg. 2. 3. 5. 14. 16. 17. 20. 24 corr. 35. 36. 65. 70. 73. 76. Gu. 2. — *acciperet*] *adciperet* Lg. 65. 70. 73. — *Esquilina*] *exquilina* Lg. 2. 14. 15. 69. 81. 84. 86. 93. *aesquilina* 69. v. ad I. 27, 125.

276. *eique* — *Ennium*] haec om. Lg. 76. Gu. 1. — *ostio*] *hostio* Lg. XX. nec tamen 2. 3. 5. 36. — *exclamat*] *exclamavit* Lg. 73. — *quid* om. Lg. 2. 36. 76 add. — *inquit, vocem*] ita inverti secundum Lg. 2. 23. 36. 69. 76. — *domi non*] *dominam* Gu. 1. — *impudens*] *imprudens* Gu. 2. Addo *Nasicae* nomen in nonnullis libris *Nassicam* scribi; in aliis vitiose *Nascia* et *Nausica* est.

277. *quoque*] om. Lg. 6. 15. 86. — *irridetur*] *inridetur* Lg. 73. — *in eo ipso*] *in* om. Lg. 17., non male sane: v. explicatt. I. 3, 12. — *quo dixit*] sic Lamb. Ern. Libri *quod*, facili errore propter verbum sequens. — *ut cum*] *et cum* Gu. 1. *Opimus* Lg. 76. — *adolescentulus*] *adul.* Lg. 5. 17. 65. 70. 73. 81. 84. 86. — *male audisset*] om. Lg. 2. 36. — *Egilia*] *Egilit*

mea? quando ad me venis cum tua colu et lana? — Non pol, inquit, *audeo. Nam me ad famosas vetuit mater accedere.*

LXIX. 278. Salsa sunt etiam quae habent suspicionem ridiculi absconditam, quo in genere est Siculi illud, cui cum familiaris quidam quereretur, quod diceret uxorem suam suspendisse se de ficu: *Amabo te,* inquit, *da mihi ex ea arbore, quos seram, surculos.* In eodem genere est, quod Catulus dixit cuidam oratori malo; qui cum in epilogo misericordiam se movisset putaret, postquam assedit, rogavit hunc, videreturne misericordiam movisse; *Ac magnam quidem,* inquit. *Neminem enim puto esse tam durum, cui non oratio tua miseranda visa sit.* 279. Me quidem Hercule etiam illa valde movent

noti non sunt, et quod videtur unicum afferri posse ad defendendum *Egillianus* p. CXXX. 3. dubium est rectiusque scribetur *Egrilianus;* de *Egriliis* enim satis constat. Nisi forte dicas, *Egilios* et *Aegilios;* quanquam etiam hoc tenuissima memoria est, dici potuisse, quia et *Egrilii* et *Aegrilii* fuerunt. Sed vitium latere et libri indicant, nam post non *Egilia mea* sed *Cilicia mea* Lg. 2. *e cilicia mea* 36. *cligia* Gu. 2., et Nonius *Decilla mea* afferens v. *colus* p. 198.; sed Mercerus locum ex Cicerone correxit. Et hoc a Lg. 2. scriptura non multum distat. — *colu*] *colo* Lg. 2. 36. eidemque mox *pol* om. — *vetuit*] *metuit* Lg. 2. 6. 36. Vict. *venit* 69.

LXIX. 278. *Siculi illud*] sic inverti secundum Lg. 2. 36. — *cui cum*] *cum cui* Lg. 15 corr. — *ex ea arbore*] *de ista arb.* Lg. 20. 67. 69. 93. Lamb. *ea* pro *ista,* quod vulgo legitur, recepi ex Lg. 2. 36. — *in eodem*] *ita in eodem* Lg. 69. 93. — *in epilogo*] *in* om. Lg. 65. — *assedit*] *adsedit* Lg. 65. 70. 73. *abscondit* 2. 36. — *magnam*] *magna* Lg. 2. 36. 65. — *miseranda*] *misericordia digna* Lg. 2. 36. quod reciperem, si ceteri boni codd. hic opem ferrent. *misericordia* etiam Gu. 1. *miseria* Lg. 6.

279. *quidem*] *tamen* Lg. 2. 36. — *Hercule etiam illa valde movent*] vulgabatur inde ab antiquissimis editionibus *hercule valde illa movent.* Lambinus edidit *hercule illa etiam*

stomachosa et quasi submorosa ridicula, non cum a moroso dicuntur; tum enim non sal, sed natura ridetur. In quo, ut mihi videtur, persalsum illud est apud Novium:

Quid ploras, pater? —
Mirum ni cantem; condemnatus sum.

Huic generi quasi contrarium est ridiculi genus patientis ac lenti: ut cum Cato percussus esset ab eo, qui arcam ferebat, cum ille diceret *Cave,* rogavit, *num quid aliud ferret praeter arcam.* 280. Etiam stultitiae salsa reprehensio: ut ille Siculus, cui praetor Scipio patronum causae dabat hospitem suum hominem nobilem, sed admodum stultum, *Quaeso,* inquit, *praetor, adversario meo da istum patronum, deinde mihi neminem dederis.* Movent illa etiam, quae coniectura explanantur longe aliter

valde movent. Ut dedimus, ante nos ex Havn. 1. 2. VSt. Gu. 1. 2. Sch. Muell. Or. Henr. Accedit nunc auctoritas Lg. 36. *hercule illa valde movent,* sed omisso *etiam,* Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 70. 73. 86. *valde* om. 76. — *non cum a moroso*] sic omnes codd., nisi quod *non* a Gu. 2. abest. Ernestus sua solius auctoritate *cum non a moroso.* — *submorosa* paulo ante *summorosa* scribuntur in Gu. 1., quod non probo in nomine. — *Novium*] ab antiquiss. inde edd. vulgabatur *Naevium.* Illud habent Havn. 1. Ox. omnes, Gu. 1. 2. (errat Henr.) Lg. 3. 5. 15. 16. 21. 65. 70. 73. 81. 84. 86. 93. eoque ducit *novum* in 2. 36. *Ennium nevium* 14 corr. ut 3. *Ennium* 23. Etiam 70, 285. *Novius* ab Henrichsenio scriptum ex Havn. 1. 2., Pall. praeter octavum, *α. ε. ψ.* et edd. antiq. praeter Lott.; eumque sequor addicentibus Lg. 2. 3. 14. 15. 16. 36. 65. 69. 70. 73. 81. 84. 86. 93 (corr. *Naevius)* Vict. Gu. 1. 2.; *Nonius* Lg. 5. — *mirum ni cantem*] *mirum* om. et *nicantem* uno vocabulo Lg. 2. 36. posterius etiam alii quidam. *mi? nam mi cantem* 93. mg. al.: *mirum incaute.* — *caute* 69. *cantes* 76. — *ac lenti*] *et l.* Lg. 36. — *cum*] v. supr., item statim. — *aliud*] *aliut* Lg. 24 corr. — *praeter*] *nisi* Lg. 2. 36. *archam* hic et ante 2. 14. 65

280. *etiam*] *et etiam* Lg. 2. fortasse *est etiam* scribendum, ut habet 93. *reprehensio est* Gu. 2. — *hominem nobilem*] inv. Lg. 15. 24. — *deinde mihi n. d.*] haec om. Lg. 3. Omnia a v.

atque sunt, sed acute atque concinne; ut cum Scaurus accusaret Rutilium ambitus, cum ipse consul esset factus, ille repulsam tulisset, et in eius tabulis ostenderet literas *A. F. P. R.* idque diceret esse: *Actum fide P. Rutili*; Rutilius autem: *Ante factum, post relatum:* C. Canius eques Romanus, cum Rufo adesset, exclamat neutrum illis literis declarari. *Quid ergo?* inquit Scaurus. — *Aemilius fecit, plectitur Rutilius.*

LXX. 281. Ridentur etiam discrepantia: *Quid huic abest, nisi res et virtus?* Bella etiam est familiaris reprehensio, quasi errantis: ut cum obiurgavit Albium Granius, quod, cum eius tabulis quiddam ab Albucio probatum videretur, et valde absoluto Scaevola gauderet neque intelligeret contra suas tabulas iudicatum esse. 282. Huic similis est etiam admonitio in consilio dando

causae ad *istum*, i. e. bis posito *patroni* vocabulo intermedia om. Gu. 2. — *atque sunt*] *quam sunt* Lg. 6. 24. *quoque sunt* 81 corr. — *accusaret*] *adcus.* Lg. 65. 67. 70. — *consul esset*] inv. Lg. praeter 2. 14. 15. 36. 84. — *A. F. P. R. idque*] *A. ad praetorem eique* Lg. 2. 36. — *actum*] *factum* Lg. 6. *aptum* 93. *fide actum* inv. 2. 36. — *Rutili*] scripsi secundum Lg. 2. 5. 16. 17. 24. 36. 65. 70. 73. Vict. — *C. Canius*] *C.* om. Lg. 2. 76. *Carnius* Gu. 1. *Camnius* Lg. 15. *Caninius* 35. — *Rutilius*] *Rutilium* Lg. 36 corr.

LXX. 281. *etiam discrep.*] *et disc.* Lg. 2. 36. — *huic*] *hinc* Lg. 2. 14. 36. talia in libris non nullis vix dignoscuntur, *vis*, *ius*, *vindex* compendio expressum et *iudex*, *indico iudico*, v. Drak. ad Liv. XXXIX. 15, 11., et de hoc ipso nostro *hinc* et *huic* ad XXV. 40, 2. — *hic* plures libri, velut 3. 5. 6. 15. 17. 20. 21. 23. 76. Vict. Gu. 1. 2. v. Drak. l. c. ad XXVI. 13, 13. — *etiam est*] *est etiam* Lg. 81. om. *est* 15. 35. — *Albius Granium*] de sententia v. explicationes. Verum scribendum videtur *Albium Granius.* Quippe *Granius (gravius, grannius, grantus*, hoc Lg. 36.) habent Lg. omnes, Vict. Gu. 1. 2. Havn. 1. VSt. ψ. Med. 1. Ven. Manut.; *Albium* VSt. *Albucinum* Lg. 2. 36. — *cum*] v. supr. — *ab Albucio*] sic Havn. 1. 2. γ. ε. Lg. omnes praeter 2. 3. 36. 93.; item Vict. Gu. 2. edd. Steph. Lamb. et

familiaris: ut cum patrono malo, cum vocem in dicendo obtudisset, suadebat Granius, ut mulsum frigidum biberet, simul ac domum redisset; *Perdam,* inquit, *vocem, si id fecero.* — *Melius est,* inquit, *quam reum.* 283. Bellum etiam est, cum quid cuique sit consentaneum dicitur: ut cum Scaurus non nullam haberet invidiam ex eo, quod Phrygionis Pompei locupletis hominis bona sine testamento possederat, sederetque advocatus reo Bestiae, cum funus quoddam duceretur, accusator C. Memmius, *Vide,* inquit, *Scaure, mortuus rapitur, si potes esse possessor.* 284. Sed ex his omnibus nihil magis ridetur, quam quod est praeter exspectationem; cuius innumerabilia sunt exempla, vel Appi maioris illius, qui in senatu, cum ageretur de agris publicis et de lege Thoria et premeretur Lucilius ab iis, qui a pecore eius depasci agros

recentt. post Sch. *A. Albucio (t)* edd. antiquiss., et sic Lg. 93 corr. *ab.* — *et valde*] *et* om. Lg. 2. 36. — *iudicatum esse*] sic inverti cum Lg. 2. 36.

282. *etiam*] ante *similis* ponitur in Lg. 2. 36. om. 15. 20. — *admonitio*] sic adiungitur *familiaris* in Lg. 20. invertiturque *in dando consilio.* — *obtudisset*] *obtulisset* Lg. 2. 6. 17. 23. 36. — *Granius*] v. §. 281. — *simul ac*] sic divisim Lg. 2. 17. 65. 69. 70. 73. 76. 81 corr. 84. — *reum*] *rem* Lg. 93.

283. *cum*] *quod* Lg. 2. 36. i. e. *quom,* idque restituendum foret, nisi hic adhuc careremus codd. 4. 13. 32. Gu. 3. — *quid*] *quod* Lg. 6. Lamb. *id* corr. *id quod* 93 corr. u. t. — *Phrygionis*] *frigiones, prygionis, pigrionis, phrigionis* (Lg. 69.), *pugionis* Lg. praeter 67. peccant. — *Pompei*] scripsi ex Lg. praeter 20. 86. omnibus et Vict. om. 20. ita corr. 86. — *accusator*] *adcus.* Lg. 67. 70. 73. — *C. Memmius*] *C.* om. Lg. 2. 36. *Memius* et *Mennius* quidam codd. — *rapitur*] *capitur* Lg. 6. — *potes*] *potest* Lg. 2. 36.

284. *Appi*] scripsi ex Lg. 5. 6. 16. 17. 21. 36. 65. 70. eodemque ducit *Apii* in 2. 15. 24 corr. 86. — *in senatu cum*] *cum in sen.* Gu. 1. 2. *cum ageretur in s.* — *cum*] v. supr. — *Thoria*] *Toria* quidam codd. *choria* 69. — *Lucilius*] dubium id nomen. Nam hic et infra *Lucullus Luculli Lucullum* exstat in

publicos dicerent, *Non est,* inquit, *Lucili pecus illud; erratis;* (defendere Lucilium videbatur;) *ego liberum puto esse; qua lubet, pascitur.* 285. Placet mihi illud etiam Scipionis illius, qui Ti. Gracchum perculit. Cum ei M. Flaccus multis probris obiectis P. Mucium iudicem tulisset, *Eiero,* inquit; *iniquus est.* Cum esset admurmuratum, *Ah,* inquit, *P. C., non ego mihi illum iniquum eiero, verum omnibus.* Ab hoc vero Crasso nihil facetius. Cum laesisset testis Silus Pisonem, quod se in eum audisse dixisset: *Potest fieri,* inquit, *Sile, ut is, unde te audisse dicis, iratus dixerit.* Annuit Silus. *Potest etiam, ut tu non recte intellexeris.* Id quoque toto capite annuit, ut se Crasso daret. *Potest etiam fieri,* inquit, *ut omnino quod te audisse dicis nunquam audieris.* Hoc ita praeter exspectationem accidit, ut testem omnium

Havn. 1. 2. VSt. cod. Pighii (v. Ann. ad a. 638) Cant. Harl. 1. γ. ε. Gu. 1. 2. Vict. Lg. pluribus, sed non eisdem. *Lucullum* tertio loco habent XV.; ita et Lott. Iunt. Crat. Ald. Streb. Pearc. in ed. 3. *Lucili* tamen scripsi ex 6. 15. 21. 24. 36. 67. 69. 76. *Lucilli* 3. 5. 16. 17. 35 corr. 65. 70. 73. Paulo ante *pasci* pro *depasci* Gu. 1. — *lubet*] *libet* Gu. 2. Lg. 20. 86.

285. *mihi illud etiam*] *etiam* hic posui secutus Lg. 2. 36. cum ante *mihi* soleat legi; post *mihi* scriptum est in 6. 14. 23. 67. — *illius*] om. Lg. 15. 36. — *Ti. Gracchum*] *T.* Lg. XIV. *M.* 2. 36. *trib.* Gu. 1. — *perculit*] *pertulit* Lg. 2. 3. 6. 16. 24 corr. 65 corr. om. 15. v. explicatt. ad h. l. — *M. Flaccus*] *M. Crassus* Lg. 2. 36. *Qui cum M. Flaccus* inutilis Bakii coniectura est, ad eundem modum etiam infra corrigentis *qui cum laesisset testis.* Haec Ciceroniana esse possunt, sed nihil est, quod cogat haberi. — *eiero*] *vero* Lg. 2. 36. *eiuro* 3. 5. 14 corr. 15. 17. 20. 21. 23 corr. 24 corr. 35. 65. 69. 70. 73. 76. 81. 86. 93. Vict. Gu. 1. 2. Lambinus. *iuro* 6. *e viro* 16. *eivero* 67. — *Ah*] *A* Lg. 2. 3. 5. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 35. 36. 65. 69. 73. 84. 86. *Aulus* 6. *sta* 17. *adiuro* 20 v. *aio. Hah* 67. *at* 76. 93. — *mihi illum*] *illum* om. Lg. 2. 36. fortasse rectius; sed sequi ratio non est. — *eiero*] *e viro* Lg. 2. *deiero* 6. *eiicio* 15. *egero* 17. 69. *eiuro* 36. *eicero* Vict. Rell. et Gu. 1. hic *eiero.* — *Silus*]

risus obrueret. Huius generis est plenus Novius, et iocus est familiaris: *Sapiens si algebis, tremes,* et alia permulta.

LXXI. 286. Saepe etiam facete concedas adversario id ipsum, quod tibi ille detrahit: ut C. Laelius, cum ei quidam malo genere natus diceret indignum esse suis maioribus, *At hercule,* inquit, *tu tuis dignus.* Saepe etiam sententiose ridicula dicuntur: ut M. Cincius quo die legem de donis et muneribus tulit, cum C. Cento prodiisset et satis contumeliose, *Quid fers, Cinciole?* quaesisset, *ut emas,* inquit, *Gai, si uti velis.* 287. Saepe etiam salse quae fieri non possunt optantur: ut M. Lepidus, cum ceteris in campo exercentibus in herba ipse recubuisset, *Vellem hoc esset,* inquit, *laborare.* Salsum est etiam quaerentibus et quasi percontantibus lente re-

Sillus Lg. 2. 36., qui mox *ille* p. *Sile.* Alii quidam *sille, sylle, stile.* — *annuit*] *adnuit* hic et paulo infra Lg. 17. 65. 70. 73. — *obrueret*] *obruerit* Lg. 2. 35 corr. 36. *orruerit* 23. — *Novius*] v. ad 69, 279. — *et iocus est*] *locus* Gu. 2. Lg. praeter 3. 6. 21. 65. 67. 69. 70. 73. 84. *et* om. Lg. 2. 6. 35. 36. 65. 69. 81. 84. 93. et *est* pro *et* habent Vict. Gu. 1. Lg. 5. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 67. 70. 73. 86.

LXXI. 286. *hercule*] *hercle* Lg. 3. Vict. — *sententiose ridicula*] *sententiosa* Lg. 17. *ridicule* 14. — *Cincius*] *Cinnius* Lg. 2. 36. *Cintius* 6. 35. 81. — *quo die*] *quod ei* Vict. Gu. 1. Lg. praeter 6. 93. quorum prior *qui* et om. *die.* — *donis*] *bonis* Lg. 20 corr. 21 corr. 23. *domnis* Gu. 1. — *Cento*] dubium est an non rectius scribatur *Centho;* certe non excepit Cicero *Matonem* et *Otonem* excusans Or. 48, 160., et legitur forma cum aspiratione semel in inscriptione p. 292. Graev.; altera nusquam. — *prodiisset*] servavi omnibus meis libris iubentibus praeter Vict.; Henrichsenus *prodisset.* — *Cinciole*] *Cintiole* quidam codd.; gravius alii peccant *Cincilione consisionem* aliaque absurda prae se ferentes. — *Gai*] scripsi, ut oportuit, quanquam ex duobus et peioribus libris Lg. 17. Gu. 1. — *si uti*] *si tu* Lg. 70. — *velis*] *velit* Lg. 70.

287. *laborare*] *elaborare* Lg. 20. 76. *ellab.* 17. — *per-*

spondere quod nolint: ut censor Lepidus, cum M. Antistio Pyrgensi equum ademisset, amicique cum vociferarentur et quaererent quid ille patri suo responderet cur ademptum sibi equum diceret, cum optimus colonus parcissimus modestissimus frugalissimus esset, *Me istorum,* inquit, *nihil credere.* 288. Colliguntur a Graecis alia non nulla, exsecrationes admirationes minationes. Sed haec ipsa nimis mihi videor multa in genera descripsisse. Nam illa, quae verbi ratione et vi continentur, certa fere ac definita sunt; quae plerumque, ut ante dixi, laudari magis quam rideri solent. 289. Haec autem, quae sunt in re et in ipsa sententia, partibus sunt innumerabilia,

contantibus] sic Lg. 3. 4. 16. 17. 23. 35. 36. 65. 67. 70. 73. 76. 84. 93. *percunt.* 2. 15. 81. — *nolint*] libri fere omnes *nollent· volent* Lg. 81. *nolent* Havn. 1. Med. 1. Ven. Lott. Sch. Or. Henr.; quod etsi etiam Lg. 16. 21. 65. 70. 73. 93. Vict. firmant, verum esse in sententia generali non potèst. Recepi quod Ernestus coniectura assecutus erat *nolint,* quia exstat liquide scriptum in Lg. 2. eodemque pertinet *nolim* in Lg. 36. v. explicatt. ad II. 43, 182. — *Pyrgensi*] *pigensi, pirgensi, pigrensi, pygensi* multi codd. vitiose, nec meorum servavit veram scripturam nisi 2. 14. 36. 84. — *amicique cum*] *cum* delerunt Lamb. Sch. Muell., itaque Lg. 17. *tum* 3. 5. 20. 35. 86. Verisimile est recte illos fecisse; *cum* enim sine dubio est illud *que,* compendiis scribendi errore confusis; *que* enim abest a Lg. 2. 6. 36. ψ. — *ademptum*] *p* ignorat codicum solus Lg. 17. — *optimus*] *optumus* Lg. 21. — *parcissimus*] *peritissimus* Lg. 14. factum ex *partissimus,* quod est in 21. Mox *frugalissimus* om. Lg. 6.

288. *colliguntur*] *conliguntur* Lg. 70. 73. — *alia non nulla*] *aliqua alia* Lg. 4. utrumque om. 36. *non nulla* divisim 2. 67. 69. 76. 84. 93. — *exsecrationes*] *exercitationes* Lg. XX minoris fidei et Gu. 1. 2. Vict. — *admirationes minationes*] haec om. Lg. 2. 4. 13. 36. Gu. 3. posterius etiam 16. — *nimis mihi videor*] *mihi nimis videantur* corr. *videor* Lg. 6. — *multa in*] inv. Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. quod probari non potest. — *verbi*] *verbis* Lg. 14. 16. 17. 20. 21. 23. 35. 65. 67. 69. 70. 73 v. u. t. 81. Vict. Gu. 1. ita corr. 24. — *continentur*] *continet* Lg. 32 corr.

289. *irridendis*] *inrid.* Lg. 2. cum lacuna unius versus. *inrideri* 32 corr. 70. 73. *ridendis* 81 corr. — *ipsorum ridicule*

generibus pauca. Exspectationibus enim decipiendis et naturis aliorum irridendis [ipsorum ridicule indicandis] et similitudine turpioris et dissimulatione et subabsurda dicendo et stulta reprehendendo risus moventur. Itaque imbuendus est is, qui iocose volet dicere, quasi natura quadam apta ad haec genera et moribus, ut ad cuiusque modi genus ridiculi vultus etiam accommodetur; qui quidem quo severior est et tristior, ut in te, Crasse, hoc illa, quae dicuntur, salsiora videri solent. 290. Sed iam tu, Antoni, qui hoc diversorio sermonis mei libenter acquieturum te esse dixisti, tanquam in Pomptinum diverteris neque amoenum neque salubrem locum, censeo,

indicandis et] haec om. Lg. 2. 4. vac. 13. 32 add. 36. eaque uncinis inclusi; *ipsorum* sensu cassum est, sequentia *irridendi* explicationem continent. Idem placuisse video Bakio. *iudicandis* 6. 69. 76. 81. 93. *se indicandis* 13. — *risus*] *risu* Lg. 5. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 70. 73. 76. 81. 86. 93 corr. Vict. Gu. 1. 2. ita corr. 32. *risum* 69. v. ad II. 27, 114. — *volet*] emendavi ex Lg. 2. 4. 13. 36 corr. *volt* 36. Plane alia huius loci ratio est atque illius §. 287. v. explicatt. II. 43, 182. Ceterum *induendus* pro *imbuendus* contra libros et necessitatem de coniectura scripserunt Sch. et Muell. v. explicationes. — *accommodentur*] *accommod.* Lg. 69. *accommodetur* 70. 73. — *severior*] *saevior* Lg. 36. — *illa, quae*] *illa quoque* Lg. 13. 36. *i. quoque quae* Ald. Lamb. al.

290. *qui*] *quid* Lg. 2. 13. 32 corr. ut 3. 36. *quod* 3. 4. 6. Fortasse scribendum *qui te*, idque pronomen post tollendum. Mox *diversorio* codd. Lg. praeter 2., in quo est *diversior*, omnes, item Vict. Gu. 1. 3.; quod servavi secundum disputata ad II. 19, 80. — *acquieturum*] *adquiet.* Lg. 13. 17. 67. 70. 73. Gu. 3. *atq. esse te* 20. *ad quiet.* 2. *te esse acquiet.* 84. — *Pomptinum*] *Pontinum* Lg. praeter 5. 17. 20. 32. 35. 36. 65. 73. omnes, item Gu. 2. *Pocinum* 32 corr. Recta scriptura est in ceteris eorum, quos dixi, et Vict. *importinium* Gu. 1. Sic in Catilinariis orationibus *C. Pomptinus* praetor totiens in *Pontinium* mutatus est. — *diverteris*] ita Lg. praeter 3. 5. 16. 17. 21. 24. 65. 70. 73. 84., Vict Gu. 3. (is *divertis*, in quo ultimae syllabae supra positus apostrophus ' excidit, quo addito *diverteris* legendum). ita corr. 24. — *amoenum*] *ad am.* Lg. 2. 13. 84. *ad modum* Gu. 2.

ut satis diu te putes requiesse et iter reliquum conficere pergas. Ego vero, atque hilare quidem a te acceptus, inquit, et cum doctior per te tum etiam audacior factus sum ad iocandum. Non enim vereor, ne quis me in isto genere leviorem iam putet, quoniam quidem tu Fabricios mihi auctores et Africanos Maximos Catones Lepidos protulisti. 291. Sed habetis ea, quae voluistis ex me audire, de quibus quidem accuratius dicendum et cogitandum fuit Nam cetera faciliora sunt atque ex iis, quae dicta sunt, reliqua nascuntur omnia.

LXXII. Ego enim quom ad causam sum aggressus atque omnia cogitando quoad facere potui persecutus, cum et argumenta causae et eos locos, quibus animi

Illi quatuor etiam *ad salubrem.* — *requiesse*] *requievisse* Gu. 2. Lg. 84. Ald. Lamb. ita var. 32. *requiescere* 6. Gu. 3. — *atque hilare*] *atque* corr. *inquit Antonius atque hil.* Lg. 23. *inquit Antonius atque hil.* 3. et a corr. 32. *inq. A. et qui* 6. *inq. A. atqui* 69. Mox *exceptus* Man. Verba *inquit et cum* om. Gu. 3. — *doctior*] om. Lg. 13. 32 add. et exp. 36. — *factus sum*] *factus iam* Gu. 3. *Sum* non incommodo afuturum Bakius iure censet; formula enim *ego vero*, ubi confirmationem eorum indicat, quae alter dixerat, ex prioribus suppleri solet, ut hic verbis addendis *reliqua conficere pergam.* — *leviorem*] post id ponitur *me* in Lg. 65. *leniorem* 86 corr. ita corr. 2. — *quoniam*] *quam* Lg. 24. *quando* 35. 84. Ald. ita corr. 81. — *Fabricios*] per *t* Lg. XVII., quorum sunt meliores 15. 67. 69. 76.

291. *voluistis*] *vultis* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. — *accuratius*] *adcur.* Lg. 5. 70. 73. *accurandum et* 6. — *ex iis*] *ex his* non male Lg. 65. 67. 69. 70. 73. 84. 86. Gu. 1. 2. Vict. — *quae dicta*] vulgo interpositum *iam* delevi secundum Lg. 2. 13. 20. 32 add. 36. Gu. 3.

LXXII. *quom*] sic scribere non dubitavi. *quo* Lg. 2. *quoad* 4. *quam* 13. 36. *qua* Gu. 3. Sequentia sic refert Lg. 4: *quoad valui causam congressus atque.* — *aggressus*] *ingressus* Lg. 14. *adgressus* 13. 20. 73. 93. Gu. 3. Ante id *sum* om. 2. 13. 32 add. 36. Gu. 3. Satis concinna sententia fieret, si eiecto *sum* etiam quod sequitur *cum* deleretur. — *persecutus*] *persequutus* Lg. 16. 17. 69. 81. 93. in 81. additur *sum*, corr. *tum*, ut est in 35. —

iudicum conciliantur, et illos, quibus permoventur, vidi atque cognovi: tum constituo quid habeat causa quaeque boni, quid mali. Nulla enim fere res potest in dicendi disceptationem aut controversiam vocari, quae non habeat utrumque; sed quantum habeat id refert. 292. Mea autem ratio haec esse in dicendo solet, ut, boni quod habeam, id amplectar exornem exaggerem, ibi commorer ibi habitem ibi haeream, a malo autem vitioque causae ita recedam, non ut id me defugere appareat, sed ut totum bono illo ornando et augendo dissimulatum obruatur. Et si causa est in argumentis, firmissima quaeque maxime tueor, sive plura sunt sive aliquod unum; sin autem in conciliatione aut in permotione causa est, ad

causae] *ee (= esse)* Gu. 3. — *conciliantur*] *concitantur* Lg. 2. 13. 36. Gu. 3. — *et*] *etiam* Lg. 6. — *permoventur*] *conmoventur* Lg. 3. — *constituo*] *constituto* Lg. 6. 24 corr. 93 corr. *constitutus.* Gu. 3. — *causa quaeque*] sic inverti secundum Lg. 2. 13. 32. 36. Gu. 3. *causa quidque* 6. — *quid mali*] *et quid mali* Lg. 3. 6. ita corr. 32. — *fere*] om. Gu. 1. — *dicendi*] *dicendo* Lg. 4. Gu. 2. *discendi* Gu. 3. — *habeat*] *habet* Lg. 14. 23. 67. — *sed quantum habeat*] om. haec Gu. 3. (is etiam *id)* Lg. 2. 4. 6. 13. 32. 36.

292. *haec esse in dicendo*] sic posui secundum Gu. 3. Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. *haec in d. esse* 17. 76 Legebatur *in dicendo haec esse.* — *habeam*] sic correxi vulgatum *habeat* ex Lg. 2. 3. 4, 6. 13. 32. 36. 69., quod eorum inventum est, qui ante et post de bonis, quae in causa insint, disputari viderent. Elegantius est autem illud, cum figura *μετωνυμίας* id orator possidere dicatur, quod causae est, quam agit. — *commorer*] *conmorer* Lg. 2. 14. 69. — *habitem* et *haeream*] haec inverso ordine habet Lg. 4. — *non ut id*] *non* om. Vict. *id* om. Gu. 3. idemque paulo ante non *causae* habet, sed *omnino.* — *ornando*] *ornato* Lg. 3 corr. 6. 84 corr. — *obruatur*] *ante obruatur* Gu. 1. 2. Lg. 3. 4. 6. Havn. 1. Regii ap. Leclerc. Steph. Lamb. Or. — *si causa — sin*] haec omnia om. Lg. 35 add. — *aliquod*] *aliquando* Lg. 5. 14. 16. 17. 20. 23. 24. 35. 67. 70. 73. 76. 81. 86. 93. om. 15 add. ut 5. — *in concil. — permotione*] haec om. Lg. 16. 70. 73. *in* om. 15. 81. — *commovere*] *conmov.* Lg. 2. 14. 69

eam me potissimum partem, quae maxime commovere animos hominum potest, confero. 293. Summa denique huius generis haec est, ut, si in refellendo adversario firmior esse oratio quam in confirmandis nostris rebus potest, omnia in illum tela conferam; sin nostra probari facilius quam illa redargui possunt, deducere animos a contraria defensione et ad nostram conor traducere. 294. Duo denique illa, quae facillima videntur, quoniam quae difficiliora sunt non possum, mihi pro meo iure sumo: unum, ut molesto aut difficili argumento aut loco non nunquam omnino nihil respondeam. Quod forsitan aliquis iure irriserit. Quis enim est, qui facere non possit? Sed tamen ego de mea nunc, non de aliorum facultate disputo confiteorque me, si qua premat res vehementius, ita cedere solere, ut non modo non abiecto, sed ne reiecto quidem scuto fugere videar, sed

movere 4. 13. 32 corr. ut 2. 36. quod fortasse recipiendum fuit. *permovere* 6. — *confero*] ante hoc ponitur *me* in Lg. 15.

293. *tela conferam*] sic inverti secundum Gu. 3. Lg. 2. 6. 13. 32. 36. Statim etiam posui *probari facilius* secundum Lg. praeter 81. 84. 93. omnes et Vict. Gu. 3. — *deducere*] scripsi pro *abducere* secutus Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36. 69. Gu. 3. Haec et sqq. ad finem usque sententiae a Gu. 2. absunt. *Deduci* animi a contraria defensione non eodem modo dicuntur, quo *abduci;* quanquam similiter: v. explicationes. — *conor*] contra libros *coner* Lamb. Pearc. — *traducere*] *adducere* Lg. 15.

294. *duo*] om. Lg. 5. 20. 21. 35. 65. 76. 81. — *denique* om. Lg. 93. — *facillima*] *facillime* Gu. 3. *facilia* Lg. 6. — *non possum*] *non possunt* Lg. 2. 3. 5. 6. 14. 16. 17. 20. 21. 32. 35. 65. 70. 73. 76. 81. ita corr. 24. — *mihi*] om. Gu. 3. — *sumo*] *summo* Lg. XI., quorum est 2. — *qui facere*] vulgo lectum *qui id* correxi eiecta vocula inerti secundum Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 3. — *si qua*] *si quae* vulgatum correxi ex Lg. omnibus praeter 32., in quo *si* corr. *si quae*, et 84. — *cedere*] *concedere* Gu. 2. et Lg. praeter 2. 4. 13. 14. 23. 32. 36. 67. Ita corr. 32. — *abiecto*] *obiecto* Gu. 3. — *speciem*] ex compendio scribendi *spem* (*spēm* i. e. *speciem;* sic Gu. 3) Lg. 5. 16. 20. 21. 65. 70.

adhibere quandam in dicendo speciem atque pompam et pugnae similem fugam, consistere vero in meo praesidio sic, ut non fugiendi hostis, sed capiendi loci causa cessisse videar. 295. Alterum est illud, quod ego maxime oratori cavendum et providendum puto quodque me sollicitare summe solet; non tam, ut prosim causis, elaborare soleo, quam ut ne quid obsim; non quin enitendum sit in utroque, sed tamen multo est turpius oratori nocuisse videri causae quam non profuisse.

LXXIII. Sed quid hoc loco vos inter vos, Catule? an haec, ut sunt contemnenda, contemnitis? Minime, inquit ille; sed Caesar de isto ipso quiddam velle dicere videbatur. Me vero libente, inquit Antonius, dixerit sive refellendi causa sive quaerendi. 296. Tum Iulius, Ego me Hercule, inquit, Antoni, semper is fui, qui de te

73. 81. — *in meo*] *in* om. Lg. 3. 6. 32. *eo* (p. *meo)* 2. 4. 13. 24 corr. 36. *modo* 76 corr. — *sic ut*] *sicut* Lg. 2. 6. 16. 20. 21. 32 corr. 35. 65. 70. 76. 93. Vict. Gu. 3. *si* 4 corr. — *cessisse*] *concessisse* Lg. 69. *accessisse* 4. 13. 32 corr. 36. Gu. 3.

295. *maxime oratori*] sic inverti ex Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 17. 20. 32. 36. 76. Gu. 3. et sic iam Lambinus postulatque lex soni. — *sollicitare*] uno *l* Lg. X., quorum sunt 13. 36. — *non quin*] *non quidem* Lg. 4 corr. *non quid.* 6. 13. 36. 65. 69. 81 corr. 84 corr. *ne quid* Gu. 3. — *turpius oratori*] inv. Lg. 4.

LXXIII. *quid*] om. Lg. 20. 76. — *loco vos*] *loquor* Lg. 2. *loco nos* 69. 81. Dein *inter nos* Gu. 2. Lg. 20. 24 corr. — *contemnitis*] *contemnimus* (s. *contēpnimus)* Lg. 4. 13. 69. 81. *contendimur* 36. *contenditis* 76. — *isto ipso*] inv. Lg. 6. 24. *illo isto* 4. — *libente*] scripsi ex Lg. 2. 3. 5. 13. 14. 16. 21. 23. 24. 32. 35. 36. 67. 69. 70. 73. 76. 86 corr. ut 4. Vict. *libenter* 4. 15 corr. ut 2. 17. 20. 65. *inquit libente* 6. Etiam id, utrum *libet* an *lubet*, *libens* an *lubens* scribatur, solis codicum testimoniis existimandum est; utroque enim modo et veteres dixisse videntur et in antiquissimis libris, ut rescriptis, exaratum legitur: v. Freundium V. D. ad Cic. p. Mil. p. 36.

296. *me Hercule*] scripsi secutus Lg. 2. 36. 67. 69. 70. 76.

oratore sic praedicarem unum te in dicendo mihi videri tectissimum propriumque hoc esse laudis tuae nihil a te unquam esse dictum, quod obesset ei, pro quo diceres. Idque memoria teneo, cum mihi sermo cum hoc Crasso multis audientibus esset institutus Crassusque plurimis verbis eloquentiam laudaret tuam, dixisse me cum ceteris tuis laudibus hanc esse vel maximam, quod non solum quod opus esset diceres, sed etiam quod non opus esset non diceres. 297. Tum illum mihi respondere memini cetera in te summe esse laudanda, illud vero improbi esse hominis et perfidiosi dicere quod alienum esset et noceret ei, pro quo quisque diceret. Quare non sibi eum disertum, qui id non faceret, videri, sed improbum, qui faceret. Nunc, si tibi videtur, Antoni,

81. 84. 86. 93. *me hercle* 4. 16. 21. Vict. — *te oratore*] *te* om. Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. Vict. *de* om. 6. et habet *oratorem.* — *in dicendo*] *esse dicendo* Gu. 1. — *tectissimum*] sic Havn. 1. *α. β. δ. ψ.* Norf. a. m. sec. Lg. 2. 17. Gu. 2. Ald. Iunt. Lamb. Pearc. et recentt. post Ern. Eodem ducit *lectissimum* in VSt. Z. Erl. *γ.* Gu. 3. Lg. 3. 13. 36. 65 corr. ut 17. 84. 93. item *letissimum* in 4 corr. ut 3. 6. 32 corr. et exp. ut 3. *laetissimum* alter Steph. liber. *rectissimum* Havn. 2. *ε.* Gu. 1. Vict. et Lg. ceteri XVIII. v. explicationes. — *idque*] *id quod* Lg. 4. 24 corr. *id qua* 86. — *hoc Crasso*] *hoc* om. Lg. 15. 24. 86. *ipso,* quod vulgo additur, delevi secutus Lg. 2. 3. 4. 6. 32. 36. sensuque iubente. Neque enim Crasso haec, sed Antonio dicit Caesar, neque ante a Crasso quidquam dictum aut factum narratur, ut eo pronomine ad eum rediri opus sit. Item mox *de te* ante *institutus* delevi secundum Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36.; sermonis enim argumentum satis declaratur in sequentibus. — *plurimis*] *pluribus* Lg. 3. 4. 6. 13. 32. 36. 69. 76. *etiam plurimis* 15. — *ceteris*] *certis* Lg. 4 corr. Perpetua confusio, de qua vide Klotz. ad Cic. Lael. p. 187. — *opus*] *maxime opus* Gu. 3. — *sed etiam — non diceres*] haec plane om. Gu. 3. *non* om. Lg. 6. 16 add.

297. *illum mihi*] inv. Lg. 3. 6. 13. 32. Lamb. — *respondere*] *respondisse* Lg. 69. 76. 93. — *esse laud.*] *esse* om. Lg. 2. —

demonstres velim quare tu hoc ita magnum putes nihil in causa mali facere, ut nihil tibi in oratore maius esse videatur.

LXXIV. 298. Dicam equidem, Caesar, inquit, quid intellegam; sed et tu et vos omnes, inquit, hoc mementote non me de perfecti oratoris divinitate quadam loqui, sed de exercitationis et consuetudinis meae mediocritate. Crassi quidem responsum excellentis cuiusdam est ingeni ac singularis, cui quidem portenti simile esse visum est posse aliquem inveniri oratorem, qui aliquid mali faceret dicendo obessetque ei, quem defenderet. 299. Facit enim de se coniecturam, cuius tanta vis ingeni est, ut neminem nisi consulto putet quod contra se ipsum sit dicere. Sed ego non de praestanti quadam et eximia,

improbi esse] inv. Lg. 65 corr. *in probi* 84.— *pro quo quisque*] *pro quo quis* Havn. 1. 2. Gu. 1. 2. *α. δ.* codd. Regg. Lamb. Pearc.

LXXIV. 298. *intellegam: sed*] haec om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 3. *sed* om. etiam 81. 84. 86. *intellegam*, quod alias in omnibus aut plerisque optimis esse solet, restitui tamen ex 17. 23. 67. 73. — *et vos*] *et* om. Lg. 3. 6. 15. 24. 32. 86. Vict. Gu. 3. — *vos omnes, inquit, hoc*] sic posui ex Lg. 2. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 36. 65. 67. 73. 76. 81. 84. 86. *vos hoc omnes, inquit* Gu. 3. — *de perfecti*] *de* om. Gu. 3. — *exercitationis*] *exercitatione* Lg. 32 corr. Gu. 2. — *excellentis cuiusdam*] inv. Lg. 4. male — *est ingeni*] inv. Lg. 35 corr. *eius ingeni* Gu. 3. *ingeni* dedi ex Lg. 2. 13. — *cui quidem*] ineptam iam propter locum vocabuli scripturam *cui quiddam* in pluribus codd. et édd. antiq. et vulgo post Ald. repertam ignorant Havn. 1. 2. Cant. Mead. Harl. 1. 2. Norf. Oxx. omnes, Gu. tres (de Gu. 2., quem Henr. C. vocat, dubito, quia in collatione accuratissima nihil enotari video) Erl. expuleruntque Pearc. Muell. Or. Henr.; accedunt nunc Lagomarsiniani omnes XXVIII. — *obessetque*] *et obesset* Lg. praeter 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. 69. 84. qui duo postremi *et obessetque*.

299. *facit*] ante hoc verbum plene distinxi. — *ingeni*] scripsi ex Lg. 13. 16. — *sit*] *fit* Gu. 3. — *ego non de*] haec om. Gu. 2. — *prope*] *proprie* Lg. 2. 3. 4. 5. 6. 14. 17. 20. 21. 24.

sed prope de vulgari et communi prudentia disputabam. Ut apud Graecos fertur incredibili quadam magnitudine consilii atque ingenii Atheniensis ille fuisse Themistocles; ad quem quidam doctus homo atque in primis eruditus accessisse dicitur eique artem memoriae, quae tum primum proferebatur, pollicitus esse se traditurum; cum ille quaesisset quidnam illa ars efficere posset, dixisse illum doctorem, ut omnia meminisset; et ei Themistoclem respondisse gratius sibi illum esse facturum, si se oblivisci quae vellet, quam si meminisse docuisset. 300. Vi-

32. 35. 36. 65. 67. 76. 81. 86. Gu. 3. Optimorum igitur solus 13. veram scripturam servavit. — *prudentia*] *lingua* Gu. 3. Lg. 2. 4. 13. 32 corr. ut 5. 36. *prudentia lingua* 5. 21. 76. *prudentia lingue* 6. 69. 93. *linga* 3. — *disputabam. Ut*] sic emendavi vulgatum *(disputo. Ut)* ex Lg. 2. eoque et scriptura codicum 13. 36. Gu. 3., qui *disputata* habent, et 15. 21. *disputato* exhibentibus spectat. In Lg. 2. altera manus correxit *disputata attuli. Ut* om. VSt. Cant. Harl. 1. Z. ε. Gu. 3. et delevit Pearcius. Quod ex cod. Erl. sese scripsisse affirmant Sch. et Harl. *ita*, cum prima litera erasa sit, scripturam *disputata* indicat. Et recte observavit Ernestus haec cum antecedentibus *Crassi quidem responsum* coniungenda esse; Themistoclem cum Crasso comparari summamque comparationis inesse in his: *sed neque propter hoc* sqq. (§. 300). Parenthesi non est opus, qua Ernestus usurus erat. At Bakius liberius, ut in colloquio, structae orationis immemor verba illa *sed ego — disputo (disputabam)* eiicienda putat. — *in primis*] *imprimis* Lg. 15. 17. 36. 69. 76. 93. Gu. 2. — *accessisse*] *adcess.* Lg. 70. 73. — *proferebatur*] *profitebatur* Lg. 76. — *pollicitur*] *pollicitum* Vict. Gu. 3. — *Themistoclem*] *Themistoclen* Lg. 21. 70. *Themistoden* Vict. Accusativi nominum tertiae declinationis Graecorum in *en* finiti in libris saepe reperiuntur, raro tamen constanter aut in meliorum plerisque; distinguendaque etiam nomina quale *Periclis* est vel *Demosthenis*, et patronymicam formam prae se ferentia, ut *Euripides*, aliaque Graecis ipsis in ῆν inclinata, ut *Isocrates*, *Thales*, praeterea etiam quae eam formam a poetis quasi legitimam trahunt, ut *Ulixes*. Haec non satis caute tractarunt Heusingerus ad Cic. Off. I. 40. 8. et II. 17, 11., qui inauditum Σοφοκλῆν Atticis affingit, nec Ruddimannus Gramm. I. p. 76. not. 48. coll. p. 48. not. 28, nec Frotscherus in ep. crit.

desne quae vis in homine acerrimi ingenii, quam potens et quanta mens fuerit? qui ita responderit, ut intelligere possemus nihil ex illius animo, quod semel esset infusum, unquam effluere potuisse; cum quidem ei fuerit optabilius oblivisci posse potius quod meminisse nollet, quam quod semel audisset vidissetve meminisse. Sed neque propter hoc Themistocli responsum memoriae nobis opera danda non est neque illa mea cautio et timiditas in causis propter praestantem prudentiam Crassi neglegenda est. Uterque enim istorum non mihi attulit ali-

p. XII.; prudentius iudicavit Schneiderus Gr. II. 1. p. 43. *Periclen* in Bruto legitur 7, 27. secundum optimos codd. Lg. 8. 51. 53. 56. Or. 4, 15. et de Or. III. 19, 71; eo loco, unde egressi sumus, minus boni libri quidam id tuentur. *Dioclen* Verr. Accus. III. 56, 125. Lg. 29. Par. A. Sed VI Lg. *Dioclenem*, compositis a correctore duabus formis. *Sophoclen* non maiore consensu legas Off. I. 40, 8. *Demosthenen* codicis Lg. 8. Brut. 36, 138. *Archimeden* codicis Flor. et aliorum Liv. XXV. 31, 9., quos secutus Gronovius. Ex altero genere sunt *Isocraten* de Or. III. 19, 72., quod pro *Socratem* affert cod. Lg. 65. *Naucraten* libri Dresdensis Or. 51, 172. longeque certius *Xenocraten* Rp. I. 2. et *Thalen* Divin. II. 27, 58. Ex tertio autem *Hyperiden* bonorum librorum Brut. 36, 138.

300. *potens*] *impotens* Lg. 2. 13. 32 corr. 36. — *quanta mens fuerit*] *quam tn̄ (= tamen) fuint* Gu. 3. — *qui ita*] *que (= quae)* Lg. 5. 14. 16. 20. 21. 23. 24 corr. 35 corr. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 86. 93. Vict. Mox *respondit* Lg. 81. *erit* Gu. 3. — *possemus*] *posset* Gu. 3. Lg. 2. 13. 36. *possimus* 14. 23. 67. quod haud cunctanter praeferrem, si meliores addicerent. — *nihil ex illius*] om. Lg. 36. vac. 2. 13. — *optabilius oblivisci posse potius*] Lambinus iniuria suadebat aut delendum *potius* aut *optabile* scribendum. V. explicationes. — *nollet*] *nolit* Gu. 3. Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. vitiose. *videt* 6. *vellet* 67. *nolet* 81 corr. Mox *quam quod* — *meminisse* omnia om. Lg. 4. — *Themistocli*] sic Havn. 1. 2. Pal. 1. 2. Pith. Z. α. γ. Gu. 2. 3. Lg. 13. 21. 23. 32. 36. 81 (is *Tem.*). *Themistodis* Vict. Lg. 2. 4. var. *Themistoclis*. 76. *Themistocle* 6. — *nobis opera danda*] *vobis neque opanda (= operanda)* Gu. 3. — *neglegenda*] scripsi secundum Lg. 13. 36. 73. *negligentiam* 6. — *attulit*] *adtulit* Lg. 70. 73.

quam, sed suam significavit facultatem. 301. Et enim permulta sunt in causis in omni parte orationis circumspicienda, ne quid offendas, ne quo irruas. Saepe aliquis testis aut non laedit aut minus laedit, nisi lacessatur; orat reus urgent advocati, ut invehamur, ut male dicamus, denique ut interrogemus: non moveor non obtempero non satisfacio neque tamen ullam assequor laudem. Homines enim imperiti facilius quod stulte dixeris reprehendere, quam quod sapienter tacueris laudare possunt. 302. Hic quantum fit mali, si iratum, si non stultum, si non levem testem laeseris! habet enim et voluntatem nocendi in iracundia et vim in ingenio et pondus in vita: nec, si hoc Crassus non committit, ideo non multi et saepe

301. *et enim*] sic Lg. 2. 67. 70. 84. 86. 93. Gü. 3. — *in omni*] *et in omni* Lg. 6. 69. *in* corr. *et* 32. — *circumspicienda*] *circum inspicienda* Gu. 2. — *aliquis testis*] *aliquis* om. Lg. 2. *aliquid t.* Lg. XVI. minoris fidei; ita corr. 24. *autem t.* 13. 36. *alitestis* Gu. 3. Lg. 32 corr. *aliquid t.* *aliquī t.* 35. — *ut male dicamus*] *aut m.* Lg. 2. 4. 5. 13. 16. 20. 21. 23. 24. 65. 67. 70. 86. *maledic.* ὑφ' ἓν Vict. Gu. tres, Lg. praeter 3. 14. 15. 17. 35. 36. 67. 70. 81. — *tamen ullam*] *t. nullam* Lg. 2. 5. 13. 15. 17 corr. 20. 21. 35. 70. 73. 84. 86. Vict. ita var. 4. var. et exp. 32. *nulla* 36. — *assequor*] *adsequor* Lg. 5. 13. 67. 70. 73. — *enim*] om. Lg. 13. 76. — *imperiti*] *non periti* Gu. 1. — *quod*] *quidem* Lg. 13 corr. *quid* 32 v. u. t. verba a *stulte* ad *sapienter* om. 6. — *reprehendere*] *respondere* Lg. 4. om. 36.

302. *quantum fit*] *q. sit* VSt. Lg. 3. 4. 67. rep. Lamb. Grut. Sch. Muell. Longe rectius alterum, quod Lg. ceteri XXV. Gu. tres, Erl. codd. Regg. et edd. ab antiquissimis tuentur; reduxere Ern. Or. Harl. — *mali*] *patet* additur in Lg. 3. 4. 69. ita corr. 32. — *si iratum*] *sive iratum* Lg. 3. 4. ita corr. 32. — *si non stultum*] *sive stultum* Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36. ex *si n* ortum. *non* om. 67. — *nocendi*] om. Lg. 15. *et nocendi* 69. — *in iracundia — vita*] haec pluribus omissis Lg. 2. 36. Gu. 3. sic exhibent: *nocendi iracundia ingenio vita*, memorabili scriptura; sed citius illa cetera interponi videntur, quam pro interpolatoris ingenio. *in* ante *iracundia* etiam 35. om. sed add. *iracundiam* 13.

committunt. Quo quidem mihi turpius videri nihil solet, quam quom ex oratoris dicto aliquo aut responso aut rogato sermo ille sequitur: *Occidit.* — *Adversariumne?* — *Immo vero,* aiunt, *se et eum, quem defendit.*

LXXV. 303. Hoc Crassus non putat nisi perfidia accidere posse; ego autem saepissime video in causis aliquid mali facere homines minime malos. Quid? illud, quod supra dixi, solere me cedere et, ut planius dicam, fugere ea, quae valde causam premerent, cum id non faciunt alii versanturque in hostium castris ac sua praesidia dimittunt: mediocriterne causis nocent, cum aut adversariorum adiumenta confirmant aut ea, quae sanare nequeunt, exulcerant? 304. Quid? cum personarum, quas

cetera ut quos posui. *et vim* om. 4. rell. ut cum his etiam 32. congruit, sed *in* ante *iracundia* additum habet *item pondus in vita* in spatio ante vacuo suppletum. — *non multi et saepe committunt*] haec om. Lg. 32 add. — *turpius videri nihil solet*] sic verba collocavi secutus Lg. 2. 3. 6. 13. 32. 36. Gu. 3. *turp. mihi nihil vid. sol.* 4. 81. Vulgo *mihi videri turpius nihil solet.* — *quam quom*] *quam quod* Lg. 2. 4. 5. 13. 32 corr. Gu. 3. *quo* 36. *quom* 81., quod restitui, cum priora illa eodem nos adducant. — *rogato*] sic Havn. 1. Gu. 1. 2. Lg. 81. Ald. Iunt. Crat. Carn. Vict. Lamb. Henrichsen. Ceteri codd. et edd. *rogatu.* Bona rursus a non optimis libris scriptura petenda; v. explicationes. — *occidit*] vulgo additum *ille* a non nullis saeptum uncinis eieci, cum nec a libris nec a sententia tutum sit. Abest enim ab Havn. 1. 2. Gu. 1. 2. 3. Oxx. plerisque, Lg. omnibus praeter 3. 5. 69. 84. — *immo*] *imo* Lg. 2. 4. 21. 35. 65. 67. 76 corr. om. haec ad usque nomen *Crassi* c. LXXV. 303. Lg. 6. Mox *non* pro *vero* 4.

LXXV. 303. *cedere*] *concedere* Lg. 5 (sublitis *con*) 14. 23. 67. 69. 93. *credere* 6. 21. 73. Vict. — *ut planius*] *ut* om. Lg. 69. 73. Gu. 1. — *fugere ea*] inv. Lg. 5 corr. — *valde*] *maxime* Lg. 4. 67. *etiam valde* 84. — *mediocriterne*] *ne* non habet Lg. 69. — *cum aut*] *aut cum* Lamb. *aut* om. Lg. 5. 14. 16. 17. 20. 21. 23. 35. 65. 69. 70. 73. 76. 81. 93. Gu. 1. 2. 3. — *adversariorum*] *adversarii* Lg. 4. — *nequeunt*] *nequeant* Lg. 6. 81. *queunt* 17. 20. 76. — *exulcerant*] *exuberant* Lg. 81 corr.

defendunt, rationem non habent, si quae sunt in his invidiosa non mitigant extenuando, sed laudando et efferendo invidiosiora faciunt: quantum est in eo tandem mali? Quid? si in homines caros iudicibusque iucundos sine ulla praemunitione orationis acerbius et contumeliosius invehare: nonne a te iudices abalienes? 305. Quid? si, quae vitia aut incommoda sunt in aliquo iudice uno aut pluribus, ea tu [in] adversariis exprobrando non intellegas te in iudices invehi: mediocre peccatum est? Quid? si, cum pro altero dicas, litem tuam facias aut laesus efferare iracundia, causam relinquas: nihilne noceas? In quo ego, non quo libenter male audiam, sed quia causam non libenter relinquo, nimium patiens et lentus existimor; ut cum te ipsum, Sulpici, obiurgabam,

304. *defendunt*] *defendent* Lg. 36. — *si, quae*] *siqua* Lg. 4. 6. 35. — *in his*] om. Lg. 3. 4. *in iis* 23. 35. — *quantum est*] vulgo post Gruterum omissum *est* restitutum est inde a Sch.; habentque non solum Havn. 1. 2. Erl. edd. antiquiss., sed etiam Vict. Gu. 1. 3. Lg. omnes praeter 4. In Gu. 2. legitur *est*, sed omittitur deinde *in*. — *si in*] *sin* Gu. 3. — *praemunitione orationis*] *premutatione* Vict. *permut.* Gu. 3. *permunitione* Gu. 2. *orationis* om. Gu. 1. — *nonne*] *non* Lg. 16. 67. 70. — *a te*] vulgatum *abs te* correxi secundum Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. — *abalienes*] *abalienabis* Lg. 6. eo fortasse spectat *abalienatos* in Gu. 3.

305. *si, quae*] om. Lg. 65. ὑφ' ἓν boni codd. Lg. 4. 13. 32 corr. 36. (hi *siqua*). — *incommoda*] *inconm.* Lg. 69. — *in adversariis*] *in* a Lambino omissum, delendum visum Ernesto, cum non dicatur *exprobrare aliquid in aliquo*, uncinis clausi cum Or. Henr. Contorta enim et spinosa ratio foret, si quis verba ita suaderet ordinanda: *in exprobrando ea adversariis*. — *intellegas*] scripsi ex Lg. 13. 36. 70. — *si, cum*] *si enim cum* Lg. 2. 4. *ei cum* 13. 36. *cum* om. 17. — *libenter*] *lubenter* Lg. 84. v. ad II. 73, 295. — *sed quia causam*] vulgatur *sed quia ego causam* inutili pronomine et hiatu non ferendo; delent *ego* Steph. Lamb. Sch. Muell. Henr., et sequor, quia non solus Gu. 3. (A. Henrichseni), sed etiam Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 24. 32. 36. sua-

quod ministratorem peteres, non adversarium. Ex quo etiam illud assequor, ut, si quis mihi male dicat, petulans aut plane insanus esse videatur. 306. In ipsis autem argumentis si quid posueris aut aperte falsum aut ei, quod dixeris dicturusve sis, contrarium aut genere ipso remotum ab usu iudiciorum ac foro: nihilne noceas? Quid multa? omnis cura mea solet in hoc versari semper (dicam enim saepius), si possim, ut boni efficiam aliquid dicendo; si id minus, ut certe ne quid mali.

LXXVI. 307. Itaque nunc illuc redeo, Catule, in quo tu me paulo ante laudabas, ad ordinem collocationemque rerum ac locorum, cuius ratio est duplex: altera, quam affert natura causarum, altera, quae oratorum iudicio et prudentia comparatur. Nam ut aliquid ante rem

dent. — *obiurgabam*] *obiurgaveram* Lg. 6. — *ministratorem*] *me oratorem* codd. aliquot Lambini, mg. δ. Lg. 3. 69. et a correctore 4. 32., edd. Lott. Steph. — *assequor*] *adsequor* Lg. 13. 65. 67. 70. 73. — *si quis*] *si qui* Lg. 13. 17. 20. 23. 24. 35. 65. 70. 73. iunctim 81. 84. 86. Ut priores, a corr. 15. *si* 16. — *male dicat*] sic divisim Lg. 67. 76. 84. soli. — *plane*] *sane* Gu. 1.

306. *si quid*] quidam iunctim. — *posueris*] *posuerit* Lg. 4. — *dicturusve*] *dicturus ne* Lg. 5. 32 corr. 69. 81. *dicturus ve* Vict. *Ne ve que* in non nullis libris constanter a vocabulo principali separantur. — *ac foro — multa*] haec cum mediis om. Gu. 3. Lg. 4. 13. 32 add. 36. — *saepius*] om. Gu. 3. — *si possim*] *si possum* Lg. 2. 69. 81. 93. — *boni efficiam aliquid*] vulgatum ordinem *boni aliquid efficiam* correxi ut iubebant Lg. 2. 3. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 32. 36. 69. 70. 73. 76. 84. 86. 93. Vict. Gu. 2. 3. *boni eff. semper aliquid* 4. — *si id minus*] vulgatum *sin* correxi ex Lg. omnibus praeter 13. 15. 76. item Vict. Gu. 2. 3. — *ne quid mali*] *non mali* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. *non illud* Gu. 3.

LXXVI. 307. *illuc*] *illud* Lg. 2 corr. 24. 32 corr. *illuc* (= *illunc*) 4. 32 corr. uterque. — *paulo*] sic Lg. omnes praeter 5. item Vict. Gu. 3. — *collocationemque*] *conloc.* Lg. 70. 73. — *iudicio*] *indicio* Lg. 15. — *comparatur*] *conparatur* Lg. 2. 32. —

dicamus, deinde ut rem exponamus, post ut eam probemus nostris praesidiis confirmandis, contrariis refutandis, deinde ut concludamus atque ita peroremus: hoc dicendi natura ipsa praescribit. 308. Ut vero statuamus ea, quae probandi docendi persuadendi causa dicenda sunt, quemadmodum componamus, id est vel maxime proprium oratoris prudentiae. Multa enim occurrunt argumenta; multa, quae in dicendo profutura videantur. Sed eorum partim ita levia sunt, ut contemnenda sint; partim, etiam si quid habent adiumenti, sunt non nunquam eiusmodi, ut insit in iis aliquid vitii neque tanti sit illud, quod prodesse videatur, ut cum aliquo malo coniungatur. 309. Quae autem utilia sunt atque firma, si ea tamen, ut saepe fit,

post ut eam] *postea ut ea* Gu. 3. — *refutandis*] *confutandis* Lg. 5. 14. 15. 16. 17. 21. 23. 24. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 86. 93. ita corr. 32. *infirmandis* 20 corr. ut 5. — *ita peroremus*] *inde p.* Lg. 4. *ut ita p.* Lg. 5. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 70. 73. 76. 86. Gu. 2. *ita* om. 84., quod vulgata melius placet. — *hoc*] om. Lg. 36. *dicendi* om. 4 add. *genus* om. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 3. VSt. Erl., quos secutus vocabulum sententiae infestum sustuli; uncinis clauserat Orell. v. explicationes. At Bakius corrigit *dicenti rerum natura.* — *praescribit*] *describit* Lg. 4. *perscribit* ceteri plerique praeter 2. 3. 13. 20. 24. 32. 36. 81. 84. item Gu. 3. *(pscribit).* Horum *scribit* 24 corr. ut 4.

308. *probandi docendi persuadendi*] *prob. et docendi* Lg. 2. 3. 6. 13. 32. 36. 69 corr. *pr. et dicendi* 4. *deprobandi et docendi* Gu. 3. eidemque postea *persuadendi* non habent; quam scripturam non multum absum, quin probem omnem persuasionem docendo auditore et probanda causa gigni intelligens. — *et persuadendi* 3. 6. — *componamus*] *conp.* Lg. 2. *exponamus* 3. 6. 69. ita corr. 32. — *id est*] *est* om. Lg. 4. 32 add. *ut* 36. Statim *proprium* abest a Lg. 15. 65. — *occurrunt*] *concurrunt* Lg. 15. *occurrent* 70. — *multa quae*] *multaque* Lg. 2. 3. 4. 6. 16. 20 corr. 24 corr. 32. 76. 81. quod propter sequentem coniunctivum *videantur* non probo. Quanquam *videntur* Lg. 4. *multa,* cum in Pearcii *γ.* non sit, delevit Schuetz. — *insit*] *sit* Lg. 3. 32 corr. — *in iis*] *in his* Lg. 3. 4. 24. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 84. 86. Gu. 2. 3 (is *ihis* = *in his).*

valde multa sunt: ea, quae ex iis aut levissima sunt aut aliis gravioribus consimilia, secerni arbitror oportere atque ex oratione removeri. Equidem cum colligo argumenta causarum, non tam ea numerare soleo quam expendere.

LXXVII. 310. Et quoniam, quod saepe iam dixi, tribus rebus omnes ad nostram sententiam perducimus, aut docendo aut conciliando aut permovendo, una ex tribus his rebus res prae nobis est ferenda, ut nihil aliud nisi docere velle videamur; reliquae duae, sicuti sanguis in corporibus, sic illae in perpetuis orationibus fusae esse debebunt. Nam et principia et ceterae partes orationis, de quibus paullo post pauca dicemus, habere hanc vim magno opere debent, ut ad eorum mentes, apud

309. *utilia sunt*] sic inverti secundum Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. Gu. 3. *sunt* abest Gu. 2. — *valde multa*] *v. mutata* Lg. 13. Statim *sint* pro *sunt* 6. 32. ita corr. 3. — *ex iis*] *ex his* Gu. 2. 3. Lg. 3. 4. 14. 32. 35. 36. 65. 67. 69. 84. non deterius. om. 13 add. — *equidem*] *et quidem* Lg. 4. 32. — *colligo*] *conligo* Lg. 70. 73. *intelligo* 76. — *expendere*] *comprehendere* Gu. 3.

LXXVII. 310. *quod*] *cum* Lg. 2. 13. 36. om. Gu. 3. ut Lamb. — *omnes*] *homines* Lg. 35. 65. Lamb. Confunduntur haec persaepe, viam faciente scribendi compendio *hoïes*. Cf. Drakenb. ad Liv. III. 54, 6. Schaef. ad Plin. Paneg. 45, 5. — *ex tribus his rebus res*] sic Havn. 1. Gu. 2. 3 (modo quod is *tribus rebus his)* Erl. Lg. fere omnes et vulgo ab Ald. ad Ern.; restituerunt Or. Henr. *res* om. Havn. 2. *(ex tris tribus rebus)* Gu. 1. Lg. 4. 21. et sane inutile est. *ex omnibus his rebus res* edd. antiq. Ern., qui aut *rebus* aut *res* delendum censet (sed vide explicatt. ad III. 29, 111), Sch. Harl. Muell., quibus nunc addantur Lg. 14. 69. 93. Praeterea *ex* om. Lg. 4. *iis rebus* 15. 16. 20. 24. 70. 73. 86. Vict. — *sicuti*] *sicut* Lg. 6. 21. 65. 84. Lamb. — *et principia*] om. Lg. 16. 70. 73. — *paulo*] codd. mei omnes praeter Lg. 5. — *magno opere*] unde habeat Henr. nemo dixerit. Ex Lg. et Gu. nihil enotatum; mutare tamen nolui, quia suspicio est Lagomarsinum in talibus exscribendis diuturnitate laboris fessum non ubique diligentem fuisse; et sane plurimis locis divisim scriptum exstat. V. ad I. 35, 164. — *mentes*] nullus codex hic

quos agetur, movendas permanare possint. 311. Sed his partibus orationis, quae etsi nihil docent argumentando, persuadendo tamen et commovendo proficiunt plurimum, quanquam maxime proprius est locus et in exordiendo et in perorando: degredi tamen ab eo, quod proposueris atque agas, permovendorum animorum causa saepe utile est. 312. Itaque vel re narrata et exposita saepe datur ad commovendos animos degrediendi locus vel argumentis nostris confirmatis vel contrariis refutatis vel utroque loco vel omnibus, si habet eam causa dignitatem atque copiam, recte id fieri potest; eaeque causae sunt ad agendum et ad ornandum gravissimae atque plenissimae,

mentis. — *agetur*] *agitur* Lg. 2. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. Ald. Lamb. *agr.* 4. non sequor propter hanc ambiguitatem compendii. v. explicatt. II. 43, 182. — *permanare*] vitiose *permovere* codd. quamvis optimi Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. *permanere* 3. 5. 6. 14. 20. 21. 23. 24 corr. 67. 69. 70. 76 corr. 81. — *possint*] *possent* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. Gu. 3.

311. *his*] *iis* Lg. 36. — *etsi*] non dubito, quin sit scribendum *si* ex Lg. 2 corr. Divisim *et si* 65. 67. 69. 70. 76. 81. 84. 86. — *proficiunt*] *perficiunt* Lg. 13. 32. — *exordiendo*] *exordiundo* Lg. 5. 16. 17. 21. 23. 24. 35. 65. 70. 73. 76. 86. — *in perorando*] *impando* (= *imperando*) Gu. 3. — *degredi*] mutare non audeo secundum disputata ad II. 19, 80., cum exhibeatur a paucis, sed idoneis testibus Lg. 2 (corr. *digredi*) 13. 36. 84. Ceteri Lg. omnes et Vict. Gu. tres *digredi*, eidemque in easdem partes scinduntur paulo post; nisi quod *degrediendi* Gu. 3. In *digressione* autem omnes consentiunt. — *quod proposueris*] *quo pr.* Lg. 36. *quod posueris* Vict. — *atque agas*] *quodque agas* Lamb.

312. *re narrata et exposita*] scripturam haud paulo exquisitiorem vulgata *narratione exposita* recepi ex Pal. 1. 2. duobus Gall. (VSt., qui tamen *re* om.) Z. γ. Erl. Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. Vict. Gu. 2. Lamb. Probabant Ern. et Muell. — *commovendos*] *conmov.* Lg. 2. 69. 81. — *nostris*] om. Lg. praeter 3. 6. 69. 84., item Gu. 3., sed videtur necessario retinendum. — *refutatis*] addit *confirmatis* Gu. 3. praemittit Lg. 3 corr. *confutatis* m. sec. 20. — *utroque loco*] *ex utr. loco* Lg. 4. *loco*

quae plurimos exitus dant ad eius modi degressionem, ut his locis uti liceat, quibus animorum impetus eorum, qui audiunt, aut impellantur aut reflectantur. 313. Atque etiam in illo reprehendo eos, qui, quae minime firma sunt, ea prima collocant. In quo illos quoque errare arbitror, qui, si quando, id quod mihi nunquam placuit, pluris adhibent patronos, ut in quoque eorum minimum putant esse, ita eum primum volunt dicere. Res enim hoc postulat, ut eorum exspectationi, qui audiunt, quam celerrime occurratur; cui si initio satisfactum non sit, multo plus sit in reliqua causa laborandum. Male enim se res habet, quae non statim, ut dici coepta est, melior

om. Lg. 5. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 65. 67. 70. 73. 76. 81. 86. 93 add. ita corr. 32. — *recte id fieri potest*] sic omnes codd. *recte ut fieri possit* Lamb. etiam in mg. repet. ed. *ut recte id fieri possit* Sch. Muell. auctore, ut putabant, Lambino. Recte vulgatam vindicant Matth. in Seebodi Misc. Cr. I. p. 682. et Orellius. — *agendum*] servavi codd. fere omnium scripturam, quae commodam explicationem habet. *augendum* nonnulli codd. Lambini, Mead. Lg. 3. 5 corr. 6. 21. Lamb. Pearc. Sch. Muell. Or. Henr. V. explicationes. — *et ad ornandum*] *et* om. Lg. 3. *ad* om. 3. 4. 6. 32. 35. *adornandum* Lg. 2. 70. *orandum* Gu. 3. — *audiunt*] *audiant* cod. Erl. (inde Ernestus indicativi hostis) Lg. 2. 13. 17. 20. 36. 76. Servavi plerorumque librorum scripturam, quia tres in eis optimi sunt, 4. 32. Gu. 3. Praeferrem autem, si in libris esset, *audient*. — *reflectantur*] *inflectantur* Lg. 6. *flectantur* 15. 16. 70. 73. 86.

313. *eos qui*] *illos qui* Lg. 2. — *collocant*] *conlocant* Lg. 73. — *illos quoque*] invertunt, male quidem, Lg. 3. 4. 6. 32. — *pluris*] ita Lg. 2. 5. 13. 14. 16. 17. 20. 21. 23. 32. 35. 36. 65. 70. 73. 76. 81. Vict. Gu. tres, quorum 3. cum Lg. 2. *et* praemissum habet. Praeterea *cum pluris* 15. 86. 93 corr. ut 84. *cōpluris* 24. *compluris* 84. — *ut in*] *uti* Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 24. 32. 36. 69. 70. 84. ita var. 93. *ut* om. 17. — *occurratur*] *succurratur* Vict. Gu. 3. Lg. 2. 13. 32 corr. 36. 84. Lamb. *succurrantur* 4 corr. ut 2. — *initio*] *in initio* Gu. 3. — *laborandum*] *elaborandum* Lg. 65. 67. 76. — *se res habet*] *res se habet* Lg. 4. 5. 35. 65. 69. — *ut dici*] *ut* om. Lg. 23. 65. — *videtur*] *videatur* Lg. 76.

fieri videtur. 314. Ergo ut † in oratore optimus quisque, sic in oratione firmissimum quodque sit primum; dum illud tamen in utroque teneatur, ut ea, quae excellent, serventur etiam ad perorandum, si quae erunt mediocria (nam vitiosis nusquam esse oportet locum), in mediam turbam atque in gregem coniciantur. 315. Hisce omnibus rebus consideratis tum denique id, quod primum est dicendum, postremum soleo cogitare quo utar exordio. Nam si quando id primum invenire volui, nullum mihi occurrit, nisi aut exile aut nugatorium aut vulgare aut commune.

LXXVIII. Principia autem dicendi semper cum accurata et acuta et instructa sententiis, apta verbis, tum vero causarum propria esse debent. Prima est enim

314. *ut in oratore optimus quisque*] addunt *est* Lg. plurimi, nec tamen 2. 3. 4. 6. 13. 32. 35. 36., item Gu. 2. Alia discrepantia non est; sed *in oratore* verum esse nemo crediderit. V. explicationes. Mox vulgabatur *sic et in oratione;* sed *et* om. Lg. 2. 3. 6. 13. 14. 15 add. 32 add. 36. 67. 69. 93. Gu. 3. edd. antiq. Steph. Lamb. Henr.; uncinis clausit Or. *est* Gu. 2. *sit* (p. *sic)* Gu. 3. — *ea quae excellent*] sic Erl. Lg. 4. 13. 32 corr. 36. Gu. tres, Sch. Muell. Or. Henr. *excellant* VSt. Man. Grut. Ern. *quae aeque excellant* Lg. 81 corr. 84., plerique Ox. Ald. Iunt. Steph. Crat. Lamb. *quae excellunt* ψ. Lg. ceteri XIX.; de Gu. 3., quem A. vocat, errat Henr. — *si quae*] *si qua* s. *siqua* Lg. 2. 3. 20. 35. 69. Lamb. *quae* om. 4. *si querunt* (pr. *si quae erunt)* Gu. 3. — *coniciantur*] scripsi. Nam *coniciuntur* Lg. 2. 5. 16. 70. 73. Vict. *conitiantur* 4. *coiciantur* 6. 13. 36. *conicientur* Gu. 2. Praeter hos *coniiciuntur* Lg. 14. 21. 23. 35. 67. 69. 86. 93.; ceteri vitiose, ut *conviciuntur* Gu. 3. *coicentur* Gu. 1. *coiicientur* Lg. 84.

315. *postremum*] *postremo* Lg. 5. 14. 20. 69. 93. ita corr. 24. — *si quando id*] Plures codd. *siquando. si id quando id* Gu. 3. — *aut commune*] scripsi secundum Z. β. ψ. Gu. 1. Vict. Lg. omnes praeter 35. 81. 84. item edd. antiquiss. ita corr. 81. Quippe *commune* minime idem est atque *vulgare;* quin ne simile quidem quicquam significat. V. explicationes. Vulgo *atque.*

LXXVIII. *cum*] *tum* Lg. 2. 4. 5. 13. 17. 20. 21. 24. 36. 65. 70. 73. 76. Vict. Gu. 3. *tam* 16. — *accurata*] *adcur.* Lg. 5.

quasi cognitio et commendatio orationis in principio, quae continuo eum, qui audit, permulcere atque allicere debet. 316. In quo admirari soleo, non equidem istos, qui nullam huic rei operam dederunt, sed hominem in primis disertum atque eruditum Philippum, qui ita solet surgere ad dicendum, ut quod primum verbum habiturus sit nesciat; et ait idem, cum brachium concalefecerit, tum se solere pugnare; neque attendit eos ipsos, unde hoc simile ducat, primas illas hastas ita iactare leniter, ut et venustati vel maxime serviant et reliquis viribus suis consulant. 317. Nec est dubium, quin exordium dicendi vehemens et pugnax non saepe esse debeat; sed si in ipso illo gladiatorio vitae certamine, quo ferro de-

70. 73. — *acuta*] Lg. 20. inv. hoc et *instructa*. — *apta*] *et apta* Lg. 3. 6. 15. 24. 32. 69. 86. — *tum vero*] *tunc vero* Lg. 4. — *commendatio*] *conmend.* Lg. 2. — *quae*] *quaeque* Lg. 3. 4. 6. 76. — *allicere*] *adlicere* Lg. 70. 73. 84.

316. *in quo*] *in qua* Lg. 2. 5. 13. 16. 17. 23. 35. 36. 65. 67. 70. 73. 76. 84. Vict. Gu. 3. — *admirari*] *mirari* Gu. 2. Lg. 84. Ald. Steph. Vict. *demirari* Lamb. — *in primis*] *imprimis* Lg. 36. 69. 76. — *surgere ad dicendum*] sic inverti secutus Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. Gu. 3. Lamb. — *cum brachium concalefecerit*] mira interpolatione *quod iis quos bacchus (bacus bachus) concalefecerit* Lg. 3. 4. 6. *quod* etiam Lg. 2. 13. 36. Gu. 3. *bacchus (bachus)* etiam 14. 23. 24. 67. *bacchum (bachum, baccum)* etiam Gu. 3. Lg. 2. 5. 13. 20. 21. 32 corr. *ii quos*. 36. 65. 76 corr. *bachus*. *bracchum* 70. Deinde *cum calefecerit* Lg. 2. *concalescerit* 67. *concalfecerit* Gu. 3., quod in familiari Philippi dicto fortasse praeferendum fuerit. — *tum se solere pugnare*] *aiunt optime solere p.* Lg. 3. 69. ita corr. 32. *cum se sol.* Vict. — *attendit*] *adtendit* Lg. 70. 73. — *ducat*] *dicat* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. — *primas illas*] sic inverti secundum Lg. 2. 3. 6. 13. 32. 36. Gu. 3. *iactare* interponunt 69. 93. — *leniter*] *leviter* Lg. 3. 13. 69. et alii IV nullius momenti. — *vel maxime*] *vel* om. Lg. 15. 81.

317. *nec*] scripsi pro *neque* ex Lg. praeter 81. 84. omnibus et Gu. 3. — *ipso illo*] inv. Lg. 6. 20. 23. Gu. 1. — *quo ferro*] *quod f.* Norf. γ. Gu. 1. 2. Asc. Ald. Iunt. Crat. Vict. Pearc. Sch.

cernitur, tamen ante congressum multa fiunt, quae non ad vulnus, sed ad speciem valere videantur: quanto hoc magis in oratione est spectandum, in qua non vis potius quam delectatio postulatur? Nihil est denique in natura rerum omnium, quod se universum profundat et quod totum repente evolet. Sic omnia, quae fiunt quaeque aguntur acerrime, lenioribus principiis natura ipsa praetexuit. 318. Haec autem in dicendo non extrinsecus alicunde quaerenda, sed ex ipsis visceribus causae sumenda

Or. Henr., quae qui Ciceronis (Divers. X. 10) et Livii (XXVIII. 14) advocat exempla, ea et per se nihil probant, cum utroque modo dici potuerit, et nostro non sunt simillima. *quo* retinui a Lg. omnibus, Gu. 3. reliquis plerisque praebitum, itaque edd. antiq. Man. Lamb. Ern. Muell. — *est spectandum*] ita ex Wyttenb. coni. (B. Cr. I. 1. p. 21.) recentt. post Sch.; intelligiturque, quo modo *est* in *ex* mutatum fuerit; *exspectandum* enim libri fere omnes: addunt *est* Havn. 1 .2. duo Lambini, Gu. 1. 2. Lg. 81. 84. et vulgo ab Ald. ad Grut. *spectandum est* tres Lambini, *spectandum* edd. antiquiss., cum quibus facit Lg. 93. ab Angelo Politiano, ut videtur, in usum editionis Romanae descriptus aut describi iussus. — *quam delectatio*] *sed delect.* Havn. 1. 2. ψ. Lg. fere omnes. Illud habent duo Pall. duo Gall. (duo Steph. codd.) Cant. Harl. 1. Z. γ. ε. Erl. Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. Lamb. Pearc. Or. Henr. q_3 (i. e. *quam)* Gu. 3. — *denique*] *enim* Lg. 3. ita corr. 32. — *evolet*] *evolat* Lg. 3. 6. 24 corr. *volvat* 2. 13. 36. *evolvat* 4. — *omnia*] *omnium* Lg. 15. 16. 70. 73. 86. — *leniori-bus*] *levioribus* Lg. 3. 4. 15. 69. Gu. 2.

318. *alicunde*] *aliunde* Lg. 6. 24 corr. 69. 93. quod plane ταυτολόγον (nam quod *extrinsecus*, id *aliunde* quaeritur) errore in Henrichseni editionem irrepsisse videtur. — *ipsis*] *ipsius* Lg. praeter 2. 4. 13. 36. 69. 81. 84. 93. nec abiiciendum. — *iccirco*] Lg. 15. 69. et V alii peiores. — *pertentata*] *percepta* Lg. 4. *pretentata* (s. *pre-* et *praetemptata)* 6. 17. 36. Vict., quod praeferendum videretur, nisi ab eisdem praepositionibus composita iungere Cicero amaret. *pertēptata* 13. 32 corr. 81. 93. Gu. 3. — *perspecta*] om. Lg. 3. *perfecta* 4.

319. *reperietur — sumetur*] sic necessario corrigendum, cum utrumque verbum ad praecedens *principii* vocabulum referatur. Et *reperietur* vulgo secundum omnes libros lectum *(repperietur*

sunt. Idcirco tota causa pertentata atque perspecta locis omnibus inventis atque instructis considerandum est quo principio sit utendum. 319. Sic et facile reperietur; sumetur enim ex iis rebus, quae erunt uberrimae vel in argumentis vel in iis partibus, ad quas dixi digredi saepe oportere: ita et momenti aliquid afferent, cum erunt paene ex intima defensione depromptae et apparebit eas non modo non esse communis nec in alias causas posse transferri, sed penitus ex ea causa, quae tum agatur, effloruisse.

Lg. 20. 84.); *reperientur* de Schuetzii suspicione recentiores scripserunt. Sed etiam *sumetur* non modo Havn. 2. VSt. Gu. tres, Erl. edd. antiq. tuentur, sed accedunt nunc Vict. et Lg. praeter 67. 81. 86 omnes (modo quod *summetur* 2. 4. 6. 14. 20. 32 corr. 36. 76.). V. explicationes. — *ex iis*] *ex his* Lg. 17. 20. 21. 65. 67. 69. 76. 84. 86. Gu. 3. — *quae erunt*] *quae sunt* Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 86. 93. Lamb. ita corr. 32. — *vel in*] *velut* Lg. 2. 4. 13. 36. — *in his*] Lg. 20. 36. 65. 67. 69. 76. 81. 84. — *ad quas dixi*] *ad quas dixi causas* Lg. 81. 84. Steph. al. — *digredi*] sic Lg. omnes, Gu. 2. 3. edd. vett. praeter Lamb. *progredi* corr. *digredi* Vict. v. ad II. 19, 80. — *afferent*] *afferrent* Lg. 2. 17. 24 corr. 36. 86. *afferant* 4. Vict. *adferant* 70. 73. — *depromptae — eas — communis*] necessario damnavi quod legebatur *deprompta — ea — communia*, quod tenuis fidei est, sed a Man. Lamb. Pearc. et recentt. post Ern. ascitum; *deprompta* Erl. Lg. 2. 4. 36. *dempta* Z., ceteri libri et edd. quod dedimus. *ea* in nullo libro legitur; *eos* Lg. 6. nec *communia* usquam reperi. Sed ea accusativi forma, quam restitui, comparet in Lg. 2. 13. 14. 16. 21. 23. 32 corr. 36. 70. 73. 86. 93. Gu. 3. *conmunis* 24. Vitiosa priorum scriptura etiam hunc locum inconsiderate corrigendi causa fuit. — *non modo non*] hoc *non* ignorant Lg. 16. 32. 36. 69. 93. nec id deterius. — *tum agatur*] *tum* om. Lg. 13. 36. *cum* 15. 86. — *effloruisse*] non videntur *res*, quas quis in exordio dicendi tractet, *efflorescere* posse ex causa, sed fluere, defluere, manare. *Fluxisse*, si usquam in libris legeretur, haud dubitanter reciperem. Quanquam magna est scripturae diversitas. Nam *exfloruisse* Gu. 2. Lg. 5. 14. 15. 16. 17. 21. 24. 67. 70. 73. 76. 86 et p. var. 2. *floruisse* 69. *efloruisse* 32. *confloruisse* Vict. *effluxisse* Lg. 13. 20. 36. Ald., placeretque, dum ita dictum verbum constaret. Eodem ἰωλιχῶς scriptum spectat *exfluxisse* corr. *de-*

LXXIX. 320. Omne autem principium aut rei totius, quae agetur, significationem habere debebit aut aditum ad causam et communitionem aut quoddam ornamentum et dignitatem. Sed oportet, ut aedibus ac templis vestibula et aditus, sic causis principia pro portione rerum praeponere. Itaque in parvis atque infrequentibus causis ab ipsa re est exordiri saepe commodius. 321. Sed cum erit utendum principio, quod plerumque erit, aut ex reo aut ex adversario aut ex re aut ex eis, apud quos agetur, sententias duci licebit. Ex reo (reos appello, quorum res est), quae significent bonum virum quae liberalem quae calamitosum quae misericordia dignum quae valeant contra falsam criminationem; ex adversario iisdem ex locis fere contraria. 322. Ex re, si crudelis si nefanda si praeter opinionem si immerito si misera si in-

fluxisse 81. Hoc ipsum scriptum est in 35. 65. 93. edd. Vict. Man., videturque adhuc optimum.

LXXIX. 320. *quae agetur*] *de qua ag.* Lg. 35 corr. ita corr. 81. *agitur* 4. 81. 24 edd. Steph. Vict. Man. — *et communitionem*] sic Norf. Lg. 20. 84. Sch. Muell. Or. Henr. ducuntque eo *commutationem* in Z. γ. ε. Erl. (de Gu. 3. = *A* errat Henr.); Lg. 2. 4. 13. 36. Rell. *munitionem*, itaque Crat. Grut. Ern. *aut communit.* edd. Steph. Lamb. *aut* etiam Lg. 4. 67. *ad et mutationem* Gu. 3. — *ac templis*] *atque t.* Gu. 3. — *pro portione*] omnes fere libri iunctim; divisim meorum soli 36. 67. — *praeponere*] *proponere* Lg. 4. 6. 16 corr. 32 corr. 76. 81 corr. 93. — *infrequentibus*] sic Havn. 2. Oxon. plerique, Gu. 2. Lg. 2. 5. 13. 32. 36. 67. *in frequentibus* Havn. 1. Lg. plerique, Vict. Lamb. Sch. in ed. mai. *frequentibus* β. Erl. Lg. quidam Vict. Gu. 3. Ald. Iunt. Crat.

321. *apud*] *aput* Lg. 32 corr. — *eis*] sic omnes mei praeter 17. in quo *iis*, et 67. Gu. 2. in quibus *his* est. — *licebit*] *decebit* Lg. 81. ed. Steph. Iunt. Crat. — *ex reo*] *ex re* Lg. 2. — *reos*] addunt *enim* Lg. 20. 76. *autem* 23. 67. 69. 93. — *res*] Gu. 3. — *appello*] *adpello* Lg. 70. 73. *appellatio* Gu. 3. Totum hoc *reos* — *res est* interpolatori deberi Bakius putat. — *bonum virum*] sic inverti secundum Lg. 2. 4. 6. 13. 32. 36. Gu. 3. — *ex adversario*]

grata si indigna si nova si quae restitui sanarique non possit; ex iis autem, apud quos agetur, ut benevolos beneque existimantis efficiamus, quod agendo efficitur melius quam rogando. Est id quidem in totam orationem confundendum nec minime in extremam; sed tamen multa principia ex eo genere gignuntur. 323. Nam et attentum monent Graeci ut principio faciamus iudicem et docilem; quae sunt utilia, sed non principii magis propria quam reliquarum partium; faciliora † etiam in principiis, quod et attenti tum maxime sunt, cum omnia exspectant, et dociles magis [initiis] esse possunt. Illustriora enim sunt, quae in principiis, quam quae in mediis causis dicuntur aut arguendo aut refellendo. 324. Maxima autem copia principiorum ad iudicem aut alliciendum aut incitandum ex iis locis trahetur, qui ad

ex adversariorum Gu. 3. — *iisdem*] *isdem* Lg. 4. 86 corr. *hisdem* alii aliquot.

322. *nefanda*] vulgatum *infanda* correxi ex Lg. 2. 3. 13. 15. 32. 36. 65. 69. Gu. 3., itaque iam Lambinus. *nephanda* 4. 6. — *ex iis*] *ex his* Lg. 24. 36. 65. 67. 69. 76. 84. 86. Gu. 2. 3. *iis* om. 6. — *agetur*] *agitur* Lg. 6. — *benevolos*] per *e* codicum solus meorum 84., praeterea edd. Steph. Vict. Ald. Iunt. Crat. Man. Lamb. est recentiorum pleraeque. — *existimantis*] scripsi ex Vict. Lg. 2. 13. 15. 16. 21. 23. 24. 36. 70. 73. 86. — *efficitur melius*] inv. Lg. 5. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 67. 69. 70. 73. 76. 86. 93. *eff. mel. agendo* Gu. 2. — *totam orationem*] *tota oratione* Lg. 23. — *extremam*] *extrema* Lg. 4. — *gignuntur*] *gignantur* minus apte Lg. 2. 4. 13. 36. Gu. 3.

323. *et attentum*] *et* om. Lg. 3. 4. 6. 32. Gu. 3. — *monent*] *commonent* Lg. 84. edd. Steph. Ald. Iunt. Lamb., male: si quidem *commonere* est praesentem et audientem monere. — *in principio*] *in principiis* Lg. 4. *in principium* 36. Sed vide explicatt. — *propria*] *promta* Gu. 3. — *et attenti*] *et* om. Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36., quod nonsequor, quia *et* sequentis vocabuli causa facere excidere potuit. Ceterum *adtenti* Lg. 5. 67. — *tum*] *tamen* Gu. 3. — *illustriora*] *inlustr.* Lg. 70. 73.

324. *maxima autem copia — trahetur*] restitui leniter

motus animorum conficiendos inerunt in causa; quos tamen totos explicari in principio non oportebit, sed tantum impelli iudicem primo leviter, ut iam inclinato reliqua incumbat oratio.

LXXX. 325. Connexum autem ita sit principium consequenti orationi, ut non tanquam citharoedi prooemium affictum aliquod, sed cohaerens cum omni corpore membrum esse videatur. Nam non nulli, cum illud meditati ediderunt, sic ad reliqua transeunt, ut audientiam sibi fieri nolle videantur. Atque eius modi illa pro-

correctam scripturam inconsideratius mutatam a recentioribus inde a Schuetzio, quippe id quod ex uno pauciore libris dedissent, in aliis etiam, quorum copia non erat, legi ratis. Vulgata scriptura est *trahitur*, quod cum sequente *inerunt* conciliari non potest. *maximam copiam* solus Gu. 3. *trahemus* Gu. 3. VSt. Erl. — *alliciendum*] *adlicendum* 5. corr. ut 70., in quo et 73. est *adliciendum*. — *aut incitandum*] om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. ut 6. 36. Gu. 3. *aut ad incitandum* 6. — *ex iis*] *ex his* Lg. 13. 14. 20. 21. 24. 32. 35 corr. 65. 67. 69. 76. 84. Vict. Gu. 3. non deterius vulgato. — *conficiendos*] om. Gu. 3. — *explicari in principio*] sic inverti secundum Lg. 2. 3. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 93. Gu. 3. — *tantum*] *tamen* Vict. Lg. praeter 2. 4. 81. 84. In 93 adscriptum v. *tum*, quae ex confusis *tm̄* et *tn̄* nata sunt. — *impelli*] *inp.* Lg. 24. 84. — *iudicem primo*] sic invertendum fuit ex Gu. 3. Lg. 2. 3. 5. 14. 15. 20. 21. 23. 24. 32. 35. 36. 65. 67. 70. 73. 86. *primo* om. 4. — *leviter*] *leniter* Lg. 6. 16. 17. 69. 70. 73. 76. 84. 93. Gu. 2. nec id plane absonum.

LXXX. 325. *consequenti*] *sequenti* Lg. 3. 6. 69. — *citharoedi prooemium*] haec duo vocabula in plerisque libris varie vitiose scribuntur. *principium* pro *prooemio* Vict. — *affictum*] *adfictum* Lg. 5. *effictum* 17. *adfectum* 13. *affectum* 32 inscr. *passionatum* sane ἰταλικῶς, Gu. 3. — *aliquod*] *aliquid* Lg. 4 corr. 69. 76. 93. — *nam*] hanc totam sententiam usque ad *atque eius modi* om. Lg. 81. — *non nulli*] divisim Lg. 67. 69. 70. 84. 86. Vict. Gu. 3. — *nolle*] *velle* Lg. praeter 4. 6. 69. et sec. m. 2.; item Gu. 3. — *eius modi*] *huiusmodi* Gu. 3. Lg. 21. — *prolusio*] *praelusio* s. *prelusio* Lg. 14. 17. 20. 24. 67. 81. 93. Lamb.

lusio debet esse, non ut Samnitium, qui vibrant hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil utuntur, sed ut ipsis sententiis, quibus proluserint, vel pugnare possint. 326. Narrare vero rem quod breviter iubent, si brevitas appellanda est, cum verbum nullum redundat, brevis est L. Crassi oratio; sin tum est brevitas, cum tantum verborum est, quantum necesse est, aliquando id opus est, sed saepe obest vel maxime in narrando; non solum quod obscuritatem affert, sed etiam quod eam virtutem, quae narrationis est maxima, ut iucunda et ad per-

perlusio 70. *pene lusio* 76 v. ut 14. — *non ut*] *ut* om. Lg. 16. 70. 73. — *Samnitium*] *sannitium* (et *sannitum*) aliquot codd. Restitui autem genitivi illam formam ex Lg. 2. 4. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 17. 23. 24. 32. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 86. 93. Eadem quanquam cum scripturae diversitate legitur Rp. III. 28. ex Nonio bis eandem sententiam afferente et Divin. I. 33, 72., ubi altera exstat ap. Iunt. Vict. Man. *Arpinatium* Att. IV. 7, 3. Acad. I. 1, 1. Off. I. 7, 3. Apud Livium vero *Antemnatium, Capenatium, Fidenatium, Privernatium* sine controversia probantur. V. Voss. de Anal. II. c. 14. — *proluserint*] correxi vulgatum *proluserunt* ex Lg. 2. 3. 5. 6. 13. 15. 16. 20. 21. 32. 35. 36. 65. 70. 73. 84. Gu. 3. Vict. *praeluserint* 14. 23. 93. Lamb. Cum nihil usitatius sit, quam verborum modos in codd. quamvis optimis confundi (sic statim *possunt* Vict. Gu. 3. Lg. XVII., quorum sunt 2. 13. 36), si quando utrumvis sententia patitur, a codicum parte standum. Ceterum hic etiam coniunctivus minime est orationis obliquae, sed potentialis, de quo genere monui ad II. 54, 221.; Graeci dicerent *ταῖς γνώμαις μάχεσθαι αἷς ἂν προγυμνάσαιντο.*

326. *rem*] *rem gestam* Lg. 3. — *quod*] om. Vict. addunt *quidem* Lg. 2. 3. 4. 6. 69. 76. — *appellanda*] *adpell.* Lg. 70. 73. — *redundat*] legebatur ante Ern. *redundet;* verius illud exstat in Lg. 2. 3. 4. 13. 15. 16. 17. 20. 21. 24. 32. 36. 65. 70. 73. 76. 81. 84. 86. Gu. tribus, Vict. et ed. Lamb. — *sin*] *sic* Lg. 2. 4. 36. Gu. 3. Ceteri *si.* — *tum*] *tamen* Gu. 3. Post pro *tantum* idem est in Lg. 67. *tantorum* Gu. 3. — *opus est*] *est* om. Lg. 16. 32. *est opus* 14. — *affert*] *adfert* Lg. 73. 93 corr. *habet* 6. — *maxima*] *maxime* Lg. 76. 93. — *ut*] *et* Lg. 93. — *accommodata*] *acconm.* Lg. 69. *adcomm.* 73. *occupata* Gu. 3.

suadendum accommodata sit, tollit. 327. Videlicet illa:

Nam is postquam excessit ex ephebis,

quam longa est narratio! mores adolescentis ipsius et servilis percontatio mors Chrysidis vultus et forma et lamentatio sororis reliqua pervarie iucundeque narrantur. Quod si hanc brevitatem quaesisset:

Effertur; imus.
Ad sepulcrum venimus;
In ignem posita est;

decem versiculis totum conficere potuisset; quanquam hoc ipsum: *Effertur; imus,* concisum est ita, ut non brevitati

327. *videlicet*] vulgata scriptura est *ut;* sed codd. in alia omnia, ut etiam praecedens *tollis* affectum sit. Nam *tolli vident* Lg. 5. 16. 21. 35. 65. 70. 73. 81. Vict. Gu. 3. *tollere videtur* 14. 23. 67. 69. *tolli videtur* 15. *tolit videri* 17. *tolli videntur* 24 corr. 86. *tolli* corr. *tollere videtur* 93. *tolli videant illam* 32. *tollit. Videlicet,* tamen ut in nonnullis ante id non distinguatur, liquide scriptum in Lg. 2. 5. 13. 16. 21. 36. 84. Ald. Man. al. Id igitur revocavi. — *nam is*] *n. is ipsa est* corr. *ipsa est quae* Lg. 2. Gu. 3. — *postquam*] *quam* Gu. 3. corr. u. t. — *adolescentis*] *adul.* Lg. 70. 73. 81. — *percontatio*] sic Lg. 3. 5. 14. 16. 20. 21. 23. 32. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 93. *percunt.* 24. 35. — *mors*] *mores* Gu. 2. Verba inter *adolescentis* et *mors* posita om. Gu. 3. In nomine *Chrysidis* libri plurimi cum vitio discrepant. — *imus*] *funus* Lg. 69. 76. 93. in 2. 3. 6. 13. 32. *imus effertur funus* legitur. — *sepulcrum*] aspiratum in Lg. XVIII. — *decem versiculis*] sic Pal. 1. Z. Erl. a pr. m. Gu. 3. Steph. Lamb. Sch. Muell. Henr.; firmatur nunc Lg. 2. 4. 13. 36. *in his fere decem vers.* Vict. Lg. ceteri, modo quod *in iis* 6. 20. Gu. 1. Ox. rell. sed nonnulli *in* om., codd. Regii, edd. antiq. Ald. Iunt. Crat. Man. Or., qui tamen illa *in his fere* uncinis circumscripsit. *in* om. Lg. 81. *fere decem versiculis* Pal. 8. Grut. — *imus*] *funus* Lg. 69. Ex *effertur imus* in Gu. 3. contractum est *efferimus.*

328. *posita*] *imposita* Lg. 3. 4. 5. 13. 16. 23. 35. 36. 67. 70. 81. Vict. ita corr. 73. *in posita* Gu. 3. — *festivitatem*] *festinationem* Gu. 3. — *quom*] scripsi ex Lg. 2. 4. 13. 35. 36. Gu. 3.

servitum sit, sed magis venustati. 328. Quod si nihil fuisset, nisi: *In ignem posita est,* tamen res tota cognosci facile potuisset. Sed et festivitatem habet narratio distincta personis et interpuncta sermonibus et est probabilius, quod gestum esse dicas, quom quemadmodum actum sit exponas, et multo apertius ad intellegendum est, si † constituitur aliquando ac non ista brevitate percurritur. 329. Apertam enim narrationem tam esse oportet quam cetera; sed hoc magis in hac elaborandum est, quod et difficilius est non esse obscurum in re narranda, quam aut in principio aut in argumento aut in perorando; et maiore etiam periculo haec pars orationis

ita corr. 24. *quam* 69 corr. ut 3. *quando* 93. om. Lamb. — *apertius*] *aptius* Lg. 3. 23. 69. 81. 93. — *intellegendum*] scripsi ex Lg. 13. 17. 36. — *est*] om. Lg. 2. 5. 14. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 93. — *si constituitur*] *si consistitur* Lamb. et ex Heusingeri coniectura Sch. Muell. Or. Henr. In verbo *constituitur* libri et edd. vett. conspirant, nisi quod *constituit* Lg. 21. *constitui* 76 corr., *si* autem om. Pal. 1. 2. Erl. Gu. 3., *sic,* quod sequebatur in scriptura vulgata, om. Havn. 1. Pith. Memm. Z. Lg. 2. 4. 13. 32. 36. *sit* pro eo habent 16. 21. 70. 73., quae ex male scripto aut intellecto *si* fluxerunt. Sed *constituitur* minus mihi quidem displicet, quam *consistitur.* V. explicationes.

329. *enim*] *autem* Lg. 67. — *cetera*] *ceteras* Vict. Gu. 3. *ceteras orationis partes* Lamb. — *hoc*] *in hoc* Lg. omnes praeter 81 pr. m., et Gu. 3. — *elaborandum*] *laborandum* Lg. 24. 35. 65. — *in principio*] *in* om. Lg. 2. 4. 6. 13. 32 add. 36. — *argumento*] *argumentando* Lamb. sane probabili coniectura. codd. Bakii *in purgando,* quod vitium ex male lecto verbo sequente ortum. Ille *in arguendo* coniicit comparans c. 79. 323., quod totum aliud est. Quis enim *arguere* unquam partem orationis dixit, ut principio aut perorationi opponeretur? In *argumento* intelligo *ponendo* s. *exsequendo.* — *aut in perorando*] *aut in* om. Lg. omnes praeter 3. 14. 15. 67. 86. ita corr. 11. ut scriptores librorum *argumento perorando* coniunxisse videantur. *in* om. etiam Vict. *aut in perorando* om. Gu. 2. *in opando (= operando)* Gu. 3. — *maiore etiam periculo*] sic Z. β. ε. ψ. Lg. 2. 3.

obscura est quam ceterae, vel quia, si quo alio in loco est dictum quid obscurius, tantum id perit, quod ita dictum est, narratio obscura totam occaecat orationem; vel quod alia possis, semel si obscurius dixeris, dicere alio loco planius, narrationis unus est in causa locus. Erit autem perspicua narratio, si verbis usitatis si ordine temporum conservato si non interrupte narrabitur.

LXXXI. 330. Sed quando utendum sit aut non sit narratione id est consilii. Neque enim, si nota res est nec dubium quid gestum sit, narrare oportet, nec si adversarius narravit, nisi si refellemus. Ac si quando erit narrandum, nec illa, quae suspicionem et crimen efficient contraque nos erunt, acriter persequamur et quicquid poterit detrahamus; ne illud, quod Crassus, si quando fiat, perfidia, non stultitia fieri putat, ut causae nocea-

13. 32. 36. 84. Ald. Iunt. Crat. Steph. Vict. Muell. Or. Henr. *maiore etiam ridiculo* duo St. excerpt. *δ. m. et ridiculo* Erl. Gu. 3. *m. etiam haec periculo pars* Lamb. *m. periculo* Havn. 1. 2. Lg. plerique, al. Med. Ven. Man. Grut. Ern. Sch. — *si quo alio in loco*] *s. q. in alio l.* Lg. 2. Gu. 3. *si aliquo alio in l.* 15. 86. *si aliquo in l.* 36. 84. — *tantum id*] *id* om. Gu. 3. — *occaecat*] Lg. XX. sine assimilata praepositione; *excaecat* Lamb.

LXXXI. 330. *nec dubium quid*] sic Pall. duo Gall. nonnulli Ox. Gu. 3. Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 20. 32. 36. 70. Steph. Lamb. Grut. Sch. Henr. *nec dubium sit quid δ.* a pr. m. Lg. 84 corr. *nec si dub. sit*, Ald. Iunt. Vict. *nec si dubium sit* Havn. 1. 2. *(est* 2.) Cant. *α. ε. ψ.* Gu. 1. supra scr. al. m. *non,* Vict. Lg. 5. 15. 16. 17. 21. 35. 65. 69. 73. 76. 81. 86. 93. Man. ita corr. Lg. 32. *nec si dubium non sit* Gu. 2. Lg. 24. *nec si non dubium sit* Lg. 14. 23. 67. edd. antiquiss., unde *nec si non dubium quid* ediderunt recentiores post Ernestum. — *narrare*] sic scripsi ex Lg. 2. 3. 4. 5. 6. 13. 20. 21. 32. 36. 65. 67. 70. 73. 76. Gu. 3. — *nisi*] *si* om. Gu. 3. Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 15. 24. 32. 36. 69. 86. Lamb. exp. 14. Sed necessarium est, cum *nisi* adverbiascat. Mox *refellimus* Lg. 17. — *nec illa*] rectior scriptura paucos

mus, accidat. Nam ad summam totius causae pertinet caute an contra demonstrata res sit, quod omnis orationis reliquae fons est narratio. 331. Sequitur, ut causa ponatur, in quo videndum est quid in controversiam veniat. Tum suggerenda sunt firmamenta causae coniuncte et infirmandis contrariis et tuis confirmandis. Namque una in causis ratio quaedam est eius orationis, quae ad probandam argumentationem valet. Ea autem et confirmationem et reprehensionem quaerit; sed quia neque reprehendi quae contra dicuntur possunt, nisi tua confirmes, neque haec confirmari, nisi illa reprehendas, idcirco haec et natura et utilitate et tractatione coniuncta sunt. 332. Omnia autem concludenda plerumque rebus augendis vel inflammando iudice vel mitigando, omniaque cum superioribus orationis locis tum maxime extremo ad

testes habet nec idoneos, Lg. 14. 17. 23. 67. 69. 70. 93. ita corr. 24. *v. ne.* — *persequamur*] *persequantur* Lg. 16. 70. 73. *prosequamur* 69. *prosequimur* Gu. 3. — *quicquid*] sic Lg. praeter 5. 6. 21. 24. Gu. 2. 3. — *poterit*] *potuerit* Gu. 3. — *detrahamus*] *detrahemus* Lg. 3. 6. ita corr. 32. — *ut causae*] *ut* om. Gu. 3. Lg. 2. 13. 32 add. ut 3. 36. *causae ut* 3. 6. *causae* om. 4. — *accidat*] *adcidat* Lg. 70. 73. — *demonstrata res*] *demonstrares* Lg. 2. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. — *quod*] *si quod* Lg. 13. 32. 36. unde fortasse scribendum est *si quidem,* quod clare legitur in Lg. 2. — *omnis*] om. Lg. 20.

331. *tum*] *tunc* Gu. 3. Lg. praeter 3. 4. 6. 13. 32. 35. 36. 69. 81. 84., quorum *tamen* 6. *cum* 36. — *infirmandis*] *firmandis* Gu. 3. — *et tuis*] addunt *alienis* 2 corr. *argumentis*, 4. 13. 36. Gu. 3. *tuis argumentis* 3. 6. 32., quod verum esse iam propter vocabuli locum non potest. — *et reprehensionem*] om. Lg. 2 add. *reprensionem* Gu. 1. — *contra dicuntur*] ὑφ' ἕν Lg. 65. 69. 70. 73. 81. 86. 93. — *idcirco*] *iccirco* VIII codd. quorum notabiliores 15. 69. 76. *id circo* 84.

332. *plerumque*] *plurimique* Gu. 3. — *augendis*] *agendis* Lg. 2. 4. 14. 23. 32 corr. 67. 69. — *omniaque*] *omnia quae* vitiose Lg. 2. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 20. 21. 24 corr. 36. 65. 69.

mentis iudicum quam maxime permovendas et ad utilitatem nostram vocandas conferenda sunt. 333. Neque sane iam causa videtur esse cur secernamus ea praecepta, quae de suasionibus tradenda sunt aut laudationibus. Sunt enim pleraque communia; sed tamen suadere aliquid aut dissuadere gravissimae mihi esse personae videtur. Nam et sapientis est consilium explicare suum de maximis rebus et honesti et diserti, ut mente providere auctoritate probare orationem persuadere possis.

LXXXII. Atque haec in senatu minore apparatu agenda sunt; sapiens enim est consilium multisque aliis dicendi relinquendus locus. Vitanda etiam ingeni ostentationis suspicio. 334. Contio capit omnem vim orationis

70. 73. 76. 84. 86. — *ad mentis — maxime*] om. haec Lg. 2. 4. 13. 32 codd. 36. Gu. 3. — *quam maxime*] ὑφ ἓν Lg. 76. edd. Ald. Vict. Iunt. Man. — *conferenda sunt*] *confirmandas* Lg. 2. *conferendas* 13. 36. Gu. 3.

333. *tradenda*] *tractanda* Lg. 69. — *laudationibus*] *laudanda* Gu. 1.; item mox *aliquid aut dissuadere* om. — *esse personae videtur*] sic inverti quod vulgo legebatur, *videtur esse personae*, secundum Lg. praeter 81. 84. omnes et Gu. 1. 3. Vitiose praeterea *videntur* Lg. 2. 13. 93. Gu. 1. 3. — *suum*] *sui animi* Gu. 3. — *possis*] scripsi ex Lg. 2. 4. 13. 36. Gu. 3. vulgo *possit*, nec minus id bonum; sed libri boni sequendi.

LXXXII. *apparatu*] *adparatu* Lg. 70. 73. — *sapiens enim est*] Sch. Muell. Or. Henr. *sapiens est enim;* v. explicationes III. 30, 119. — *relinquendus*] *ac loquendi* Lg. 2. 4. 13. 36. pannus particula *et* inepte assutus. v. ad II. 33, 144. *relinquendus* om. Gu. 3. — *ingeni*] scripsi ex Lg. 4. 16. 32. *ingeniis* 2. 13. 36. Gu. 3. — *ostentationis*] Lg. plerique et Gu. 2. *ostentationisque*, inepte. Quod dudum correxere Man. Lamb. al. nunc firmatur Lg. 2. qui *ostentantionis*, 4., qui *obstentationibus*, 13., qui *orationis* exhibet.

334. *contio*] solus hic id Lg. 15. — *qui utilitatem putat*] *petit* Lg. 2. 3 corr. 4. 13. 17 v. u. t. 20. 32 corr. 35. 36. 65. 69. 81. 84. Gu. 2. 3. ita corr. 93. — *suasor*] *persuasor* Lg. 6. idem et 67. *interdum* omittunt. — *tam clara*] *tam* om. Lg. 2. 4. 13. 36. Gu. 3. Ita praeceptum a Romani oratoris rebus ad genus com-

et gravitatem varietatemque desiderat. Ergo in suadendo nihil est optabilius quam dignitas; nam qui utilitatem putat, non quid maxime velit suasor, sed quid interdum magis sequatur videt. Nemo est enim, praesertim in tam clara civitate, quin putet expetendam maxime dignitatem; sed vincit utilitas plerumque, cum subest ille timor ea neglecta ne dignitatem quidem posse retineri. 335. Controversia autem inter hominum sententias aut in illo est utrum sit utilius, aut etiam, cum id convenit, certatur utrum honestati potius an utilitati consulendum sit. Quae quia pugnare inter se saepe videntur, qui utilitatem defendit enumerabit commoda pacis opum potentiae vectigalium praesidii militum ceterarum rerum,

mune et universum revocatur. — *quin*] *qui non* Lg. 2. 3. 13. 36. *(qui imputet* Gu. 1. affectata voce sequenti). — *expetendam*] *expectandam* Gu. 3. idemque *vicit.*

335. *utilius*] *melius* Lg. 15. — *id convenit*] *id* om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. *quid* (p. *cum id)* Gu. 3. eidemque omnes *conveniat.* — *pugnare inter se saepe*] sic vulgatum *pugnare saepe inter se* inverti secutus Lg. 3. 4. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 32. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 86. 93. Gu. 3. — *defendit*] unde *defendet* scripturam acceperit Henr. non video, nisi quod Ald. et Man. habent. Scripsi etiam *impellit* secundum potiores libros Lg. 2. 4. 13. 20. 32. 35. 36. 81. Gu. 2. 3. *inpellet* 6. 84. Utrumque ad sententiam aptum: v. explicationes ad II. 43, 181. — *enumerabit*] *connumerabit* Lg. 4. *enuntiabit* 69. — *commoda*] *conmoda* Lg. 2. 69. — *potentiae vectigalium*] medium vulgo interpositum *pecuniae* cum interpretandis vectigalibus videatur additum absitque a Pal. 1. 2. Memm. Pith. (VSt.) Z. Erl. Gu. 3., delerunt Sch. Muell. Henr.; uncis clausit Or. Illos sequor, cum absit etiam a Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. — *ceterarum rerum*] *utilitates cett. r.* codd., nisi quod *utilitatem* Lg. 21. Post *rerum* iteratur in Gu. 3., *utilitates et ceterarum r.* s. *ceterarumque* exstat in Regg. ap. Leclerc., duobus Steph. Mead.; in aliis alia turbantur. Uncis vocabulum sententiae infestum clauserunt Ern. Or.; delerunt Lamb. Sch. Muell. Henr., quos sequor. Ne pessimus quidem scriptor, nedum Cicero, tantum flagitium in se admittat, ut dicat *utilitates rerum, quarum fructum utilitate metimur.* —

quarum fructum utilitate metimur, idemque incommoda contrariorum. Qui ad dignitatem impellit maiorem exempla, quae erunt vel cum periculo gloriosa, colliget; posteritatis immortalem memoriam augebit; utilitatem ex laude nasci defendet, semperque eam cum dignitate esse coniunctam. 336. Sed quid fieri possit aut non possit quidque etiam sit necesse aut non sit in utraque re maxime est quaerendum. Inciditur enim omnis iam deliberatio, si intelligitur non posse fieri, aut si necessitas affertur; et qui id docuit non videntibus aliis, is plurimum vidit. 337. Ad consilium autem de re publica dandum caput est nosse rem publicam; ad dicendum vero probabiliter, nosse mores civitatis; qui quia crebro mutantur, genus quoque orationis est saepe mutandum. Et quanquam una fere vis est eloquentiae, tamen, quia summa dignitas est populi gravissima causa rei publicae maximi motus multitudinis, genus quoque dicendi grandius quoddam et illustrius esse adhibendum videtur;

metimur] *metiemur* Lg. 24. — *colliget*] *conliget* Lg. 70. 73. — *immortalem*] *inmort.* Lg. 24. 69. 81.

336. *quidque*] *quicquid* Lg. 2. 13. 36. 69. — *omnis iam*] inv. Gu. 1. om. Erl. Steph. Lamb. Sch. De Gu. 1. 2. errat Henr. — *affertur*] *adfertur* Lg. 15. 70. 73. 93. — *et*] *ei* Lg. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 70. 73. 76. 81. 84. 86. Gu. 2. — *qui id docuit*] *quid decuit* Gu. 3.

337. *autem*] *vero* Lg. 76 v. u. t. — *quia*] om. Gu. 3. — *mutandum*] *imitandum* Lg. 81. Gu. 3. Ita paulo ante *immittantur* Lg. 4. *imitantur* 67. — *vis est*] addunt *saepe* Lg. XVII., quorum nullus optimorum est. ita corr. 81. om. et add. 24. — *illustrius*] *inlustrius* Lg. 70. 73. — *admovenda*] *admonenda* Lg. 5. 21 corr. 81 corr. *adhibenda.* — *in spem*] *ipse* Gu. 3. — *iracundia*] *saepe erit a te iracundia* Gu. 3. idemque mox *in spe* pro *spe.* — *temeritate*] *varietate* corr. *veritate* Lg. 4. *timiditate* 21.

LXXXIII. 338. *fit*] *saepe fit* Lg. 70 corr. — *maxima quasi*] inv. Lg. 32 corr. *maxime* 69. 93. — *oratori*] haec scri-

maximaque pars orationis admovenda est ad animorum motus non nunquam aut cohortatione aut commemoratione aliqua aut in spem aut in metum aut ad cupiditatem aut ad gloriam concitandos, saepe etiam a temeritate iracundia spe iniuria invidia crudelitate revocandos.

LXXXIII. 338. Fit autem, ut, quia maxima quasi oratori scena videatur contionis, natura ipsa ad ornatius dicendi genus excitemur. Habet enim multitudo vim quandam talem, ut, quemadmodum tibicen sine tibiis canere, sic orator nisi multitudine audiente eloquens esse non possit. 339. Et cum sint populares multi variique lapsus, vitanda est acclamatio adversa populi, quae aut orationis peccato aliquo excitatur, si aspere si arroganter si turpiter si sordide si quoquo animi vitio dictum esse aliquid videatur; aut hominum offensione vel invidia, quae aut iusta est aut ex criminatione atque fama; aut res si displicet; aut si est in aliquo motu suae cupiditatis aut metus multitudo. His quatuor causis totidem

ptura meorum in solis Lg. 32. 81. 84. Gu. 1. 2. praesidium habet; ceteri *oratoris*. — *contionis*] recta scriptura est in Lg. 2. 3. 5. 13. 14. 16. 17. 21. 23. 32. 65. 67. 69. 76. 93. Gu. 3. *conctionis* 6. Gu. 2. *contio* p. var. in 2. *contio in his* 24 corr. 86. Havn. 1. VSt. Gu. 2. mg. *δ. (iis)*. *contio* 84. Ald. Iunt. St. Lamb. Grut. *concio, concionis nat.* ex Heus. coni. edidit Sch. *concio, is nat.* inutilius etiam coni. Muell. *nostra* (p. *natura)* 24 corr. — *excitemur*] hoc pro v. *excitetur* recepi ex Lg. 4. idemque significant 2 (corr. ut 4.) 13. 36., in quibus est *excitemus*. — *quandam talem*] om. Gu. 1. — *nisi mult. audiente*] *sine m. a.* Lg., ut videtur, omnes et alii plurimi. *nisi* Gu. 1. 2. Havn. 1. 2. *a.* tres regii, Ald. Iunt. et recentt. post Sch.

339. *variique*] *iique varii* Lg. 69 corr. — *acclamatio*] *adclamatio* Lg. 5. 6. 13. 32. 70. 73. *clamatio* 15. Mox *aversa* 67. — *arroganter*] *adrog.* Lg. 70. 73. — *quoque* — *vitio*] *cum* — *vitio* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. non male per se, sed minus certe apte. *quo* Lamb. — *aliquid*] *aliquod* Lg. 13. 32 corr. 36. et duo priores mox *videtur*. — *his quatuor*] vulgatum *hisque*

medicinae opponuntur: tum obiurgatio, si est auctoritas; tum admonitio, quasi lenior obiurgatio; tum promissio, si audierint, probaturos; tum deprecatio, quod est infimum, sed non nunquam utile. 340. Nullo autem loco plus facetiae prosunt et celeritas et breve aliquod dictum nec sine dignitate et cum lepore. Nihil enim tam facile quam multitudo a tristitia et saepe ab acerbitate commode et breviter et acute et hilare dicto deducitur.

LXXXIV. Exposui fere, ut potui, vobis in utroque genere causarum quae sequi solerem, quae fugere, quae spectare quaque omnino in causis ratione versari. 341. Nec illud tertium laudationum genus est difficile, quod ego initio quasi a praeceptis nostris secreveram; sed et quia multa essent orationum genera et graviora

sine dubio ex primis literis vocabuli sequentis ortum. *his* Lg. 3. 4. 13. 32. 86. *enim* addunt 13. 24. Deinde *quatuor* uno *t* Lg. praeter 3. 5. 17. 32. 36. 70. 84., item Gu. tres, alii. Utramque formam in usu fuisse vel ea ostendunt, quae duplicandi *t* argumenta ponit Schneiderus Gr. Lat. I. 2. p. 446., quorum illud maxime infirmum, quod *quattuor* Graeco τέττορες et πέσσυρες respondeat. Quasi non pariter dicta et antiquiora fuerint τέτορες, πίσυρες. — *lenior*] *levior* Lg. 4. 17. — *infimum*] *infirmum* Gu. 3.

340. *nullo loco*] *non ullo* cum prioribus continuata sententia Lg. 67. *non nullo* s. *nonnullo* 3. 4. 6. 23. 24 corr. *in nullo* 69. 86. 93. *in illo* Gu. 2. Mox *autem* om. Lg. 5. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 70. 73. 76. 81. 86. 93. Gu. 1. 2. *aut* Lg. 4. — *plus*] mirum est hoc abesse a Lg. praeter 17. 35. 69. 81. 84. 93., item a Gu. 3. — *breve*] *bene* Gu. 1. — *ab acerbitate*] *ab* om. Lg. 2. 81 add. 84. Gu. 1. Ald. Man. — *commode*] *conmode* Lg. 2. 69. 84. — *et breviter*] scripsi secundum Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. 81. commendaturque hoc necessaria particularum parilitate.

LXXXIV. 341. *laudationum*] *laudationis* Lg. 69. 93. *laudatorum* 67. videtur *laudatorium* librarius daturus fuisse. om. Lamb. — *genus*] om. Gu. 3. — *et graviora*] om. Lg. 5. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 70. 73. 76. 81. 84. 86. 93. eidemque *maiores. maiores et graviora* Gu. 2. — *praeciperet*] *prae-*

et maioris copiae, de quibus nemo fere praeciperet, et quod nos laudationibus non ita multum uti soleremus, totum hunc segregabam locum. Ipsi enim Graeci magis legendi et delectationis aut hominis alicuius ornandi, quam utilitatis huius forensis causa laudationes scriptitaverunt; quorum sunt libri, quibus Themistocles Aristides Agesilaus Epaminondas Philippus Alexander aliique laudantur; nostrae laudationes, quibus in foro utimur, aut testimonii brevitatem habent nudam atque inornatam aut scribuntur ad funebrem contionem, quae ad orationis laudem minime accommodata est. Sed tamen, quoniam est utendum aliquando, non nunquam etiam scribendum, velut Q. Tuberoni Africanum avunculum laudanti scripsit C. Laelius, velut nosmet ipsi ornandi causa Graecorum more, si quos velimus, laudare possimus, sit a nobis

ceperat Havn. 1. mg. *δ*. Lg. 3. 14. 15. 24 corr. 86. ita corr. 32. *perceperat* 6. *perciperet* Gu. 3. In hoc verbo causa est cur paulo ante ex necessaria et facili coniectura Pearcii Ernestus cum aliis scripserit *essent* pro *sunt*. Muelleri et Orelli ratio *solemus* pro *soleremus* corrigentium quo minus probetur, eadem res prohibet. — *multum*] *multis* Lg. 4 corr. — *uti*] om. Lg. 6. — *soleremus*] *solemus* Lg. 81. — *magis legendi*] inv. Lg. 84. om. *magis* Man. Lamb. — *et delectationis*] sic plerique codd. Ald. Iunt. Grut. Ern. *et* delerunt Sch. Muell.; uncis incluserunt Or. Henr. *Legendi* i. e. lectionis, quacum delectatio coniuncta; huic opponitur *ornare hominem aliquem*. Haec omnia usque ad *quam utilitatis* om. Lg. 6. — *scriptitaverunt*] *scriptarunt* Lg. 4. *scriptitarunt* 15. 24. 76. 86. Gu. 2. — *Themistocles*] *Themistodes* Gu. 3. Etiam *Epaminondae* et *Aristidis* nomen varie in codd. deformatur. — *atque inornatam*] *ac inorn.* Lg. 4. — *contionem*] sic Lg. 2. 24. 35. 36. 65. 69. 70. 76. 84. 93. Gu. 3. — *orationis*] *oratoris* fertur habere cod. Reg. 7703 (Lambini), quemadmodum scribendum coniecit Ern. — *Q. Tuberoni*] est Verburgii emendatio, nullus enim *P. Tubero* fuit. — *velut*] vulgo *vel ut*; *ὑφ' ἓν* Lg. 2. 4. 13. 14. 16. 20. 21. 24 corr. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 86., quos sequor. Supra *vel ut* scribitur in mg. Lamb. repet. Pearc. Sch. Muell. — *possimus*] *possumus* Lg.

quoque tractatus hic locus. 342. Perspicuum est igitur alia esse in homine optanda, alia laudanda. Genus forma vires opes divitiae ceteraque, quae fortuna dat aut extrinsecus aut corpori, non habent in se veram laudem, quae deberi virtuti uni putantur; sed tamen, quod ipsa virtus in earum rerum usu ac moderatione maxime cernitur, tractanda in laudationibus etiam haec sunt naturae et fortunae bona; in quibus est summa laus non extulisse se in potestate non fuisse insolentem in pecunia non se praetulisse aliis propter abundantiam fortunae: ut opes et copiae non superbiae videantur ac libidini, sed bonitati ac moderationi facultatem et materiam dedisse. 343. Virtus autem, quae est per se ipsa

4 corr. 14. 24 corr. 69. 73. 86. 93. Lamb. — *hic locus*] sic vulgatum *is locus* correxi secundum Gu. 2. 3. Lg. praeter 32. 69. 81. 93. omnibus. V. explicatt. II. 15, 64. Quod in edd. nonnullis ut Steph. Ald. Lamb. praecedit *etiam*, inepte defensum nuper, praeter Gu. 2. nullum librum fundum habet.

342. *ceteraque*] om. Lg. 2. 4 13. 17. 32 add. ut 15. 35. *cetera* 15. 16. 21. 24 corr. 70. 73. 76. 86. Lamb. *caetera* 23. Steph. Ald. Iunt. Illa potiorum scriptura commodam habet et prope veram defensionem. Altera errorem originem habet; qui enim *cetera* libri, eidem statim *queque* s. *quaeque*, quod ex *que quae* coaluit. — *virtuti uni*] additur *laus* in Lg. 3. 5. 6. 15 v. *una;* 16. 21. 24 corr. 69. 70. 73. 84. 86. Gu. 2. ita corr. 32. *uni virt. laus* 15. — *sed*] *set* Lg. 2. — *tractanda in laudationibus etiam haec*] vulgo post *tractanda* exstat *etiam*, perversa sententia, quoniam praeter alia etiam haec in laudatione tractantur, non praeter alia orationum genera etiam in laudatione. Secutus igitur Lg. omnes praeter 20., item Gu. 2. 3. *etiam* posui post *laudationibus*. *haec* om. Gu. 3. idemque post *extulisse* om. *se* habetque *praetulisse*. — *fuisse insolentem* — *aliis*] haec om. Lg. 4 add.

343. *per se ipsa*] *per se ipsam* Lg. 73. — *pluris*] scripsi secundum Gu. 2. 3. Lg. 5. 13. 14. 16. 21. 23. 24. 36. 67. 70. 86. om. 6. *partis* scripsi secundum Lg. 13. 32 corr. 36. — *alia est alia*] Libri omnes et edd. pleraeque alterum *alia* omittunt addidere de coniectura necessario quidem Man. Pearc. Sch. Muell.

laudabilis, et sine qua nihil laudari potest, tamen habet pluris partis, quarum alia est alia ad laudationem aptior. Sunt enim aliae virtutes, quae videntur in moribus hominum et quadam comitate ac beneficentia positae; aliae, quae in ingeni aliqua facultate aut animi magnitudine ac robore. Nam clementia iustitia benignitas fides fortitudo in periculis communibus iucunda est auditu in laudationibus; omnes enim hae virtutes non tam ipsis, qui eas habent, quam generi hominum fructuosae putantur. 344. Sapientia et magnitudo animi, qua omnes res humanae tenues ac pro nihilo putantur, et in excogitando vis quaedam ingeni et ipsa eloquentia admirationis habet non minus, iucunditatis minus; ipsos enim magis

Or. Henr. Iam ed. Lott. *alia alia est:* v. explicationes. Ceterum *altera* Lg. 4. *una* 16. — *in moribus*] *non in m.* Gu. 3. — *et quadam*] particula abest a Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. — *comitate*] *communitate* Lg. 69. 93. — *beneficentia*] *beneficio* Lg. 36. Gu. 3. — *in ingeni*] *in* om. Lg. 2. 4. 6. 13. 14. 15. 17. 20. 23. 24. 32. 35. 36. 65. 69. 70. 76. 86. *ingeni* Lg. 13. 16. hic soli. — *benignitas*] *ac lenitas* Lg. 2 exp. — *communibus*] *conmun.* Lg. 24. 69. — *iucunda*] *indicanda* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. — *hae*] *eae* Lg. 5. 16. 20. 24. 70. 73. 86. — *qui eas habent*] *qui eas in se habent* vulgatum correxi ex Lg. 2. 4. 13. 36. 81 add. 84. Havn. 1. 2. Z. α. γ. δ. Erl. Gu. 1. 2. Steph. Lamb.; ita iam Pearcius. Dicitur enim *in se habere* non de possidendo, sed de eis, quae cuiusque natura propria et quasi ingenita sunt. *virtutes non ipsis tamque ea esse debet* Gu. 3.

344. *res humanae tenues ac pro nihilo putantur*] vulgata scriptura olim fuit *res hum. geruntur tenues et p. n. p.* Sed *geruntur* om. Pith. mbr. Memm. (i. e. VSt. et codd. Lamb.) Pal. 1. 2. Harl. 1. Z. excerpt. δ. Erl. Lg. 2. 4. 13. 14. 21. 32 add. 36. et punctis subductum verbum est in Havn. 1. et Pal. 6., delerunt Man. Lamb. et recentt. post Ern., Muellero excepto, qui coniectandi libidini indulgens *cernuntur tenues et* scripsit. Praeterea Lamb. edidit ex Vet. St. *prope pro nihilo;* codicis autem merus error est, et *prope nihilo* etiam Gu. 3. excerpt. δ. *ac pro nihilo* cum Or. Henr. recepi ex Havn. 1. 2. Erl. Gu. 1. 2. 3. Lg. 2. 3. 4. 5. 6. 13. 15. 16. 17. 20. 21. 24. 32. 35. 36. 65. 73. 76.

videtur, quos laudamus, quam illos, apud quos laudamus, ornare ac tueri. Sed tamen in laudando iungenda sunt etiam haec genera virtutum. Ferunt enim aures hominum cum illa, quae iucunda et grata, tum etiam illa, quae mirabilia sunt in virtute, laudari.

LXXXV. 345. Et quoniam singularum virtutum sunt certa quaedam officia ac munera et sua cuique virtuti laus propria debetur, erit explicandum in laude iustitiae quid cum fide, quid cum aequabilitate, quid cum eiusmodi aliquo officio is, qui laudabitur, gesserit. Itemque in ceteris res gestae ad cuiusque virtutis genus et vim et nomen accommodabuntur. 346. Gratissima autem laus eorum factorum habetur, quae suscepta videntur a viris fortibus sine emolumento ac praemio; quae vero etiam cum labore et periculo ipsorum, haec habent uberrimam copiam ad laudandum, quod et dici ornatissime possunt et audiri facillime. Ea enim denique virtus esse videtur praestantis viri, quae est fructuosa aliis, ipsi autem la-

84. 86. — *iucunditatis minus*] *minus* om. Lg. 2. 3. 4. 6. 84 add. — *videtur*] *videmur* Lg. 3. 4. sane non male. — *quam illos, apud quos laudamus*] om. Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 16. 20. 32 add. 36. 67. 69. 70. 73. 76. Gu. 3. — *ornare*] *ornari* Lg. 3. 17. 76. — *ac tueri*] *acturi* Gu. 3. — *ferunt*] incredibili absurditate scriptura *feriunt* edd. antiquiores plerasque ante Grut. codicumque partem occupavit. Verum est in Lg. 2 corr. 3. 4 corr. 5. 6. 13. 15. 16. 17. 20. 23. 70. 73. 76. 84. Gu. 3. ita corr. 24. 32. ita var. 93. — *cum illa*] *tum illa* Gu. 3.

LXXXV. 345. *gesserit*] vulgato *fecerit* longe lectiorem scripturam reposui ex Lg. 13. 32 corr.; eodemque ducunt 2. 4. Gu. 3., in quibus est *gerit* (ex *gērit* = *gesserit*). — *cuiusque*] *cuius* Lg. 3. 4. 5. 6. 14. 16. 20. 21. 23. 32. 35. 65. 67. 70. 73. 76. — *genus et vim*] inv. Lg. 20. — *accommodabuntur*] *adcomm.* Lg. 70. 73.

346. *factorum*] *perfectorum* Lg. 6. — *praemio*] *periculo* Lg. 2. 4. 6. 13. 20. 21. 32 corr. 35. 36. — *et dici*] *etiam dici*

boriosa aut periculosa aut certe gratuita. Magna etiam illa laus et admirabilis videri solet tulisse casus sapienter adversos non fractum esse fortuna retinuisse in rebus asperis dignitatem. 347. Neque tamen illa non ornant habiti honores decreta virtutis praemia res gestae iudiciis hominum comprobatae; in quibus etiam felicitatem ipsam deorum immortalium iudicio tribui laudationis est. Sumendae autem res erunt aut magnitudine praestabiles aut novitate primae aut genere ipso singulares. Neque enim parvae neque usitatae neque vulgares admiratione aut omnino laude dignae videri solent. 348. Est etiam cum ceteris praestantibus viris comparatio in laudatione praeclara. De quo genere libitum est mihi paulo plura, quam ostenderam, dicere, non tam propter usum forensem, qui est a me in omni hoc sermone tractatus, quam ut hoc videretis, si laudationes essent in oratoris officio, quod nemo negat, oratori virtutum omnium cognitionem, sine qua laudatio effici non possit, esse necessariam.

Lg. 4. 6. — *et audiri*] *ac aud.* Lg. 4. — *autem laboriosa*] *aut laboriosa* Lg. 2. 4. 5. 14. 16. 21. 67. 70. 73. Vict. ita corr. 3. non sane deterius; quin fortior omissa particula adversativa fit figura χιασμός. — *sapienter*] *patienter* Lamb.

347. *virtutis praemia*] *virtuti*, quod Lambinus dedit, est etiam in Lg. 20. — *comprobatae*] *conprob.* Lg. 2. 67. — *immortalium*] *inmort.* Lg. 24. 69. — *iudicio*] *in iudicio* Gu. 3. — *autem res*] *etiam res* Gu. 3. — *neque enim*] *enim* om. Lg. 4. 32 add.

348. *est etiam*] medium inseritur *autem* in Lg. 70. *enim* pro *etiam* Lg. 2. 6. — *comparatio*] *comprobatio* s. *conprobatio* est in codd. optimis Lg. 2. 4 corr. 13. 32 corr. 36. ex *compàtio* ortum male intellecto, unde *compbatio* Gu. 3. — *paulo*] sic Lg. XXII bonique. — *est mihi*] inv. Lg. 16. 20. 93. — *omni hoc*] *hoc* om. Lg. 3. — *effici*] ponitur post non *possit* in Lg. 73 corr. Gu. 3.

349. Iam vituperandi praecepta contrariis ex vitiis sumenda esse perspicuum est. Simul est illud ante oculos nec bonum virum proprie et copiose laudari sine virtutum, nec improbum notari ac vituperari sine vitiorum cognitione satis insignite atque aspere posse. Atque his locis et laudandi et vituperandi saepe nobis est utendum in omni genere causarum. 350. Habetis de inveniendis rebus disponendisque quid sentiam. Adiungam etiam de memoria, ut labore Crassum levem neque ei quicquam aliud, de quo disserat, relinquam, nisi ea, quibus haec exornentur.

LXXXVI. Perge vero, inquit Crassus. Libenter enim te cognitum iam artificem aliquandoque evolutum illis integumentis dissimulationis tuae nudatumque perspicio; et quod mihi nihil aut quod non multum relinquis, percommode facis estque mihi gratum. 351. Iam istuc quantum tibi ego reliquerim, inquit Antonius, erit in tua potestate. Si enim vere agere volueris, omnia

349. *insignite*] *insigniter* longe minus eleganter edd. Steph. Iunt. Ald. Vict. Man. *insigne* Lg. 69. — *atque aspere*] *et aspere* Lg. 69. — *his locis*] *iis locis* Lg. 24. 70. 73. 86.

350. *neque*] *atque* Gu. 3. — *quicquam*] sic Lg. omnes praeter 5. 84. 86. — *quibus*] additur *rebus* in Lg. plerisque; sed non in 2. 3. 4. 13. 20. 32. 36. 84. — *haec*] *ista* Lg. 20. om. 35. 65.

LXXXVI. *iam*] *ut* Gu. 3. — *evolutum*] *evelatum* Lg. 2. 4. 69. Gu. 2. *elevatum* 3. *evolatum* Gu. 3. Lg. 13. 32 corr. ut 2. 36. *involutum* 21. — *integumentis*] *integmentis* Vict. Gu. 3 corr. Lg. 2 corr. 5. 13. 15. 16. 21. 32 corr. 35. 36. 70. 73. 76. ita corr. 24., quod etsi lexica non habent, fortasse tamen non minus verum vulgato habebitur. *tegmentis* 6. *in tegmentis* 65. — *nudatumque*] *nudatum* Lg. 2. 4. 13. 24 corr. 32 corr 36. *nudatum te* Gu. 3. — *aut quod non multum*] *quod* om. Gu. 3. — *gratum*] *pergratum* Lg. 17. 20. 76.

351. *istuc*] *istic* Lg. 20 corr. — *tibi ego*] *tibi* om. Lg. 5. *ego tibi* 20. 73. *ego* om. 6. Lamb. — *sin*] *si* Gu. 3. idemque *aliquando* pro *quemadmodum*. — *sum tanto*] inv. Lg. 4. Mox

tibi relinquo; sin dissimulare, tu quemadmodum his satisfacias videris. Sed ut ad rem redeam, non sum tanto ego, inquit, ingenio, quanto Themistocles fuit, ut oblivionis artem quam memoriae malim; gratiamque habeo Simonidi illi Ceo, quem primum ferunt artem memoriae protulisse. 352. Dicunt enim, cum coenaret Cranone in Thessalia Simonides apud Scopam fortunatum hominem et nobilem cecinissetque id carmen, quod in eum scripsisset, in quo multa ornandi causa poëtarum more in Castorem scripta et Pollucem fuissent, nimis illum sordide Simonidi dixisse se dimidium eius ei, quod pactus esset pro illo carmine, daturum; reliquum a suis Tyndaridis, quos aeque laudasset, peteret, si ei videretur. 353. Paulo post esse ferunt nuntiatum Simonidi, ut prodiret; iuvenes stare ad ianuam duos quosdam, qui eum magnopere evocarent; surrexisse illum prodisse vidisse neminem. Hoc interim spatio conclave illud, ubi epularetur Scopas, concidisse; ea ruina ipsum oppressum

ego om. 5. 6. 14. 17. 69. 93. — *ut*] om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. — *Ceo*] mei codd. omnes *Chio*, usitatissima in libris confusione; solus Lg. 6. vocabulum plane omittit. *Cio* Aldus; *Ceo* primus Lambinus dedisse videtur. Eadem res est in Bruto 8, 30.

352. *coenaret*] codd. omnes fere *e; ae* Lg. 13. 23. ita corr. 24. — *Cranone*] *Granone* codd. mei plerique; pauci *Grannone*, *Granione*, *Garmone*, *Gramone*. — *eius ei*] *ei* om. Lg. 15. 17. Lamb. — *quos aeque*] om. Gu. 1., idemque *peteret*. — *laudasset*] *laudarat* Lg. 67.

353. *paulo*] sic omnes mei codd. praeter Lg. 5. — *magnopere*] nullus liber *magno opere* habet, quem ad modum scripsit Henrichsen. — *evocarent*] *vocarent* codd. plerique, certe Lg. praeter 2. 84., item Gu. tres. Haud cunctanter praeferrem, cum ad sententiam non minus, quam vulgata scriptura conveniat, nisi facilitas absorbendi *e* obstaret. — *prodisse*] *prodiisse* Ald. *prodidisse* Lg. 4. 69. 84. — *interim*] *iterum* Gu. 3. = *concidisse*] *incidisse* Lg. 76. — *ea ruina*] *earum* Gu. Haec verba sic exhibent Lg. 3. 6: *ea ipsum ruina cum cognatis oppressum suis*

cum suis interisse. Quos cum humare vellent sui neque possent obtritos internoscere ullo modo, Simonides dicitur ex eo, quod meminisset quo eorum loco quisque cubuisset, demonstrator uniuscuiusque sepeliendi fuisse. Hac tum re admonitus invenisse fertur ordinem esse maxime, qui memoriae lumen afferret; 354. itaque iis, qui hanc partem ingeni exercerent, locos esse capiendos et ea, quae memoria tenere vellent, effingenda animo atque in his locis collocanda; sic fore, ut ordinem rerum locorum ordo conservaret, res autem ipsas rerum effigies notaret atque ut locis pro cera, simulacris pro literis uteremur.

LXXXVII. 355. Qui si autem oratori memoriae

interisse. Etiam Gu. 3. *cum cognatis oppr. s.*, Gu. 2. *cum cognitis.* Haec interpretandis *suis* adiecta esse clarum est. Quid in *suis* et sequentibus humare vellent *sui* offensae fuerit Bakio, ut coniiceret *cum convivis*, non video. Intellige convivium familiare gentis Scopadarum paucis fortasse aliis adhibitis. Occisorum sepultura *suis cuiusque cognatis* cessit. — *interisse*] sic Z. ε. Gu. tres, Vict. Lg. praeter 6. 20. 84. — *obtritos*] *obrutos* Lg. 6. — *demonstratorem*] *demonstrator* Lg. 5. 14. 16. 17. 20. 23. 35. 65. 70. 81. 84. 93 corr. Gu. 1., quanquam in nomine Simonidis non discrepant. — *afferret*] *adferret* Lg. 70. 73.

354. *itaque iis*] *itaque his* Gu. 2. Lg. 24. 65. 70. 73. 84. 86. *is* 69. Vict. Gu. 1. — *exercerent*] *exercent* Lg. 6. 14. 15. 21. 35. 65. 69. 81. 84. 93. Gu. 1. 2. — *vellent*] eidem quos dixi et praeterea 5. 16. 17. 20. 23. 67. 70. 73. 76. 93. *velint; volunt* 84. *vellint* Gu. 2. — *collocanda*] *conloc.* Lg. 70. 73. — *conservaret*] *servaretur* Lg. 36. *servaret* 69. 93. *conservet* m. sec. 84. — *simulacris*] per *ch* Lg. XVI., quorum optimorum solus est 13. v. ad I. 34, 157.

LXXXVII. 355. *qui sit*] *quis sit* Lg. 2. 4. 6. ita corr. 24. 32. — *attinet*] *adtinet* Lg. 70. 73. hic et *adcipienda.* — *omnes*] nullus hic liber *omnis.* — *descriptum*] *scriptum* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. — *apparatum*] *adpar.* Lg. 70. 73. — *vel eum*] *velle* Gu. 3. Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. 69. — *unde discas*] sic Lg. 2. 4. 13 corr. 36. 69. ita corr. 3. Quod plurimi codd. *dicas* exhibent, mirum non est; sed id a non nullis editoribus

fructus quanta utilitas quanta vis quid me attinet dicere? tenere quae didiceris in accipienda causa, quae ipse cogitaris? omnes fixas esse in animo sententias? omnem descriptum verborum apparatum? ita audire vel eum, unde discas, vel eum, cui respondendum sit, ut illi non infundere in auris tuas orationem, sed in animo videantur inscribere? Itaque soli qui memoria vigent, sciunt quid et quatenus et quomodo dicturi sint, cui responderint, quid supersit; idemque multa ex aliis causis aliquando a se acta, multa ab aliis audita meminerunt. 356. Quare confiteor equidem huius boni naturam esse principem (sicut earum rerum, de quibus ante locutus sum, omnium; sed haec ars tota dicendi, sive artis imago quaedam est

toleratum esse fidem excedit. — *vel eum*] *vel ei* Lg. 16. 70. v. ad II. 27, 114. om. *eum* 36. — *cui respondendum*] *quo hic resp.* Gu. 3. *hic resp.* 2. 13. 36. *ex contrario resp.* 3. 69. Gu. 2. ita corr. 4. — *ut*] *vel* Gu. 3. — *in auris*] sic Lg. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 32. 35. 36. 67. 70. 73. 76. Vict. *in aurem* Gu. 2. ponitque post *orationem*. — *videantur*] *videatur* Lg. 4. 15. *videaris* 2. *videamur* Gu. 3. — *inscribere*] *scribere* Gu. 3. Lg. 3. 4. ita corr. 32. 93. Addunt *non mediocris laus boni oratoris esse videtur* Lg. 32 corr. 86. *non med. sed boni laus oratoris vid.* 93. — *dicturi sint*] sic libri pauciores nec optimi plerique, Lg. 3. 4. 5. 13. 16. 17. 21. 35. 65. 69. 70. 73. 76. 81. Man. Lamb. recentt. ita corr. 32. om. 6. Reliqui *dict. sunt.* — *cui responderint*] sic Lg. plerique, sed non optimi praeter 32 m. sec.; porro Havn. 1. 2. ψ. ed. s. l. et a. Med. 1. 2. Ven. Ald. Iunt. Crat. Sch. ed. mai. *quid cui resp.* Lott. *qui respond.* Gu. 3. *quid resp.* Lg. 2. 4. 13. 32 pr. m. 36. Erl. et ceteri, Man. Steph. Lamb. et recentt. post Grut. „Si ipse orator solus h. l. respiceceretur, potius scribendum foret *quid dixerint*, quia non omnis oratio habetur respondendum; sed cum verbum *responderint* etiam adversarii argumentationem respici ostendat, *cui* praeferendum duxi.“ *Henrichsen.* — *eidemque*] sic Lg. 3. 4. 6. 17. 32. 36. 76. *eidem que* s. *quae* 2. 13. *idemque* 14. 15. 16. 20. 23. 24. 65. 67. 69. 70. 73. 81. 84. 86. 93 corr. — *meminerunt*] *meminerint* Lg. 4. Vict.

356. *locutus — est*] om. Lg. praeter 23. 81. 84. omnes, item

et similitudo, habet hanc vim, non ut totum aliquid, cuius in ingeniis nostris pars nulla sit, pariat et procreet, verum ut ea, quae sunt orta iam in nobis et procreata, educet atque confirmet), 357. verum tamen neque tam acri memoria fere quisquam est, ut non dispositis notatisque rebus ordinem verborum aut sententiarum complectatur, neque vero tam hebeti, ut nihil hac consuetudine et exercitatione adiuvetur. Vidit enim hoc prudenter sive Simonides sive alius quis invenit ea maxime animis affigi nostris, quae essent a sensu tradita atque impressa; acerrimum autem ex omnibus nostris sensibus esse sensum videndi; quare facillime animo teneri posse

Man. Lamb.; quos non sequor propter *et* proximum. Post *similitudo* ponit Gu. 3. — *in ingeniis*] *in* om. Lg. praeter 32. 93., item Vict. Gu. 3. *ingenii* Lg. 6. *ingenis* 32 corr. — *nostris*] *vestris* Lg. 2. — *sit*] om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 1. 3. qualia Tacitina quidem, sed non Ciceroniana sunt. — *pariat*] *pariet* Lg. 2. 4. 5. 13. 65. 67. 69. 86. Vict. Gu. 3. *pareat* Gu. 1. — *et procreet*] *et gignat* Lg. 3. 4. 6. 69. ita corr. 32. — *educet*] *educat* Lg. 35.

357. *verumtamen*] divisim Lg. 76. 93. Gu. 3. — *aut sententiarum*] *atque sent.* Lg. 14. 15. 23. 69. 86. 93. Lamb. — *complectatur*] *conplectatur* Lg. 2. — *hac consuetudine*] *a consuet.* Lg. praeter 2. 81. 84. — *sive alius quis*] *alius* om. Lg. 76. *qui* 2. *quisquis* Gu. 1. — *animis affigi*] sic excerpt. δ. mg. Harl. 2. Lg. 17 cum var. *effigi*, Asc. Crat. Lamb. Pearc. Sch. Muell. Or. Henr. *affingi* codd. aliquot apud Leclerc. *effugi* Lg. 32 corr. *effingi* cett. codd. et edd. pleraeque inde ab antiquissimis. V. explicationes. — *ea quae perciperentur*] *ea si quae perc.* Lg. praeter 69. 76. 81. 84., item Vict. Gu. 3. Horum post *si* omittunt 2. 4. 13. 14. 20. 21. 32 add. 36. 67. 93. Gu. 3. *etiam* deinde om. Lg. 4. — *perciperentur*] *percipientur* Lg. 6. 70. 84. — *animis*] *manibus* Gu. 3. — *traderentur*] *tradentur* Lg. 13. 20. 32 corr. 70. 73. *credentur* 36. — *ut*] *et ut* Lg. 3. 6. 69. — *ab aspectus*] *ab* om. Lg. 2. 3. 5. 13. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 32. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 86. 93. Vict. Gu. 3. (Gu. 1. *aspectis*). *a* 4. *ad* 6. Illud probari non potest, quia non est eius seculi nisi poëtarum. *aspectu* 2. 3. 5. 6. 13. 15. 16. 21. 24 corr. ut 14.

ea, quae perciperentur auribus aut cogitatione, si etiam oculorum commendatione animis traderentur; ut res caecas et ab aspectus iudicio remotas conformatio quaedam et imago et figura ita notaret, ut ea, quae cogitando complecti vix possemus, intuendo quasi teneremus. 358. His autem formis atque corporibus, sicut omnibus, quae sub aspectum veniunt, admonetur memoria nostra atque excitatur; sed locis opus est. Et enim corpus intellegi sine loco non potest. Quare, ne in re nota et pervulgata multus et insolens sim, locis est utendum multis illustribus explicatis, modicis intervallis, imaginibus autem agentibus acribus insignitis quae occurrere celeriterque

32. 35 corr. ut 14. 36. 65. 69. 70. 73. 86. Vict. — *conspectu* 4. *aspectus* 14. et VII alii. Horum pauciores, quippe 3. 6. 14. 24 corr. 35 corr. deinde *et iudicio* exhibent, uti correctum in 2. 32. — *conformatio*] *confirmatio* Lg. praeter 13. 32. 36. 76. 84. ita corr. 32. v. ad I. 5, 17. — *complecti*] *conpl.* Lg. 2. 81. — *vix possemus*] sic Lg. omnes, Gu. tres, Vict. Havn. 1. 2. et edd. usque ad Grut.; restituerunt Sch. Or. Henr. *non p.* Grut. Ern. Muell.

358. *aspectum*] *d* om. mei omnes. — *veniunt, admonetur memoria nostra atque excitatur; sed locis opus est*] sic teste Or. codd. Regg. ap. Leclerc., Mead. Harl. 2. *δ* a corr. (modo sic posita: *mem. nostra admonetur)*, edd. antiquiss., et cetera etiam Steph. Lamb., nisi quod *movetur* dedere; accedit nunc Lg. 93. et paene conveniunt 2. 13. 16. 24. 86., modo quod *admovetur*, item 17. qui *loco* pro *locis*, 69., qui *admoventur*, et partim 4., in quo est *excitantur, sed opus est memoria. veniunt, sed locis opus est* mediis omissis Gu. 2. *v. si opus est* Gu. 3. *v. sed opus est* Gu. 1. Erl. *v. sedes opus est* Havn. 1. 2. Ox. omnes, Lg. plerique et vulgo inde ab Aldo. Verum dudum restituerant Ern. Sch. in ed. mai. Muell. Or. Henr. *sedes si opus est* Lg. 3. 15. 36. *sede opus est* ex interpretamento 14 corr. *sed locis o. e.* 16. 23. 67. 70. 73. *opus esse* 6. *sede opus est, qua memoria nostra admonetur* 76. Est hic locus manifesto in illis, qui ex antiquo aliquo codice suppleti leguntur in libris recentioribus. *Sedes* et *sede* ex *sed* male intellecto orta. — *et enim*] sic divisim Lg. 2. 6. 70. 84. 86. Vict. — *intellegi*] scripsi ex Lg. 13. — *illustribus*] *inlust.* Lg. 70. 73. *et* praemittunt Gu. 3.

percutere animum possint. Quam facultatem et exercitatio dabit, ex qua consuetudo gignitur, et similium verborum conversa et immutata casibus aut traducta ex parte ad genus notatio et unius verbi imagine totius sententiae informatio pictoris cuiusdam summi ratione et modo formarum varietate locos distinguentis.

LXXXVIII. 359. Sed verborum memoria, quae minus est nobis necessaria, maiore imaginum varietate distinguitur. Multa enim sunt verba, quae quasi articuli connectunt membra orationis, quae formari similitudine nulla possunt; eorum fingendae nobis sunt imagines, quibus semper utamur. Rerum memoria propria est oratoris; eam singulis personis bene positis notare possumus, ut sententias imaginibus, ordinem locis comprehendamus. 360. Neque verum est, quod ab inertibus dicitur, opprimi memoriam imaginum pondere et obscurari etiam id, quod

Lg. 81. item ante *illustribus* 15. 20. — *agentibus*] *ingentibus* Vict. Lg. 5 corr. 6. 20. 23. 35. 65. 67. 93 v. u. t. ita corr. 24. 81. *vigentibus* 16 corr. 73. quod cavendum ne quis elegantius putet, quam *agentibus;* non est enim nisi legentis errore ex *ingentibus* ortum. — *occurrere celeriterque percutere*] *occ. celeriter quae percurrere* Lg. 5 corr. ut 6. *recurrere celeriter et percutere* 6. 20. *recurr. celeriter quae percutere* 65. 70. 73. *celeriter occurrere et perc.* Lamb. *quae* praeterea codd. V. et Vict. *animumque percutere* 4. *percurrere* 23. 67. 69. — *et similium*] *et* om. codd. plerique. — *conversa*] *conserva* Lg. V, indeque effictum *conservata* in aliis VIII. *servata* Vict. — *pictoris*] *pectoris* Lg. 2. 3. 5. 13. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 32. 35 corr. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 86. Vict., factum ex *p̄tois.*

LXXXVIII. 359. *quasi* — *quae*] haec omnia om. Lg. 23 corr. — *eorum*] post *similitudine* ponit Lg. 2. 3. 6. 32. 69. Gu. 3. — *nobis sunt*] inv. Lg. 3. 5. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 32. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 86. 93. Vict. Gu. 3., quibus fortasse parendum fuit. — *oratoris*] *oratori* Lg. 6. antea *est* om. Gu. 1. — *possumus*] *possimus* Lg. 2. 3. 6. 13. 32. Gu. 3. — *comprehendamus*] *comprendamus* Lg. 24. Gu. 1. *comprehendendum* Gu. 3.

per se natura tenere potuisset. Vidi enim ego summos homines et divina prope memoria Athenis Charmadam, in Asia, quem vivere hodie aiunt, Scepsium Metrodorum, quorum uterque, tanquam literis in cera, sic se aiebat imaginibus in iis locis, quos haberet, quae meminisse vellet perscribere. Quare hac exercitatione non eruenda memoria est, si est nulla naturalis; sed certe, si latet, evocanda est. 361. Habetis sermonem bene longum hominis, utinam non impudentis, illud quidem certe non nimis verecundi; qui quidem cum te, Catule, tum etiam L. Crasso audiente de dicendi ratione tam multa dixerim. Nam istorum aetas minus me fortasse movere debuit. Sed mihi ignoscetis profecto, si modo quae causa me ad hanc insolitam mihi loquacitatem impulerit acceperitis.

LXXXIX. 362. Nos vero, inquit Catulus, (et enim pro me hoc et pro meo fratre respondeo) non modo tibi

360. *summos homines*] *summos viros vel homines* Gu. 3. — *Charmadam*] sic distincte Lg. 13. Gu. 2. et sic recentiores post Pearcium. *Carmadam* 5. 16. 20. 21. 65. ψ. et sic vel *Carniadam* et *Carmadem* Ox. plerique. *Carniadam* in Lg. 2. 32. 36. Vict. et *Charneadam* in Gu. 1. 3. eodem redeunt. V. ad I. 18. 82. II. 1, 2. et explicationes ad I. 11, 45. — *Scepsium*] *sceptium* Lg. praeter 4. 6. 13. 15. 17. 32. 36. 67. 69. 81. 84., item Gu 1. Ilforum 4. 13. 15. 32 corr. Gu. 3. *sceptrum*, 6. 17. 84. *septium*. — *literis*] *in litteris* Lg. 2. 13. 36. *litteras* 6. — *in iis*] *in his* Lg. 24. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 84. Vict. Gu. 3. — *nulla*] *ulla* Lg. 3. 4. 14. 20. 23. 35. 67. 69. 76. 93. ita corr. 24.

361. *impudentis*] *imprudentis* Lg. 2. 4. 5. 6. 13. 15. 17. 20. 21. 24. 32. 35. 65. 76. 86. Gu. 3. ita corr. Vict. Lg. 81. — *illud quidem certe*] sic omnes codd. et vulgo edd. *illud quidem* deleri voluit Ern., solum *quidem* Sch. neuter perite; v. explicationes. *illum q. c.* infelix suspicio Muelleri est. — *nimis*] *minus* Lg. 2. 4. 6. 13. 14. 16. 17. 21. 23. 32. 67. 84. — *dicendi ratione*] inv. Lg. 17. 20. 35. 65. — *causa me*] *causa me non* Gu. 3. — *acceperitis*] *adcep.* Lg. 70. 73. *accepitis* Gu. 3. omissus est apostrophus syllabam *er* indicare solitus.

LXXXIX. 362. *respondeo*] *spondeo* Lg. 2. 4. 5. 13. 14.

ignoscimus, sed te diligimus magnamque tibi habemus gratiam; et cum humanitatem et facilitatem agnoscimus tuam, tum admiramur istam scientiam et copiam. Equidem etiam hoc me assecutum puto, quod magno sum levatus errore et illa admiratione liberatus, quod multis cum aliis semper admirari solebam unde esset illa tanta tua in causis divinitas. Nec enim te ista attigisse arbitrabar, quae diligentissime cognosse et undique collegisse usuque doctum partim correxisse video partim comprobasse. 363. Neque eo minus eloquentiam tuam et multo magis virtutem et diligentiam admiror et simul gaudeo iudicium animi mei comprobari, quod semper statui neminem sapientiae laudem et eloquentiae sine summo studio et labore et doctrina consequi posse. Sed tamen quidnam est id, quod dixisti, fore, ut tibi ignosceremus, si cognossemus quae te causa in sermonem

16. 17. 20. 21. 24. 32 corr. 35. 36. 65. 67. 70. 73. 86. 93. Gu. 1. 3., quod probabile videretur, nisi prius vocabulum in *re* desineret. — *agnoscimus*] *adgnoscimus* Lg. 13. *adnoscimus* 36. — *equidem etiam*] *etiam* om. Lg. 3. 6. 14. 15. 32 add. 93. Vict. *et* 69. — *assecutum*] *adsecutum* Lg. 13. 32. 84. *assequutum* 17. 69. 81 corr. 93. *adsequutum* 70. 73. eidem post *conlegisse*, *adtigisse* autem 67. 70. *conprobasse* 2. qui et §. 363. *conprobari*.

363. *id quod dixisti*] *id* om. Gu. 1. Paulo ante *tamen* om. Gu. 3. — *cognossemus*] *cognosceremus* Lg. 2. 3. 6. 69. 76. 81. *cognoscemus* 4. 15. 17. 24 corr. 32 corr. ut 2. 65 corr. 70. 86. 93. Gu. 3. *si cognossemus* om. Gu. 1. — *te causa*] inv. Lg. 15. — *quae est enim*] *enim* om. Lg. 2. 4. — *adolescentium*] *adulesc.* Lg. 65. 70. 73. 84. — *attentissime*] *adtent.* Lg. 70. 73.

364. *inquit*] additur var. *inquam* in Lg. 32. — *paulo*] codd. omnes praeter Lg. 5. Additur *ante* in 2. 6. 13. 32. 36. 84. Vict. — *invitius*] *mitius* Lg. 4 v. u. t. *invitus* Lg. 5. 6. 14. 24. 69. — *sermonis*] *orationis* Lg. 6. — *accedere*] *adcedere* Lg. 5. 67. 70. 73. — *consularem se esse*] *esse* om. Lg. XX bonique plurimi, praeter 2. 13., item Gu. 3. — *afferet*] *affert* Lg. 2. 76. Gu. 3. *adferret* 5. 70. 73. *afferret* 16. 17. 24. 32. 69. 86. —

impulisset? Quae est enim alia causa, nisi quod nobis et horum adolescentium studio, qui te attentissime audierunt, morem gerere voluisti? 364. Tum ille, Adimere, inquit, omnem recusationem Crasso volui, quem ego paulo sciebam vel pudentius vel invitius (nolo enim dicere de tam suavi homine fastidiosius) ad hoc genus sermonis accedere. Quid enim poterit dicere? consularem se esse hominem et censorium? eadem nostra causa est. An aetatem afferet? quadriennio minor est. An se haec nescire? quae ego sero quae cursim arripui quae subsicivis operis, ut aiunt, iste a puero summo studio summis doctoribus. Nihil dicam de ingenio, cui par nemo fuit. Et enim me dicentem qui audierit nemo unquam tam sui despiciens fuit, quin speraret aut melius aut eodem modo se posse dicere; Crasso dicente nemo tam arrogans, qui similiter se unquam dicturum esse

quadriennio] *qua triennio* Lg. 84. inde *triennio* exsculpsit Manut. — *an se haec nescire*] Nisi Nonius v. *subsicivum* p. 174. ita locum afferret, *haec*, quod a codd. fere omnibus abest nec necessarium est, sane non reliquissem. Lg. omnes ignorant, soli igitur testes sunt Harl. 1. Mead. Havn. 1. 2. Gu. 1., nam de Gu. 2. (quem C. vocat Henr.) errare puto, qui inde attulerint illam scripturam; in diligentissima enim, qua utor, collatione non video memorari quicquam. — *cursim*] *quae ego cursim* Lg. 2. 5. 14. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. ita corr. 32. — *arripui*] *adripui* Lg. 67. 70. 73. — *subsicivis*] hanc scripturam de cuius rationibus v. explicationes, plerique meorum codd. et Nonius l. c. favent. Quippe *subsi civi* Lg. 2 corr. ut 24. 13. *sub si cui* Gu. 3. *subsicinis* 5. 16. 73. *sub si cuius* 6. *sussicivis* 20. *subsicius* 21. *subsi ciuis* 24. *subsicivi* 35. *sub sicinis* 70. 86. *subsitivis* 76 var. *succisivis*. *substitui* 4. 93. *subsetinis* Gu. 2. Ceteri mei codd. *subsicivis* distincte scriptum habent. — *et enim*] sic Lg. 2. 67. 69. 70. 84. 86. 93. — *audierit*] *audiet* Gu. 3. — *quin*] *qui* Lg. 2. 4. 5. 6. 13. 21. 24 corr. 36. 65. 81. 84. Gu. 3. Post contrario mendo *quin* pro *qui* Lg. 2. 13. 32 corr. 36. — *quam* 86. — *speraret*] *desperaret* Lg. 17. 84. *spectaret* 65. — *audiamus*] *audiam* Lg. 13. 36.

confideret. Quam ob rem, ne frustra hi tales viri venerint, te aliquando, Crasse, audiamus.

XC. 365. Tum ille, Ut ita ista esse concedam, inquit, Antoni, quae sunt longe secus, quid mihi tu tandem hodie aut cuiquam homini, quod dici possit, reliquisti? Dicam enim vere, amicissimi homines, quod sentio. Saepe ego doctos homines — quid dico saepe? immo non nunquam; saepe enim qui potui, qui puer in forum venerim nec inde unquam diutius quam quaestor abfuerim? — sed tamen audivi, ut heri dicebam, et Athenis cum essem, doctissimos viros et in Asia istum ipsum Scepsium Metrodorum, cum de his ipsis rebus disputaret; neque vero mihi quisquam copiosius unquam visus est neque subtilius in hoc genere dicendi, quam iste hodie, esse versatus. Quod si esset aliter et aliquid intellegerem ab Antonio praetermissum, non essem tam inurbanus et paene inhumanus, ut in eo gravarer, quod vos cupere sentirem. 366. Tum Sulpicius, An ergo,

XC. 365. *longe secus*] *valde secus* Lg. 2. 4. 32 corr. Gu. 3. — *tu tandem*] *tu* om. Lg. 3. 4. 6. 13. 32. 36. *ut* 17. — *possit*] *posset* Lg. 81. 84. *potuit* 4. *potessit* 17. — *saepe ego*] *ego* om. Lg. 2. 3. 6. 13. 32. 36. Quod praecedit, *saepe*, eius rei causam sustinet. — *immo*] *imo* Lg. 21. 65. 67. *immo vero* 76. 84. Lamb. — *nec inde*] sic correxi vulgatum *neque inde* ex Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. — *abfuerim*] *afuerim* Lg. 32 corr. Lamb. *adfuerim* 36. 67. *affuerim* 81. ita corr. 84. *adfuerim* corr. *abf.* Vict. — *viros*] *homines* Vict. — *ipsum*] om. Vict. — *Scepsium*] v. ad 89, 361. — *quisquam*] *quispiam* Lg. 13. — *dicendi*] *docendi* coniectura Bakii, qua non opus. *Dicendi* est *dictionis*, non oratoriae, sed universae. — *intellegerem*] scripsi ex Lg. 13. — *et paene*] *et* pro *ac* restitui ex Lg. 2. 3. 4. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 86. 93. *pene ac* Gu. 2. — *ut in eo gravarer*] sic VI Pearcii, Lg. 2. 4. 13. 17. 32 corr. 36. 76. 84. *ut ego* 6. 21. 24. 69. *ego eo* Lamb. vulgo *uti eo.*

366. *ornatum*] *exornatum* Lg. 2. 13. 36. Gu. 3. *ornamentum* 69. 93. — *partis*] *mei part.* Lg. 2. 4 v. *meas p.* 13.

inquit, oblitus es, Crasse, Antonium ita partitum esse tecum, ut ipse instrumentum oratoris exponeret, tibi eius distinctionem atque ornatum relinqueret? Hic ille, Primum, quis Antonio permisit, inquit, ut et partis faceret et utram vellet prior ipse sumeret? Deinde ego si recte intellexi, cum valde libenter audirem, mihi coniuncte est visus de utraque re dicere. Ille vero, inquit Cotta, ornamenta orationis non attigit neque eam laudem, ex qua eloquentia nomen ipsum invenit. Verba igitur, inquit Crassus, mihi reliquit Antonius, rem ipse sumpsit. 367. Tum Caesar, Si quod difficilius est tibi reliquit, est nobis, inquit, causa cur te audire cupiamus; sin quod facilius, tibi causa non est cur recuses. Et Catulus, Quid? quod dixisti, inquit, Crasse, si hic hodie apud te maneremus, te morem nobis esse gesturum nihilne ad fidem tuam putas pertinere? Tum Cotta ridens, Possem tibi, inquit, Crasse, concedere; sed vide, ne quid Catulus attulerit religionis. Opus hoc censorium est. Id autem

32 corr. 36. *michi partes* Gu. 3. omissis *ut et. et* om. 24. 76. 93. illud totum *et utram vellet prior ipse sumeret* om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. — *ego si*] sic inverti secundum Lg. 2. 13. 32. 36. Gu. 3. *ego si ipse* 6. Ita iubet sententia. Erat enim inter Sulpicium et Crassum de illo Antonii et Crassi pacto aliqua dissensio; aliter Sulpicius, aliter Crassus intelligebat. Nunc quid ipse sentiat Crassus exponit; hoc igitur prioribus contrarium est. Qua re praeponi *ego* debuit. — *libenter*] *iubenter* Lg. 84. Gu. 2. meorum soli. — *attigit*] *adtigit* Lg. 67. 70. 73. *attingit* 4. — *ipsum*] *suum* Gu. 3. — *sumpsit*] sic mei praeter Lg. 5. omnes.

367. *si quod*] *si, quid* Lg. 4. 6. 13. 24 corr. 32 corr. 36. 93 corr. Gu. 3. Mox sequens *id* delevi secutus Lg. 2. 4. 13. 20. 32 add. 36. Gu. 3. — *quid? quod*] *quicquid* Lg. 2. 3. 69. Gu. 3. ita corr. 32. om. *quid* 81 add. — *morem nobis*] inv. Lg. 15. 84. 86. *morem te nobis* Vict. — *fidem tuam*] *tuam* om. Gu. 1. 2. probabat Heus., delerunt Sch. Muell., uncis clausere Or. Henr., male omnes. — *inquit*] om. Lg. 6. — *concedere*] *contendere* Lg. 4 v. u. t. — *vide*] *vides* Lg. 17. 81. 84. Gu. 2. — *attulerit*]

committere vides quam homini censorio conveniat. Agite vero, ille inquit, ut vultis. Sed nunc quidem, quoniam est id temporis, surgendum censeo et requiescendum; post meridiem, si ita vobis est commodum, loquemur aliquid, nisi forte in crastinum differre mavultis. Omnes se vel statim vel, si ipse post meridiem mallet, quam primum tamen audire velle dixerunt.

adtulerit Lg. 70. 73. — *religionis*] *relligionis* Lg. 84. — *opus hoc*] *hoc opus* Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 35. 36. 65., quos sequi, cum in *opus* praecipuum sonum videam esse, non audeo. *opus* hic om. Lg. et post *id* positum habent 5. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 67. 69. 70. 73. 86. 93. *hoc censorium opus* Vict. *opus est hoc cens.* Gu. 3. *censorum* Lg. 6. — *committere*] *conmittere* Lg. 24. — *vides*] olim legebatur *vide.* Rectum constabat ex Havn. 1. Z. δ. ε. ψ. Gu. 3., unde asciverunt Sch. Muell. Or.; firmant nunc Lg. 2. 3. 4. 5. 6. 13. 15. 16. 17. 21. 23. 24. 32. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 86. — *quam homini censorio conveniat*] vulgo *quam sit turpe homini censorio.* Sed *sit turpe* non exstat in Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 3. Erl. Deinde *conveniat* liquido scriptum in Lg. 4. *cens* :: deinde lacuna versus fere dimidii 13. 32., in hoc expleta inscripto *conveniat,* quo expuncto scriptum *inquit.* Hoc ipsum legitur in 2. 5. 6. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 65. 67. 69. 70. 73. 86. 93. idque ex *cueniat* male intellecto ortum esse non dubito. — *quoniam est id temporis*] sic posui pro *id temporis est* secundum Lg. 2. 4. 13. 17. 20. 32 corr. 35. 36. 65. 67. 81. 84. Gu. 3. *tempus* 5 corr. — *commodum*] *conmodum* Lg. 2. — *loquemur*] *loquar* Gu. 3. *loquamur* Lg. 69. — *in crastinum*] *me in cr.* Lg. 76. 81 corr. 84. Havn. 1. 2. α. γ. δ pr. m. Gu. 1. 2. Ald. Iunt. Crat. Carn.; quos exigua fide testes nollem secuti essent Orellius et Henrichsen. Recte subauditur *rem.* Mox *mavoltis* Lg. 86. nulla dignitate liber. — *post meridiem*] om. Lg. 13. 32 add. *meridiem* om. Gu. 3. — *quam primum*] talia iunctim scribi miror. Divisim Lg. 2. 67. 81. 84. 86. editorumque Lambinus; sic iubebat ratio.

M. TULLI CICERONIS

DE ORATORE

LIBER TERTIUS.

CAP. I.

1. Instituenti mihi, Quinte frater, eum sermonem referre et mandare huic tertio libro, quem post Antoni disputationem Crassus habuisset, acerba sane recordatio veterem animi curam molestiamque renovavit. Nam illud immortalitate dignum ingenium illa humanitas illa virtus L. Crassi morte exstincta subita est vix diebus decem post eum diem, qui hoc et superiore libro continetur. 2. Ut enim Romam rediit extremo ludorum scenicorum die vehementer commotus oratione ea, quae ferebatur habita esse in contione a Philippo, quem dixisse constabat: *videndum sibi esse aliud consilium: illo senatu*

I. 1. *Antoni*] sic Lg. 17. 32. 67. 70. 76. 81. — *renovavit*] *revocabit* Lg. 17. non deterius vulgato. — *subita*] *subito* Lg. 3. 6. 15. 24 corr. 81. 86. 93. ita corr. 32 et 73. — *eum diem*] inv. Lg. 84. *diem* om. 17.

2. *ludorum scenicorum*] sic inverti secutus Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 36. Gu. 3. Lamb. — *oratione ea*] sic inverti secundum Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. — *contione*] sic Lg. 2. 23. 35. 36. 65. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 93. Vict. om. 24 add. ut 2. *conctione* 32 corr. ut 2. 67. — *videndum*] *pervidendum* Lg. 69. *videndum* var. *provid.* 93. — *videndum sibi esse aliud consilium*] sic

se rem publicam gerere non posse: mane Idibus Septembribus et ille et senatus frequens vocatu Drusi in curiam venit. Ibi cum Drusus multa de Philippo questus esset, retulit ad senatum de illo ipso, quod in eum ordinem consul tam graviter in contione esset invectus. 3. Hic, ut saepe inter homines sapientissimos constare vidi, quanquam hoc Crasso, cum aliquid accuratius dixisset, semper fere contigisset, ut nunquam dixisse melius putaretur, tamen omnium consensu sic esse iudicatum ceteros a Crasso semper omnis, illo autem die etiam ipsum a se superatum. Deploravit enim casum atque orbitatem

vulgatum *videndum sibi aliud esse consilium* inverti secundum Vict. Gu. 2. 3. Lg. praeter 4. 32. 73. 76. 81. 84. omnibus et Lambinum; illorum 32. cum ceteris conspirat, nisi quod *illud* habet pro *aliud.* Quaesita est et iusto artificiosior vulgaris verborum collocatio, quam quae recte conveniat Philippo animum quasi despondenti, qui omnibus circumspectis nullam spem reperiens tandem in publicum consilium mutandum incidit. — *gerere*] *regere* Lamb., et sic Lg. 35. 93. — *Septembribus*] sic accurate scriptum in Lg. 76. 84. Havn. 1. praeterea cum variis scribendi compendiis in 3. 5. 20. 36. 70. 73. Rell. *Septembris.* — *retulit*] *rettulit* Lg. 21. 23. 84. 86. — *in eum ordinem consul*] sic vulgatum ordinem verborum *consul in eum ordinem* correxi ex Lg. praeter 81. omnibus et Vict. Gu. 2. 3. Hoc enim nihil aliud est, nisi consulem acerbe dixisse in senatum; transposita verba indignabundi sunt, quod, qui minime debuisset, consul eius ordinis dignitatem minuere ausus esset. — *contione*] sic Lg. 2. 23. 24. 32. 35. 36. 65. 69. 73. 76. 81. 84. 86. 93. *conctione* 67. 70.

3. *hic, ut saepe — esse tum iudicatum*] sic codd. plerique et edd. ab Ald. ad Ern., dein Muell. Or. Henr. v. explicationes. *audivi* post *iudicatum* addunt Mead. Lg. 3. 6. 15. 24. 86. 93. ita corr. 32. et sic edd. antiquiss., Ern. Sch. *iudicatum constabat audivi* Lg. 4 corr. ut 3. *iudicatum audivimus* cod. Reg. 7703. ap. le Clerc., quae omnia interpretum sunt. *Ut* om. γ. et codd. aliquot apud le Clerc; *et* habet Gu. 2. *hunc* (pro *hic ut)* Gu. 3., ut erraverit Henr. Deinde *contigisse constabat* Lg. 3. 32. 84 v. u. t. Gu. 2. ita corr. 4. *tum* ante *iudicatum,* quod abundat post *hic,* omisi secutus Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 3. — *omnis*] scripsi ex Lg. 2. 13. 14. 15. 16. 17. 21. 23. 24. 32 corr. 36. 65. 69.

senatus, cuius ordinis a consule, qui quasi parens bonus aut tutor fidelis esse deberet, tanquam ab aliquo nefario praedone diriperetur patrimonium dignitatis; neque vero esse mirandum, si, cum suis consiliis rem publicam profligasset, consilium senatus a re publica repudiaret. 4. Hic cum homini et vehementi et diserto et in primis forti ad resistendum Philippo quasi quasdam verborum faces admovisset, non tulit ille et graviter exarsit pigneribusque ablatis Crassum instituit coërcere. Quo quidem ipso in loco multa a Crasso divinitus dicta ferebantur, cum sibi illum consulem esse negaret, quoi senator ipse

73. 81. 86. Gu. 2. 3. — *etiam*] *et* Lg. 2. — *a se*] scripsi ex Lg. omnibus, Gu. 3. Vict. Qui *sese* malunt, vim sententiae non in hoc, sed in *ipsum* inesse, quod opponatur *omnibus illis*, cogitanto. — *casum*] *causam* Lg. 76. — *cuius*] *quovis* s. *quoius* (haec enim in eius aetatis libris non dignoscuntur) Gu. 3.; puto, etiam, Lagomarsinianorum aliquot; etsi Lg. nihil enotavit, talia scilicet contemnens. — *cum suis*] *cum ille suis* Lg. 3. 6. ita corr. 32. om. *suis*. — *a re publica*] *a* om. Z. Gu. 3. Lg. 2. 5. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 86. *in re publica* 32 exp., ut edidere Sch. Muell. *in rem publicam* Gu. 2. Havn. 1. Lg. 4. 6. 84 v. u. t. ita corr. 32. *rei publicae* β. ε. ψ. Lg. 3. 14. 15. 16. 20. 23. 24. 35. 67. 69. 70 *(reipublice)*. 76. 86. 93. ita corr. 81. totum om. 65. *A republica*, ut nunc scribitur, meorum soli Lg. 13. Vict. Gu. 1. praeterea Havn. 2. plerique Ox. et vulgo edd. inde ab Aldo.

4. *pigneribus*] selectiorem formam hic et statim post, ubi accedit Gu. 1., restitui ex Lg. 3. 4 corr. 13. 16. 32 corr. 36. 70. 76. 81 corr. 84. Gu. 2. 3. Vict. Vide Drakenb. ad Liv. III. 38, 12. IX. 15, 7. Schneider. Gr. Lat. II. 1, p. 177. — *ablatis*] *allatis* Lg. X. Gu. 3. ita v. 93. — *quo*] *quod* Gu. 3. Lg. 2. 3. 4. 5. 6. 13. 15. 21. 24 corr. 32. 36. 65. 69. 86. — *ferebantur*] sic correxi ex Lg. 15. 16. 70. 73. 86., quod paene assecutus Lambinus erat, cum *ferebantur esse* suadebat. Quod legi solet, *efferebantur*, nec *sermone* nec *laudibus ferendi* vim hic quidem habere potest; *vulgandi* autem, qua dictum est de Or. I. 24, 111. II. 12, 52. non magis ad sententiam convenit, quam *proferendi*, qua legitur III. 11, 40. — *quoi*] scripsi. Quippe *quom* Lg. 4. *quoī*, quod esse solet *quo in*, sed ex *quoi* manifesto et corruptum est, Gu. 3.

non esset. *An tu, cum omnem auctoritatem universi ordinis pro pignore putaris eamque in conspectu populi Romani concideris, me his existimas pigneribus terreri? Non tibi illa sunt caedenda, si L. Crassum vis coërcere; haec tibi est excidenda lingua; qua vel evulsa spiritu ipso libidinem tuam libertas mea refutabit.*

II. 5. Permulta tum vehementissima contentione animi ingeni virium ab eo dicta esse constabat; sententiamque eam, quam senatus frequens secutus est, ornatissimis et gravissimis verbis: *Ut populo Romano satis fieret, nunquam senatus neque consilium rei publicae neque fidem*

Lg. 13. — *pro pignore*] *propugnare* Vict. Gu. 1. Lg. praeter 4. 32. sec. m. Ald. Tamen Lg. 32. *putares*, ut 3. 5. 6. 17. 20. 21. 35. 65. 76. 81. 84. Gu. 1. 2. Ald.; in hac est v. *oppugnare pararis*. — *concideris*] *concideres* 16. 86 corr. Gu. 1. 2. *conscideris* 3. ita corr. 32. — *me his*] *iis* Lg. 6. 23. edd. quaedam. *meus* Gu. 1. *meis* Gu. 3. — *existimas pignoribus terreri*] sic Lg. 2. 13. Vict. Vulgata erat *pigneribus existimas posse terreri*. Sed *posse* om. quos dixi, et Lg. 4., qui *terreri me* habet, eumque verborum positum referunt etiam 3. 5. 14. 15. 16. 17. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 86. 93. — *illa sunt caedenda*] sic Havn. 1. 2. Gu. tres, Ox. plerique, Lg. 2. 4. 13. 36. *credenda* 32 corr. *concidenda*. *edenda* Erl. *concidenda* cod. Lamb. ψ. Lg. ceteri plurimi, quod blandiatur non iniuria, cum spectet quod praecessit de auctoritate senatus *concisa*. — *L. Crassum*] sic VSt. ψ. Gu 3. Vict. Lg. XX., quorum boni omnes sunt, edd. antiquiss. Sch. in ed. mai. Or. Henr. Vulgo omittitur praenomen; v. explicationes. — *excidenda*] sic plerique codd. et vulgo inde ab edd. antiquiss. *caedenda* δ. *concitenda* β. mg. δ. *excitanda* Lg. 15 v. u. t. 86. *incidenda* Lg. 3. 4. 32 corr. 35. Pal. 1. 2. mbr. Mem. (= VSt. cod. Lamb.) Gu. 3. et sic scripserunt Sch. Muell. Non iniuria putidum Orellio videtur *incidere linguam*, nec idem esse *excidere* et *evellere*, quod Schuetzio visum, constat ex Cic. Att. XV. 4., ubi exstat *arbor excisa, non evulsa*. — *evulsa*] *avulsa* Lg. 6. *vulsa* Gu. 1.

II. 5. *satis fieret*] *satisfaceret* Lg. 2. 20. 24 corr. 32 corr. 35. 67. 76. — *neque fidem*] *nec f.* Gu. 3. Lg. 4. 13. — *dictam*] om. Lg. 5. 17. 21. 35. 76. 81. *dicta* 13. 32 corr. 36. — *praescriptis*] hanc veram scripturam ex bonis meis solis tuentur Lg. 4.

defuisse ab eo dictam; et eundem (id quod in auctoritatibus praescriptis exstat) scribendo affuisse. 6. Illa tanquam cycnea fuit divini hominis vox et oratio, quam quasi exspectantes post eius interitum veniebamus in curiam, ut vestigium illud ipsum, in quo ille postremum institisset, contueremur. Namque tum latus ei dicenti doluisse sudoremque multum consecutum esse audiebamus; ex quo cum cohorruisset, cum febri domum rediit dieque septimo lateris dolore consumptus est. 7. O fallacem hominum spem fragilemque fortunam et inanis nostras contentiones, quae in medio spatio saepe fran-

32., praeterea etiam 3. 6. 21. 69. 76. 81 corr. 93.; item cod. Borromei ap. Manut. ad Cic. Fam. V. 2. Mead. *β. δ.* m. sec. Erl. edd. antiquiss., Pearc. et recentt. post Ern. Rell. longe plures et edd. inde ab Aldo *perscriptis,* per se haud male, sed contra morem Romanum. Non magis usitatum est *in scribendo,* quod legitur in Lg. 3. 6. 76. Gu. 3. *adfuisse* meorum soli 5. 67. *fuisse* 6. *abfuisse* 3. 20.

6. *cycnea*] *lignea* Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 15. 32. 36. 67. 84. 86. quod ducit ad scripturam *cygnea,* quae exstat in 5. 14. 17. 20. 21. 23. 24. 69. 70. 73. 76. 93. *ignea* 16. 65. 81 corr. ut 2. Gu. 2. *cignea* Gu. 1. 3. — *ille postremum*] *ipse postr.* Lg. praeter 24. 81. 84., item Gu. 3. *ille* om. Vict. *illud* 24 corr. ut 2. *postremo* Lg. 23. 93. — *namque*] *nam* Lg. 14. 36. — *tum*] *dum* Gu. 3. — *ei dicenti*] *eius* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. 93. *dicenti* om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 3. — *doluisse*] correxi vulgatum *condoluisse.* Nam *doluisset* Lg. 2. 4. 6. 13. 32 corr. ut 3. 36. Gu. 3. *doluisse* 3. 81. — *consecutum*] *consequutum* Lg. 17. 21. 67. 70. 73. 81. — *cohorruisset*] *corruisset* omnes Lg. praeter 70. 84., quod ex compendio scribendi eodem ortum, propter quod *omnes* et *homines* confunduntur, *còrruisset; cõruisset* Gu. 3. — *consumptus est*] *est* om. Lg. 2. 13. 32 add. Gu. 3. Erl. ante *lateris* ponunt Gu. 1. 2. 81. 84. Havn. 1. 2. Ald. Iunt. Crat. Man. Muell. Or. Henr. Post id posuit Sch. suum solius iudicium secutus.

7. *inanis*] scripsi secundum Lg. 2. 5. 13. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 35. 36. 65. 69. 70. 73. 76. 81. 86. *minus* Gu. 3. *inanimis* 24. — *contentiones*] *cogitationes* Lg. 16. 70. 73. — *aut ante*] scripsi; necessariam emendationem suppeditarunt Lg. praeter 2. 3. 4. 76. 84., item Gu. 1. 2., eodem redit *ut* in Gu. 3. scriptum.

guntur et corruunt aut ante in ipso cursu obruuntur, quam portum conspicere potuerunt! Nam quam diu Crassi fuit ambitionis labore vita districta, tam diu privatis magis officiis et ingeni laude floruit, quam fructu amplitudinis aut rei publicae dignitate. Qui autem annus ei primus ab honorum perfunctione aditum omnium concessu ad summam auctoritatem dabat, is eius omnem spem atque omnia vitae consilia morte pervertit. 8. Fuit hoc luctuosum suis acerbum patriae grave bonis omnibus; sed ii tamen rei publicae casus secuti sunt, ut mihi non erepta L. Crasso a diis immortalibus vita, sed donata mors esse videatur. Non vidit flagrantem Italiam bello, non ardentem invidia senatum, non sceleris nefarii principes civitatis reos, non luctum filiae, non exsilium generi, non acerbissimam C. Mari fugam, non illam post reditum eius caedem omnium crudelissimam, non denique

V. explicationes. — *potuerunt*] *potuerint* Lg. 3. 5. 6. 15. 16. 20. 21. 65. 70. 73. 86. — *quam diu*] sic divisim Lg. 2. 3. 67. 81. 84. 86. et mox *tam diu* 2. 23. 24. 67. 69. 70. 76. 81. 84. 93. — *districta*] *distracta* Gu. 3., Lg. 3. 4. 5. 6. 14. 15. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 76. 86. 93. ita corr. 2. 32. Probabam aliquando, cum praeterviderem codd. optimorum duobus solis Lg. 4. Gu. 3. testatum esse; utrumque enim cum per se bonum sit, ex codicum fide pendendum erit. *destricta* Gu. 1. 2. Lg. 81 v. ut 3. — *ingeni*] scripsi ex Lg. 13. 36. 65. — *annus ei primus*] ita inverti hiatu simul vitato secundum Lg. 2. 4. 13. 32. 35. 36. 65. 84. 93. Gu. 3. *et primus* 24. — *ab — perfunctione*] *ad perfunctionem* Gu. 3. *perfectione* Lg. 2. — *concessu*] *consensu* Lg. 6. 20. 35. 76. ita v. 4. 93.

8. *bonis omnibus*] *bonis civibus omnibus* Lg. 6. *omnibus bonis* Gu. 1. *bonis hominibus* Gu. 3. — *sed ii*] *sed hi* Gu. 2. Vict. Lg. 24. 32. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 81. 84. 86. — *rei publicae*] sic correxi ex Lg. 13. 15. 16. 70. 73. *re publica* 36. 69. Vulgatum *rem publicam* ex perversa interpretatione siglae RP. orta est. — *flagrantem Italiam bello*] sic cum figura χιασμῷ Gu. 3. Vict. Lg. 3. 5. 13. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 86. 93. ita corr. 32. — *non ardentem*] *non* om.

in omni genere deformatam eam civitatem, in qua ipse florentissima multum omnibus gloria praestitisset.

III. 9. Et quoniam attigi cogitatione vim varietatemque fortunae, non vagabitur oratio mea longius atque eis fere ipsis definietur viris, qui hoc sermone, quem referre suscepimus, continentur. Quis enim non iure beatam L. Crassi mortem illam, quae est a multis saepe defleta, dixerit, cum horum ipsorum sit, qui tum cum illo postremum fere collocuti sunt, eventum recordatus? Tenemus enim memoria Q. Catulum virum omni laude praestantem, cum sibi non incolumem fortunam, sed exsilium et fugam deprecaretur, esse coactum, ut vita se ipse privaret. 10. Iam M. Antoni in eis ipsis rostris, in quibus ille rem publicam constantissime consul defenderat quaeque censor imperatoriis manubiis ornarat, positum caput illud fuit, a quo erant multorum capita

Gu. 3. — *C. Mari*] *Gai Marii* Lg. 84. *Mari* scripsi ex Lg. 17. 32. — *gloria*] om. Gu. 3.

III. 9. *et quoniam*] sic *sed quoniam* vulgatum correxi ex Lg. praeter 76. 81. 84. omnibus, Vict. Gu. 3. — *eis*] sic Gu. 3. Lg. fere omnes. *iis* 76. *his* 84. Gu. 1. 2. Ald. Iunt. Steph. — *fere ipsis*] *fere* ante *viris* ponitur in Lg. 5. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 93. Vict. Utroque loco legitur in Gu. 3. — *definietur*] *finietur* Lg. 4. Gu. 3. — *suscepimus*] sic emendavi vulgatam scripturam *coepimus* ex Lg. 2. 4. 13. 32. 36. Gu. 3. *incoepimus* 24. — *qui tum*] *tum* om. Lg. 2. 4. 13. *tam* 84. *tamen* Gu. 3. — *postremum*] *postremo* Lg. 4. *postremo tempore* 15. 24. 76. 93. — *collocuti*] *cum locuti* Lg. 13. 32 corr. 36. *conloquuti* aut *colloquuti* quidam. *exitum* 4. 13. 32 corr. 36. *exitus* 2. Quae inter *Catuli* nomen et *vita* media sunt, omittuntur in Gu. 3.

10. *Antoni*] scripsi ex Lg. 16. 32. 69. 70. 73. 76. Vict. — *in eis ipsis*] sic Lg. praeter 76. 81. 84. omnes, item Vict. Gu. 3. recipiendumque fuit cum multis locis *hic* in locum alterius pronominis invaserit, raro *is* in locum illius. V. ad I. 1, 3. *iis* Lg. 76. 81. 84. *his* Gu. 1. 2. et vulgo. — *manubiis*] *manibus* Lg. 6. 17. 20. 32 corr. 69. Gu. 3. om. 81 add. — *multorum capita*] addi

servata. Neque vero longe ab eo C. Iuli caput hospitis Etrusci scelere proditum cum L. Iuli fratris capite iacuit, ut ille, qui haec non vidit, et vixisse cum re publica pariter et cum illa simul exstinctus esse videatur. Neque enim propinquum suum maximi animi virum P. Crassum suapte interfectum manu neque collegae sui pontificis maximi sanguine simulacrum Vestae respersum vidit; quoi maerori, qua mente ille in patriam fuit, etiam C. Carbonis inimicissimi hominis eodem illo die mors nefaria fuisset. 11. Non vidit eorum ipsorum, qui tum adolescentes Crasso se dicarant, horribilis miserosque casus. Ex quibus C. Cotta, quem ille florentem reliquerat, paucis diebus post mortem Crassi depulsus per invidiam tribunatu non multis ab eo tempore mensibus eiectus est e civitate. Sulpicius autem, qui in eadem invidiae flamma fuisset, quibuscum privatus coniunctissime vixerat, hos in tribunatu spoliare instituit omni dignitate; cui quidem ad summam gloriam eloquentiae efflorescenti ferro erepta

solet *civium*, quae cum mera interpretatio sit vocabuli *multorum*, fiatque eo deleto longe fortior oppositio, sustuli secutus Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. Gu. 3. — *neque vero*] *vero* abest a Lg. 35. — *Iuli*] sic scripsi hic et statim post ex Lg. 13. 16. 32. 70. Vict. Gu. 3., altero loco etiam ex 35. 65. — *fratris capite*] inv. Gu. 3. *fratris* om. Lg. 15. 86. — *simulacrum*] *ch* XV codd., quorum est Lg. 13. — *respersum vidit*] *respersum esse vidit* scribebatur ante Lambinum, quem ad Schuetzium usque nemo secutus est; conspirat codicum solus Lg. 20. Contra *vidit* om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. Gu. 3. — *quoi maerori*] scripsi, cum in Lg. 2. 3. 4. 5. 6. 13. 15. 16. 17. 20. 21. 32. 36. 65. 67. 70. 73. 76. 81. 86. 93. Vict. Gu. 3. legatur *quo*, unde *maerore* s. *merore* a librariis invectum est in multis libris, velut Lg. 5. 17. 36. 65. Vict. Gu. 3. — *nefaria fuisset*] invertunt Lg. 2. 3. 6. 36. Gu. 3.

11. *horribilis*] sic Lg. 13. 32 corr. 36. Gu. 2. 3. — *e civitate*] *e* om. Gu. 3. — *quibuscum*] divisim Lg. 2. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. 93. Verba ad *invidiae* ad *quibus cum* om. Gu. 1. — *privatus*] *privatis* Lg. 21. 65. 93. — *vixerat*] om.

vita est et poena temeritatis non sine magno rei publicae malo constituta. 12. Ego vero te, Crasse, cum vitae flore tum mortis opportunitate divino consilio et ortum et exstinctum esse arbitror. Nam tibi aut pro virtute animi constantiaque tua civilis ferri subeunda fuit crudelitas aut, si qua te fortuna ab atrocitate mortis vindicasset, eadem esse te funerum patriae spectatorem coëgisset; neque solum tibi improborum dominatus, sed etiam propter admixtam civium caedem bonorum victoria maerori fuisset.

IV. 13. Mihi quidem, Quinte frater, et eorum casus, de quibus ante dixi, et ea, quae nosmet ipsi ob amorem in rem publicam incredibilem et singularem pertulimus [ac sensimus], cogitanti sententia saepe tua vera ac sapiens videri solet, qui propter tot tantos tam praecipitisque casus clarissimorum hominum atque optimorum virorum me semper ab omni contentione ac dimicatione revocasti. 14. Sed quoniam haec iam neque in integro nobis esse

Gu. 3. — *constituta*] *est* add. Lg. 20. 81. 84. — *efflorescenti*] *florescenti* codd. omnes, praeter Gu. 2., in quo *florenti*. Quod nunc receptum est, Ernesto debetur.

12. *vero — nam*] haec om. Lg. 36. *non* pro *vero* Gu. 3. — *subeunda fuit*] inv. Lg. 35. 93. — *admixtam*] sic Lg. plerique et Gu.; *admistam* Man. Lamb. Grut. Gron. et quidam codd.

IV. 13. *rem publicam*] *publicam* om. Gu. 3. — *pertulimus*] v. ad II. 33, 144. — *tantos*] *tantosque* Lg. 6. 24. 93. — *tam praecipitisque*] sic Lg. 2. 6. 13. 15. 21. 23. 32. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 81. 86. Gu. 1. 3. *tam* etiam 4 corr. 17. 24. vulgo *tamque praecipites*, positu particulae minus Ciceroniano; v. explicationes ad I. 1, 1. Ceterum *praecipitisque*, non per *e*, XIV Lg. bonique praeter 32. omnes, et Gu. 1. 3. Vict. *percipitis* 3. 20. *precipuisque* 17.

14. *haec*] om. Gu. 3. — *in integro*] *integra* Lg. 3. 84. Cant. Mead. mg. Harl. 2. Gu. 1. Ven. Lott. Lamb. Pearc. *integro* Gu. 2. Havn. 2. Erl. Sed ut ab Aldo inde vulgatur, Havn. 1.

possunt et summi labores nostri magna compensati gloria mitigantur: pergamus ad ea solatia, quae non modo sedatis molestiis iucunda, sed etiam haerentibus salutaria nobis esse possunt, sermonemque L. Crassi reliquum ac paene postremum memoriae prodamus atque ei, etsi nequaquam parem illius ingenio, at pro nostro tamen studio meritam gratiam debitamque referamus. 15. Neque enim quisqnam nostrum, cum libros Platonis mirabiliter scriptos legit, in quibus omnibus fere Socrates exprimitur, non, quanquam illa scripta sunt divinitus, tamen maius quiddam de illo, de quo scripta sunt, suspicatur. Quod item nos postulamus, non a te quidem, qui nobis omnia summa tribuis, sed a ceteris, qui haec in manus sument, ut maius quiddam de L. Crasso, quam quantum a nobis exprimetur, suspicentur. 16. Nos enim, qui ipsi sermoni non interfuissemus et quibus C. Cotta tantummodo locos ac sententias huius disputationis tradidisset, quo in ge-

Gu. 3. Lg. praeter illos duos omnes. — *possunt*] *possint* Lg. 2. 3. 4. 5. 6. 13. 15. 16. 17. 21. 24. 67. 69. 70. 73. 81. 86. ita corr. 23. 32. 36. — *etsi*] Nuper placebat *si*, quod et exquisitius et non nullis locis corruptum videtur a librariis. Id habent Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. Sed *et* in *ea* abiit in Lg. 81 corr., in *hi* in 2 corr. 4. in *huic* in 13. 36.; unde intelliguntur confusa esse *et* et *ei*. — *at*] *ac* Lg. 2. 3. 4. 13. 23 corr. 24 corr. 32. 36. 69. 81. 86. *atque* 6. — *meritam* — *debitamque*] locis confundit Lg. 2. postponit *gratiam* 4.

15. *omnibus*] om. Lg. 5. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. Gu. 1. — *non quanquam*] *non* om. Lg. exceptis 32. 65. 70. 73. 84., item Gu. 3. vitiose. Ante *suspicatur* ponunt 3. 6. 24. 76. 93. *suspicantur* multi. — *omnia summa*] hoc positu Lg. plerique et boni omnes; invertunt aliqui cum edd. plerisque ante Lambinum. *omnia* om. 15. 24. 86. — *maius quiddam*] inv. Lg. 17. 20. *maius act quiddam* Gu. 3.

16. *interfuissemus*] *interfuimus* Lg. 24. — *locos ac*] *locos et* Lg. 14. 23. 67. 69. 76. 81. — *pleniorem fuisse*] hoc positu, ut Lambinus et Ernestus dederunt, Lg. omnes Gu. tres Vict. al.

nere orationis utrumque oratorem cognoveramus, id ipsum sumus in eorum sermone adumbrare conati. Quod si quis erit, qui ductus opinione vulgi aut Antonium ieiuniorem aut Crassum pleniorem fuisse putet, quam quomodo a nobis uterque inductus est, is erit ex iis, qui aut illos non audierint aut iudicare non possint. Nam fuit uterque, ut exposui antea, cum studio atque ingenio et doctrina praestans omnibus, tum in suo genere perfectus; ut neque in Antonio deesset hic ornatus orationis neque in Crasso redundaret.

V. 17. Ut igitur ante meridiem discesserunt paululumque requierunt, in primis hoc a se Cotta animadversum esse dicebat omne illud tempus meridianum Crassum in acerrima atque attentissima cogitatione posuisse seseque, qui vultum eius, cum ei dicendum esset, obtutumque oculorum in cogitando probe nosset atque in maximis causis saepe vidisset, tum dedita opera quiescentibus

Invertebant Ald. Iunt. Man. Grut.; qua auctoritate, nescitur. — *a nobis*] om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. — *inductus est*] *ind. esset* Gu. 3. Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. 93. ita supra scriptum in 84. — *ex iis*] *ex his* Lg. 32. 65. 67. 69. 81. 84. Gu. tres. — *audierint*] *audierit* Lg. praeter 16. 20. 70. 73. Vict. Gu. 2. Ald. Iunt. Man. Grut., eidemque statim *possit*. — *cum studio*] *tum studio* Lg. 4. 24 corr. 32. — *atque ingenio*] *et ing.* Gu. 3. — *hic ornatus*] *hic* om. Gu. 3.

V. 17. *discesserunt*] *recesserunt* Lg. 2. — *paululumque*] om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. ut 3. Gu. 3. *paulumque* 3. 15. 65. 67. 70. 73. 76. Scripsi *paululumque* cum Lg. 69. Vict., quia haec scriptura alias bonorum et plurimorum est. Etiam *requierunt* omittitur in illis, quos dixi, et sane dubia res est, an non sequendi videantur. Ceterum *requieverunt* Lg. 81. — *in primis*] *imprimis* Lg. 32. 69. 76. 86. — *seseque*] *sese* Gu. 3. — *obtutumque*] *obtuitumque* Lg. 3. 4. 6. 23. 67. ita corr. 2. 32. — *cogitando*] *cogitatione* Gu. 3. — *dedita*] *debita* Lg. 3. 76. 81. Gu. 3. — *exedra*] aspirationem, ut feci, om. Lg. XIV.; sequendos duco, quia in vocabulo Graeco Latine scripto admittendum non videtur,

aliis in eam exedram venisse, in qua Crassus posito lectulo recubuisset, cumque eum in cogitatione defixum esse sensisset, statim recessisse atque in eo silentio duas horas fere esse consumptas. Deinde cum omnes inclinato iam in postmeridianum tempus die venissent ad Crassum, Quid est, Crasse, inquit Iulius, imusne sessum? etsi admonitum venimus te, non flagitatum. 18. Tum Crassus: An me tam impudentem esse existimatis, ut vobis hoc praesertim munus putem diutius posse debere? Quinam igitur, inquit ille, locus an in media silva placet? Est enim is maxime et opacus et frigidus. Sane, inquit Crassus; et enim est in eo loco sedes huic nostro non importuna sermoni. Cum placuisset idem ceteris, in silvam venitur et ibi magna cum audiendi exspectatione considitur. 19. Tum Crassus, Cum auctoritas atque amicitia vestra tum Antoni facilitas eripuit, inquit, mihi in

quod Graeci ipsi non admiserunt. Certe consensus in ea re non erat; v. Schneider. Gr. Lat. vol. I. p. 1. p. 192. — *venisse*] sic, ut Lambinus scripsit, Lg. 2. 3. 4. 5. 6. 15. 17. 20. 21. 23. 24. 32. 35. 36. 65. 69. 70. 73. 81. 84. 86. 93. Vict. Gu. tres. ita corr. Lg. 67. V. *venisset.* — *posito lectulo*] sic inverti secundum Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. Gu. 3., quorum 4. 13. *lecto.* — *inclinato iam*] inv. Lg. 81. *inclinato capite iam* 6. ridicule. — *postmeridianum*] sic distincte Lg. 4. 20. 23. 24. 67. 73 corr. 76. 81. 84. 86. Vict. Gu. 1. 2., nonnulli quidem divisim. Idem suadent *p̄ meridianum* Lg. 2. *permeridianum* 13. 36. *postridianum* 32 corr. Ciceronis verba Or. 47, 157. formam molliorem sono excusari dicentis satis ostendunt alterius etiam usum permissum visum. Ceterum cod. Vict. *inclinato iam sole post meridianum tempus die,* interpretatione verbis scriptoris immixta. — *die venissent*] *devenissent* Lg. 2. 4. 13. 36. — *Crasse*] om. Lg. 5. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 67. 69. 70. 73. 76. 86. — *sessum*] *sexum* Lg. 15. 36. 86 corr. vitio contrario illius, de quo dictum ad I. 27, 125. *sensum* 84. Gu. 1. praemittens *quid enim.* Deinde post *admo* in medio vocabulo lacuna incipit in Lg. 36., quae pertinet usque ad verba *non ut iure aut iudicio* c. 28, 110. *Et ne admodo* Lg. 2., deinde eadem lacuna, cum vacuo duorum ferme versuum

optima mea causa libertatem recusandi. Quanquam in partienda disputatione nostra, cum sibi de iis, quae dici ab oratore oporteret, sumeret, mihi autem relinqueret, ut explicarem quem ad modum illa ornari oporteret: ea divisit, quae seiuncta esse non possunt. Nam cum omnis ex re atque verbis constet oratio: neque verba sedem habere possunt, si rem subtraxeris, neque res lumen, si verba semoveris. 20. Ac mihi quidem veteres illi maius quiddam animo complexi plus multo etiam vidisse videntur, quam quantum nostrorum ingeniorum acies intueri potest; qui omnia haec, quae supra et subter, unum esse et una vi atque una consensione naturae constricta esse dixerunt. Nullum est enim genus rerum, quod aut avulsum a ceteris per se ipsum constare aut quo cetera si careant vim suam atque aeternitatem conservare possint.

spatio. In Lg. 4. Gu. 3. lacuna incipit post *etsi;* in Lg. 13. post *venimus.* Optimorum igitur solus 32. media servavit.

18. *impudentem esse*] *esse* om. Lg. 14. 23. 67. 69. 81. eidemque praeter ultimum *existimas.* — *posse*] *debere* inv. Lg. 6. De omisso pronomine v. in explicationibus; *deberi* ex Ascensiana scripsit Pearcius, *me* ante *diutius* addidit Lambinus. — *importunum*] sic pro *inopportuna* Lg. omnes, Gu. 2. Vict.; v. explicationes II. 5, 20. — *considitur*] *conseditur* Lg. 3. 6. 20. 35 corr. *considetur* 93. Lamb. *consedetur* Vict. *conceditur* Gu. 2.

19. *optima*] *optuma* Lg. 5. 35. 65. 70. 73. 84. Vict. Recte, puto; sed scribi sic non potuit, v. ad II. 18, 75. Mox *mea* abest a Lg. 5. 6. — *de iis*] *de his* Vict. Gu. 2. — *atque verbis*] *atque ex verbis* Lg. 6. 76. 81. 84. — *semoveris*] *submoveris* Lg. 24. *summov.* 35. 93.

20. *plus multo*] sic inverti secundum Lg. omnes Vict. Gu. 2. — *subter*] *subtus* Lg. 6. 24 corr. *supter.* — *una consensione*] *una* omittunt Lg. omnes, nec id deterius; sed suspecta est omissionis causa. — *constricta*] *constituta* Lg. 6. 15 v. u. t. *conscripta* 32.

VI. 21. Sed si haec maior esse ratio videtur, quam ut hominum possit sensu aut cogitatione comprehendi: est etiam illa Platonis vera et tibi, Catule, certe non inaudita vox omnem doctrinam harum ingenuarum et humanarum artium uno quodam societatis vinculo contineri. Ubi enim perspecta vis est rationis eius, qua causae rerum atque exitus cognoscuntur, mirus quidam omnium quasi consensus doctrinarum concentusque reperitur. 22. Sed si hoc quoque videtur esse altius, quam ut id nos humi strati suspicere possimus, illud certe tamen, quod amplexi sumus quod profitemur quod suscepimus, nosse et tenere debemus. Una est enim, quod et ego hesterna die dixi et aliquot locis antemeridiano sermone significavit Antonius, eloquentia, quascunque in oras disputationis regionesve delata est. 23. Nam sive de caeli natura loquitur sive de terrae, sive de divina vi sive de humana, sive ex inferiore loco sive ex aequo sive ex superiore, sive ut impellat homines sive ut doceat sive ut deterreat sive ut concitet sive ut reflectat sive ut incendat sive ut leniat, sive ad paucos sive ad multos, sive inter alienos sive cum suis sive secum: rivis est diducta oratio, non

VI. 21. *sed si haec*] sic Lg. omnes Havn. 1. 2. Norf. Mead. Harl. 2. *α. β. γ.* Gu. 1. 2. Erl. Lott. Ald. Iunt. Crat. Lamb. Pearc. et rec. post Ern. Ceteri omittunt *si*, probabatque Matth. in Seebodi Misc. Cr. I. p. 682. particulam ex §. 22. huc illatam ratus, quae potius in nonnullis excidisse propter proximum *sed* putanda est. Sensus eam apertissime postulat; v. explicationes. — *videtur*] *videatur* Lg. 81 v. u. t. — *quam*] om. Gu. 1. 2. Lg. 3. 5. 6. 17. 24 add. 32. 81. 84. — *comprehendi*] *comprendi* s. *conpr.* Lg. 24. 86. — *omnium quasi*] inv. Lg. 65.

22. *quoque videtur*] inv. Lg. 76. — *suspicere*] *perspicere* Lg. 73. *suscipere* 81 corr. 84. Gu. 2. — *possimus*] *possumus* Lg. 84. Vict. — *hesterna*] *extrema* Lg. 3. *externo* s. *na* 6. 15. 32. 67. V. ad I. 27, 125. *hesterno* 76. Lamb.

23. *caeli*] sic vel *celi* codd. praeter Lg. 5. 15. — *ho-*

fontibus et, quocunque ingreditur, eodem est instructu ornatuque comitata. 24. Sed quoniam oppressi iam sumus opinionibus non modo vulgi, verum etiam hominum leviter eruditorum, qui, quae complecti tota nequeunt, haec facilius divulsa et quasi discerpta contrectant et qui tanquam ab animo corpus, sic a sententiis verba seiungunt, quorum sine interitu fieri neutrum potest; non suscipiam oratione mea plus, quam mihi imponitur. Tantum significabo brevi neque verborum ornatum inveniri posse non partis expressisque sententiis neque esse ullam sententiam illustrem sine luce verborum. Sed prius, quam illa conor attingere quibus orationem ornari atque illuminari putem, proponam breviter quid sentiam de universo genere dicendi.

VII. 25. Natura nulla est, ut mihi videtur, quae non habeat in suo genere res compluris dissimilis inter se, quae tamen consimili laude dignentur. Nam et auribus multa percipimus, quae, etsi nos vocibus delectant, tamen ita sunt varia saepe, ut id, quod proximum audias, iucundissimum esse videatur; et oculis colliguntur paene innumerabiles voluptates, quae nos ita capiunt, ut unum

mines] *animos* Lg. 70. — *reflectat*] *inflectat* Lg. 84 corr. — *diducta*] *deducta* Lg. 6. 15. 16. 17. 20. 24. 35. 65. 69. 70. 81. 84 corr. 86. *reducta* 76. Mox *ratio* multi, in quibus est 32., item Gu. 1.

24. *divulsa*] *divisa* Lg. 20. *avulsa* 81. — *discerpta*] *decerpta* Lg. 24. — *ornatum inveniri*] *ornatu significari* Lg. 81. — *partis*] libri *partitis;* illud e coniectura Lambino commemorata fluxit, receperuntque Sch. Muell. Henr. — *illustrem*] *inlustrem* Lg. 73., ut mox hic et 70. *inluminari.* — *prius quam*] iunctim soli meorum 65. 67. 73. 76. 86. 93. — *attingere*] *adtingere* Lg. 67. 70. 73. — *illuminari*] *illustrari* Lg. 15. 86.

VII. 25. *compluris dissimilis*] sic Gu. 2. Lg. 3. 15. 16. 17. 23. 24. 32. 35. 65. 69. 70. 73. 76. 86., illud prius etiam 20. 21. 67. 84. Vict. — *sunt varia*] inv. Lg. 14. 23. 67. 69. —

sensum dissimili genere delectent; et reliquos sensus voluptates oblectant disparis, ut sit difficile iudicium excellentis maxime suavitatis. 26. At hoc idem, quod est in naturis rerum, transferri potest etiam ad artis. Una fingendi est ars, in qua praestantes fuerunt Myro Polyclitus Lysippus; qui omnes inter se dissimiles fuerunt, sed ita tamen, ut neminem sui velis esse dissimilem. Una est ars ratioque picturae dissimillimique tamen inter se Zeuxis Aglaophon Apelles; neque eorum quisquam est, cui quicquam in arte sua deesse videatur. Et si

oblectant] sic mei, qui quidem lacunosi non sunt, omnes, Man. Lamb. et recentiores. Edd. quaedam *oblectent.*

26. *at*] non opus erat Lambini coniectura *atque.* Oratio enim non continuatur simpliciter, sed opponitur ars naturae, de qua proxime dictum. — *etiam*] hoc hic et alibi in Gu. 1. aliisque libris significatur hoc compendio scripturae: ꝫ, quod cum omisso puncto supra posito significet *et*, factum est, ut totiens illae particulae in editionibus confusae legantur. — *artis*] scripsi ex Lg. 3. 5. 15. 16. 21. 24. 32. 70. 73. 86. — *Polyclitus*] sic aut *Policlitus* Lg. 5. 6. 20. 21. 35. 70. 73. 81. Gu. 1. 2. Vict. *Polycletum* nullus videre liber firmare. V. quae dedimus ad I. 21, 98. — *Zeuxis*] *Zeusis* Lg. XX. Gu. 1., in quo Italum librarium agnoscas. — *cui quicquam*] sic Lg. omnes praeter 5., item Vict. *cuiquam* Gu. 1. v. ad I. 8, 30. — *et tamen verum*] haec genuina non esse putabat Goer. ad Acad. II. 12, 37., iniuria. — *admirabilius*] *mirabilius* Gu. 2. Lg. 35. — *in lingua*] *in* om. Lg. 20. Gu. 1., nec sane desideramus. — *sic, ut*] *sicut* Lg. 3. 20. 24 corr. 32. 65. 70. 86. Gu. 1. — *alii vituperandi sint*] *vit. al.* Lg. 21. *alii laudandi, alii vituperandi sint* Lamb. *aliqui laud. s.* Pearc.; quo utroque non opus, cum quibus opponantur laudandi illi statim commemorentur. *sunt* 3. 6. 32. om. 14. 23. 67. Mox *laudantur* 14. 23. 67. 69.

27. *inter sese*] *inter se* Lg. 23. 76. divisim 69. 70. 81. — *Acciusque*] sic libri, ut solent; soli Lg. 6. 32. Gu. 2. *Actius* habent, quod recte Graecum dicit Zumpt. ad Heusingeri ed. Officiorum III. 21, 12. Vides memorari in titulis *Actium Calum* (*Καλόν*) archiatrum, Graeculum igitur et fortasse ne ingenuum quidem hominem, Inscr. Graev. p. 632, 5 (*Atium* Boissardus habet); *Actium Sicinianum* p. 838, 3; *Terentium Actium* liber-

hoc in his quasi mutis artibus est mirandum et tamen verum, quanto admirabilius in oratione atque in lingua? quae cum in iisdem sententiis verbisque versetur, summas habet dissimilitudines; non sic, ut alii vituperandi sint, sed ut ii, quos constet esse laudandos, in dispari tamen genere laudentur. 27. Atque id primum in poëtis cerni licet, quibus est proxima cognatio cum oratoribus, quam sint inter sese Ennius Pacuvius Acciusque dissimiles, quam apud Graecos Aeschylus Sophocles Euripides, quanquam omnibus par paene laus in dissimili scribendi

tini, ut ex addito altero nomine clarum est, generis p. 832, 7. et 1145. 6.; *Iulium Actium* Augusti libertum p. 1035. 10.; *Mactium* (scribe *M. Actium) Thalamum* p. 1128. 11. Sed iniuria idem Zumptius *Accios* suspecto nomine pronuntiat, quod cum monumentis, tum ratione refutatur. Vide Garatoni excursum VI. ad Plancianae c. 24. et adde Orelli Inscriptiones p. 254 t. I. n. 1164. p. 113 t. II. n. 3499. Graevii p. 18. 2. 30. 5. 490. 2. 656. 8. 749. 3. 930. 1. Deinde Romana nomina in *ilius* exeuntia a brevioribus in *ius* produci certum est. Sicut igitur ab *Atiis* Atilii, a *Quintiis* Quintilii, a *Sextiis* Sextilii, a *Statiis* Statilii, ab *Acutiis* Acutilii, ab *Hostiis* Hostilii, ab *Aquiis* Aquilii *(Aquium* vide ap. Graev. p. 356. 3.), ab *Agriis* Agrilii sunt, ita ab *Acciis* Aciliorum nomen ortum est. Minime enim *Accilios* dici oportuit. A *Vettiis* fiunt Vetilii, a *Pettiis* Petilii, a *Poppiis* Popilii, qui non rectius *Popillii* scribuntur, quam *Aquillii* et *Petillii:* v. explicationes ad III. 43, 171.; a *Pacciis* Pacilii *(Paccios* v. Graev. 447. 1. 2. 814. 2. 919. 18); a *Mettiis* Metilii nomine notissimo, omninoque *Gratii* et *Grattii* (v. Reinesii inscriptt. p. 684, 106), *Pacii* et *Paccii, Metii* et *Mettii* idem nomen habent diverse scriptum maxime ad primam producendam sive significandam productionem. Nam *Metius Fuffetius* apud Ennium *e* producit; v. Niebuhrii Hist. Rom. vol. I. p. 387. *Accii* igitur *poetae* nomen cum neque in numis neque in marmoribus exstet, a libris standum, qui, quod sciam, ubique fere *tt* ignorant. Quod in *Attiorum* nomine duplicari *t* iubet Marius Victorinus p. 2457. *Atios* spectat, quorum ille scripturam correcturus erat. Sed *Atios* pariter et *Attios* Romae fuisse nemo negat; modo *poetae* illius nomen ne eidem regulae accommodetur. Quod quo modo Manutius Orthogr. p. 83. per *tt* scribendum cognoverit, cum nec documentis firmet et

genere tribuatur. 28. Aspicite nunc eos homines atque intuemini, quorum de facultate quaerimus, quid intersit inter oratorum studia atque naturas. Suavitatem Isocrates, subtilitatem Lysias, acumen Hyperides, sonitum Aeschines, vim Demosthenes habuit. Quis eorum non egregius? tamen quis cuiusquam nisi sui similis? Gravitatem Africanus, lenitatem Laelius, asperitatem Galba, profluens quiddam habuit Carbo et canorum. Quis horum non princeps temporibus illis fuit? et suo tamen quisque in genere princeps.

VIII. 29. Sed quid ego vetera conquiram, cum mihi liceat uti praesentibus exemplis atque vivis? Quid iucundius auribus nostris unquam accidit huius oratione Catuli? quae est pura sic, ut Latine loqui paene solus videatur, sic autem gravis, ut in singulari dignitate omnis tamen assit humanitas ac lepos. Quid multa? istum au-

Acciorum etiam nominis titulos testes afferat p. 8. sqq., nemo dicat. — *paene*] sic meorum XX. v. ad I. 3, 10. — *tribuatur*] *tribuitur* Lg. 76., sed illud ex orationis obliquae lege recte defenditur.

28. *aspicite*] sic Lg. praeter 3. 5. 6. Gu. 1. 2. edd. pleraeque. — *tamen*] *et tamen* Lamb. — *quis cuiusquam*] *quis* om. Lg. omnes praeter 81., in quo corrector addidit, item Gu. 1. 2. Vict. omittunt, placebatque aliquando propter nervosiorem interrogandi formam, ut non *quis* subaudiatur, sed *aliquis illorum.* Dubito nunc, cum lacunosorum librorum recordor. Nam *quis, qui, cuius* iuxta *quisquam, cuiusquam, cuiquam* posita facile nec raro exciderunt. Ceterum *cuiquam* Lg. 84. — *temporibus* — *genere princeps*] om. Gu. 1. — *in genere*] *in* om. Lg. 35. 93. haud male; v. explicationes ad I. 3, 12.

VIII. 29. *quid ego*] inv. Lg. 81. — *exemplis*] *temporibus* Lg. 67 v. u. t. — *Latine loqui*] inv. Lg. 14. 23. 69. — *assit*] sic Lg. 15. 20. 35. 76. 93. Vict. Gu. 1. 2. — *quicquid*] sic Lg. XV., quorum sunt 17. 32. 67. 69. 70. 73. 76. *quicquam* 81. — *mutaveris*] *mutaris* Gu. 1.

30. *attulit*] *huc attulit* Lg. 76. — *et dicendi*] *ac dicendi*

diens equidem sic iudicare soleo, quicquid aut addideris aut mutaveris aut detraxeris, vitiosius et deterius futurum. 30. Quid? noster hic Caesar nonne novam quandam rationem attulit orationis et dicendi genus induxit prope singulare? Quis unquam res praeter hunc tragicas paene comice tristes remisse severas hilare forenses scenica prope venustate tractavit atque ita, ut neque iocus magnitudine rerum excluderetur nec gravitas facetiis minueretur? 31. Ecce praesentes duo prope aequales Sulpicius et Cotta. Quid tam inter se dissimile? quid tam in suo genere praestans? Limatus alter et subtilis, rem explicans propriis aptisque verbis. Haeret in causa semper et, quid iudici probandum sit cum acutissime vidit, omissis ceteris argumentis in eo mentem orationemque defigit. Sulpicius autem fortissimo quodam animi impetu plenissima et maxima voce summa contentione corporis et

Lg. 81. — *tragicas*] *tragice* Lg. 16. om. 70. Ita paulo post *severa* 6. *severe* 14. 23. — *scenica*] *scaenica* Lg. 32. 65. v. ad II. 46, 193.

31. *duo*] *duos* Lg. 3. 6. 32. quod propter nomina *Sulpicius* et *Cotta* probari nequit. Sed boni libri saepe breviorem formam tuentur, quae correctorum editorumque libidine subiecta fuit. In epistolis perpetua fere est in ea re codicis Medicei auctoritas, v. Divers. III. 4, 2. IV. 6, 1.; quae ubi deest, iniuria *duo* scribitur, sicut ab Orellio factum Att. VI. 1, 14., fortasse quod harum epistolarum non ipso exemplo, sed apographo utimur. Ea forma, sed non sine discrepantia aliqua, legitur in Pison. 15, 35. Philipp. XII. 8, 20. v. Orell. Legg. III. 13, 30 v. Goer. Tusc. I. 46, 111. Divin. I. 3, 6. ubi Marsus Manutius Lambinus *duos* praetulere; Cat. Mai. 20, 75 bis. In libro de Re publica I. 13. p. 57 Mos. *duo*, p. 59. *duos* exstat. Eadem diversitas est in *ambo* et *ambos*, v. Intpp. ad Liv. XXXV. 21, 5. Multa congesserunt Oudendorpius ad Suet. Claud. 14. Cortius ad Lucanum I. 111., quibus adhibebis prudens praeceptum Klotzii ad Cic. Lael. V. 20. p. 120. — *quid tam inter*] *tam* om. Gu. 1. — *probandum*] *probatum* Vict. — *orationemque*] *cogitationemque* Lg. 23.

dignitate motus, verborum quoque ea gravitate et copia est, ut unus ad dicendum instructissimus a natura esse videatur.

IX. 32. Ad nosmet ipsos iam revertor, quoniam sic fuimus semper comparati, ut hominum sermonibus quasi in aliquod contentionis iudicium vocaremur; quid tam dissimile, quam ego in dicendo et Antonius? cum ille is sit orator, ut nihil eo possit esse praestantius, ego autem, quanquam memet mei poenitet, cum hoc maxime tamen in comparatione coniungar. Videtisne genus hoc quod sit Antoni? forte vehemens commotum in agendo praemunitum et ex omni parte causae saeptum acre acutum enucleatum in unaquaque re commorans honeste cedens acriter insequens terrens supplicans summa orationis varietate nulla nostrarium aurium satietate. 33. Nos autem, quicunque in dicendo sumus, quoniam esse aliquo in numero vobis videmur, certe tamen ab huius multum genere distamus; quod quale sit non est meum dicere,

IX. 32. *quoniam*] *quando* Lg. 24 v. u. t. 86. — *coniungar*] *iungar* Lg. 3. — *Antoni*] scripsi ex Lg. 5. 6. 16. 17. 21. 32. 35. 65. 70. 73. 76. 84. Vict. — *praemunitum*] *promunitum* Lg. 67. *permunitum* Gu. 2. — *et ex omni*] *et* om. Lg. 3. 5 add. 6. 15. 16. 17. 20. 24. 32. 35 add. 65. 70. 73. 76. 86. *atque* pro *et* habent 14. 21. 23. 67. 69. Omitti fecit apposita persimilis praepositio. — *parte*] *genere* Lg. 84. — *una quaque*] divisim Lg. 67. 69. 70. 76. 84. 86. quod non sequor, quia sua utrique parti vocabuli significatio non constat.

33. *aliquo in num.*] inv. Lg. 6. — *notus est — quisque*] haec om. Lg. 3. — *in iis*] *in his* Lg. 23. 32. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 84. 86. Vict. Gu. 2., quod probarem, nisi optimorum praeter 32. praesidio hic destitueremur. — *in verbis, quam in sententiis eligendis labor*] sic Norf. Ald. Iunt. Crat. Steph. Lamb. Pearc. Ern. Sed bene ostendit Schuetzius verba *quam in sententiis* ab interpolatore profecta esse, et sane ineptissimum est *sententias eligi* dicere, quasi praesto sint quibus utare. Interpolationis suspicionem auget librorum discrepantia. *in verbis eligendis quam*

propterea quod minime sibi quisque notus est et difficillime de se quisque sentit; sed tamen dissimilitudo intelligi potest et ex motus mei mediocritate et ex eo, quod, quibus vestigiis primum institi, in iis fere soleo perorare, et quod aliquanto me maior in verbis [quam in sententiis] eligendis labor et cura torquet verentem, ne, si paullo obsoletior fuerit oratio, non digna exspectatione et silentio fuisse videatur. 34. Quod si in nobis, qui assumus, tantae dissimilitudines, tam certae res cuiusque propriae et in ea varietate fere melius a deteriore facultate magis quam genere distinguitur atque omne laudatur, quod in suo genere perfectum est: quid censetis, si omnes, qui ubique sunt aut fuerunt, oratores amplecti voluerimus? nonne fore, ut quot, oratores, totidem paene reperiantur genera dicendi? Ex qua mea disputatione forsitan occurrat illud, si paene innumerabiles sint quasi formae figuraeque dicendi specie dispares genere laudabiles, non posse ea, quae inter se

in sententiis labor Havn. 1. Gu. 2. Lg. 84. *in verbis et in sent. elig. quam labor* Havn. 2. VSt. Cant. *α. ε. ψ.* Lg. 3. 5 add. ut 15. 6. 16. 20. 21. 35. 65. 70. 76. 81., modo quod *quem* est in 3. 21. et *in* ante *sententiis* om. 3. 20. vac. 73., unde Melanchthon, quem sequitur Leclerc, *in verbis et in sententiis eligendis labor* fecit. *in verbis et in sent. hinc elig. labor δ.* Lg. plerique. *in verbis et in sent. quam Antonium labor* Lg. 15. 24. 86. 93. edd. antiquiss. mg. Crat. et *quam hunc* 17., unde Man. Lamb. Grut. *quam cum labor*, quod, si recte enotavi in loco obscuro et implicato, etiam in Lg. 23. 32. 67. inest, nisi quod *quem* 32 m. sec., exsculpserunt. Illa *quam in sententiis* cum Orellio et Henrichseno uncinis saepsimus. — *obsoletior*] *obscurior* Lg. 84 v. u. t. — *exspectatione et silentio*] inv. Lg. 35. 93.

34. *assumus*] sic Lg. 3. 6. 14. 15. 16. 20. 24. 81. 84. Vict. Gu. 2. — *quam genere*] om. Lg. 70. *genere* om. Vict. — *distinguitur*] *distinguuntur* Lg. 67. — *nonne*] sic Lg. praeter 3. 5. 6. 81., qui cum edd. ante Lambinum *numne*, nisi quod 81. *nam ne*, corr. ut plurimi habent. — *reperiantur*] *repperiantur* Lg. 20. —

discrepant, iisdem praeceptis atque una institutione formari. 35. Quod non est ita; diligentissimeque hoc est eis, qui instituunt aliquos atque erudiunt, videndum quo sua quemque natura maxime ferre videatur. Et enim videmus ex eodem quasi ludo summorum in suo cuiusque genere artificum et magistrorum exisse discipulos dissimilis inter se ac tamen laudandos, cum ad cuiusque naturam institutio doctoris accommodaretur. 36. Cuius est vel maxime insigne illud exemplum (ut ceteras artes omittamus), quod dicebat Isocrates doctor singularis se calcaribus in Ephoro, contra autem in Theopompo frenis uti solere. Alterum enim exsultantem verborum audacia reprimebat, alterum cunctantem et quasi verecundantem incitabat. Neque eos similis effecit inter se, sed tantum alteri affinxit, de altero limavit, ut id conformaret in utroque, quod utriusque natura pateretur.

X. 37. Haec eo mihi praedicenda fuerunt, ut, si

non posse ea quae] om. Lg. 70. — *iisdem*] *isdem* Lg. 16. 17. 65. 70. fortasse recte. — *una institutione*] vulgatam scripturam *in una institutione* correxi secundum Lg. 5. 15. 20. 21. 32. 86., nec dubito, quin vocula *in* ex sequentibus *una in* errore procreata fuerit.

35. *diligentissimeque*] *que* abest a Lg. 15. 16. 24. 70. 73. 86. — *est*] om. Lg. 15. 24 add. 86. — *et enim*] sic divisim Lg. 67. 70. 76. 84. 86. — *in suo cuiusque*] inv. Lg. 15. 24. 86. *in* om. 3. 84. — *dissimilis*] scripsi secundum Lg. 3. 5. 14. 15. 16. 21. 23. 24. 32. 70. 73. 86. — *ac tamen*] secutus sum Henrichsenum, qui sic dedit ex sua coniectura, quam tamen firmat Gu. 2. Lg. 32. *at tamen*, Lg. 6. 20. 67. Ceteri Lg. et Gu. 1. Vict. edd. omnes *attamen* non sane accommodate ad sensum. V. ad II. 59, 240.

36. *enim exsultantem — alterum*] om. haec Lg. 70. — *similis*] sic Lg. 15. 16. 17. 20. 21. 24. 32. 35. 65. 69. 70. 73. 76. 81. 86. 93. Vict. — *effecit*] *fecit* Lg. 73. Haec Gu. 1. ita ponit: *inter se similes effecit*. — *conformaret*] Propter coniuncta *limandi* et *affingendi* verba, quibus fictoris imago continuata ex

non omnia, quae proponerentur a me ad omnium vestrum studium et ad genus id, quod quisque vestrum in dicendo probaret, adhaerescerent, id a me genus exprimi sentiretis, quod maxime mihi ipsi probaretur. Ergo haec et agenda sunt ab oratore, quae explicavit Antonius, et dicenda quodam modo. Quinam igitur dicendi est modus melior (nam de actione post videro), quam ut Latine ut plane ut ornate ut ad id, quodcunque agitur, apte congruenterque dicamus? 38. Atque eorum quidem, quae duo prima dixi, rationem non arbitror exspectari a me, puri dilucidique sermonis. Neque enim conamur docere eum dicere, qui loqui nesciat, nec sperare, qui Latine non possit, hunc ornate esse dicturum neque vero, qui non dicat quod intellegamus, hunc posse quod admiremur dicere. Linquamus igitur haec, quae cognitionem habent facilem, usum necessarium. Nam alterum traditur literis doctrinaque puerili; alterum adhibetur ob eam causam,

tropo in allegoriam transit, hoc, quod Steph. Ald. Iunt. Man. Lamb. et recentiores dederunt estque meorum in Vict. Gu. 2. Lg. 5. 6., aptius videtur, quam *confirmaret*, quae est meorum plurimorum scriptura, nec deterior per se, cum significet bonum a natura datum praeceptis et exemplo corroborare.

X. 37. *praedicenda*] *praedicanda* Lg. 3. 6. 20. 21. 32. 35. 65. 69. *praedicunda* s. *predicunda*, quae ex proximo illo orta sunt, 5. 14. 15. 23. 67. 73. 76. 81. 86. Vict. Gu. 1. 2. — *vestrum*] *vostrum* Lg. 5. 15. 73. 86. eoque etiam *nostrum* redit in 6. Vict. corr. — *quodam modo*] sic divisim, ut postulabat sensus, Lg. 24. 32. 67. 70. 84. — *dicendi est modus*] *est modus dic.* Lg. 5. *dic. igitur est m.* Vict. — *ad id*] om. Lg. 6. *id* om. 3. 32. — *quodcunque*] *quod* Lg. 21. — *agetur*] *agitur* Gu. 1.

38. *dilucidique*] *lucidique* Lg. 81. 84. Gu. 2. — *docere eum dicere*] *dicere* om. Vict. *dicere eum docere* Sch. de coni. secutusque Muell. — *sperare*] *speramus* Lamb. „sed ex verbo *conamur* ad v. *sperare* eliciendum est *audemus*.“ Orell. — *cognitionem habent*] sic Lg. praeter 15. 84. omnes, Vict. Gu. 1. 2.

ut intellegatur quid quisque dicat; quod videmus ita esse necessarium, ut tamen eo minus nihil esse possit. 39. Sed omnis loquendi elegantia quanquam expolitur scientia literarum, tamen augetur legendis oratoribus et poëtis. Sunt enim illi veteres, qui ornare non dum poterant ea, quae dicebant, omnes prope praeclare locuti; quorum sermone assuefacti qui erunt ne cupientes quidem poterunt loqui nisi Latine. Neque tamen erit utendum verbis iis, quibus iam consuetudo nostra non utitur, nisi quando ornandi causa parce, quod ostendam; sed usitatis ita poterit uti, lectissimis ut utatur, is qui in veteribus erit scriptis studiose et multum volutatus.

XI. 40. Atque ut Latine loquamur, non solum videndum est, ut et verba efferamus ea, quae nemo iure reprehendat, et ea sic et casibus et temporibus et genere et numero conservemus, ut ne quid perturbatum ac discrepans aut praeposterum sit; sed etiam lingua et

Man. Lamb. Grut.; *cogitationem* illi duo et edd. vetustiores. — *intellegatur*] scripsi ex Lg. 20. 32. 67.

39. *loquendi*] *eloquendi* Lg. 86. Gu. 1., de qua confusione consuli possunt interpp. ad Sall. Catil. 5, 4. *dicendi* Lg. 6. 73. Deinde pro *elegantia* Gu. 1. *eloquentia.* — *non dum*] sic divisim Lg. 67. 69. 70. 73. 81.; quos non sequerer, cum in scriptura divisa aut coniuncta nihil fidei codicibus sit, nisi ratio iuberet. — *verbis iis*] *verbis his* Lg. 65. 67. 76. 81. 84. Gu. 1. 2. — *is qui*] manifesto veram scripturam Aldus videtur repperisse, eamque meorum librorum tuentur Lg. 15. 17. 21. 24. pr. m. 32. Reliqui Lg. et Vict. Gu. 1. 2. *iis qui* aut *his qui*, quod librarii perperam cum proximo *verbis* coniunxerunt.

XI. 40. *videndum*] *ut videndum* Lg. 3. 5. 6. 21. 23. 32. 69 corr. 86. *id videndum* 16. 17. 24. 73. — *conservemus*] sic omnes, quos novi, codd. et vulgo edd. *construemus* mero scripturae vitio (ex *conseruemus)* cod. Reg. 7753., unde *construamus* placet Orellio, qui comparat c. 31, 125, ubi verba *strui* et *illuminari* dicuntur. Verum *construere verba casibus et temporibus*

spiritus et vocis sonus est ipse moderandus. 41. Nolo exprimi literas putidius, nolo obscurari negligentius; nolo verba exiliter exanimata exire, nolo inflata et quasi anhelata gravius. Nam de voce non dum ea dico, quae sunt actionis, sed hoc, quod mihi cum sermone quasi coniunctum videtur. Sunt enim certa vitia, quae nemo est quin effugere cupiat: mollis vox aut muliebris aut quasi extra modum absona atque absurda. 42. Est autem vitium, quod non nulli de industria consectantur. Rustica vox et agrestis quosdam delectat, quo magis antiquitatem, si ita sonet, eorum sermo retinere videatur; ut tuus, Catule, sodalis L. Cotta gaudere mihi videtur gravitate linguae sonoque vocis agresti et illud, quod loquitur, priscum visum iri putat, si plane fuerit rusticanum. Me autem tuus sonus et subtilitas ista delectat; omitto verborum, quanquam est caput; verum id affert ratio docent literae confirmat consuetudo et legendi et

non videri latine dici iure decrevit Henr. *conseramus* Sch. de coni., eumque sequitur Muell. Vide explicationes. — *perturbatum*] *turbatum* Lg. 6. — *etiam*] om. Vict.

41. *exanimata*] id est ἐκπνευσθέντα, idque προενεχθέντα, *pronuntiata.* Sic aut *examinata*, quae in codd. multis non dignoscas, libri et edd. omnes; *examinata* quidem Lg. 3. 5. 6 corr. 14. 16. 20. 21. 32. 35. 69. 70. 73. 81. Gu. 2. Havn. 1. 2. ψ. Crat. *ex aminata* Lg. 67. *exiliter animata* de Ern. coni. Sch. Muell. *exilia et quasi exanimata* coniecit Schneiderus. — *quasi anhelata*] *quasi* om. Lg. 93. Steph. Ald. — *non dum*] sic Lg. 67. 69. 70. — *quin*] *qui* Lg. 3. 5. 6. 14. 17. 21. 24 corr. 32. 35. 65. 67. 69. 76. 81. 84. 93. Vict. — *aut muliebris*] sic codd. Lg. et Vict. Gu. 1. 2. praeter illorum 76., in quo est *et*. *Ut*, quod vulgo legitur, a Stephano et Aldo esse videtur, sed sententia absurdum est; vide explicationes.

42. *gaudere mihi videtur*] *g. m. videatur* Lg. 15. 16. 24 corr. 70. 73. — *tuus sonus*] *sonus* om. Lg. 21. — *subtilitas*] sic vulgatum *suavitas* correxi secundum Lg. omnes, Vict. Gu. 1.

loquendi; sed hanc dico suavitatem, quae exit ex ore, quae quidem, ut apud Graecos Atticorum, sic in Latino sermone huius est urbis maxime propria. **43.** Athenis iam diu doctrina ipsorum Atheniensium interiit; domicilium tantum in illa urbe remanet studiorum, quibus vacant cives peregrini fruuntur capti quodam modo nomine urbis et auctoritate; tamen eruditissimos homines Asiaticos quivis Atheniensis indoctus non verbis, sed sono vocis, nec tam bene quam suaviter loquendo facile superabit. Nostri minus student literis quam Latini. Tamen ex istis, quos nostis, urbanis, in quibus minimum est literarum, nemo est, quin literatissimum togatorum omnium Q. Valerium Soranum lenitate vocis atque ipso oris pressu et sono facile vincat.

XII. **44.** Qua re cum sit quaedam certa vox Ro-

2. — *ut a*] *muta* Lg. 3. 5. 6. 14. 21. 23. 24 corr. 32. 67. 76. *multa* 76 corr. om. 84. Vict.

43. *quodam modo*] sic divisim Lg. 3. 32. 70. 84. 86. Vict. Gu. 2. — *eruditissimos*] *doctissimos* Lg. 3. — *Latini*] *Latine* aliquod codd., in quibus est Lg. 14 corr. *Graeci*. — *nostis*] *noscis* Lg. 24. — *lenitate*] *levitate* Lg. 3. 5. 16. 20. 21. 24 corr. 32. 65. 70. 73. 76. 81 corr. 84. 86. Vict. — *ipso*] om. Lg. 3. *in ipso* 16. *et sono* om. 65.

XII. 44. *quaedam certa*] inv. Lg. 6. 15. 76. — *Romani*] *formari* Gu. 1. idemque mox *despicere* pro *displicere*.

45. *didicerunt*] *didicerint* Vict. — *Naevium*] *Ennium* Lg. 14. 23. ex scripturis *nevium* et *nenium* corruptum, quarum illa est in Vict. Lg. 24. 32. 35. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. 93., haec in Gu. 2. Ita *Ennium* pro *Naevio* libri Lg. 20. Ottob. habent in Bruto 18, 73. — *imitationis*] *limitationis* Lg. 24 v. u. t. *mutationis* 65. 73. — *locutum*] *loquutum* Lg. 17. 21. 67. 69. 70. 73. 81. Statim *esse* om. 3. 6. 15. 65. 67. 70. — *hiulce*] *humiliter* Lg. 6. — *aequabiliter*] *aequaliter* Lg. 5. 21. 69. 93. — *leniter*] *leviter* Lg. 5. 15. 16. 20. 21. 65. 70. 73. 81 corr. 86. *lenite* 32.

46. *non nunquam*] divisim mei codd. omnes. — *ut I literam tollas et E plenissimum dicas*] interpretes plerique hunc locum ne attingerent, caverunt. Harlesius neutram sententiae

mani generis urbisque propria, in qua nihil offendi nihil displicere nihil animadverti possit nihil sonare aut olere peregrinum: hanc sequamur, neque solum rusticam asperitatem, sed etiam peregrinam insolentiam fugere discamus. 45. Equidem cum audio socrum meam Laeliam (facilius enim mulieres incorruptam antiquitatem conservant, quod multorum sermonis expertes ea tenent semper, quae prima didicerunt), sed eam sic audio, ut Plautum mihi aut Naevium videar audire; sono ipso vocis ita recto et simplici est, ut nihil ostentationis aut imitationis afferre videatur; ex quo sic locutum esse eius patrem iudico, sic maiores: non aspere, ut ille, quem dixi, non vaste non rustice non hiulce sed presse et aequabiliter et leniter. 46. Quare Cotta noster, cuius tu illa lata, Sulpici, non nunquam imitaris, ut *Iota* literam tollas et *E* plenissimum dicas,

partem recte explicuit: nam ut *literam tollere* significare non potest *pronuntiando omittere*, ita veri dissimillimum est ab ullo dictum *filum* pro *filio* aut *partum* pro *partium;* neque *e plenissimum dicere* idem esse potest, quod pronuntiare *ae* pro *e*. Non rectius constat Henrichseni ratio rusticam significari pronuntiationem *e* pro *i* subrogantium, velut *vea leber Menerva speca* a nonnullis prolata Varro R. R. I. 48, 2. et Quintilianus I. 4, 17. testes sunt. Nam *e plenissimum* non videtur nisi de producta litera dici posse, quod in *Minervam* certe et *viam* non cadit. Codd. Lg. praeter 17. 32. item Vict. *E* omittunt, sed id et sententiae adversatur et facile *E* excidere potuit propter sequens *et; plenissime* Lg. 17. *plenissimam* 20. om. 84 v. u. t. Non potest *sublatum substituto E plenissimo iota* intelligi, nisi ex natura duorum iota, tenuis alterius et acute sonantis, ut a nobis pronuntiatur, quale audiebatur in genitivis declinationis secundae, alterius lati et ex leviter admisto *e* orti, quale in nominativis *pueri illi*, dativis *furi mendaci* efferebatur: v. grammaticorum testimonia apud Schneiderum Gr. Lat. vol. I. 1. p. 63. cf. Lucil. ap. Quintil. I. 7, 15. Hanc pronuntiandi rationem ubique sequentes et latius etiam, quam oportebat, ut verus literae iota sonus plane tolleretur, pronuntiantes in rusticitatis vitium incurrebat Cotta et Sulpicius. Igitur *Ut e plenissimum dicas* interpretor *ita ut pro i*

non mihi oratores antiquos, sed messores videtur imitari. Hic cum arrisisset ipse Sulpicius, Sic agam vobiscum, inquit Crassus, ut, quoniam me loqui voluistis, aliquid de vestris vitiis audiatis. Utinam quidem! inquit ille; id enim ipsum volumus: idque si feceris, multa, ut arbitror, hic hodie vitia ponemus. 47. At enim non sine meo periculo, Crassus inquit, possum, Sulpici, te reprehendere, quoniam Antonius mihi te simillimum dixit sibi videri. Tu vero, inquit ille, quoniam monuit idem, ut ea, quae in quoque maxima essent, imitaremur; ex quo vereor, ne nihil sim tui nisi supplosionem pedis imitatus et pauca quaedam verba et aliquem, si forte, motum. Ergo ista, inquit Crassus, quae habes a me, non reprehendo, ne me ipsum irrideam (sunt autem mea multo et plura et maiora, quam dicis); quae autem sunt aut tua plane aut imitatione ex aliquo expressa, de iis te, si qui me forte locus admonuerit, commonebo.

XIII. 48. Praetereamus igitur praecepta Latine loquendi, quae puerilis doctrina tradit et subtilior cognitio ac ratio literarum alit aut consuetudo sermonis quotidiani ac domestici, libri confirmant et lectio veterum oratorum

dicas e plenissimum. — *videtur*] *videris* Lg. 16. 73. 93. Gu. 2. Ald. Man. Lamb. ita corr. Lg. 24. — *quoniam*] Lg. 24 v. u. t. 86. — *volumus*] *voluimus* Lg. 15.

47. *tu vero, inquit ille, quoniam monuit*] sic codicis unius ope emendavit Lamb., quem sequuntur Muell. Or. Henr.; ex ingenio factam correctionem puto. Codd. omnes et edd. pleraeque *tum ille: tum quod monuit.* Paulo melius Manutius *tum ille: tum, cum monuit.* Schuetzius: *tum ille; tu vero; quod monuit.* — *de iis te*] *de his te* Lg. 32. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. Gu. 1. 2., quod cum fortiore sono commendetur, reciperem, si plus hic fontium antiquorum suppeteret. — *admonuerit, commonebo*] quidam codd. *monuerit;* dein *admonebo* Lg. 20 corr. 21.

XIII. 48. *igitur*] *ergo* Lg. 20. — *aut consuetudo*] *ac cons.* Lg. 21. — *quotidiani*] *cotidiani* s. *cottidiani*, quod

et poëtarum. Neque vero in illo altero diutius commoremur, ut disputemus quibus rebus assequi possimus, ut ea, quae dicamus, intellegantur: 49. Latine scilicet dicendo, verbis usitatis ac proprie demonstrantibus ea, quae significari ac declarari volemus, sine ambiguo verbo aut sermone non nimis longa continuatione verborum non valde productis iis, quae similitudinis causa ex aliis rebus transferuntur, non discerptis sententiis non praeposteris temporibus non confusis personis non perturbato ordine. Quid multa? Tam facilis est tota res, ut mihi permirum saepe videatur, cum difficilius intellegatur quid patronus velit dicere, quam si ipse ille, qui patronum adhibet, de re sua diceret. 50. Isti enim, qui ad nos causas deferunt, ita nos plerumque ipsi docent, ut non desideres planius dici. Easdem res autem simul ac Fufius aut vester aequalis Pomponius agere coepit, non aeque quid dicant, nisi admodum attendi, intellego; ita confusa est oratio, ita perturbata, nihil ut sit primum, nihil ut secundum, tantaque insolentia ac turba verborum, ut oratio, quae lumen adhibere rebus debet, ea obscuritatem et tenebras afferat atque ut quodam modo ipsi sibi in dicendo

praeferrem, si testes idoneos haberet, Lg. 6. 65. 81. — *assequi possimus*] *ass. possumus* Lg. 6. 17. 70. — *intellegantur*] sic Lg. 20. 32.

49. *demonstrantibus*] *significantibus* Lg. 76. — *volemus*] *volumus* Lg. 76. — *iis, quae*] *his, quae* Lg. 24. 32. 65. 67. 69. 70. 73. 76. Gu. 1. 2., fortasse rectius: v. explicationes ad II. 15, 64. — *intellegatur*] sic Lg. 20. 32. — *ipse ille*] inv. Lg. 17. 65. iunctim 84. Vict.

50. *simul ac*] sic divisim Lg. 65. 70. 73. 84. 86. 93. Lamb. — *Fufius*] sic Lg. 5 corr. *Fuffius*, 14. 65. 70. 73. 86. Lamb. ita corr. 24. *Fusius* edd. vett. pleraeque, Ern. al. V. explicatt. ad II. 21, 91. — *aut vester*] *ut vester* Lg. 6. 17. 65. *aut* om. 15. *ac* 24. *noster* 24. 81. — *intellego*] sic Lg. 5. 20. — *quodam modo*] sic divisim Lg. 32. 70. 84.

obstrepere videantur. 51. Verum, si placet, quoniam haec satis spero vobis quidem certe maioribus molesta et putida videri, ad reliqua aliquanto odiosiora pergamus.

XIV. Atqui vides, inquit Antonius, quam alias res agamus, quam te inviti audiamus, qui adduci possimus (de me enim conicio), relictis ut omnibus rebus te sectemur, † te audiamus; ita de horridis rebus nitida de ieiunis plena de pervulgatis nova quaedam est oratio tua. 52. Faciles enim, inquit, Antoni, partes eae fuerunt duae, quas modo percucurri vel potius paene praeterii, Latine loquendi planeque dicendi; reliquae sunt magnae implicatae variae graves, quibus omnis admiratio ingenii,

51. *haec*] *haec equidem* Lg. 14. 93 v. u. t. eique post *quidem* om. — *maioribus*] addunt *natu* quaedam edd., ut Man.

XIV. *quam alias res*] sic codd. scripturam *cum alias res* correxerunt Manutius et Lambinus; accidit nunc codd. Lg. 16. 32. Gu. 1. 2. Vict. testimonium. — *quam te inviti audiamus, qui adduci possimus*] *possimus* restituit Henr. ex edd. antiquiss. et accedunt Lg. 70. 81. 93. Sed quod idem ait verbum *audiamus* ab Aldo insertum esse, ut codicum corruptelis mederetur, idque ex codd. quamvis corruptissimorum vestigiis patere, assentiri non possum. Quippe *quam te in vitia qui adduci poss.* Havn. 1. 2. plerique codd. Grut. Oxx. omnes, nisi quod *abduci α. ψ.*, ut Lg. 15 et 93 corr.; *quanta in vitia qui add. poss.* Pal. 8. Lg. 6. *quam te inviti qui adducti poss.* Erl. *cum te in vitia* deinde ut Havn. 1. Gu. 1. 2. Sed *cum te inviti audiamus* distincte scriptum in Lg. 14. 23. 67. 76. Rell. codd. *quam te inviti,* omisso *audiamus.* Nec Henrichseni igitur nec Madvigii suspiciones probare possum, quorum ille *quam a te inviti adduci possimus,* hic *qui a te non inviti adduci possimus* coniecit. Probabilius enim videtur illud, quod post *sectemur* legitur, *te audiamus* delere, quod interpretandi gratia verbo *sectandi* ascriptum fuisse videtur. — *conicio*] scripsi ex Lg. 5. 20., cum quibus *conitio* re conspirat, quod legitur in Vict. Lg. 16. 65. 69. 70. 73. 81. 84. — *omnibus rebus*] sic invertendus verborum ordo fuit ex Lg. omnibus et Gu. 2.

52. *faciles*] *facilis* vitiose Lg. XIV. — *eae fuerunt*] *hae f.* Lg. 21. 23. 67. 69. — *percucurri*] *percurri* Lg. 16. 20. 23. 65. 69.

omnis laus eloquentiae continetur. Nemo enim unquam est oratorem, quod Latine loqueretur, admiratus, si est aliter, irrident neque enim eum oratorem tantummodo, sed hominem non putant. Nemo extulit eum verbis, qui ita dixisset, ut qui adessent intelligerent quid diceret, sed contempsit eum, qui minus id facere potuisset. 53. In quo igitur homines exhorrescunt? quem stupefacti dicentem intuentur? in quo exclamant? quem deum, ut ita dicam, inter homines putant? Qui distincte qui explicate qui abundanter qui illuminate et rebus et verbis dicunt et in ipsa oratione quasi quendam numerum versumque conficiunt; † id est, quod dico ornate; qui idem ita

73. 76. Lamb. — *omnis laus*] *omnisque laus* Lg. 20. — *nemo enim unquam est*] *est* post *nemo* ponitur in Lg. 84. — *si est*] *sed si est* Lg. 15. — *quid diceret*] *quod dic.* Lg. 14. 23. 67. 69.

53. *id est, quod dico ornate*] codd. plerorumque et edd. scripturam Sch. Muell. de coniectura ita mutarunt, ut corrigerent *id est, qui dicunt ornate.* Matthiae in Seebodii Misc. Cr. I. p. 682. illa verba interpolatoris manum referre putat. „Crassus ad ea, quae ipse interrogavit, respondens non nude ponit *qui ornate et apte dicit,* sed has oratorias virtutes primum aliis verbis circumloquitur, deinde ipsas addit.“ *Henr.* Ait idem sequentia *qui idem — ii sunt* definitionis formam induere, cum exspectetur responsum; praestare igitur cum Schuetzio et Muellero legere *et sunt,* quo facto duae sententiae satis apte colligentur: *qui distincte —, qui idem.* Ingeniose, sed non vere. Tota res ab illis pendet, quae §. 54. pronuntiantur, quod Antonius negavisset se vidisse et qui ornate et qui apte dicerent. In tali sententia paribus membris opus est. Qua de re corrigendum censeo *ii sunt, qui dicunt ornate,* et distinctione maxima ante *qui idem* sublata duae sententiae in unam coniungendae. Posterius fecimus, prius indicare satis duximus in hac codd. conditione. Ceterum pro *id est* Lg. 24. 65. 76. *idem*, deinde *quidem* pro *qui idem* 81. Vict. *qui quidem* 3. 6. 15. 16. 17. 20. 21. 24 corr. 32. 35 corr. *qui rem.* 65. 70. 73. 86. *quidam* 84 corr. ut 3. *qui id quidem* 93. *qui hoc idem* Lamb. *iidem* pro *idem* suadebat Ern., non necessaria correctione, cum referri apte possit ad aliquod *dicere,* s. *dictionem,* quod sumendum ex praecedente *dicunt.* — *ut per-*

moderantur, ut rerum ut personarum dignitates ferunt, ii sunt in eo genere laudandi laudis, quod ego aptum et congruens nomino. 54. Qui ita dicerent, eos negavit adhuc se vidisse Antonius et iis hoc nomen dixit eloquentiae solis esse tribuendum. Quare omnes istos me auctore deridete atque contemnite, qui se horum, qui nunc ita appellantur, rhetorum praeceptis omnem oratorum vim complexos esse arbitrantur neque adhuc quam personam teneant aut quid profiteantur intelligere potuerunt. Vero enim oratori quae sunt in hominum vita, quando quidem in ea versatur orator atque ea est ei subiecta materies, omnia quaesita audita lecta disputata tractata, agitata esse debent. 55. Est enim eloquentia una quaedam de summis virtutibus: quanquam sunt omnes virtutes aequales et pares, sed tamen est species alia magis alia formosa et illustris, sicut haec vis, quae scientiam com-

sonarum] fortasse scribendum *et personarum* ex Lg. 32. 76. 84. — *ii sunt*] *hi sunt* Lg. 23. 24. 32. 35. 67. 69. 73. 76. 81. 84. 86. Vict. Gu. 2. fortasse verius. — *laudandi laudis*] alterum Ern. delendum censuit, *laudis* delerunt Sch. et Muell. Rectius tolli *laudandi* dicit Henr., quod vocabulum a librariis rariorem locutionem *in aliquo genere laudis esse* non intelligentibus additum videatur. Cui suspicioni favent Lg. 15. 16. 17. 70. 73. 86. a quibus abest *laudandi;* expunctum est in Lg. 24., contra *laudis* in 35. Sed defendi potest, dum memineris *laudem* esse ἀρετήν, virtutem, praestantiam. — *nomino*] sic Lg. 14. 16. 20. 23. 67. 69. 73. 76. 93. Lamb. *nomine* Gu. 2. *nominem* cett. codd. mei et edd. ante Lamb.

54. *et iis*] *et his* Vict. Gu. 1. 2. Lg. 5. 20. 21. 23. 24. 32. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 84. 86. *hic* 6. — *deridete*] *dein ridete* Lg. 3. 5. 32. 35. 81. *de in rid.* 17. — *oratorum vim*] *oratoriam vim* Lg. 76. — *vero enim*] *verum enim* codd. plerique vitiose, quod nuper criticus vitio creatus nullo nec argumento nec exemplo, sed ita defendit: „quid ni, inquit, Latini *verum enim* dixerint, cum dixerint *at enim?*“ Quasi tu dicas Latinos *urbem* generis feminini esse voluisse, quidni etiam *oppidum? verum enim vero*

plexa rerum sensa mentis et consilia sic verbis explicat, ut eos, qui audiant quocunque incubuerit possit impellere: quae quo maior est vis, hoc est magis probitate iungenda summaque prudentia; quarum virtutum expertibus si dicendi copiam tradiderimus, non eos quidem oratores effecerimus, sed furentibus quaedam arma dederimus.

XV. 56. Hanc, inquam, cogitandi pronuntiandique rationem vimque dicendi veteres Graeci sapientiam nominabant. Hinc illi Lycurgi hinc Pittaci hinc Solones atque ab hac similitudine Coruncanii nostri Fabricii Catones Scipiones fuerunt, non tam fortasse docti, sed impetu mentis simili et voluntate. Eadem autem alii prudentia, sed consilio ad vitae studia dispari quietem atque otium secuti, ut Pythagoras Democritus Anaxagoras, a regendis civitatibus totos se ad cognitionem rerum transtulerunt; quae vita propter tranquillitatem et

soli habent Gu. 1., quem C. vocat Henr., et 2. Sed scribendum *vero enim ἑτεόν γε, ἀληθῶς γάρ*, ut Lambinus dedit, secundum Lg. 14. 23. 32. 67. 69. 70., idque solum aptum est ad priora de persona oratoris dicta confirmanda. *enim vero* 6. — *quando quidem*] sic divisim Lg. 23. 24. 67. 69. 70. 76. 81. 84. 86. — *audita lecta*] inv. Lg. 81 corr. *agitata* om. Gu. 1.

55. *una quaedam*] *quaedam* om. Lg. 6. 84. — *et pares*] *ac pares* Lg. 15. 24. 86. — *alia magis alia*] *alia alia magis* Lg. 20. *al. magis quam al.* 15. 24 corr. 86. *alia* alterum om. Gu. 1. — *qui audiant*] contra codd. *audiunt* Iunt. Grut. Sch. Henr. Non opus ut sint *οἱ ἀκούοντες*, possunt etiam esse *οἱ ἀεὶ ἀκούοντες*. Etiam *qui audient* esset quomodo defenderetur. Igitur libri sequendi fuerunt: v. explicationes ad II. 43, 182.

XV. 56. *inquam*] *quam* Lg. praeter 15. 16. 70. 73. 86. 93., item Vict. Gu. 1. 2. Illorum 16. om. *inquam*, 15. 70. 73. 86. *que:* ut *inquam* videatur esse Angeli Politiani correctio, si quidem ad curandam editionem Romanam cod. 93. eius auctoritate scriptus est, qui illius scripturae unus fons ostenditur. Ferri posset codicum lectio, si adderetur *nos*. — *Coruncanii*] *Coruncani* Lg. 6. 17. 20. 23. 65. 76. 93. Vict. — *non tam*] *non tamen* Lg. 3. 5. 17.

propter ipsius scientiae suavitatem, qua nihil est hominibus iucundius, pluris, quam utile fuit rebus publicis, delectavit. 57. Itaque ut ei studio se excellentissimis ingeniis homines dediderunt, ex ea summa facultate vacui ac liberi temporis multo plura, quam erat necesse, doctissimi homines otio nimio et ingeniis uberrimis affluentes curanda sibi esse ac quaerenda et investiganda duxerunt. Nam vetus quidem illa doctrina eadem videtur et recte faciendi et bene dicendi magistra; neque disiuncti doctores, sed iidem erant vivendi praeceptores atque dicendi: ut ille apud Homerum Phoenix, qui se a Peleo patre Achilli iuveni comitem esse datum dicit ad bellum, ut efficeret *oratorem verborum actoremque rerum.* 58. Sed ut homines labore assiduo et quotidiano assueti, cum tempestatis causa opere prohibentur, ad pilam se aut ad talos aut ad tesseras conferunt aut etiam novum sibi ipsi aliquem excogitant in otio ludum: sic

21. 24 corr. 32. 35. 65. 76. 81. 84. Vict. — *hominibus*] *homini* Lg. 67. — *iucundius — publicis*] ex om. Gu. 1. — *pluris*] scripsi ex Vict. Gu. 2. Lg. praeter 6. 84.

57. *dediderunt*] *tradiderunt* Lg. 15. *dederunt* 81 v. u. t. — *investiganda*] *vestiganda* Lg. 6. — *disiuncti*] *diiuncti* Lg. XIV., in quibus sunt 65. 67. 73. Gu. 1. *adiuncti* Gu. 2. om. Lg. 6. Illa scriptura minime infirmis saepe subsidiis nititur. Leguntur enim *diiungere* et *diiunctus* nulla discrepante scriptura Cic. Caecin. 32, 92. Manil. 4, 9. Phil. II. 8, 18. 9, 23. 13, 32. Divers. I. 9, 1. IX. 23. (Or. ex Med.). Att. XIII. 11, 1. XVI. 3, 4., et potius est ad fidem altero Phil. II. 10, 23. ubi vide Orellium, Divers. I. 7, 1. N. D. I. 15, 41., ubi Man. Lamb. *disi.* II. 36, 77; pari fide utrumque iudicandum de Or. III. 16, 61. Sic edidit ex Balliol. et B. 2. Orellius Fat. 4, 8. habetque cod. Farnesianus dialogi de oratoribus 18. Cautiores tamen Garatonum ad Cic. Sull. 21, 62. consulent. — *ut efficeret*] *illum* vulgo additum delevi secundum Lg. XV. melioresque praeter 65., quo facto rotundior et pressior fit sententiae conformatio. — *actoremque*] *auctoremque* Lg. 81 v. u. t. Man. Non congruit cum Homerico vocabulo πρηκτήρ.

illi a negotiis publicis tanquam ab opere aut temporibus exclusi aut voluntate sua feriati totos se alii ad poëtas, alii ad geometras, alii ad musicos contulerunt, alii etiam, ut dialectici, novum sibi ipsi studium ludumque pepererunt atque in iis artibus, quae repertae sunt, ut puerorum mentes ad humanitatem fingerentur atque virtutem, omne tempus atque aetates suas consumpserunt.

XVI. 59. Sed quod erant quidam iique multi, qui aut in re publica propter ancipitem, quae non potest esse seiuncta, faciendi dicendique sapientiam florerent, ut Themistocles ut Pericles ut Theramenes, aut qui minus ipsi in re publica versarentur, sed ut huius tamen eiusdem sapientiae doctores essent, ut Gorgias Thrasymachus Isocrates: inventi sunt, qui, cum ipsi doctrina et ingeniis abundarent, a re autem civili et a negotiis animi quodam iudicio abhorrerent, hanc dicendi exercitationem exagitarent atque contemnerent. 60. Quorum princeps Socrates

58. *tempestatis causa*] *tempestate* Gu. 2. Vict. Lg. 3. 5. 6. 17. 24. 32. 35. 65. 84., verum eidem videntur *causa* retinere, quo eiecto sententia melius sane constaret, quam servata scriptura tralaticia. Ut res est, nihil mutandum puto. — *ad tesseras*] *ad* om. Lg. 6. 32., quod probari non potest, nisi etiam iuxta *talos* positum *ad* tollatur. — *geometras*] *geometros* Lg. 81 corr. Gu. 1. — *in iis artibus*] *in his art.* Lg. 32. 65. 69. 70. 73. 81. 84. 86. Gu. 1. 2. Vict., fortasse rectius: v. explicationes II. 15, 64. — *repertae*] *reppertae* Lg. 20.

XVI. 59. *iique*] *hique* Lg. 14. 21. 23. 24. 32. 65. 67. 69. 76. 81. 84. 86. Vict. Gu. 1. 2. *hi* 16. 70. 73., quod probarem, nisi lacunosi codd. prohiberent. — *sed ut huius*] *ut* vulgo omissum addidi ex Lg. omnibus et edd. quibusdam antiquis; longe exquisitiore sententia: *sed ita tamen, ut prudentiae civilis doctores essent, etsi ipsi rebus publicis non praeerant.* — *eiusdem sapientiae*] inv. Lg. 15. 86.

60. *Socrates* [*fuit*], *is qui*] *fuit. Is, qui — princeps, iis, qui haec* codd., nisi quod non nulli *his, is, iis*, et edd. antiq. Man. Pearc. Muell. Or. Henr. *Fuit is, qui — princeps. Is, qui*

[fuit], is, qui omnium eruditorum testimonio totiusque iudicio Graeciae cum prudentia et acumine et venustate et subtilitate, tum vero eloquentia varietate copia, quam se cunque in partem dedisset, omnium fuit facile princeps, iis, qui haec, quae nunc nos quaerimus, tractarent agerent docerent, cum nomine appellarentur uno, quod omnis rerum optimarum cognitio atque in iis exercitatio *philosophia* nominaretur, hoc commune nomen eripuit sapienterque sentiendi et ornate dicendi scientiam re cohaerentes disputationibus suis separavit; cuius ingenium variosque sermones immortalitati scriptis suis Plato tradidit, cum ipse literam Socrates nullam reliquisset. 61. Hinc discidium illud exstitit quasi linguae atque cordis absurdum sane et inutile et reprehendendum, ut alii nos sapere, alii dicere docerent. Nam cum essent plures orti fere a Socrate, quod ex illius variis et diversis et in omnem partem diffusis disputationibus alius aliud apprehenderat: proseminatae sunt quasi familiae

haec vulgo post Aldum; *fuit is, qui — princeps. Hic iis, qui haec* Lamb. quem etiam Ern. et Sch. sequuntur, modo quod *is* scripserunt pro *hic*. Sed me conturbat illud, quod legitur *fuit facile princeps*, quod aut *esset* aut *fuisset* dicendum erat. Unclnis igitur inclusi prius illud *fuit*, quod legitur post Socratis nomen, et sententiam aliter distinguendo decurrentem uno tenore constitui: *Quorum princeps Socrates, is, qui — fuit facile princeps — eripuit. — nunc nos quaerimus*] vulgatum *nos nunc* inverti secundum Lg. 3. 5. 14. 16. 17. 20. 21. 23. 32. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 84. Gu. 2. Animadvertas opposita *iis, qui tractarent — quae nunc nos quaerimus. nunc quae nos* Lg. 15. corr. ut 3. — *cum nomine*] *tum nomine* Lg. XVII., quorum est 32. — *in iis*] *in his* Lg. 23. 24. 32. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 81. 84. 86. Vict. Gu. 2. — *Socrates nullam*] inv. Lg. 6.

61. *discidium*] *dissidium* Lg. 6. 24 corr. 84. 86. Ald. Man. al., quod tamen divisionem et segregationem significare non potest. — *alius*] *aliud* inv. Lg. 84. — *apprehenderat*] *adprehenderat* Lg. 84. *adprehenderet* 70. 73. — *disiunctae*] *diiunctae*

dissentientes inter se et multum disiunctae et dispares, cum tamen omnes se philosophi Socraticos et dici vellent et esse arbitrarentur.

XVII. 62. Ac primo ab ipso Platone Aristoteles et Xenocrates, quorum alter Peripateticorum, alter Academiae nomen obtinuit; deinde ab Antisthene, qui patientiam et duritiam in Socratico sermone maxime adamarat, Cynici primum, deinde Stoici; tum ab Aristippo, quem illae magis voluptariae disputationes delectarant, Cyrenaica philosophia manavit, quam ille et eius posteri simpliciter defenderunt, hi, qui nunc voluptate omnia metiuntur, dum verecundius id agunt, nec dignitati satisfaciunt, quam non aspernantur, nec voluptatem tuentur, quam amplexari volunt. Fuerunt etiam alia genera philosophorum, qui se omnes fere Socraticos esse dicebant, Eretricorum Herilliorum Megaricorum Pyrrhoneorum; sed ea horum vi et disputationibus sunt iam diu fracta et exstincta. 63. Ex illis autem, quae remanent, ea philo-

Lg. 5. 14. 17. 20 corr. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 81. Vict. Gu. 1. *deiuncte* 16. *adiuncte* Gu. 2. — *et dici*] *et* om. Lg. 81.

XVII. 62. *duritiam*] *duritiem* Lg. 76. — *deinde*] *dein* fortasse scribendum fuit ex Lg. 3. 5. 16. 20. 21. 24. 32. 35. 65. 70. 73. 76., idque aliis etiam locis propter librorum fidem Ciceroni reddendum est, velut Top. 8, 36. — *defenderunt*] sic Lg. 24. 35. 65. 93. ita corr. 81. itaque post Ern. nunc scribitur. Plerique codd., etiam Vict. Gu. 1. 2. et edd. priores *defenderant*. — *hi*] correxi quod legebatur *ii* secutus Lg. 32. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. Gu. 1. 2. Sunt enim *οἱ νῦν ὄντες*, quos praesentes videre et audire licebat. Evanuerant Cyrenaici, manebant Epicurei. — *omnes fere*] hoc positu Lg. omnes, Vict. Gu. 1. 2. Editiones ante Aldum *fere* ante *se* positum habent sane mendose, revocavitque id vitium Gruterus. — *dicebant*] *dicerent* Ern. de coniectura, superstitiose et inutiliter. — *Eretricorum*] *Eretriacorum* Lambinus; codd. partim mendose, sed ut vulgata scriptura fons erroris agnoscatur. — *iam diu*] sic divisim Lg. 23. 24. 65. 67. 69. 70. 73. 84. 93.

sophia, quae suscepit patrocinium voluptatis, etsi cui vera videatur, procul abest tamen ab eo viro, quem quaerimus et quem auctorem publici consilii et regendae civitatis ducem et sententiae atque eloquentiae principem in senatu in populo in causis publicis esse volumus. Nec ulla tamen ei philosophiae fiet iniuria a nobis. Non enim repelletur inde, quo aggredi cupiet, sed in hortulis quiescet suis, ubi vult, ubi etiam recubans molliter et delicate nos avocat a rostris a iudiciis a curia; fortasse sapienter, hac praesertim re publica. 64. Verum ego non quaero nunc quae sit philosophia verissima, sed quae oratori coniuncta maxime. Quare istos sine ulla contumelia dimittamus; sunt enim et boni viri et, quoniam sibi ita videntur, beati; tantumque eos admoneamus, ut illud, etiam si est verissimum, tacitum tamen, tanquam mysterium, teneant, quod negant versari in re publica esse sapientis. Nam si hoc nobis atque optimo cuique

63. *suscepit*] *suscipit* Lg. 69. *susceperit* 70. *recepit* 21. 76. — *videatur*] *videtur* Lg. 3. 5. 6. 14. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 32. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 86. non apte. — *abest tamen*] inv. Lg. 81. — *quem quaerimus*] *quem dicimus* Lg. 76 v. u. t. — *regendae*] *gerende* Lg. 3. — *ulla tamen*] inv. Lg. 81. — *quo aggredi cupiet*] Augustum Matthiae, qui in Seebodi Miscell. Cr. I. p. 682. legendum suspicatur *quo aggredi non cupiet*, bene refutavit Muellerus ad Cic. p. Sext. 7, 16. — *hortulis*] *ortulis* Lg. XI. ἰταλιζῶς. — *hac praesertim re publica*] Insigne interpolationis exemplum hic praebent mei codd. (etiam Vict. Gu. 1. 2.) omnes, quorum unus certe ex optimis est Lg. 32., sed is correctionum non immunis. Scriptum enim in eis *ac praesertim a re publica;* ita orta corruptela, ut cum sueto maxima Italorum errore *hac* abisset in *ac*, parilitatis ceterorum membrorum causa insereretur *a*. In Lg. 35. 93 (corr. ut 3.) praeterea *etiam* legitur pro *praesertim*.

64. *contumelia*] *controversia* Lg. 35. — *et boni*] *et* om. Lg. 21. 76. — *quoniam*] *quando* Lg. 15. 24 corr. 86. — *tacitum tamen*] *tamen* om. Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 21. 23. 24. 67. 69.

persuaserint, non poterunt ipsi esse, id quod maxime cupiunt, otiosi.

XVIII. 65. Stoicos autem, quos minime improbo, dimitto tamen nec eos iratos vereor, quoniam omnino irasci nesciunt, atque hanc iis habeo gratiam, quod soli ex omnibus eloquentiam virtutem ac sapientiam esse dixerunt. Sed † utcunque est, est in his quod ab hoc, quem instruimus, oratore valde abhorreat: vel quod omnes, qui sapientes non sint, servos latrones hostes insanos esse dicunt neque tamen quemquam esse sapientem. Valde autem est absurdum ei contionem aut senatum aut ullum coetum hominum committere, cui nemo illorum, qui assint, sanus nemo civis nemo liber esse videatur. 66. Accedit, quod orationis etiam genus habent fortasse subtile et certe acutum, sed ut in oratore exile inusitatum abhorrens ab auribus vulgi obscurum inane ieiunum [ac tamen eius modi, quo uti ad vulgus nullo

70. 73. 76. 86. Vict. quo facto etsi arctior fit et fortasse elegantior verborum compages *tacitum tanquam mysterium, ἀπ'ῥήτον ὡς μυστήριον*, tamen cum non addicat, qui hic optimorum solus opem fert, Lg. 32., recipere non audeo. — *optimo*] *optumo* Vict. — *persuaserint — poterunt*] *persuaserunt* Lg. 14. 20. 23. 67. 69. *persuaserant* 81 corr. *potuerunt* 20. 69. 70. 76. 81.

XVIII. 65. *nesciunt*] *nequeunt* Lg. 84 corr. — *iis habeo*] *ab his habeo* Gu. 1. 2. Lg. aliquot. — *utcunque*] hic plura affecta videntur, de quibus in explicationibus dicam. — *hoc, quem — omnes qui*] haec om. Lg. 23. — *non sint*] *non sunt* Lg. 20. 81. — *contionem*] sic Lg. 23. 35. 65. 69. 70. 73. 76. 86. 93. Gu. 1. *conctionem* 67. — *assint*] sic, non *adsint*, Lg. 15. 20. 32. *assunt* Gu. 1.

66. *accedit*] *accidit* Lg. 24 corr. — *ut in oratore*] *ut* om. Lg. 6. 20. — *ac tamen*] Vulgata scriptura *attamen* sic mutata est a Muell. Or. Henr. de Goerenzii suspicione (ad II. Fin. 18, 57.), firmantque eam Havn. 1. δ. Gu. 2. Lg. 17. 84., si confirmari dici aliquid potest, quod semper unum alterumve testem habet. Nec *attamen*, neque *ac tamen*, neque Olshauseni coniectura *aut*

modo possit]. Alia enim et bona et mala videntur Stoicis et ceteris civibus vel potius gentibus; alia vis honoris ignominiae praemii supplicii; vere an secus, nihil ad hoc tempus; sed ea si sequamur, nullam unquam rem dicendo expedire possimus. 67. Reliqui sunt Peripatetici et Academici; quanquam Academicorum nomen est unum, sententiae duae. Nam Speusippus Platonis sororis filius et Xenocrates, qui Platonem audierat, et qui Xenocratem, Polemo et Crantor, nihil ab Aristotele, qui una audierat Platonem, magno opere dissensit; copia fortasse et varietate dicendi pares non fuerunt. Arcesilas primum, qui Polemonem audierat, ex variis Platonis libris sermonibusque Socraticis hoc maxime arripuit nihil esse certi, quod aut sensibus aut animo percipi possit; quem ferunt eximio quodam usum lepore dicendi aspernatum esse omne animi sensusque iudicium primumque instituisse (quanquam id fuit Socraticum maxime) non quid ipse sentiret ostendere, sed contra id, quod quisque se sentire dixisset, disputare. 68. Hinc haec recentior Aca-

tamen, nec Ernesti coniectura Henrichseno *ac totum* placent, omnia enim haec non efficiunt, ut oratio ταυτολογίας vitio careat. Nam quod ab auribus vulgi abhorret, eo ad vulgus uti non possis. Mihi illa ab *ac tamen* s. *attamen* ad finem usque sententiae eius inventum videntur, qui explicaturus erat quid sit ab auribus vulgi abhorrere: uncinis igitur inclusi. — *eius modi*] *huius modi* Lg. 21. — *possit*] *possint* Lg. 93. Lamb. *possis* Man. — *nullam unquam rem*] om. Gu. 1. — *dicendo*] om. Lg. 69. — *possimus*] *possum* Lg. 6. 24 corr. 69. *possumus* Gu. 2.

67. *Speusippus*] *Chrysippis* s. *Chris.* et *Cris.* nomen, a semidocto sine dubio interprete profectum nomen ignotiorem Chrysippo Speusippum ignorante habent Lg. 3. 5. 6. 17. 21. 32. 35. 65. 76. 81. 84. 93 v. u. t. Gu. 2. *Crispus* Gu. 1. Quin *Leucippus* 16. 70. 73 v. u. t. *Leucapius* 15. 86. — *Platonis sororis*] inv. Vict. — *Xenocrates*] *Zenocr.* Lg. 6. 81. *Senocr.* Gu. 1. ἰταλιζῶς, itaque etiam post. — *dissensit*] v. ad II. 7, 26. Non iniuria tamen Lamb. in mg. rep. correxit *dissenserunt*, cum se-

demia manavit, in qua exstitit divina quadam celeritate ingenii dicendique copia Carneades; cuius ego etsi multos auditores cognovi Athenis, tamen auctores certissimos laudare possum et socerum meum Scaevolam, qui eum Romae audivit adolescens, et Q. Metellum L. F. familiarem meum clarissimum virum, qui illum a se adolescente Athenis iam affectum senectute multos dies auditum esse dicebat.

XIX. 69. Haec autem, ut ex Apennino fluminum, sic ex communis sapientiae iugo sunt doctrinarum facta divortia, ut philosophi tanquam in superum mare Ionium defluerent Graecum quoddam et portuosum, oratores autem in inferum hoc Tuscum et barbarum scopulosum atque infestum laberentur, in quo etiam ipse Ulixes errasset. 70. Qua re si hac eloquentia atque hoc oratore contenti sumus, qui sciat aut negare oportere quod arguare aut, si id non possis, tum ostendere quod is fecerit, qui insimuletur, aut recte factum aut alterius culpa aut iniuria aut ex lege aut non contra legem aut im-

quatur *pares non fuerunt.* — *disputare*] *putare* Lg. 3. 5. 6. 16. 17. 20. 21. 32. 65. 70. 73. 81. Vict. Gu. 2., fortasse recte, dum constaret dici *putare contra aliquid.* Verbi enim sensus recte constat, suam qualemcunque sententiam proferre.

68. *manavit*] vulgatum *emanavit* correxi ex Lg. praeter 35. 81. 93. omnibus, item Gu. 1. 2. Lamb. v. ad I. 42, 189. — *possum*] *possim* Lg. 35. 81. 93.

XIX. 69. *Apennino*] geminatur *p* in Lg. 5. 14. 17. 23. 65. 67. 69. 70. 73. 81. 93. Vict. *Apeninus* 35. 84. De utraque scriptura v. Schneideri Gr. Lat. II. 1. p. 423. — *sapientiae*] *sapientum* Lg. 3. 6. 15. 23. 24. 69. 86. Vict. Ceteri *sapientium.* Vide explicationes. — *divortia*] *divortium* Lg. 73. — *defluerent*] *fluerent* Lg. 21. 76. — *quoddam*] *quiddam* Steph. Vict. Ald. Iunt. — *Ulixes*] rectam scripturam tuentur Lg. praeter 86. nullius dignitatis librum omnes, Vict. Gu. 1. 2.

70. *arguare*] *arguere* Lg. 6. 15 corr. 35 corr. 65. 69. 81. — *possis*] *possit* Lg. 24. 76. Man. — *necessario*] *necessitate* Lg. 67.

prudentia aut necessario aut non eo nomine usurpandum, quo arguatur, aut non ita agi, ut debuerit ac licuerit; et si satis esse putatis ea, quae isti scriptores artis docent, discere, quae multo tamen ornatius, quam ab illis dicuntur, et uberius explicavit Antonius; sed si his contenti estis atque iis etiam, quae dici voluistis a me: ex ingenti quodam oratorem immensoque campo in exiguum sane gyrum compellitis. 71. Sin veterem illum Periclem aut hunc etiam, qui familiarior nobis propter scriptorum multitudinem est, Demosthenem sequi vultis et si illam praeclaram et eximiam speciem oratoris perfecti et pulchritudinem adamastis: aut vobis haec Carneadia aut illa Aristotelia vis comprehendenda est. 72. Namque, ut ante dixi, veteres illi usque ad Socratem omnem omnium rerum, quae ad mores hominum, quae ad vitam, quae ad virtutem, quae ad rem publicam pertinebant, cognitio-

haud deterius. — *non eo*] *in eb* Gu. 1. 2. Lg. X., in quibus est 32. *non* om. 17. *meo* 24 corr. *eo* om. 15. 86. — *ac licuerit*] *aut licuerit* Lg. 5. 6. 15. 16. 70. 73. 86. — *sed si his*] *sed si istis* Lg. 35. 93. *sed si iis* 84. Gu. 1. 2. *his* om. 17. — *atque iis*] *atque his* Lg. 24. 32. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 86. Vict. Gu. 1. 2. non male. — *oratorem*] *oratore* Lg. praeter 14. 16. 70. 93., eo vitio, de quo dictum ad II. 27, 114. — *compellitis*] *compulistis* Lg. 24 corr.

71. *Periclem*] *Periclen* Lg. 81. *hipèridem* 24 corr. — *sequi vultis*] inv. Lg. 76. — *Carneadia*] *Carneadea* Lg. 69. Vict. Gu. 1. V. ad I. 21, 98. — *Aristotelia*] *Aristotelica* Lg. 15. Vict. ita corr. 86. 93. *Aristoteleia* Gu. 1. — *comprehendenda*] *comprendenda* Lg. 15.

72. *Socratem*] sic Lg. 5. 15. 16. 23. 70. 73. 86., ut scripsere Man. Lamb. *Isocraten* 65. Ceteri, etiam Lg. 32. Vict. Gu. 1. 2. *Isocratem.* — *dissociati* — *diserti a doctis* — *philosophi* — *oratores*] Quod molestum dicit Henrichsenus participium *dissociati* grammatice non ad utrosque, sed ad disertos tantum referri posse, eamque causam corrigendi loci viris doctis fuisse, non intelligo; sed illud difficultatis inesse videtur, quod alterum incisum *philosophi eloquentiam despexerunt, oratores sapientiam* minime

nem et scientiam cum dicendi ratione iungebant: postea dissociati, ut exposui, a Socrate diserti a doctis, et deinceps a Socraticis item omnibus; philosophi eloquentiam despexerunt, oratores sapientiam neque quicquam ex alterius parte tetigerunt, nisi quod illi ab his aut ab illis hi mutuarentur, ex quo promisce haurirent, si manere in pristina communione voluissent. 73. Sed ut pontifices veteres propter sacrificiorum multitudinem tris viros epulones esse voluerunt, cum essent ipsi a Numa, ut etiam illud ludorum epulare sacrificium facerent, instituti; sic Socratici a se causarum actores et a communi philosophiae nomine separaverunt, cum veteres dicendi et intellegendi mirificam societatem esse voluissent.

XX. 74. Quae cum ita sint, paululum equidem de me deprecabor et petam a vobis, ut ea, quae dicam, non de memet ipso, sed de oratore dicere putetis. Ego

possit partitionem efficere prioris *diserti a doctis dissociati;* abrupte igitur et dure ea inferuntur. Sanasse locum videor medie distinguendo ante *philosophi*, ut ab hoc vocabulo sententia incipiat ex prioribus consequens, sublata autem media distinctione ante *neque quicquam*, quae sic cum praecedentibus arctius colligantur. Ceterum correxere Lambinus in mg. ed. rep. *dissociatis — disertis;* Pearcius probante Ern. et sequentibus Sch. et Harl. *dissociatis — disertis et doctis; diserti a doctis* temere delevit Muell. — *quicquam*] sic Lg. praeter 5. 6. — *ab his*] *ab iis* Lg. 5. 6. 24. 32. 69. 70. 73. 76. v. ad I. 1, 3. — *promisce*] scripsi ex Lg. 5 corr. 32. 35 corr. 65. 81. 84 corr. Vict. Gu. 1. ducitque eodem *promisco* in Lg. 6. Frequentes correctiones satis ostendunt formam librariis suspectam visam: de qua consuli possunt Gron. ad Gell. praef. p. 2. Drakenb. ad Liv. III. 47. coll. Muelleri praef. ad Varr. L. L. p. XXXVIII. pluribus locis reddendam scriptoribus annotaverat Ruhnk. ad Rutil. p. 19.

73. *tris viros*] scripsi ex Lg. 81. Gu. 2. divisim praeterea Lg. XII. alii. — *et a*] *et* om. Lg. 93 add., ut fecerunt. Steph. Vict. Ald. Iunt. *a* om. Lg. 3. 6. 15. 32. — *intellegendi*] scripsi ex Lg. 32. 70. — *voluissent*] *voluerunt* corr. *voluerint* Lg. 67.

XX. 74. *paululum*] sic Lg. praeter 5. omnes. *paullum*

enim sum is, qui, cum summo studio patris in pueritia doctus essem et in forum ingenii tantum, quantum ipse sentio, non tantum quantum [ipse] forsitan vobis videar, detulissem, non possim dicere me haec, quae nunc complector, perinde ut dicam discenda esse, didicisse; quippe qui omnium maturrime ad publicas causas accesserim annosque natus unum et viginti nobilissimum hominem et eloquentissimum in iudicium vocarim; cui disciplina fuerit forum, magister usus et leges et instituta populi Romani mosque maiorum. 75. Paulum sitiens istarum artium, de quibus loquor, gustavi, quaestor in Asia cum essem, aequalem fere meum ex Academia rhetorem nactus Metrodorum illum, de cuius memoria commemoravit Antonius, et inde decedens Athenis, ubi ego diutius essem moratus, nisi Atheniensibus, quod mysteria non referrent, ad quae biduo serius veneram, succensuissem. Qua re hoc, quod complector tantam scientiam vimque doctrinae, non modo non pro me, sed contra me est potius (non enim quid ego, sed quid ora-

Lamb. — *non tantum, quantum ipse*] *tantum* et *ipse* suspecta Ernesto Or. et Henr. uncinis incluserunt, eiecerunt Sch. Muell. De altero assentiendum est. — *non possim*] *non possum* Lg. 3. 6. 14. 15. 21. 23. 24. 67. 69. 70. 76. 86. 93. — *complector*] *complectar* Vict. — *perinde*] *proinde* Lamb. V. explicationes. — *unum et viginti*] iniuria Ciceronem ex dialogo de causis corruptae eloquentiae emendaturus Lambinus scripsit *underiginti;* v. explicationes. — *vocarim*] *vocavi* Lg. 14. — *populi Romani*] *populi ratio* Lg. 15. cuius scriptor *ro*, compendium vocabuli *Romanus*, et *ro̅*, quod est *ratio*, confudit.

75. *paulum*] *paululum* codd. XIV., *paulum* IX, *paullum* nullus. — *ex Academia*] *et ex Acad.* Lg. 17. — *commemoravit*] *memoravit* Lg. 6. non Ciceronianum illud. — *hos omnis*] scripsi ex Lg. 14. 15. 16. 21. 23. 24. 32. 67. 69. 70. 73. 76. 86.

76. *mutationesque*] *mutationemque* Lg. 15. 24. 76 corr. — *mores leges* — *describat*] *morem* de coniectura Sch. secutique

tor possit disputo) atque hoc omnis, qui artis rhetoricas exponunt, perridiculos. Scribunt enim de litium genere et de principiis et de narrationibus. 76. Illa vis autem eloquentiae tanta est, ut omnium rerum virtutum officiorum omnisque naturae, quae mores hominum, quae animos, quae vitam continet, originem vim mutationesque teneat; eadem mores leges iura describat rem publicam regat omnia, quae ad quamcunque rem pertineant, ornate copioseque dicat. 77. In quo genere nos quidem versamur tantum, quantum possumus, quantum ingenio, quantum mediocri doctrina, quantum usu valemus; neque tamen istis qui in una philosophia quasi tabernaculum vitae suae collocarunt, multum sane in disputatione concedimus.

XXI. 78. Quid enim meus familiaris C. Velleius afferre potest, quam ob rem voluptas sit summum bonum, quod ego non copiosius possim vel tutari, si velim, vel refellere ex illis locis, quos exposuit Antonius, hac dicendi exercitatione, in qua Velleius est rudis, unusquisque nostrum versatus? Quid est, quod aut Sex. Pompeius

Muell. Or. Restituit omnium codd. et vulgatam editionem lectionem Henr. V. explicationes. — *omnia, quae ad quamcunque rem pertineant*] restitui codd. fere omnium et plerarumque ante Gruterum editionum scripturam. Ille correxit *omniaque, ad quamc. r. p.*, cui correctioni favent Lg. 15. 20. 21. 76. 93. Sed longe exquisitior est antiqua lectio, qua duo in una sententia relativa colligantur: vide quae dicta sunt ad I. 12, 51. — *quamque* Lg. 14. Lamb.

77. *ingenio*] *ingenium* Lg. 3. 5. 24 corr. 32. v. ad II. 27, 114. — *valemus*] *valeamus* Lg. 6. 69. — *neque tamen*] *neque enim* Lg. 6 corr. *atque* 24 corr.

XXI. 78. *C. Velleius*] *Gallus Velleius* Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 76. 81. 84. 86. 93. Vict. Gu. 1. 2. om. praenomen 32. — *rudis*] *rudissimus* Lg. 17 corr. — *nostrum*] *vestrum* Lg. 14. 15. — *Vigellius*] *Vigilleius* Lg. 3. *vigelius* 6. *vigellus* 81. *Visellius* edd. Vict. Man., eundem sine

aut duo Balbi aut meus amicus, qui cum Panaetio vixit, M. Vigellius de virtute homines Stoici possint dicere, qua in disputatione ego his debeam aut vestrum quisquam concedere? 79. Non est enim philosophia similis artium reliquarum. Nam quid faciet in geometria qui non didicerit? quid in musicis? Aut taceat oportebit aut ne sanus quidem iudicetur. Haec vero, quae sunt in philosophia, ingeniis eruuntur ad id, quod in quoque veri simile est, eliciendum acutis atque acribus eaque exercitata oratione poliuntur. Hic noster vulgaris orator,

dubio putantes ac *C. Visellium Varronem* commemoratum Ciceroni in Bruto 76, 264., qui vir in primis doctus dicitur; eum locum rursus ex nostro quidam correxere. Nec hoc recte, nec illud. Nam *Visellius* filius fuit C. Aculeonis, ipsiusque Ciceronis aequalem fuisse et ex Bruto colligas et ex libro de Or. II. 1, 2., ubi cum una cum Aculeonis filiis Cicero sese eruditum dicat, in eis Visellium fuisse probabile est. Is igitur cum Panaetio vivere non potuit. — *homines Stoici*] sic Ascens. Man. Grut. Pearc. Muell. Or. Henr. Libri omnes *hominum. de virtute hominum Stoice* ex Heusingeri quadam coniectura scripsit Sch.

79. *non est enim*] *non enim est* Lg. 35 corr. — *ne sanus*] *vesanus* Lg. 23. *neve sanus* 67. — *eaque*] *ea quae* Lg. 14. 16. 21. 23. 24 corr. 32. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 84. 86. 93 corr. — *exercitata oratione*] hanc omnium librorum scripturam haud inscite explicat Orellius *orationem hominis bene exercitati. excogitata* Sch. Muell. de coniectura. — *hic noster*] sic Havn. 2. Cant. Harl. 2. α. δ. ε. Erl. Lg. 6. 65. 69. 70. Gu. 2. Ven. Wald. Lamb. Ern. Sch. Or. Henr. *hic hic noster* Lg. cett. Vict. Gu. 1. plerique ceterorum codicum edd. antiq. et vulgo post Aldum. *hinc hic noster* coni. Pearc. probavit Or. *hinc n.* Muell. — *istos quidem*] libri additum habent *nostros*, quod cum manifesto sit ineptissimum, uncis incluserunt Ern. Or., eiecerunt mecum Sch. Muell. Henr. *istos quidem vestros* duo codd. Regii et Lg. 81. *nrorum* i. e. *nostrorum* v. u. t. Lg. 17. Ultra quam credibile est hic ineptit editor nuperrimus *nostros* dici Velleium et Vigellium cum iusta quadam gloriatione affirmans quod etiam Romani philosophiae operam dederint. Gloriabatur igitur Crassus de verberibus, quae isti philosophi ab oratoribus usu exercitatis accepturi erant!

si minus erit doctus, attamen in dicendo exercitatus, hac ipsa exercitatione communi istos quidem verberabit neque se ab iis contemni ac despici sinet. 80. Sin aliquis exstiterit aliquando, qui Aristotelio more de omnibus rebus in utramque partem possit dicere et in omni causa duas contrarias orationes praeceptis illius cognitis explicare, aut hoc Arcesilae modo et Carneadi contra omne, quod propositum sit, disserat quique ad eam rationem adiungat hunc [rhetoricum] usum [moremque] exercitationemque dicendi: is sit verus, is perfectus, is solus ora-

Hoccine genus etiam hiscere in literis! — *ac despici*] *despicique* Lg. praeter 76. 81. 84., quorum tamen alter *atque desp.*, tertius *nec desp.* habet; *neque ab despici* Gu. 3. Mihi *ac despici* glossatoris videtur.

80. *exstiterit*] *exstitit* Lg. 6. *s* hic additum monstrant 3. 5. — *Aristotelio*] *Aristotelico* Lg. 3. 15. 21. 76. 84. Man. ita corr. 24. v. ad I. 21, 98. — *in utramque partem*] sic Lamb. Or. firmantque nunc Lg. 3. 5. 32. 73. 86. ita corr. 81. *in utr. partem sententiam* duo Lamb. codd., Pal. 3. 9. Mead. Harl. 2. *β. ψ.* Erl. Lg. 6. 16. 20. Vict. ita corr. 35. *partem* corr. *sententiam* 15. *in utramque sententiam* Havn. 1. 2. Lg. ceteri, Gu. 1. 3. al. et vulgo ab Aldo. — *Carneadi*] sic Gu. 1. 2. Vict. Lg. omnes, restituitque Henr.; v. explicatt. ad I. 19, 88. — *adiungat hunc rhetoricum usum moremque exercitationemque dicendi*] haec plerorumque librorum scriptura plus uno nomine falsa est. A Lg. 6. 15. 67. 76. 86. verba ab *adiungat* usque ad *exercitationemque* absunt; *exercitationemque* abest a Lg. 35. Primum *rhetoricum* Sch. iure eiecit, Henr. seclusit. Nam *disciplina* rhetorum erat, non *usus*, qui in foro comparabatur; nec magis *rhetor* usquam pro *oratore* vel *rhetoricus* pro *oratorio* dicitur. V. explicationes ad II. 3, 11. Deinceps lectum *moremque* bene confutavit Henrichsenus; nam *mos dicendi* cum nunquam *exercitationem* significet, tamen significare aliud quicquam hic non potest, etsi illud ipsum plane ταυτολόγως statim adiungitur. Elevatur autem eius vocabuli fides cum bis deinceps posito *que*, tum eo, quod Lg. 3. 5. 14. 16. 17. 20. 23. 24. 32. 35. 65. 70. 73. 81. 84. non *moremque* sed *rationem* exhibent, quod ex prioribus haesisse librariis clarum est. De loco c. 30, 122. v. explicationes. Sed quod eidem viro docto Madvigi emendatio placet, qui sic scribi vult: *hunc usum*

tor. Nam neque sine forensibus nervis satis vehemens et gravis nec sine varietate doctrinae satis politus et sapiens esse orator potest. 81. Quare Coracem istum vestrum patiamur nos quidem pullos suos excludere in nido, qui evolent clamatores odiosi ac molesti, Pamphilumque nescio quem sinamus in infulis tantam rem tanquam puerilis delicias aliquas depingere; nosque ipsi hac tam exigua disputatione hesterni et hodierni diei totum oratoris munus explicemus, dummodo illa res tanta sit, ut omnibus philosophorum libris, quos nemo [oratorum] istorum unquam attigit, comprehensa esse videatur.

XXII. 82. Tum Catulus, Haudquaquam hercle, inquit, Crasse, mirandum est esse in te tantam dicendi vel vim vel suavitatem vel copiam; quem quidem antea natura rebar ita dicere, ut mihi non solum orator summus, sed etiam sapientissimus homo viderere; nunc intellego illa te semper etiam potiora duxisse, quae ad sapientiam spectarent, atque ex his hanc dicendi copiam fluxisse. Sed tamen, cum omnis gradus aetatis recordor

forensem exercitationemque vel *hunc usum forensemque exercitationem*, in eo quidem non recte iudicare videtur. Bene fecit uterque *morem* eiiciendo, non item *forensem* inferendo. *Hic usus* enim ipse est forensis, quem exercitatione oratores esse assequebantur. Cum igitur Madvigius recte perspexisset *rhetoricum* interpretandi gratia additum esse pronomini *hunc*, ut §. 81. *oratorum* ad *istos* Coracem et Pamphilum, quos nemo recte oratores dicere poterat, significandos, ipse tamen interpretamentum infersit non magis necessarium. Sic igitur constituendus locus: *adiungat hunc usum exercitationemque dicendi.*

81. *Coracem*] *Coracon* Vict.; fortasse *Coraca* voluit librarius. — *clamatores*] *clamosi* Lg. 20. — *puerilis*] sic Lg. 3. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 32. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 86. Vict. — *nemo oratorum istorum*] *oratorum* uncis inclusi cum Henr., de qua re dictum ad §. 80. — *unquam*] *nunquam* s. *numq.* Lg. 3. 5. 6. 24 corr. 32. 65. 73. — *attigit*] *hercle attigit* Lg. 69.

tuae cumque vitam tuam ac studia considero, neque quo tempore ista didiceris video, nec magnopere te istis studiis hominibus libris intellego deditum. Neque tamen possum statuere utrum magis mirer te illa, quae mihi persuades maxima esse adiumenta, potuisse in tantis tuis occupationibus perdiscere, an, si non potueris, posse isto modo dicere. 83. Hic Crassus, Hoc tibi, inquit, Catule, primum persuadeas velim me non multo secus facere, cum de oratore disputem, ac facerem, si esset mihi de histrione dicendum. Negarem enim posse eum satisfacere in gestu, nisi palaestram, nisi saltare didicisset; neque, ea cum dicerem, me esse histrionem necesse esset, sed fortasse non stultum alieni artificii existimatorem. 84. Simpliciter nunc de oratore vestro impulsu loquor, summo scilicet. Semper enim, quacunque de arte aut facultate quaeritur, de absoluta et perfecta quaeri solet. Qua re si iam me vultis esse oratorem, si etiam sat bonum, si bonum denique, non repugnabo. Quid enim nunc sim ineptus? ita me existimari scio. Quod

XXII. 82. *haudquaquam*] *hautq.* solus Vict. — *hercle*] *hercule* Lg. 6. 23 corr. 81. 93. — *esse in te*] inv. Lg. 20. om. 6. Mox *tanta* 32. — *intellego*] sic Lg. 35. — *omnis gradus*] scripsi ex Lg. omnibus, Vict. Gu. 1. — *magnopere*] v. ad I. 35, 164. — *intellego*] *fuisse intell.* Lamb. — *in tantis tuis occupationibus*] sic inverti secundum Lg. 6. 21. 32. 65. 76. Lamb. Vulgo *in tuis tantis,* quo positu *tuis* longe maiore vi praeditum videtur, quam debet. — *an si*] *ac si* Lg. praeter 35. 65. 93., item Vict. Gu. 2. *ac* Gu. 1.

83. *hic Crassus*] *huic Cr.* Lg. 5. 6. 15. 16. 23. 24. 32. 65. 67. 69. 70. 73. 81 corr. ut 35. 86. *hinc* 35. Gu. 1. — *posse cum*] inv. Lg. 5. 14 corr. 21. 76. — *satisfacere*] divisim Lg. 81., quem non sequor discrimen inter *satis facere* et *satisfacere* esse intelligens. *facere satis* 84. — *existimatorem*] *extimatorem* Lg. 15. 76. *aestimatorem* Man.

84. *impulsu*] om. Lg. 6. — *existimari*] *existimare* Lg. praeter 17. 76. 93, quorum primus *extimari,* item Gu. 1. 2. Vict.

si ita est, summus tamen certe non sum. Neque enim apud homines res est ulla difficilior neque maior neque quae plura adiumenta doctrinae desideret. 85. Attamen quoniam de oratore nobis disputandum est, de summo oratore dicam necesse est. Vis enim et natura rei, nisi perfecta ante oculos ponitur, qualis et quanta sit intellegi non potest. Me autem, Catule, fateor neque hodie in istis libris et cum istis hominibus vivere nec vero, id quod tu recte commeministi, ullum unquam habuisse sepositum tempus ad discendum, ac tantum tribuisse doctrinae temporis, quantum mihi puerilis aetas forenses feriae concesserint.

XXIII. 86. Ac si quaeris, Catule, de doctrina ista quid ego sentiam, non tantum ingenioso homini et ei, qui

scio om. Lg. 16. 70. 73. — *neque maior neque*] *nec maior nec* Lg. 23. priore loco *nec* etiam 17., altero 5. 14. 15. 16. 24. 32. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. Gu. 2. ita corr. 3. — *adiumenta*] *documenta* Lg. 84 v. u. t.

85. *attamen*] divisim Lg. 3. 6. 20. 65. — *intellegi*] scripsi ex Lg. 35. 70., in quo est *legi*. — *nec vero*] *neque vero* Lg. 15. 20. 76. 84. Lamb. — *tantum tribuisse*] *attribuisse* Lg. 81 corr. u. t. — *forenses*] *forensesque* Lg. 6. 20. *et forenses* Lamb., itaque corr. Lg. 93. — *concesserint*] *concesserunt* Lg. 14. 20. 23. 35. 81. 86 corr. 93. Gu. 1. Lamb., non deterius.

XXIII. 86. *ac si*] sic Havn. 1. 2. Gu. 1. 2. Lg. praeter 14. 81. ed. s. l. et a. Ven. Sch. Or. Henr.; vulgo *at si*. Quod novissimus interpres ait hic vim minui ante dictorum, si verum esset, alia tamen particula utendum erat; sed ne verum quidem est. Dixerat Crassus sibi adolescenti otium, quod literis accurate discentis daret, non fuisse. Iam ab hoc suo exemplo orsus pergit omnino virum rei publicae principem accuratissima doctrina non egere. Haec prioribus tanquam ex ipsa re consequentia adhaerent; a quo sententiae genere *at* alienissimum est. — *sibi ii sumpserunt*] *hi sibi s.* Lg. 84. Gu. 2., quo sane modo ponenda verba erant, si quis *hi* praeferret, quod est praeterea in Lg. 24. 32. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 86. Gu. 1. — *ab iis* — *ab iis*] utroque loco *his* est in Lg. 65. 67. 69. 73. 76. 81. 84. 86. Gu. 1. priore etiam in 32. altero in 24. A Gu. 2. alterum incisum usque ad *qui*

forum qui curiam qui causas qui rem publicam spectet, opus esse arbitror temporis, quantum sibi ii sumpserunt, quos discentes vita defecit. Omnes enim artes aliter ab iis tractantur, qui eas ad usum transferunt, aliter ab iis, qui ipsarum artium tractatu delectati nihil in vita sunt aliud acturi. Magister hic Samnitium summa iam senectute est et quotidie commentatur; nihil enim curat aliud. At Q. Velocius puer addidicerat; sed quod erat aptus ad illud totumque cognorat, fuit, ut est apud Lucilium,

— — — *quamvis bonus ipse*
Samnis in ludo ac rudibus cuivis satis asper;

sed plus operae foro tribuebat amicis rei familiari. 87. Valerius quotidie cantabat; erat enim scenicus. Quid

ipsarum plane abest. — *sunt aliud*] inv. Lg. 6. — *Samnitium*] *samnitum* aut *sannitum* Lg. 6. 17. 20. — *summa iam senectute*] *et summa i. s.*, ut ex ed. Wald. Ernestus et Muell. scripserunt, nunc repertum est in Lg. 14. 23. 67. 69. Omnino in his quidem libris vix ulla est antiquarum editionum scriptura, nisi aliquot Lambini suspiciones excipias, quae non in aliquo codice manu scripto reperiatur. Verum *et quotidie commentatur* est *et tamen quotidie commentatur*, qua re particula priore membro inferenda non egemus. v. Intpp. Bruti 29, 110. et Schmid. ad Hor. Epp. II. 2, 124. — *at Q. Velocius*] haec est Victorii et Turnebi coniectura recentioribus iure probata, quia nihil usitatum quam ex *Quinti* praenominis compendio fieri *que* et *quae*, v. Drak. ad Liv. XXI. 31, 7. XXIII. 13, 18. *atque velocius* plerique codd. Ald. Iunt. Crat. Carn. Man. *atque Volocius* β. *atque velociter* Lg. 20. 21. 32. 35. 65. 70. 76. 84. *atque ea quae velocius* 24. edd. antiquiss. *atque ea quae velociter* 67. *neque velocius* 81. *atque puer velocius* Gu. 1. *at Q. Venonius* liber nescio quis Ursini. Nomen hominis latere certum videtur; in ignoto errare et pronum est nec refert. — *apud*] *aput* Lg. 32. — *cuivis satis asper*] *civis* edd. pleraeque vett. ante Lambinum, et Lg. praeter 3. 16. 17. 20. 21. 24. 32. 35. 65. 69. 70. 73. 84., in quorum tamen parte, ut in Gu. 1. est *cuius, civibus, causis.*

87. *quotidie*] *cottidie* Lg. 65. — *scenicus*] *scaenicus* Lg. 65. — *commodum — pater familias*] haec om. Lg. 14. —

faceret aliud? At Numerius Furius noster familiaris, cum est commodum, cantat. Est enim pater familias, est eques Romanus; puer didicit quod discendum fuit. Eadem ratio est harum artium maximarum. Dies et noctes virum summa virtute et prudentia videbamus, philosopho cum operam daret, Q. Tuberonem. At eius avunculum vix intellegeres id agere, cum ageret tamen, Africanum. Ista discuntur facile, si et tantum sumas, quantum opus sit, et habeas qui docere fideliter possit et scias etiam ipse discere. 88. Sed si tota vita nihil velis aliud agere, ipsa tractatio et quaestio quotidie ex se gignit aliquid, quod cum desidiosa delectatione investiges. Ita fit, ut † agitatio rerum sit infinita cognitio facilis, si usus doctrinam confirmet mediocris opera tribuatur, memoria studiumque permaneat. Libet autem semper discere, ut si velim ego talis optime ludere aut pilae studio tenear, etiam fortasse, si assequi non possim. At alii, quia praeclare faciunt, vehementius, quam causa postulat, delectantur; ut Titius pila Brulla talis. 89. Quare nihil est, quod quisquam magnitudinem artium ex eo, quod

pater familias] sic divisim Lg. 20. 21. 32. 67. 70. 84. — *discendum fuit*] *fuit* om. Lg. omnes praeter 93., item Vict. Gu. 1. 2. — *dies et noctes*] *dies ac noctes* Lg. 5. *di esset, diese, discet deesset* omisso *noctes* quidam codd., ut 3. 17. 20. 32. *dies ac noctes* om. 65. 76. *noctes* om. etiam 81. 84. — *intellegeres*] scripsi ex Lg. 32., in quo tamen *intelligeret.*

88. *nihil*] *nil* Lg. 3. 6. 32. — *quotidie*] *cotidie* Lg. 81. Vict. *cottidie* 65. — *gignit*] *gignat* coni. Ern. secuti sunt Sch. Muell. — *investiges*] scripsi ex Lg. quamvis infirma auctoritate libris 23. 24. 67. 70. 81. v. ad II. 39, 166. — *ut agitatio rerum sit infinita, cognitio facilis, si usus doctrinam confirmet*] hanc Muelleri coniecturam sequor cum Or. Henr. Libri *ut agitatione rerum sit infinita cognitio, facilis usus doctrinam* etc. Sch. edidit: *ut agitatione rerum sit infinita cognitio, facilis, si*

senes discunt, pertimescat. Namque aut senes ad eas accesserunt aut usque ad senectutem in studiis detinentur aut sunt tardissimi. Res quidem se mea sententia sic habet, ut, nisi quod quisque cito potuerit, nunquam omnino possit perdiscere.

XXIV. 90. Iam, iam, inquit Catulus, intellego, Crasse, quid dicas et hercule assentior. Satis video tibi homini ad perdiscendum acerrimo ad ea cognoscenda, quae dicis, fuisse temporis. Pergisne, inquit Crassus, me quae dicam de me, non de re putare dicere? Sed iam, si placet, ad instituta redeamus. Mihi vero, Catulus inquit, placet. 91. Tum Crassus, Quorsum igitur haec spectat, inquit, tam longa et tam alte repetita oratio? Hae duae partes, quae mihi supersunt, illustrandae orationis ac totius eloquentiae cumulandae, quarum altera dici postulat ornate altera apte, hanc habent vim, ut sit quam maxime iucunda, quam maxime in sensus eorum, qui audiunt, influat et quam plurimis sit rebus instructa. 92. Instrumentum autem hoc forense litigiosum acre tractum ex vulgi opinionibus exiguum saneque

usus etc. Vulgata inexplicabilis est. — *possim*] *possum* Lg. 6. 21. 24 corr. 76. 81. 86 corr. — *postulat*] *postulet* Lg. 6.

89. *quod senes*] *quod* om. Lg. 3. 5. 6. 24 add. 32. — *ad eas*] *ad eam* Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 67. 69. 73. 76. 81 corr. 86.

XXIV. 90. *iam, iam*] iunctim Lg. 65. ed. Steph. — *de re*] om. Lg. 70. *me* et *re* locis confusa in Lg. 14. — *Catulus inquit*] inv. Vict. V. explicationes II. 8, 31.

91. *dici postulat ornate*] *dicit* Lg. aliquot et Vict. *ornate dici postulat* 14. 23. 67. 69. 93. edd. antiquiss. Sch. Muell. *dici ornate postulat* Erl. *dicit orn. post.* Gu. 2. *ornate* om. Lg. 3. 5 add. 17. 20. 21. 35. 65. 81. Vict. — *altera*] additur *postulat* in Lg. 6. — *qui audiunt*] *qui audiant* Lg. 20. 23.

92. *tractatum*] *tractum* Lg. praeter 17. 20. 35. 65. 93. —

mendicum est. Illud rursus ipsum, quod tradunt isti, qui profitentur se dicendi magistros, non multum est maius quam illud vulgare ac forense. Apparatu nobis opus est et rebus exquisitis undique collectis arcessitis comportatis, ut tibi, Caesar, faciendum est ad annum; ut ego in aedilitate laboravi, quod quotidianis et vernaculis rebus satisfacere me posse huic populo non putabam. 93. Verborum eligendorum et collocandorum et concludendorum facilis est vel ratio vel sine ratione ipsa exercitatio. Rerum est silva magna, quam cum Graeci iam non tenerent ob eamque causam iuventus nostra dedisceret paene discendo, etiam Latini, si dis placet, hoc biennio magistri dicendi exstiterunt; quos ego censor edicto meo sustuleram, non quo (ut nescio quos dicere aiebant) acui ingenia adolescentium nollem, sed contra ingenia obtundi nolui corroborari impudentiam. 94. Nam apud Graecos, cuicuimodi essent, videbam tamen esse praeter hanc exercitationem linguae doctrinam aliquam et

saneque mendicum] sic correxi vulgatum *sane atque mendicum* ex Lg. omnibus et Gu. 2., idque ad sententiam longe fortius est. — *non multum*] *non multo,* quod sane usitatius, edd. quaedam vett. et Lambinus. — *undique collectis*] vulgo additum *et* ante *collectis*, recte ex coni. Schuetzii omissum ab Orellio, abest etiam ab Havn. 2. ε. ψ. Erl. Lg. 3. 4. 15. 16. 17. 20. 21. 32. 86. Quippe res *undique exquiri* non possunt, *colligi* possunt. — *accersitis*] sic, ut solent boni libri, hic Vict. Gu. 2. Lg. 3. 5 *(adc.)*. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 32. 65. 67. 69. 70. 73 *(adc.)*. 76. 81. 86. v. ad II. 27, 117. — *quotidianis*] *cotidianis* et *cottid.* Lg. 65. 81. Vict. — *me posse huic*] inv. Lg. 21. 76. *posse* om. 70.

93. *dis placet*] sic scripsi ex Lg. 5. 4. 15. 16. 21. 23. 24. 32. 70. 93. eodemque redit *displicet* in Gu. 1. 2. — *sustuleram*] *substuleram* sueto mendo Lg. 14. 15. 16. 17. 21. 23 corr. 81. 84. Gu. 1.

94. *cuicuimodi*] sic Man. Lamb. Pearc. Sch. Muell. Or. Henr.; v. Gronovium ad Gell. N. Att. II. 8. Oudendorp. ad Caes. B. Civ. III. 32, 2. Quanquam ex his et aliis nihil ultra discas,

humanitatem dignam scientia; hos vero novos magistros nihil intelligebam posse docere, nisi ut auderent; quod etiam cum bonis rebus coniunctum per se ipsum est magno opere fugiendum. Hoc cum unum traderetur et cum impudentiae ludus esset, putavi esse censoris, ne longius id serperet, providere. 95. Quanquam non haec ita statuo atque decerno, ut desperem Latine ea, de quibus disputavimus, tradi ac perpoliri; patitur enim et lingua nostra et natura rerum veterem illam excellentemque prudentiam Graecorum ad nostrum usum moremque transferri; sed hominibus opus est eruditis, qui adhuc in hoc quidem genere nostri nulli fuerunt; sin quando exstiterint, etiam Graecis erunt anteponendi.

XXV. 96. Ornatur igitur oratio genere primum et quasi colore quodam et suco suo. Nam ut gravis ut suavis ut erudita sit, ut liberalis ut admirabilis ut polita, ut sensus ut dolores habeat quantum opus sit, non est singulorum articulorum: in toto spectantur haec corpore.

quam vocem librariis ignotam plurimis locis depravari; ut recte dixerit Orellius ad Tusc. V. 41, 121 videndum esse, an non pluribus locis *cuiusque modi* legendum sit. Ego audacter pronuntio illud *cuicuimodi* in libris nullis liquido scriptum exstare; sensus tamen multis locis apertissime postulat nec repugnat similitudo: ut enim a *qui hic is* fiunt *cuius modi huius modi eiusmodi*, ita a *quisquis* fieri oportet simile adverbium; breviata tamen forma coniecturae deberi videtur. Favent aliquando codices: hic *cuimodi* Lg. 32. — *qui eiusmodi* 6. 14. 16. 70. 73. 93. Havn. 2. Gu. 2. γ. edd. antiquiss. Ern. *qui cuiusmodi* Vict. Havn. 1. ψ. Lg. ceteri praeter 84., in quo est *huiusmodi*. — *videbam*] *videbant* Lg. 6. 20. 21. 32. 35 corr. 65. 67. 81. 84. Vict. ita corr. 69. — *nisi ut auderent*] *nisi quod aud.* Lg. 17. *audirent* 81 corr.

95. *disputavimus*] *disputamus* Lg. 6. ed. Man. — *et lingua*] *et* om. Lg. 6. 16 add. — *nulli*] *nonnulli* Lg. 15. 24 corr. 86. — *sin*] *si* Vict. — *etiam*] *et* Lg. 6. 17.

XXV. 96. *suco*] scripsi secundum Lg. omnes, Vict. Gu. 1. 2.

Ut porro conspersa sit quasi verborum sententiarumque floribus, id non debet esse fusum àequabiliter per omnem orationem, sed ita distinctum, ut sint quasi in ornatu disposita quaedam insignia et lumina. 97. Genus igitur dicendi est eligendum, quod maxime teneat eos, qui audiant, et quod non solum delectet, sed etiam sine satietate delectet; — non enim a me iam exspectari puto, ut moneam, ut caveatis ne exilis ne inculta sit vestra oratio ne vulgaris ne obsoleta; aliud quiddam maius et ingenia me hortantur vestra et aetates; — 98. difficile enim dictu est quaenam causa sit cur ea, quae maxime sensus nostros impellunt voluptate et specie prima acerrime commovent, ab iis celerrime fastidio quodam et satietate abalienemur. Quanto colorum pulchritudine et varietate floridiora sunt in picturis novis pleraque quam in veteribus? quae tamen, etiam si primo aspectu nos ceperunt, diutius non delectant; cum iidem nos in antiquis tabulis illo ipso horrido obsoletoque teneamur. Quanto

v. ad II. 21, 88. — *conspersa sit quasi*] *quasi consp.* Lg. 20., fortasse melius. — *in ornatu*] *inornata* Lg. 15. 70.

97. *qui audiant*] *qui audiunt* Lg. 6. 24. 32 corr. 70. — *ut caveatis*] haec om. Lg. 15. 86., nec sane necessaria sunt. — *maius*] *magis* Lg. praeter 35. 73., Vict. Gu. 1. 2. usitatissimo sed in tanto librorum numero tamen mirabili mendo.

98. *cur ea, quae*] *ea* om. Wetzel. et Harl. *cur etiam quae* de coniectura inutili Muell. — *commovent*] *movent* Lg. 14. — *ab iis*] *ab his* Lg. 24. 32. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. Gu 1. 2. — *celerrime*] *celeberrime* Gu. 1. 2. Lg. XIV., in quibus tamen optimus 32. non est; *creberrime* 16. 70. 73. — *pulchritudine*] sic cum aspiratione Lg. praeter 3. 5. 6. 16. 32. 35. — *etiam si*] sic divisim Lg. XV., *si* 20. — *aspectu*] sic extrito *p* libri solent, Lg. omnes, Vict. Gu. 1., codices autem sequendi in hac re sunt, quia in titulis utriusque generis formae visuntur. — *iidem nos*] *idem nos* Vict. Gu. 1. 2. Lg. praeter 93. — *voculae*] *notulae* Lg. 81. — *certae*] *rectae* Gu. 1. fortasse bene. — *fiant*] Gu. 1. *fuerit*, Lg. 17. 24. 76. *fiant*.

molliores sunt et delicatiores in cantu flexiones et falsae voculae quam certae et severae? quibus tamen non modo austeri, sed, si saepius fiunt, multitudo ipsa reclamat. 99. Licet hoc videre in reliquis sensibus; unguentis minus diu nos delectari summa et acerrima suavitate conditis quam his moderatis, et magis laudari quod ceram, quam quod crocum olere videatur; in ipso tactu esse modum et mollitudinis et levitatis. Quin etiam gustatus, qui est sensus ex omnibus maxime voluptarius quique dulcitudine praeter ceteros sensus commovetur, quam cito id, quod valde dulce est, aspernatur ac respuit? Quis potione uti aut cibo dulci diutius potest? cum utroque in genere ea, quae leviter sensum voluptate moveant, facillime fugiant satietatem. 100. Sic omnibus in rebus voluptatibus maximis fastidium finitimum est; quo hoc minus in oratione miremur, in qua vel ex poëtis [vel ex oratoribus] possumus iudicare, concinnam distinctam ornatam festivam sine intermissione sine reprehensione

99. *ceram*] *terram* Lambiniani nescio qui, Cant. δ. Med. 2. Lott. Melanchth. Vict. Carn. Man. ita corr. Lg. 24. *quae terram, quam quae crocum olere videantur* Lamb. idemque in annot. etiam *sapere* pro *olere* Ciceroni reddendum esse censet et assentientem habet Spaldingium ad Quintil. VI. 3, 107., scilicet quia illa ex eo afferre videatur Plin. H. N. XVII. 3. Cum incertum sit hunc an alium locum ante oculos habuerit Plinius et, si hunc, de scripto an memoriter retulerit, recentiores ad plerorumque librorum scripturam redierunt. — *tactu*] *tractatu* Lg. 6. — *levitatis*] *lenitatis* Lg. 14. 24. — *dulcitudine*] *dulcedine* Lg. 3. 6. 20. 35. 65. 73. 84. 93. — *cum utroque*] *quam utr.* (i. e. *quom)* Lg. omnes, cum var. *quoniam* 17., item Gu. 1. 2. — *leviter*] *leniter* Lg. 76. 84. — *fugiant*] sic codd. et vulgo edd. *effugiant* Ernesti coniecturam secutus est Sch.

100. *vel ex oratoribus*] praepositio, quae vulgo abest, ab Henr. addita est secundum Schuetzium ex Havn. 1. 2. edd. antiq. et Aldo, habent eam etiam Lg. praeter 23. omnes, Gu. 2. Lambinus. Iure tamen et illa verba et mox sequentia *vel poësis vel*

sine varietate, quamvis claris sit coloribus picta [vel poësis vel oratio], non posse in delectatione esse diuturna. Atque eo citius in oratoris aut in poëtae cincinnis ac fuco offenditur, quod sensus in nimia voluptate natura, non mente satiantur, in scriptis et in dictis non aurium solum, sed animi iudicio etiam magis infucata vitia noscuntur.

XXVI. 101. Quare *bene* et *praeclare* quamvis nobis saepe dicatur; *belle* et *festive* nimium saepe nolo. Quanquam illa ipsa exclamatio, *Non potest melius,* sit velim crebra; sed habeat tamen illa in dicendo admiratio ac summa laus umbram aliquam et recessum, quo magis id, quod erit illuminatum, exstare atque eminere videatur. 102. Nunquam agit hunc versum Roscius eo gestu, quo potest:

Nam sapiens virtuti honorem praemium, haud praedam petit;

sed abicit prorsus, ut in proximos:

Ecquid video? ferro saeptus possidet sedis sacras,

oratio suspecta videbuntur. „Cicero enim sic argumentatur: Si ne poëtae quidem, a quibus omnia ad voluptatem referuntur, fastidium effugiunt, si sine varietate et intermissione dulces esse velint, multo minus ista perpetua festivitas et concinnitas in oratoribus feretur.“ *Schuetz.* Recte; a poëtis argumentum sumit de oratoribus, non communiter argumentatur de utrisque. De illis, quae sequuntur, etiam id considerandum est, quod recte monet Henr., Latine *concinnam et festivam poësin* non dici, sed *poëma.* — *reprehensione*] *respiratione* Lamb. v. explicationes. — *aut in poëtae*] *in* om. Lg. 15. 21. 24. 67. 76. 84. 86. v. ad I. 9, 36.

XXVI. 101. *bene*] *et bene* Lg. 76. — *nolo*] *volo* Lg. 20. 81 corr. om. 21. 76. Contra pro *velim* in 14. 23. 67. 69. 93. est *nolim*, itaque corr. 5. — *id*] om. Lg. 73. — *exstare*] *excitare* Gu. 1.

102. *abicit*] sic Gu. 1. Vict. Lg. 5. 6. 14. 16. 17. 20. 21.

incidat aspiciat admiretur stupescat. Quid? ille alter:

Quid petam praesidi?

quam leniter! quam remisse! quam non actuose! instat enim

O pater, o patria, o Priami domus!

in quo tanta commoveri actio non posset, si esset consumpta superiore motu et exhausta. Neque id actores prius viderunt quam ipsi poëtae, quam denique illi etiam, qui fecerunt modos, a quibus utrisque summittitur aliquid, deinde augetur extenuatur inflatur variatur distinguitur. 103. Ita sit nobis igitur ornatus et suavis orator (nec tamen potest aliter esse), ut suavitatem habeat austeram et solidam, non dulcem atque decoctam. Nam ipsa ad ornandum praecepta quae dantur, eius modi sunt, ut ea quamvis vitiosissimus orator explicare possit. Quare, ut ante dixi, primum silva rerum [ac sententiarum] comparanda est, qua de parte dixit Antonius. Haec formanda filo ipso et genere orationis illuminanda verbis varianda sententiis. 104. Summa autem laus eloquentiae

32. 65. 70. 73. 76. 81. — *ecquid*] sic edd. ab Aldo inde, cum quibus conspirat Lg. 14. Gu. 2., si ex eo accurate enotatum est, quod factum reor. Codd. rell. et edd. vett. *et quid*, unde *at quid* efficiendum dicas. Bothius scripturus erat *hei quid*, genere exclamandi a sententia plane alieno. — *aspiciat*] *d* addunt solus Lg. 21. — *stupescat*] *obstupeat* Lg. 6. — *praesidi*] sic Cant. Pearc. Sch. Muell. Or. Henr.; codd. *praesidii*. — *neque id*] *nec id* Lg. 17. — *summittitur*] *subm.* Lg. 14. 15. 16. 81. Vict. Dein Lamb. *aliquid atque extenuatur*, cum *atque* in reliquis non compareat. *et tenuatur* Lg. 76.

103. *ita sit nobis igitur*] *ita sit igitur n.* Lg. 5. Gu. 1. — *quamvis vitiosissimus*] *quivis vit.* Lg. praeter 84., *quevis* 32., quae scripturae ex non recte intellecto scribendi compendio ortae. *vitiosissimus* 3 corr. — *ac sententiarum*] manifestam interpolationem, iam propter tautologon non ferendam uncinis saepsi cum Or. Henr. v. ad II. 33, 144.

est amplificare rem ornando, quod valet non solum ad augendum aliquid et tollendum altius dicendo, sed etiam ad extenuandum atque abiciendum.

XXVII. Id desideratur omnibus iis in locis, quos ad fidem orationis faciendam adhiberi dixit Antonius, vel cum explanamus aliquid vel cum conciliamus animos vel cum concitamus. 105. Sed in hoc, quod postremum dixi, amplificatio potest plurimum, eaque una laus oratoris est et propria maxime. Etiam maior est illa exercitatio, quam extremo sermone instruxit Antonius (primo reiciebat), laudandi et vituperandi. Nihil est enim ad exaggerandam et amplificandam orationem accommodatius, quam utrumque horum cumulatissime facere posse. 106. Consequentur etiam illi loci, qui, quanquam proprii causarum et inhaerentes in earum nervis esse debent, tamen, quia de universa re tractari solent, *communes* a veteribus nominati sunt; quorum partim habent vitiorum et peccatorum acrem quandam cum amplificatione incusationem

104. *abiciendum*] scripsi ex Lg. 16. 17. 20. 21. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. Vict. Gu. 1.

XXVII. *omnibus iis*] *omn. his* Lg. praeter 5. 6. 16. 20. 23. 35. 65., item Vict. Gu. 1. 2. — *orationis*] om. Lg. 84. *oratione* cod. Regg. 7703. et Lambinus. *orationi* coniecerunt, Schuetz. et Henr. probarunt; iniuria, ut videtur. V. explicationes. — *explanamus*] *explicamus* Lg. 6. 15. 69. 86. — *animos*] om. Gu. 1. — *cum concitamus*] *cum* om. Lg. 23. *excitamus* 3 corr.

105. *in hoc*] additur *ipso* in Lg. 16. — *potest plurimum*] inv. Lg. 14. 69. — *una laus oratoris est et propria*] sic omnes fere codd. et edd. ad Ern. usque; restituit Or. *est* om. Cant.; *et* omittendum censuit Pearc., quam suspicionem secuti sunt Ern. Sch. Muell. Hi omnes non videntur intellexisse quid *una laus* significaret. — *reiciebat*] scripsi secutus Lg. 16. 17. 20. 32. 65. 67. 69. 70. 73. 81. 86. Vict. Gu. 1. *recitabat* Gu. 2. — *facere posse*] *posse* om. Vict.

106. *incusationem*] om. Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 21. 24. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 86. *in accusationem* 17. *aut* om. 6. —

aut querelam, contra quam dici nihil solet nec potest, ut in depeculatorem in proditorem in parricidam; quibus uti confirmatis criminibus oportet: aliter enim ieiuni sunt atque inanes; 107. alii autem habent deprecationem aut miserationem; alii vero ancipites disputationes, in quibus de universo genere in utramque partem disseri copiose licet. Quae exercitatio nunc propria duarum philosophiarum, de quibus ante dixi, putatur; apud antiquos erat eorum, a quibus omnis de rebus forensibus dicendi ratio et copia petebatur. De virtute enim, de officio de aequo et bono de dignitate utilitate honore ignominia praemio poena similibusque de rebus in utramque partem dicendi animos et vim et artem habere debemus. 108. Sed quoniam de nostra possessione depulsi in parvo et eo litigioso praediolo relicti sumus et aliorum patroni nostra tenere tuerique non potuimus, ab iis, quod indignissimum est, qui in nostrum patrimonium irruperunt, quod opus est nobis mutuemur.

depeculatorem] *decuplatorem* Lg. 15. 16. 70. 73. 86. *peculatorem* 67. 76. — *parricidam*] uno *r* Lambinus, itaque Lg. 17. 23. 69. *paridam* corr. *patricidam* 67., ut est in Vict. — *confirmatis criminibus*] inv. Lg. 67.

107. *de officio*] om. Lg. 76. — *utilitate*] om. Lg. 15. 20. 93. — *de rebus*] *de* om. Lamb. et Lg. 81. v. explicationes ad I. 2, 8. — *dicendi animos*] etsi certissime haec sic sunt componenda: *animos et vim et artem in utramque partem dicendi*, tamen post *dicendi* distingui ab Or. et Henr. non debuit. Non enim in puerorum usum tali adminiculo egentium Cicero editur. *dicendi omnino et vim* Man. Muell. *dicendo ducendi animos et vim* Walchii coniectura est Ern. Liv. p. 175. *dicendo alliciendi animos* et *vim* Purgoldi suspicionem secutus est Sch. in ed. mai.; in min. idem *animos* deleturus erat. Orellio suspectum est *et vim*. v. explicationes.

108. *et eo*] *eo* om. Lg. 16. 35. — *ab iis*] *ab his* Lg. 24. 32. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. Vict. Gu. I. 2. — *opus est*] *est* om. Lg. 76.

XXVIII. 109. Dicunt igitur nunc [quidem illi] qui ex particula parva urbis ac loci nomen habent et Peripatetici philosophi aut Academici nominantur, olim autem propter eximiam rerum maximarum scientiam a Graecis politici philosophi appellati universarum rerum publicarum nomine vocabantur, omnem civilem orationem in horum alterutro genere versari, aut de finita controversia certis temporibus ac reis, hoc modo: *Placeatne a Carthaginiensibus captivos nostros redditis suis recuperari?* aut infinite de universo genere quaerentis *quid omnino de*

XXVIII. 109. *dicunt igitur nunc* [*quidem illi*] *qui*] hic ordo est, quem Or. Henr. exhibuerunt, hic tamen iure addens *illi* eiiciendum videri. *dicunt igitur illi, qui nunc quidem* Sch. Muell., et si transpositione hic locus sanandus videretur, probabilius hoc esset, quam Orelli ratio. Libri enim et edd. inde ab antiquissimis *dicunt igitur nunc quidem illi qui*, hyperbato non ferendo, si quis aures Latinas habet. Sed videntur eiicienda *quidem illi*, quorum alterum ex *qui* sequente ortum, idque cum in verba Ciceronis irrepsisset, alia manus addidit *illi*. Ita feci. — *appellati*] om. Lg. 16. 70. 73. — *orationem*] *rationem* Lg. 35. ita corr. 81. — *de finita controversia*] hanc codicum omnium scripturam restitui, quam Pearc. ex mg. codicis δ. in *definitae controversiae* mutavit. Quod si fortasse propter oppositum in altero membro genitivum *quaerentis* a Pearcio correctum est, ea ipsa causa videtur a correctione abstinendi. Nam quid est *controversia quaerens?* Quaeritur aliquid controversia, non controversia quaerit. Ad *quaerentis* quid subaudiri possit praeter *oratoris* non video. Corrigendum est *de finita*, ut sententia, quanquam paulo impeditior propter interposita constet: *omnem orationem in alterutro genere versari, aut de finita controversia — aut infinite de universo genere quaerentis.* Quippe *quaerentis* cum *oratione* coniungendum est et opponitur *quaerens de finita temporibus et reis controversia* et *quaerens infinite.* — *haec autem*] *autem* om. Lg. 15.

110. *loquuntur illi; hac etiam*] verba vulgo lecta *illi quanq. rhetores* Hotomannus coniectura supplevit, quam post Sch. recentiores secuti sunt. Codices aut *loquuntur*, aut *loquantur* habent; sequitur deinde post distinctionem maximam: *Etiam hac* etc. *Loquantur* legitur in VSt. α. ψ. mg. δ. Gu. 1. 2. Lg. 3.

captivo statuendum ac sentiendum sit? Atque horum superius illud genus causam aut controversiam appellant eamque tribus lite aut deliberatione aut laudatione definiunt; haec autem altera quaestio infinita et quasi proposita consultatio nominatur. Atque hactenus [loquuntur] illi. 110. Hac etiam in instituendo divisione utuntur, sed ita, non ut iure aut iudicio vi denique recuperare amissam possessionem, sed ut [iure civili] surculo defringendo usurpare videantur. Nam illud alterum genus, quod est temporibus locis reis definitum, obtinent, atque id ipsum

5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 23. 24. 32. 35. 86. *loquatur* 21. Qui vulgatam explicare conatus est ita, ut diceret subaudiri *rhetores* posse, quod Crassus hic de dicendi magistris ex proposito agat, ignoravit hos opponi philosophis non posse, nisi sit aliquid, quo oppositio indicetur. Sed Hotomanni coniectura admissa sententia nihilo verior est. Quis enim unquam dixit *loqui hactenus?* Mihi recipiendum videtur *illi*, eiiciendum *loquuntur* manifesto interpolatoris manus, transponenda *etiam hac,* ut legatur *hac etiam,* quod genus a librariis centies promiscue habitum est. Sic omnia commode defluunt: *Atque hactenus illi* (philosophi). *Hac etiam in instituendo divisione utuntur,* quippe illi qui instituunt, id est rhetores. Sic opposita philosophis notio in verbo *instituendi* inest. Verum *in* Ernestus de coniectura addidit, necessaria quidem. In libris hic adeo turbari mirum non est, cum codd. optimi Lg. 2. 4. 13. 36. Gu. 3. ad haec usque verba lacunosi sunt (duo posteriores ad *non ut iudicio),* et in ipsa lacunosorum commissura plura sensu carentia reperiri soleant: v. ad III. 5, 17. — *vi denique*] felicissima haec est Madvigi coniectura, quem sequor, ut Henr. fecit. *vi* in nullo libro legitur, sed vel *ut denique*, vel *aut denique* (ita Lg. 65. 76. Havn. 2. non nulli codd. Lambini), unde Lambinus, quem sequuntur Sch. Muell., *aut vi denique* effecit; *ut vi denique* Or. Sed in in illo *ut* perperam scripto *vi* latet. — *ut iure civili*] vulgo additum *ex* correxi secundum codd. optimos Lg. 2. 4. 6. 13. 36. Gu. 3. Illud non potest intelligi aliter, nisi ut surculus ex iure civili defringi dicatur, quod absurdum est. *Iure civili* est *secundum speciem quandam iuris usurpandi,* qua contenti homines minime litigiosi rem iudicio recuperare non conantur. Sed cum fieri non possit, ut *iure et iudicio repetere* et *iure civili surculo defringendo usurpare* recte inter se op-

lacinia. Nunc enim apud Philonem, quem in Academia maxime vigere audio, etiam harum iam causarum cognitio exercitatioque celebratur. Alterum vero tantummodo in prima arte tradenda nominant et oratoris esse dicunt; sed neque vim neque naturam eius nec partis nec genera proponunt, ut praeteriri omnino fuerit satius, quam attentatum deseri. Nunc enim inopia reticere intelleguntur, tum iudicio viderentur.

XXIX. 111. Omnis igitur res eandem habent naturam ambigendi, [de qua quaeri et disceptari potest], sive in infinitis consultationibus disceptatur, sive in eis causis, quae in civitate et forensi disceptatione versan-

ponantur, illa verba tota seclusi. Ascripsit qui formulam illam ex iure civili sumptam significare vellet. — *neque naturam eius nec partis nec genera*] sic codd., nisi quod Gu. 3. *nec* ante *partis* om. Schuetzius, quem offendebat illud *alterius generis nec partis nec genera*, vel *nec genera* delendum vel *neque naturam eius generis nec partes* scribendum censuit. Sed Goerenzius ad Fin. II. 11, 33. *genus* saepe bis significatione diversa Ciceroni dici ostendit. Ceterum verba *vim neque* om. Lg. 6. 14. *neque genera* Lg. 3. 6. 32. 76. *partis* scripsi ex Lg. XVII., in quibus sunt 2. 4. 13. 36., item ex Gu. 3. Vict. — *attentatum*] *atactum* s. *attactum* et *at tactum* Lg. 2 corr. *tactum*, 13. 36. 84. Gu. 3. Lamb.; sed non constat de usu eius participii. *in tractatum* 3. 6. 32. *ad tantum* 4. v. *tractatum. ac tantum* 5 corr. ut 14. 15 corr. ut 14. 16. 21. 24 corr. ut 14., in quo et 23. 67. 69. 93. inest *tale ac tantum. actatum* 20. *intactum* 65. 70. 73. 81. 86. *tantum* 70. *attrectatum* 17., quae scriptura sola non minus vera videtur, quam vulgata, quam Lg. nullus, sed Vict. Gu. 1. 2. exhibent. Quanquam qui *attrectare* dixerit pro aggrediendo et inchoando, non habeo auctorem antiquiorem Tacito Ann. III. 52.; sed inde pars etiam orationis dicitur *attrectatio* apud Quintilianum I. 4, 20. — *nunc*] *non* Gu. 2. — *intelleguntur*] scripsi ex Lg. 4. 13. 36. *intelligantur* 81.

XXIX. 111. *habet naturam*] inv. Lg. 3. 4. 6. 32. — *disceptatur*] delerunt Sch. et Muell. Sed ne sic quidem satis constat sententia. Displicet enim *res*, de qua *disceptari* potest in causis, quae in forensi *disceptatione* versantur. Deinde non de

tur; neque est ulla, quae non aut ad cognoscendi aut ad agendi vim rationemque referatur. 112. Nam aut ipsa cognitio rei scientiaque perquiritur, ut: *Virtus suamne propter dignitatem an propter fructum aliquem expetatur?* aut agendi consilium exquiritur, ut: *Sitne sapienti capessenda res publica?* 113. Cognitionis autem tres modi, coniectura definitio et, ut ita dicam, consecutio. Nam quid in re sit coniectura quaeritur, ut illud: *Sitne in humano genere sapientia?* Quam autem vim quaeque res habeat definitio explicat; ut si quaeratur *quid sit sapientia?* Consecutio autem tractatur, cum quid quamque rem sequatur anquiritur; ut illud: *Sitne aliquando mentiri boni*

natura ambigendi disceptatur, sed de re, quae illam naturam habet. Mihi illa: *de qua quaeri et disceptari potest*, tollenda videntur, cum nihil aliud contineant, quam explicationem verbi *ambigendi*. Uncis inclusi. *disceptetur* VSt., quem ad modum coniecit Ern. — *sive in eis*] *eis* pro *iis* scripsi ex Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36. *his* 24. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. Vict. Gu. 1. 2. 3. — *et forensi*] *in* addi solitum delevi secutus Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 15. 32. 36. 69. v. ad I. 15, 65. — *versantur*] *versentur* Lg. 2. 4. 13. 36. quod propter prius *disceptatur* probari non potest. — *est ulla*] *ulla res est* Lg. 3. 4. 6. 32. *est* om. 13. — *non aut*] *aut* om. Lg. 2. 4. 13. 21. 76. 81.

112. *rei scientiaque*] *reique scientia* Lg. 2. — *fructum aliquem*] sic Lambinus vulgatum *fructus aliquos* correxerat, quem sequor ob fidem Lg. 2. 4. 13. 36. — *agendi consilium exquiritur*] haec om. Lg. 3. 6. 32. *exquiretur* Lg. XVI., in iisque optimi 2. 4. 13. 36.

113. *cognitionis — modi*] *cognitiones — modi complectuntur* Lg. 2. 4. 13. 32. 36. Gu. 3. — *coniectura*] om. Lg. 4. *coniunctura* Gu. 1. et sic deinde iterum. — *anquiritur*] *acquiritur* Lg. 2. Gu. 3. *conquiritur* 14. 23. 67. *exquiritur* 69. 93. edd. antiquiss. *inquiritur* Gu. 2. Lg. 3. 4. 6. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 76. 84. edd. post Aldum. *an quaeritur α. β. ψ. anquiritur*, ut post Sch. legitur, diserte scriptum in Havn. 1. 2. Z. Gu. 1. Lg. 5. 20. 35. 36. 70. 73. — *mentiri*] varie inepte codd. optimi. *mente* Lg. 2. 13. *mente in* Gu. 3. *metē* Lg. 4 corr. *mentem* 36. *in mente* 3. 6. manifesta interpolatione. om. 76.

viri? 114. Redeunt rursus ad coniecturam eamque in quattuor genera dispertiunt. Nam aut quid sit quaeritur, hoc modo: *Naturane sit ius inter homines an in opinionibus?* aut quae sit origo cuiusque rei, ut: *quod sit initium legum aut rerum publicarum?* aut causa et ratio: ut si quaeratur *cur doctissimi homines de maximis rebus dissentiant?* aut de immutatione: ut si disputetur *num interire virtus in homine aut num in vitium possit convertere?* 115. Definitionis autem sunt disceptationes aut cum quaeritur quid in communi mente quasi impressum

114. *quattuor*] scribo, quod sic exhibet Gu. 2. Lg. 3. 4. 5. 6. 17. 32. 36. 65. 70. 93. — *dispertiunt*] pars optimorum *dispartiunt* (Lg. 6. 36. 65. 93.) *disparciunt* 13. 32. *dispartiuntur* Gu. 3. Nihil novavi, etsi quale hoc est multa in libris exstant nec minore fide videntur illis, quae vocalem mutatam monstrant. *Detractare* iuxta ac *detrectare* Livii codd. ap. Drakenb. ad XXXIV. 15, 9. De compositis verbi *partiri* vide eundem ad XXXVIII. 36, 8. et Heusingerum ad Cic. Off. p. 138. 298. 357. ed. Zumpt., cum quibus componi possunt exempla Cic. p. Sext. 61, 129. Acad. II. 5, 21. Tac. Ann. XIV. 16. Hist. V. 20. Composita verbi *spargere* tetigit Cortius ad Lucan. I. 384. Contra *bipartitus*, *tripartitus* etiam altero modo scripta reperiuntur, ut Cic. Off. III. 2, 9. Liv. XXI. 7, 5.; *quadripertitus* Quintiliano frequens, ut I. 5, 38 III. 6, 83. V. 14, 5. XI. 3, 17.; Spaldingius id non sane probabili ratione defendit *expertus* comparans et similia. *Defetigare* ex libris Suetonio intulit Gronovius Caes. 65., improbarunt alii; *depecisci* male scripsit Orellius Cic. Att. IX. 7, 3.; adversatur enim invicta libri Medicei auctoritas. Ut antiquiora fuerint *dispartire* a Nonio ex Sisenna vetustorum amatore allatum v. *componere*, item *accanere* et *succanere*, quibus Varro de LL. VI. 75. p. 103 Muell. et Sallustius fr. I. p. 954. Cort. usi sunt, rursus antiquitatis robiginem refert *rederguisse*, quod Africano tribuitur a Festo p. 226. — *an in opinionibus*] addidi *in* cum propter dignitatem Lg. omnium praeter 5. 20. 81. 84., tum quia dure videtur dici *ius esse inter homines opinionibus*, commode *ius esse in opinionibus*, id est in opinionibus positum. — *ut quod sit initium*] *aut q. s. i.* Lg. 3. 4. 6. 13. 20. 32. 70. 73. 93 corr. — *quod sit*] *quid sit* Lg. 3. 4. 6. 15. 24. 32. 70. 84. Gu. 3. — *causa et ratio*] *causae tractatio* Lg. praeter 2. 4.

sit: ut si disseratur *idne sit ius, quod maximae parti sit utile?* aut cum quid cuiusque sit proprium exquiritur, ut: *ornate dicere propriumne sit oratoris an id etiam aliquis praeterea possit?* aut cum res distribuitur in partis: ut si quaeratur *quot sint genera rerum expetendarum:* ut *sintne tria, corporis animi externarumque rerum?* aut cum quae forma et quasi naturalis nota cuiusque sit describitur: ut si quaeratur *avari species seditiosi gloriosi.* 116. Consecutionis autem duo prima quaestionum genera ponuntur. Nam aut simplex est disceptatio: ut si dis-

13. 36. 67., item Gu. 1. 2. *c. et oratio* Gu. 3. — *immutatione*] *imitatione* Gu. 1. 2. — *ut si*] *si* om. Lg. 6. 17. 23. — *convertere*] optima scriptura constat ex Lg. 2. Gu. 3., eodemque ducit *se convertere* in Lg. 13. 36. V. Ruhnk. ad Rutil. p. 73. Vulgata scriptura erat *converti. Convertebat* eodem sensu legitur in Bruto 38, 141., a Lambino correctum *vertebat,* quod paulo usitatius esse videret. Ante hunc *convertebatur* lectum est.

115. *aut cum quaeritur*] necessaria emendatione sic Grut. Pearc. et rec. post Ern., videturque ita scriptum in Gu. 2., quamvis exigua auctoritate libro. Ceteri et edd. ante Grut. *ut,* perpetua confusione. — *idne sit ius*] *utrum sit ius* Lg. 2. 13. 36. *unde sit ius* 4. Gu. 3. — *ut ornate — sit*] haec om. Lg. usque ad *propriumne* om. Gu. 1. — *praeterea*] *praeter eum* Lg. 65. *praeter ipsum* 93. *partem* Gu. 3. — *possit*] *facere possit* Gu. 2. *facere poterit* Lg. 65. — *partis*] scripsi ex Lg. 2. 13. 15. 16. 21. 24. 36. 70. 73. 76. 86. Vict. Gu. 3. — *quot sint*] *q. sunt* Lg. 23. 67. 69. 81. — *ut sintne tria*] vulgatum *aut sintne tria* verum esse non potest, cum non novum disceptationis genus proponatur, sed verba illa prioribus *quot sint* accuratius explicandis addantur. Sed Schuetzii coniecturam *et sintne tria,* etsi sequuntur Muell. Or. Henr. necessariam non puto. Quod scripsi codd. Mead. Harl. 1. Gu. 2. 3. Erl. Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32 corr. ut v. 36. firmatur, itaque iam Med. 1. 2. Lott. Ald. Iunt. Man.; *ut* est *exempli gratia,* idque non minus aptum, quam *et.* — *cum quae*] *cumque* Lg. 4. 6. 36. 69 corr. Gu. 3. — *quasi naturalis*] *naturalisque*] Lg. 32. *nota* om. 4. — *ut si*] *aut si* Lg. 2. 14.

116. *prima — genera*] *pr. gemina* Vict. Lg. XIX., sed non 2. 13. 36. *pr. contumina* 4. *pr. crimina* 2 corr. ut 4. *crimema* corr. et rursus exp. *incontermina* corr. genera 32.

seratur *expetendane sit gloria?* aut ex comparatione: *laus an divitiae magis expetendae sint?* Simplicium autem sunt tres modi: de expetendis fugiendisve rebus, ut: *expetendine honores sint? num fugienda paupertas?* de aequo aut iniquo, ut: *aequumne sit ulcisci iniurias etiam propinquorum?* de honesto aut turpi, ut hoc: *sitne honestum gloriae causa mortem obire?* 117. Comparationis autem duo sunt modi: unus, cum idemne sit an aliquid intersit quaeritur, ut *metuere* et *vereri*, ut *rex* et *tyrannus*, ut *assentator* et *amicus;* alter, cum quid praestet aliud alii quaeritur: ut illud, *optimine cuiusque sapientes an populari laude ducantur?* Atque hae quidem disceptationes, quae ad cognitionem referuntur, sic fere a doctissimis hominibus describuntur.

XXX. 118. Quae vero referuntur ad agendum aut in officii disceptatione versantur, quo in genere quid

Crimina pro *prima* est in Gu. 3. — *fugiendisve*] *fugiendisque* Lg. 3. 6. *fugiendis* 32 corr. ut 3. 36. — *rebus*] addit *ùb'ibus* (i. e. *verberibus!*) Gu. 3. — *fugienda*] *sit fugienda* Lg. 36. — *ut, aequumne sit*] *ut* omnes codd. omittunt; coniectura necessaria addidit Pearc. secutique recentt. post. Ern.

117. *ut metuere — quaeritur*] haec absunt a Lg. 36. — *ut rex*] *ut* om. Lg. praeter 2. 3. 4. 6. 13. 32. 84. 93., item Vict. Gu. 1., mox eandem particulam ante *assentator* Lg. 6. 20. Lamb. Exemplorum enumeratio sic pressior fit et nervosior, sed codd. optimorum auctoritas deest. — *alter, cum*] *alterum* Lg. praeter 4. 15. 65. 84., item Gu. 1. 3. — *aliud alii*] *aliud* om. Lg. 2. *alii* om. Gu. 3. *aliquid alii* 17. — *atque hae*] sic correxi vulgatum *atque eae* ex Lg. 2. 13. 21. 36. 65. 67. 76. 81. *heae* 32 corr. 69. om. Gu. 1. v. explicationes ad II. 1, 3. — *fere — quae vero*] om. Lg. 6. 15. 86. — *describuntur*] *distribuuntur* Lg. 81 v. u. t. Gu. 1.

XXX. 118. *quoi*] scripsi, cum Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. *quo*, Gu. 3. *quo in* (ex *quo i*) exhibeant. — *subiectae*] *subiecta* Lg. 2. 5. 6. 13. 14. 16. 20. 21. 23. 24. 35. 36. 65. 69. 70. 73. 86. Vict. Gu. 3. — *obiurgationes* et mox *miserationes* om. Lg. 76. — *et impulsio*] *et* om. Lg. 3. 6. Lamb.

rectum faciendumque sit quaeritur; quoi loco omnis virtutum et vitiorum est silva subiecta; aut in animorum aliqua permotione aut gignenda aut sedanda tollendave tractantur. Huic generi subiectae sunt cohortationes obiurgationes consolationes miserationes omnisque ad omnem animi motum et impulsio et, si ita res feret, mitigatio. 119. Explicatis igitur his generibus ac modis disceptationum omnium nihil sane ad rem pertinet, si qua in re discrepuit ab Antoni divisione nostra partitio. Eadem sunt membra in utriusque disputatione, sed paulo secus a me atque ab illo partita ac distributa. Nunc ad reliqua progrediar meque ad meum munus pensumque revocabo. Nam ex illis locis, quos exposuit Antonius, omnia sunt ad quaeque genera quaestionum argumenta sumenda; sed aliis generibus alii loci magis erunt apti; de quo, non tam quia longum est, quam quia per-

119. *discrepuit*] scriptura a Nonio servata v. *discrepuit* p. 84. Merc. et a Sch. Or. Henr. adscita firmatur etiam Havn. 1. 2. Gu. 1. 2. duobus Reg. Lg. 5. 13. 16. 17. 20. 21. 23. 32. 67. 69. 70. 73. 76. Legebatur *discrepavit*. — *Antoni*] sic Lg. 17. 32. Gu. 1. *(th)*. 3. — *eadem sunt*] vulgo interpositum *enim* secundum VSt. ψ. Gu. 3. Erl. edd. antiq. delevit Henr., causam addens, sic debuisse scribi *eadem sunt enim*. Perperam quidem: v. explicationes. Sed ipse quoque delevi particulam, quod abest a Lg. praeter 17. 67. 84. omnibus et Vict. — *in utriusque disputatione*] vulgatum est ab Aldo ad Ernestum *in utrisque*, ortum ex imitatione ablativi pluralis; *disputationibus* enim Havn. 2. Lg. plerique, itaque edd. antiq. et Ern.; falso, neuter enim *disputationes* diviserat, sed *disputationem* suam de inventione oratoria. Ut nos cum Steph. Pearc. Sch. Muell. Or. Henr. dedimus, est in Cant. Harl. 1. Z. γ. ε. mg. δ. Erl. Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. In Gu. 3 (quem Henr. A vocat) non *disputatione*, sed *disputationem* scriptum est. — *ac distributa*] *atque distr.* Lg. 2. 6. 36. 65. 81. 84. om. 35. 93. Sed *ac tributa* 4. 13. 32 corr., quod exquisitius videretur, dum constaret *tribuere* pro *distribuendo* dici non addita significatione quomodo sive in quasnam partes aliquid distribuatur. Nam Tac. Ann. IV. 64. aliter intelligi debet. — *progrediar*]

spicuum est, dici nihil est necesse. 120. Ornatissimae sunt igitur orationes eae, quae latissime vagantur et a privata ac singulari controversia se ad universi generis vim explicandam conferunt et convertunt, ut ei, qui audiant, natura et genere et universa re cognita de singulis reis et criminibus et litibus statuere possint. 121. Hanc ad consuetudinem exercitationis vos, adolescentes, est cohortatus Antonius atque a minutis angustisque concertationibus ad omnem vim varietatemque vos disserendi traducendos putavit. Quare non est paucorum libellorum hoc munus, ut ii, qui scripserunt de dicendi ratione, arbitrati sunt, neque Tusculani atque huius ambulationis antemeridianae aut nostrae pomeridianae sessionis. Non enim solum acuenda nobis neque procudenda lingua est,

transgrediar Lg. 4. — *perspicuum est*] addidi *est* secundum Lg. omnes, Gu. 3. Vict. Ter positum verbum iniuria suspectum est; v. explicationes ad III. 27, 111.

120. *sunt igitur*] inv. Lg. 2. *ergo sunt* 4. *sunt* om. 20. — *eae*] *hae* Lg. 14. 16. 17. 24. 65. 67. 73. 76. 81. 86. Vict. *haec* 15. — *ac singulari*] *et a sing.* Vict. Gu. 3. Lg. 2. 3. 4. 5. 13. 14. 16. 17. 20. 21. 23. 32. 65. 67. 69. 70. 73. 86. in *a* latet *ac; et* ab eis additum, qui duo *et* inter se opposita desiderari putarent. — *ei qui audiant*] *ei* scripsi ex Lg. 2. 4. 13. 32 corr. ut 3. 36. *eis* Gu. 3. *hi* Lg. 3. cum VIII aliis et Vict. *audiant* restitui ex libris omnibus, cum Or. et Henr. inutilissimam Schuetzii coniecturam *audiunt* secuti essent. v. explicationes ad II. 43, 182. — *reis*] *rei* Lg. 2. 4 corr. 13. 32. 36. *rebus* 20. Gu. 3.

121. *adolescentes*] *adolescentis* Vict. Gu. 3. Lg. multi; v. ad II. 27, 114. — *est cohortatus*] *est* om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 3. *et* 15. *cohortatur* 4 v. u. 32., in quo legitur *cohortatur*. — *varietatemque*] *veritatemque* Lg. 13. scriptura memorabilis, si quidem verae causae declamatoriis nugis contrariae et ab Antonio et a Crasso cognitioni commendantur. Quod proxime sequitur, *vos*, secludunt Or. Henr.; omittit Gu. 1. *nos* Gu. 2. post *disserendi* ponunt Havn. 2. Sch. — *arbitrati sunt*]

sed onerandum complendumque pectus maximarum rerum et plurimarum suavitate, copia, varietate.

XXXI. 122. Nostra est enim (si modo nos oratores, si in civium disceptationibus si in periculis si in deliberationibus publicis adhibendi auctores et principes sumus), nostra est, inquam, omnis ista prudentiae doctrinaeque possessio, in quam homines quasi caducam atque vacuam abundantes otio nobis occupatis involaverunt atque etiam aut irridentes oratorem, ut ille in Gorgia Socrates, cavillantur aut aliquid de oratoris arte paucis praecipiunt libellis eosque *rhetoricos* inscribunt; quasi non illa sint propria rhetorum, quae ab iisdem de iustitia de officio de civitatibus instituendis et regendis de omni vivendi, denique etiam de naturae ratione dicuntur. 123. Quae

arbitrantur Gu. 3. Lg. 4. 32. — *pomeridianae*] *postmeridianae* aut divisim Lg. 2. 14. 15. 17. 20. 21. 23. 24. 73. 76. Vict. *promerid.* Gu. 1. Lg. 3. 5. 6. 13. 32 corr. ut 14. 36. 67. 70. 81. 93. Hoc receptae scripturae non minus favet quam *procomeridianae*, quod habet Lg. 4.; in quo *promerid.* et *pom.* confusa sunt in unum. — *procudenda*] *producenda* Lg. 6. In Lg. XXI varia vitia sunt, quorum proxime a vero abest *procludenda* (sic 4. 36. Gu. 3.). Verum servarunt 2. 13. 65. 81. — *onerandum*] infelicem coniecturam protulit Heusingerus, quem sequitur Sch., *ornandum;* id habent codd. δ. Lg. 20. A vero proxime absunt *honorandum* (Lg. 3. 6.) *honerandum* (67.) *merandum* (32 corr. ut 3.) Deinde *metendum* 4 var. *metandum exarandum*, ut est in 84. *onerandum metandum exarrandum* Gu. 1. *inenarrandum* Gu. 3. Rell. in vulgata conspirant. — *rerum*] post *plurimarum* ponitur in Lg. 2.

XXXI. 122. *nos*] om. Lg. 20. 84. — *oratores*] quod addi solet *sumus* exclusi secundum Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. Gu. 3. Probari posset, si bonos auctores haberet; deleto oratio nervosior fit longe. — *si in deliberationibus*] haec om. Lg. 2. 4. 13. 36. 84. nescio an rectius, cum pericula publica maxime insignis deliberandi campus videantur. — *rhetorum*] *oratorum* Sch. maluit: male, v. explicationes. — *dicuntur*] *dicantur* Lg. 2.

quoniam iam aliunde non possumus, sumenda sunt nobis ab iis ipsis, a quibus exspoliati sumus, dummodo illa ad hanc civilem scientiam, quo pertinent et quam intuentur, transferamus neque, ut ante dixi, omnem teramus in his discendis rebus aetatem; sed cum fontis viderimus, quos nisi qui celeriter cognorit, nunquam cognoscet omnino, tum, quotienscunque opus erit, ex iis tantum, quantum res petet, hauriemus. **124.** Nam neque tam est acris acies in naturis hominum et ingeniis, ut res tantas quisquam nisi monstratas possit videre neque tanta tamen in rebus obscuritas, ut eas non penitus acri vir ingenio cernat, si modo aspexerit. In hoc igitur tanto tam immensoque campo cum liceat oratori vagari libere atque, ubicunque constiterit, consistere in suo, facile suppeditat

123. *iam aliunde*] *iam* secundum Gu. 3. om. Sch. — *ab iis*] *ab his* Lg. 32. 65. 67. 69. 76. 81. non sane deterius. — *exspoliati*] scripsi ex Lg. 2. 3. 4. 13. 21. 32 corr. ut vulg. 36. 76. Gu. 1. 3., in quibus omnibus est *expoliati*. *explicati* 17. *expiati* 65. *expilati* interpretis est notius verbum minus noto substituentis. — *quo pertinent*] *qua pert.* Lg. 2 corr. *ad quam.* 13. 36. *quam* 4 corr. ut 2. *ad quam*, ut Lambinus, Gu. 1. 3. — *intuentur*] inutilem coniecturam Schuetzii *intuemur* ipsam exhibent Lg. 20. 65. 84 corr. ita corr. 24. — *fontis*] sic Lg. 13. 36. Gu. 3. — *quotienscunque* (sic aut per *c* aut *m* aut omisso *s)* Lg. XXI bonique omnes, item Vict. Gu. tres. — *ex iis*] *ex his* Lg. 24. 32. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. Gu. tres, non deterius. — *hauriemus*] *hauriamus* contra omnes codd. Lamb. Ern. Sch. Muell. Non opus hanc sententiam similem reddi priori, quae exit verbo *teramus;* potest enim sola per se constare, quod bene observavit Matth. de anacol. ap. Cic. in Wolfii analectis II. p. 23. V. explicationes ad II. 27, 116.

124. *acies*] om. Gu. 1. *et alacer* (p. *et acies)* Gu. 3. — *possit*] *posset* Lg. XIX., sic non meliores, praeter 32, isque corr. — *tam immensoque*] hunc positura exhibent Lg. praeter 3. 4 (is om. *tam).* 6. 14. 84., item Gu. tres, Vict. Edd. ante Grut. pleraeque *tamque immenso.* — *consistere*] om. Lg. 2. 4. 13. 15.

omnis apparatus oratusque dicendi. 125. Rerum enim copia verborum copiam gignit et si est honestas in rebus ipsis, de quibus dicitur, exsistit ex rei natura quidam splendor in verbis. Sit modo is, qui dicet aut scribet, institutus liberaliter educatione doctrinaque puerili et flagret studio et a natura adiuvetur et in universorum generum infinitis disceptationibus exercitatus ornatissimos scriptores oratoresque ad cognoscendum imitandumque delegerit: nae ille haud sane quem ad modum verba struat et illuminet a magistris istis requiret; ita facile in rerum abundantia ad orationis ornamenta sine duce natura ipsa, si modo est excitata, labetur.

XXXII. 126. Hic Catulus, Di immortales, inquit, quantam rerum varietatem quantam vim quantam copiam,

24. 32 add. 36. 84. 86. — *facile*] om. Gu. 1. Lg. praeter 2. 3. 4. 13. 32. 36. 84. exp. 32.

125. *verborum copiam*] om. Lg. 2. 4. 13. 36. Gu. 3. — *ex rei natura*] sic codd. fere omnes. *ex re naturalis* VSt. Z. mg. δ. Gu. 3. praeferendum putat Henr. *ex ea naturalis* Sch. Muell. — *in universorum*] *in* om. Lg. 2. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 86. 93. Gu. 3. non deterius vulgato; v. explicationes ad I. 3, 12. — *ad cognoscendum*] *ad* om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 3. *cognoscendos* praeterea 4. 32. et sec. m. 2., quod ferri propter sequens *imitandumque* non potest; quanquam *cognoscendos imitandosque* Pal. 1. 2. Pith. mbr. Mem. (VSt.) Z. mg. δ. — *delegerit*] sic Pal. 1. 2. Pith. mbr. Memm. (VSt.) Harl. 1. Mead. Z. mg. δ. Gu. 3. Erl. Lg. 2. 4. 6. 13. 32 v. u. 3. 36. Pearc. et recentt. post Sch. *legerit* Lamb. *cognorit* Lg. 3 et ceteri, Havn. 1. 2. plerique Ox. et vulgo ab edd. antiquiss. Sed quis ferat ineptum illud *ad cognoscendum cognorit?* Ne novissimus quidem et patientissimus interpretum tulit. — *haud*] *aut* Vict. Gu. tres, Lg. praeter sec. m. 4. et 13. 69. 86. 93. — *struat*] *struet* Lg. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. *instruat* 21. 76. *servet* 70. — *excitata*] libri *exercitata;* felix est illa coniectura Schuetzii. — *labetur*] *dilabitur* Lg. 2. *dilabetur* 3. 6. *delabitur* 4. 13. 32 corr. 36. *delabetur* Lamb.

XXXII. 126. *Di*] scripsi ex Lg. 2. 13. 32 corr. — *com-*

Crasse, complexus es quantisque ex angustiis oratorem educere ausus es et in maiorum suorum regno collocare! Namque illos veteres doctores auctoresque dicendi nullum genus disputationibus a se alienum putasse accepimus semperque esse in omni orationis ratione versatos. 127. Ex quibus Eleus Hippias, cum Olympiam venisset maxima illa quinquennali celebritate ludorum, gloriatus est cuncta paene audiente Graecia nihil esse ulla in arte rerum omnium, quod ipse nesciret; nec solum has artis, quibus liberales doctrinae atque ingenuae continerentur, geometriam musicam literarum cognitionem et poëtarum atque illa, quae de naturis rerum quae de hominum moribus quae de rebus publicis dicerentur, sed anulum, quem haberet, pallium, quo amictus, soccos, quibus indutus esset, sua manu confecisse. 128. Sci-

plexus] *amplexus* Lg. 65. *compressus* Gu. 3. — *ex angustiis*] *ex* om. Gu. 1. — *educere*] *deducere* Gu. 3. — *orationis ratione*] inv. 4. *orationis genere*, ut Lambinus volebat, Lg. 6.

127. *Eleus*] omnes mei libri monstrum aliquod nominis exhibent. Quorum etsi quaedam scripturam *Elius* significare videntur, ut *Belius* (Lg. 67.), *Herilius* (5. 21. 35. 69. 76. 84. Vict.) *Elirius* (Gu. 1.) *Erilius* (Gu. 2.), nihil tamen mutandum fuit. *et eius* Gu. 3., ex prava scriptura *Eleius* (cf. *Ceius*) rursus corruptum. — *artis*] Lg. 2. 5. 13. 15. 16. 24. 36. 70. 73. 86. — *continerentur*] *continentur* Lg. 3. 14. 23. 35. 65. 67. 69. 93. Vict. Lamb., quod cur coniunctivi insectatores non praetulerint miror. Ego optimos sponsores Lg. 2. 4. 13. 32. 36. Gu. 3. desidero. — *rebus publicis*] sic divisim Lg. 2. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. 93. Gu. 2. — *anulum*] hanc scripturam origine potiorem et fide (v. Schneider. Gr. Lat. vol. I. 2. p. 422) monstrant Lg. omnes (in 17. est *anullum*) et Gu. 1. 3. — *sua manu*] *se* ob speciem fallacem contra positorum *se sua* additum cum Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 3. delevi. V. explicationes ad III. 5, 18.

128. *hic quidem*] inv. Lg. 2. 5. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 86. 93. — *illi oratores*] vulgo interpositum *ipsi* delevi cum Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. 81. Eadem

licet nimis hic quidem est progressus, sed ex eo ipso est coniectura facilis quantum sibi illi oratores de praeclarissimis artibus appetierint, qui ne sordidiores quidem repudiarint. Quid de Prodico Ceo de Thrasymacho Calchedonio de Protagora Abderita loquar? quorum unusquisque plurimum temporibus illis etiam de natura rerum et disseruit et scripsit. 129. Ipse ille Leontinus Gorgias, quo patrono, ut Plato voluit, philosopho succubuit orator (qui aut non est victus unquam a Socrate neque sermo ille Platonis verus est, aut, si est victus, eloquentior videlicet fuit et disertior Socrates et, ut tu appellas, copiosior et melior orator), sed hic in illo ipso Platonis libro de omni re, quaecunque in disceptationem quaestionemque vocaretur, se copiosissime dicturum esse profitetur isque princeps ex omnibus ausus est in con-

vocabula in eadem sententia recte iterantur, cum *quid* ad vim cogitatorum conferunt; hic non est quod eo pronomine significetur. — *appetierint*] *appeterent* Lg. 2. 4. 32 corr. 36. Gu. 3. *adpeterent* 13. — *repudiarint*] *repudiarent* Lg. 2. *qui — repudiarint* om. Gu. 3. — *Prodico Ceo*] sic meorum solus Lg. 17. praeterea Oxx. nonnulli (etiam *ψ*). *Ceio*, quod tolerari nequit, Gu. 1. 2. Havn. 1. 2. Lg. 84. Oxx. quidam; secutus Sch. *ho* Gu. 3. *Cio* Man. Muell., sed cod. nullus. Rell. enim codd. et edd. *Chio*, contra veritatem. — *de Thrasymacho*] vulgo cum legeretur *quid de Thr.*, in tam scabra oratione neminem offendisse miror. Ferri non potest, quod in trium membrorum interrogatione bis ponitur *quid*, tertio loco omittitur. Aut enim ter poni oportuit aut semel, et in fronte quidem sententiae. Delevi *quid* ex Vict. Gu. 3. Lg. omnibus praeter 4. 35. 93. — *Calchedonio*] sic Lg. 13. 20. — 32. 93. Gu. 1. 2. *Calchadonio* 84. ceteri *Calcedonio* s. *Calcidonio*; sed *Chalcedonio*, quod circumfertur, nullus. Illa antiquior forma in Bruto 8, 30. ab optimis libris commendatur. — *Abderita*] *Abderite* Lg. 20.

129. *succubuit*] semel hic *subcubuit* Gu. 3. — *si est victus*] *victus* Gu. 3. — *disceptationem*] *disputationem* Lg. 36. — *vocaretur*] *revocetur* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. ut 3. 36. Gu. 3. *vocetur*

ventu poscere qua de re quisque vellet audire; cui tantus honos habitus est a Graecia, soli ut ex omnibus Delphis non inaurata statua, sed aurea statueretur. 130. Sed ii, quos nominavi, multique praeterea summi dicendi doctores uno tempore fuerunt; ex quibus intellegi potest ita se rem habere, ut tu, Crasse, dicis oratorisque nomen apud antiquos in Graecia maiore quadam vel copia vel gloria floruisse. 131. Quo quidem magis dubito tibine plus laudis an Graecis vituperationis statuam esse tribuendum, cum tu in alia lingua ac moribus natus occupatissima in civitate vel privatorum negotiis paene omnibus vel orbis terrae procuratione ac summi imperii gubernatione districtus tantam vim rerum cognitionemque comprehenderis eamque omnem cum eius, qui consilio et oratione in civitate valeat, scientia atque exercitatione sociaris; illi nati in literis ardentesque his studiis, otio

3. 6. — *habitus*] *exibitus* Lg. 4 corr. *est habitus*. 5. 14. 15. 17. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 81. 84. 86. 93. quam scripturam aliquando non improbandam putabam, etsi locutionem *honorem exhibere alicui* apud auctorem Ulpiano antiquiorem non reperiebam. Nunc existimo ortam ex inversione ordinis vocabulorum; cum enim scriptum esset *è habitus* pro *habitus est*, factum *exibitus* s. *exhibitus*, id quod corrector codicis Lg. 4. recte intellexit.

130. *sed*] sic correxi vulgatum *atque* ex Lg. 3. 4. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 32. 35. 36. 65. 67. 70. 73. 76. 93. Vict. Gu. 3. *Sed* orationi est post longiorem digressionem ad rem revocandae. — *summi*] *summique* Lg. 2. 3. 6. 13. 32. 36. — *doctores*] causam non reperio cur unius libri Erlangensis scripturam eamque correctam, *auctores*, illi praeferam, quam ceteri omnes habent. — *intellegi*] sic Lg. 13. 36. — *vel copia*] *vel* om. Lg. 3. 6. 32 add.

131. *statuam esse tribuendum*] sic mutavi receptum verborum ordinem *tribuendum esse statuam* secundum Lg. praeter 4. omnes, item Vict. Gu. 1. 3. — *omnibus*] sic omnes codd. et vulgo edd. Schuetzii coniectura *obrutus* non minus futilis est quam

vero diffluentes non modo nihil acquisierint, sed ne relictum quidem et traditum et suum conservaverint.

XXXIII. 132. Tum Crassus, Non in hac, inquit, una, Catule, re, sed in aliis etiam compluribus distributione partium ac separatione magnitudines sunt artium diminutae. An tu existimas, cum esset Hippocrates ille Cous, fuisse tum alios medicos, qui morbis, alios, qui vulneribus, alios, qui oculis mederentur? Num geometriam Euclide aut Archimede, num musicam Damone aut Aristoxeno, num ipsas literas Aristophane aut Callimacho tractante tam discerptas fuisse, ut nemo genus universum complecteretur atque ut alius aliam sibi partem, in qua elaboraret, seponeret? 133. Equidem saepe hoc audivi de patre et de socero meo nostros quoque homines, qui excellere sapientiae gloria vellent, omnia, quae quidem tum haec civitas nosset, solitos esse complecti. Memi-

Ernesti *omnium.* Nam ne illa quidem explicandi ratione hic uti opus, de qua exposuimus ad I. 45, 200. — *districti*] *destricti* et post *defluentes* codd. multi; v. ad II. 19, 80. — *acquisierint*] *acquisiverint* s. *adquis.* Lg. 4. 5. 13. *acquisierunt* s. *adqu.* et *acquisiverunt* 3. 70. corr. ut 5. itaque mox non nulli *conservarunt.*

XXXIII. 132. *non* et *re* om. Gu. 2. — *in hac*] *in* om. Lg. 4. 6. 20. 32 add. — *compluribus*] *quam pluribus* Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. Gu. 3., unde si quis correxerit *quam plurimis*, me non habebit dissentientem. — *diminutae*] *deminutae* Lg. 32. 36. Gu. 2. edd. Man., non deterius. v. ad II. 19, 80. — *Cous*] *Chous* Lg. XVI, quorum ex optimis est 13. *Chius, Cohus, cuius* (Gu. 3) alii VII. — *alios, qui oculis*] om. Lg. 4. 20. 24. 32 add. 35 add. — *discerptas*] *discertam* Lg. 2 corr. ut 4. 36. *discerptam* 4. 13. 32 corr. ut 3, qui cum VII aliis *disertam* habet. *disertos* 15. 24. 86. *disiectas* 73. 76. *discretas* 93., non male, sed Politiani puto correctionem esse. — *elaboraret*] *laboraret* Lg. 13. *elaboret* 4. 32 corr.

133. *et de socero*] *et* om. Lg. 6. *ac* 24. *de* om. 2. 4. 15. 24. 76. 86. Gu. 3. Lamb. Non probo, ne unius hominis mentio quamvis inepte fieri videatur. — *meminerant*] *meminerunt* Lg.

nerant illi Sex. Aelium, M'. vero Manilium nos etiam vidimus transverso ambulantem foro; quod erat insigne eum, qui id faceret, facere civibus omnibus consilii sui copiam; ad quos olim et ita ambulantis et in solio sedentis domi sic adibatur, non solum ut de iure civili ad eos, verum etiam de filia collocanda de fundo emendo de agro colendo de omni denique aut officio aut negotio referretur. 134. Haec fuit P. Crassi illius veteris, haec Ti. Coruncani, haec proavi generi mei Scipionis prudentissimi hominis sapientia, qui omnes pontifices maximi fuerunt, ut ad eos de omnibus divinis atque humanis rebus referretur; eidemque et in senatu et apud populum et in causis amicorum et domi et militiae consilium suum

73. — *M' Manilium*] *M.* omnes, puto, codd. sueto mendo; *Manlium* Lg. 67. edd. Ald. Vict. Man. *Marchum Manium* Gu. 1. 2. In Lg. 4. ad Manilii nomen ascriptum var. *Aemilium*. — *id faceret*] *id* om. Lg. 13. 32 add. et v. *quidem*. *faceret* om. 32 v. u. t. — *facere*] om. Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 36. 84. Gu. 3. — *omnibus*] *suis* Lg. 3. 4. 6. 13. 32. 84. item 2. adscr. *esse omnibus*. — *ambulantis* — *sedentis*] sic Lg. 2. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 32 corr. 36. 67. 69. 70. 73. 76. 86. Vict. Gu. 3. — *domi*] om. Gu. 1. — *adibatur*] *adibant* Lg. 2. 13. 36., quod probarem, si post legeretur *referrent*, quod in solo Lg. 81. et *referent* quidem scriptum reperi. *adiebatur* Lg. 4. Gu. 2. *adhibeatur* s. *adhibatur* 6. 65. 76. 84. Gu. 3. — *colendo de*] om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 3. — *negotio*] *regno* Gu. 1. mire.

134. *Ti. Coruncani*] *T.* vel *Titi* Lg. XXII. itaque corr. 4. 32. *Tiberii* 24. 81. 84. 86. *Coruncani* liquido scriptum in 3. 5. 20. 21. 23. 24. 32. 35. 65. 69. 70. 73. 76. 81. 84. Vict. *Corruncani* 6. 13. 14. 15. 36. 67. 86 corr. ut 3. Gu. 3. *Cornuncani* 4 corr. ut 3. *Corruncam* 2. — *referretur*] *reperiretur* Gu. 3. In Lg. 2 p. var. ascr. *recurretur*. — *eidemque*] sic correxi vulgatum *iidemque*, ex Lg. 4. 32 corr. ut 5., cum quibus conspirant *ei denique* prae se ferentes 2. 13. 36. *idemque* 5. 14. 16. 21. 65. 69. 70. 73. 76. Vict. Gu. 1. *idem* Gu. 3. — *et in senatu*] *et* om. Lg. 2. 3. 4. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 20. 21. 24. 32. 36. 65. 69. 70. 73. 76. 86., non male; non sequor tamen, cum *et* propter praecedens *e* perfacile excidere potuerit.

fidemque praestabant. 135. Quid enim M. Catoni praeter hanc politissimam doctrinam transmarinam atque adventitiam defuit? num, quia ius civile didicerat, causas non dicebat? aut, quia poterat dicere, iuris scientiam neglegebat? Utroque in genere et elaboravit et praestitit. Nam propter hanc ex privatorum negotiis collectam gratiam tardior in re publica capessenda fuit? Nemo apud populum fortior, nemo melior senator; idem facile optimus imperator; denique nihil in hac civitate temporibus illis sciri discive potuit, quod ille non cum investigarit et scierit, tum etiam conscripserit. 136. Nunc contra plerique ad honores adipiscendos et ad rem publicam gerendam nudi veniunt atque inermes nulla cognitione

135. *Catoni*] *Antonti* corr. *Antonio* Lg. 20. — *didicerat*] *non didic.* Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 15. 17. 24. 32 corr. ut 5. 36. 86. Gu. 1. 2. *non dicebat* 5. 16. 21. 35 65. 73. Vict. — *non dicebat*] *non* om. Lg. 14. 23. 67. 69. 93. *non docebant* 20. *non sciebat* 76. *non didicerat* 81., manifesta interpolatione. — *neglegebat*] sic Lg. 13. 17. 20. 32. — *utroque in genere*] *at* vulgo praefixum item in Havn. 1. 2. Gu. 1. 2. et edd. inde ab Aldo lectum ignorant VSt. Z. Gu. 3. Erl. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36., itaque dedere Pearc. Sch. Muell. Or. Henr. *aut utroque in gen. e.* Lg. 65. 93. *aut quia utr. in g.* edd. antiq. *atque u. i. g.* Lg. 81. *atqui* Lamb., etiam *ab utroque* et *quia utroque* in libris legi testatus. — *et elaboravit*] *et* om. Lg. 4. 15. 20. 24. 32 add. 86. v. §. 134. *elaboravit* a Lambino et Orellio probatum VSt. Z. Erl. et Lg. quos modo dixi exhibent, omnes tamen omisso *et.* — *collectam*] *coniectam* codd. multi, non tamen Lag. optimi nec Gu. 3.; *conlectam* in eo latere dixeris. Similiter artis vocabulum *collectiones* (oratoriae) in libris *coniectiones* scriptum Brut. 88, 302. — *idem*] *et idem* Lg. 4. 32 corr. Gu. 3. eique mox om. *facile.* — *sciri*] om. Lg. 4. *illis* proxime praecedens om. Gu. 2. — *cum investig.*] *tum inv.* codd. plerique vitiose. Meorum soli verum servarunt Gu. tres, Lg. 3. 32 pr. m. 84. 93 m. sec. *tum* om. 4. — *investigarit*] *investigaret* Lg. 17. 32. uterque corr. *sciret* 32 a sec. m., sed corr. u. t. *investigaverit* Gu. 3. — *tum etiam*] *et tum etiam* Gu. 3.

rerum, nulla scientia ornati. Sin aliquis excellit unus e multis, effert se, si unum aliquid affert, aut bellicam virtutem aut usum aliquem militarem, quae sane nunc quidem obsoleverunt, aut iuris scientiam ne eius quidem universi (nam pontificium, quod est coniunctum, nemo discit), aut eloquentiam, quam in clamore et in verborum cursu positam putant; omnium vero bonarum artium, denique virtutum ipsarum societatem cognationemque non norunt.

XXXIV. 137. Sed ut ad Graecos referam orationem (quibus carere hoc quidem sermonis genere non possumus; nam ut virtutis a nostris, sic doctrinae sunt ab illis exempla repetenda), septem fuisse dicuntur uno tempore, qui sapientes et haberentur et vocarentur. Hi omnes praeter Milesium Thalem civitatibus suis praefuerunt. Quis doctior eisdem illis temporibus aut cuius

136. *excellit*] *excellet* Lg. 81. 84. Gu. 1. mox *efferet* 3. *et ferret* 4 corr. *et fert* 13. 36. *se efferet* 84. *unus est, e multis effert se* Vict. — *ex multis*] Lg. 24. 86. — *affert*] *afferet* Lg. 3. — *aut bellicam*] sic, ut voluit Lambinus, medie distinguens ante *aut* correxi vulgarem scripturam *ut* ex Lg. praeter 81. 84. omnibus et Gu. 2. ita corr. 81. — *obsoleverunt*] *obsoluerunt* (Gu. 3.) *absolverunt* (Lg. 2. 13. 32 corr. ut Gu. 3. 36.) *absoleverunt* et aliis etiam modis mendose codd. plurimi; verum mansit in Lg. 4. 5. 14. 20. 21. 35. 65. 67. 73. 81. 84. Gu. 2. Vict. — *pontificium*] *pontificum* Lg. 2 corr. ut 3. 4. 13. 32 corr. ut 3. 36. 69. 84. et addito *ius* 3. 6. — *positam*] *sitam* Lg. 4. — *cognationemque*] *cognitionemque* Lg. 4 v. u. t. 6. 15. 23. 32 corr. 36. 67. 70. Vict. — *norunt*] *nominant* Lg. 4. *non* om. Gu. 2.

XXXIV. 137. *hoc sermonis genere*] *in* vulgo additum sustuli secundum Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. 76. Gu. 3. Est *cum tale sermonis genus sit.* — *virtutis*] *virtutes* Lg. XVIII, quorum de bonis sunt 4. 36. Gu. 3., isque etiam *exempla* omittit; eidemque illi praeter Vict. mox *petendae.* — *Thalem*] scripsi ex Lg. 2. 4. 5. 13. 14. 16. 20. 24. 35. 36. 65. 67. 70. 73. 81. 84. Gu. 3., in quibus est *talem,* et 15. 17. 76. 86. Lamb., in quibus *Thalem.*

eloquentia literis instructior fuisse traditur, quam Pisistrati? qui primus Homeri libros confusos antea sic disposuisse dicitur, ut nunc habemus. Non fuit ille quidem civibus suis utilis, sed ita eloquentia floruit, ut literis doctrinaque praestaret. 138. Quid Pericles? de cuius dicendi vi sic accepimus, ut, cum contra voluntatem Atheniensium loqueretur pro salute patriae severius, tamen id ipsum, quod ille contra populares homines diceret, populare omnibus et iucundum videretur; quoius in labris veteres Comici, etiam cum illi male dicerent (quod tum Athenis fieri licebat), leporem habitasse dixerunt tantamque in eo vim fuisse, ut in eorum mentibus, qui audissent, quasi aculeos quosdam relinqueret. At hunc non declamator aliquis ad clepsydram latrare docuerat, sed, ut accepimus, Clazomenius ille Anaxagoras vir summus in maximarum rerum scientia. Itaque hic doctrina

Thalē 32. Gu. 1. *chalem* Gu. 2. Alii *Thalen.* — *eisdem*] sic Lg. 3. 6. 13. 32. 36. *isdem* 2. *eiusdem* 4. — *illis temporibus*] inv. Lg. 2. 4. 6. 13. 32. 36. Gu. 3., sed videntur iuncta dici debere *eadem illa.* — *instructior*] *structior* Gu. 3. Lg. 4. *illustrior* 84. — *Homeri libros*] inv. Lg. 4. — *antea*] *ante* Gu. 3. — *ita*] om. Gu. 3. — *ut*] *ex* Gu. 3.

138. *dicendi vi*] sic Lg. 2. 13. 36. ille primus corr. *ratione dicendi.* Vulgatur *dicendi copia;* sed pro eo *gloria* Lg. 4. om. 32 add. et Gu. 2. ut librariorum aut interpretum manus hic grassatas esse perspicuum sit. — *cum contra*] *contra* om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. — *diceret*] *doceret* Lg. 2. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. *docere* 4 corr. ut 2. — *quoius*] sic Lg. 32 corr. *quo ius* Gu. 3. — *labris*] *libris* Lg. 13. 15. 32 corr. 36. 70. Gu. 3. — *male dicerent*] divisim mei codd. praeter Vict. Gu. 1. omnes. — *eo*] *eodem* Lg. 3. 4. 6. 13. Gu. 3. non deterius. — *aculeos quosdam*] inv. Lg. 20. — *declamator*] praestantissimam scripturam ministrarunt Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. 84. Gu. 3. edd. Ald. Iunt. Man.: vulgabatur *clamator,* inepte; v. explicationes. — *clepsydram*] codd. multi prave; *depsicram* Gu. 3. Mox et *Clazomenius Anaxagoras* varias non intelligentium iniurias perpessus

consilio eloquentia excellens quadraginta annis praefuit Athenis et urbanis eodem tempore et bellicis rebus. 139. Quid Critias? quid Alcibiades? civitatibus quidem suis non boni, sed certe docti atque eloquentes nonne Socraticis erant disputationibus eruditi? Quis Dionem Syracosium doctrinis omnibus expolivit? non Plato? atque eum idem ille non linguae solum, verum etiam animi ac virtutis magister ad liberandam patriam impulit instruxit armavit. Aliisne igitur artibus hunc Dionem instituit Plato, aliis Isocrates clarissimum virum Timotheum Cononis praestantissimi imperatoris filium summum ipsum imperatorem hominemque doctissimum? aut aliis Pythagoreus ille Lysis Thebanum Epaminondam, haud scio an summum virum unum omnis Graeciae? aut Xenophon Agesilaum? aut Philolaus Archytam Tarentinum?

est. — *annis*] scripturam longe exquisitiorem (legebatur *annos*) suppeditarunt Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. — *eodem*] om. Gu. 3.

139. *civitatibus quidem suis*] vulgo *quidem* post *suis* ponebatur vitio non ferendo, quoniam id adverbium ei notioni applicatur, cui explicando cum aliqua imminutione constitutum est. Ut scripsimus, Lg. 2. 3. 6. 13. 32 m. sec. 36. Gu. 3. — *nonne*] *non* Lg. 32 corr. — *Syracosium*] sic liquido scriptum in Lg. 2. 5. 16. 70. 73. Vict. Congruunt *syrracosium* exhibentes Lg. 13. *siracosium* 21. Sed *syracusanum* 14. 23. 69. 86. *siracusanum* 15. Vulgabatur *Syracusium*. Illam formam ex genuina Attica Συρακόσιος expressam in libris accurate collatis saepe repertum iri puto. — *Dionem*] *diogenem* Gu. 3. — *Cononis*] *Zenonis* Lg. 2. *canonis* Gu. 3. — *Lysis*] hoc nomen num in aliquo libro exstet dubito; in meis certe omnibus est *Lysias* (sic XX) *Lisias, Lisyas, Lesyas*. — *summum*] *tunc summum* Lg. 5. 14. 15. 16. 20. 23. 24. 67. 70. 73. 76. 93. *nunc s.* 17. — *Xenophon*] *Xenopho* Gu. 2. — *Agesilaum*] *Hages. Agesyl.* nonnulli libri; *hagesilonom* Gu. 3.; sed memorabilis scriptura *Hegesilaum* est in Lg. 36. Hac occasione utar, ut confutem eos, qui in epistolis ad Diversos XIII. 25. *Hegesaratus* tolerarunt, quorum etiam Orellius est, quem praestantissimi libri Medicei scripturam *Hagesaretus* sprevisse miror. Illud ne Graecum quidem est. Nomina enim ab

aut ipse Pythagoras totam illam veterem Italiae Graeciam, quae quondam magna vocitata est? Equidem non arbitror.

XXXV. 140. Sic enim video unam quandam omnium rerum, quae essent homine erudito dignae atque eo, qui in re publica vellet excellere, fuisse doctrinam; quam qui accepissent, si eidem ingenio ad pronuntiandum valuissent et se ad dicendum quoque non repugnante natura dedissent, eloquentia praestitisse. 141. Itaque ipse Aristoteles, cum florere Isocratem nobilitate discipulorum videret, [quod ipse suas disputationes a causis forensibus et civilibus ad inanem sermonis elegantiam transtulisset] mutavit repente totam formam prope disciplinae suae versumque quendam Philoctetae paullo secus dixit. Ille enim *turpe* sibi ait *esse tacere, cum barbaros,* hic autem,

ἡγεῖσθαι s. ἀγεῖσθαι composita, quae Doriensibus leni spiritu pronuntiantur, cum nominibus ita coalescunt, ut ea obiective dicantur et verbo subiiciantur; velut Ἀγησίλαος, Ἀγήσανδρος, Ἀγησίπολις, Ἡγησίλαος, Ἡγήσιππος, Ἡγησίστρατος, Ἡγησάρετος s. Ἀγησάρετος, quod comparari potest cum Φαινάρετος (certe fuit Φαιναρέτη Socratis mater), Αἰνάρετος. Contra quae ab ἀρᾶσθαι producuntur, ita ut ἀρητός s. ἀρατός adiectivi verbalis formam referant, priorem partem sibi a nomine addi postulant; qualia sunt Λαμάρατος, Πολυάρατος. — *Philolaus Archytam Tarentinum*] vulgata lectio *Philolaum Archytas Tarentinus,* quae manifesto falsa est (v. explicationes) tenuem fidem habet; exstat enim in Gu. 2. Havn. 1. Lg. 2. 3. 4. 6. 93. et sec. m. 32., ut tamen *Archytam Tarentinum* sit in 2. 4. *Philolavos* Gu. 3. — *non arbitror*] *non* om. Lg. 15. 16. 70. 86 add.

XXXV. 140. *eidem*] scripsi ex Lg. 13. 36. Gu. 3. *idem* Lg. 2. 4. 32 et XII alii minus insignes. — *praestitisse*] *facile iudico prestitisse* 2 m. sec.

141. *quod ipse — transtulisset*] hanc sententiam, etsi nihil discrepantiae in libris est, nisi quod Lg. 15. 24. 86. *eloquentiam* pro *elegantia* exhibent, totam ineptam abiiciendamque puto. v. explicationes. — *Philoctetae*] Restitui veterem scripturam, quae ab antiquissimis usque ad Aldum regnabat, ab Ernesto restituta,

cum Isocratem pateretur dicere. Itaque ornavit et illustravit doctrinam illam omnem rerumque cognitionem cum orationis exercitatione coniunxit. Neque vero hoc fugit sapientissimum regem Philippum, qui hunc Alexandro filio doctorem accierit, a quo eodem ille et agendi acciperet praecepta et eloquendi. 142. Nunc sive qui volet eum philosophum, qui copiam nobis rerum orationisque tradat, per me appellet oratorem licet; sive hunc oratorem, quem ego dico sapientiam iunctam habere eloquentiae, philosophum appellare malet, non impediam; dummodo hoc constet neque infantiam eius, qui rem norit, sed eam explicare dicendo non queat, neque in-

sed a recentioribus iterum expulsa est, ut falsae et fucatae elegantiae cederet. *De Philocteta* enim praeter Gu. 1. duos Havn. et paucos Oxx. auctores non habet, nisi quod *de Philoctetae* Gu. 2.; de Gu. 3. enim quem A. vocat, errat Henr. Codd. ceteri omnes *Philoctetae, Philoctete, Philophetae, Philotette, Philotecte;* falsa, sed speciosa scriptura ab eo profecta est, qui cum *Philoctete* scriptum reperisset, non genitivum perperam scriptum, sed ablativum esse putaret. — *barbaros*] plurimi libri perabsurde *barbaris,* quod quasi a praepositione *cum* suspenderunt. Recta scriptura servatur meorum in Lg. 5. 14. 16. 17. 23. 32 corr. 35. 65. 67. 69. 70. 73. Gu. 3. — *Isocratem*] *hii socratem* Gu. 3. *Socratem,* ut solet in multis libri fieri, Lg. 4. 32 corr. — *pateretur*] *pateremur* Lg. 2. 4 v. u. 3. *patiemur* 3. 6. *paterentur* Gu. 3. — *ornavit*] *armavit,* ut ed. Rob. Steph., Gu. 2. p. var. Lg. 17. ita corr. 84. — *omnem rerumque*] *omnemque rerum* Lg. 2. 3. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 21. 23. 24. 35. 67. 69. 70. 73. 76. 84 corr. 86. male nectunt quae non erant coniungenda. Ita corr. 32. — *orationis*] *oratoris* Lg. 3. 4. — *agendi*] om. Gu. 3. — *et eloquendi*] plerique codd. et ab antiquiss. *loquendi.* Vera scriptura exstat in Gu. 3. Erl. Lg. 2 m. sec. add. *scientiam.*, 3. 4. 6. 13. 14. 17. 23. 32. 36., et sic Man. Steph. Lamb. Muell. Or. Henr.

142. *sive qui*] *si qui* Ern. nescio unde. — *malet*] sic Lamb. prob. Pearc. et recentt. post Sch.; id firmant Lg. 32 corr. *malit.* 36. *mallet* 4. 13. Gu. 3., hic puncto tamen literae delendae signo sub altero *l,* ut erraverint Sch. Henr.; *mallit* Lg. quidam; vulgo

scientiam illius, cui res non suppetat, verba non desint, esse laudandam; quorum si alterum sit optandum, malim equidem indisertam prudentiam, quam stultitiam loquacem. **143.** Sin quaerimus quid unum excellat ex omnibus, docto oratori palma danda est. Quem si patiuntur eundem esse philosophum, sublata controversia est; sin eos disiungent, hoc erunt inferiores, quod in oratore perfecto inest illorum omnis scientia, in philosophorum autem cognitione non continuo inest eloquentia; quae quamvis contemnatur ab eis, necesse est tamen aliquem cumulum illorum artibus afferre videatur. Haec cum Crassus dixisset, parumper et ipse conticuit et ceteris silentium fuit.

malit. — *dummodo*] divisim Lg. 67. 76. — *inscientiam*] *inscitiam* Lg. 4. 26. edd. Ald. Iunt. Man. Ortum hoc ex compendio male intellecto *insciam*, quod exstat in Lg. 14. 17. 20. 23. 32. — *suppetat*] *suppetit* Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35 corr. 65. 67. 69. 70. 76. 81. 84. 86. 93. edd. quaed. antiquae. ita corr. 32. sed *desunt* deinde in solo 81. legitur. — *stultitiam loquacem*] *stultam loquacitatem* Lg. 76 v. u. t.

143. *sin*] *si* Lg. 2. 3. 4. 6. 36. Gu. 3. facili errore. — *docto*] *doctoribus* Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 86 corr. 93. Vict. Gu. 1. ita corr. 32. *doctori* Gu. 2. — *patiuntur* — *disiungent*] *disiungunt* Lg. 14. 23. 67. 69. — *illorum omnis*] inv. Lg. 4. 21. 35. 76. 84. 93. Lamb. — *cognitione*] *cognitionem* Lg. 13. 32 corr. 36. — *eis*] *iis* Lg. 5. 16. 23. 24. 70. 73. 86. *his* 14. 16. 17. 20. 21. 35. 65. 67. 69. 76. 84 corr. 93. Vict. Gu. 1. 2. — *et ipse*] om. Lg. 4. — *et* om. 2. 3. 6. 13. 32. 36. — *ceteris*] *a ceteris* Lg. 5. 14. 16. 17. 21. 23. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 81. 86. 93. Blandiebatur aliquando, cum Lagomarsinianorum excerpta cum compendiis scripta non satis accurate inspexissem, adverbialis ille praepositionis usus, τὸ παρά τινος significans; quem ad modum *impunitas fuit a iudicio* Cicero dixit p. Rabir. Post. 10, 27., et *nihil isti adolescenti neque a natura neque a doctrina deesse sentio* de Or. III. 61, 229., quae exempla cum aliis disparibus composuit Handius de Part. L. L. vol. I. p. 56., miscueruntque diversa etiam quos Kritzius laudat ad Sall. Iug. p. 7., item Gronovius nott. ad Terent. p. 44. ed. Frotsch., et Herzog. ad Caes. B. G. p. 7.

XXXVI. 144. Tum Cotta, Equidem, inquit, Crasse, non possum queri, quod mihi videare aliud quiddam et non id, quod susceperis, disputasse; plus enim aliquanto attulisti, quam tibi erat attributum a nobis [ac denuntiatum]. Sed certe ut hae partes fuerunt tuae, de illustranda oratione ut diceres, et eras ipse iam ingressus atque in quattuor partes omnem orationis laudem descripseras, quum de duabus primis nobis quidem satis, sed, ut ipse dicebas, celeriter exigueque dixisses: duas tibi reliquas feceras, quem ad modum primum ornate, deinde etiam apte diceremus. 145. Quo cum ingressus esses, repente te quasi quidam aestus ingenii tui procul a terra abripuit atque in altum a conspectu paene omnium abstraxit. Omnem enim rerum scientiam complexus non tu quidem eam nobis tradidisti: neque enim fuit tam exigui temporis; sed apud hos quid profeceris nescio, me quidem

XXXVI. 144. *erat attributum*] *esset tributum* vulgo inde ab antiquissimis edd. Sed *esset* tenui fide est, a solisque codd. Gu. 1. 2. Anglicis Z. β. γ. ε. Lg. 35. 81. 84. Havn. 1. firmatur. Ceteri omnes *erat,* nec ulla coniunctivi causa reddi potest. Deinde *attributum* Lg. praeter 35. 93 omnes, Vict. Gu. 3. Havn. 1. 2. Z. γ. ε. codd. Regii, ed. Waldarf. *attribuendum* ψ. *tributum* Erl. Statim *ac denuntiatum* uncinis inclusimus, cum absit a Lg. praeter 81. 84. 93. omnibus et Vict.; eiecerat iam Lambinus. Vide ad II. 33, 144. — *ut hae partes — cum de duabus*] Cum *et* et *cumque* vulgo legeretur, *ut* corrigendo ex Vict. Gu. 3. Lg. omnibus praeter 4. 17. 81. 84., in quibus et Gu. 1. omittitur, ut tamen in 4. altera manus addiderit, *cum* ex Lg. 3. 4. 6. 32. 67. Gu. 3., praetereaque mediam distinctionem post *descripseras* sublatam ponendo post *dixisses*, ut inde apodosis inciperet, locum implicatiorem et librariorum negligentia corruptum restituisse videmur. Cum in sententia paulo longiore *ut* in *et* mutatum esset, quippe quod alteri *et* deinceps sequenti respondere videretur, facile etiam *cum* in *cumque* abiit. *Ut* est quem ad modum, *sicut,* et duplicem ille verborum circuitus protasin habet, binorum membrorum utramque. Una est *sed ut fuerunt — et* (scil. ut) *eras ingressus atque descripseras*, altera *cum — satis, sed —*

in Academiam totum compulisti. In qua velim sit illud, quod saepe posuisti, ut non necesse sit consumere aetatem atque ut possit is illa omnia cernere, qui tantummodo aspexerit; sed etiam si est aliquanto spissius aut si ego sum tardior, profecto nunquam conquiescam neque defatigabor ante, quam illorum ancipitis vias rationesque et pro omnibus et contra omnia disputandi percepero. 146. Tum Caesar, Unum, inquit, me ex tuo sermone maxime, Crasse, commovit, quod eum negasti, qui non cito quid didicisset, unquam omnino posse perdiscere; ut mihi non sit difficile periclitari et aut statim percipere ista, quae tu verbis ad caelum extulisti, aut, si non potuerim, tempus non perdere, cum tamen his nostris possim esse contentus. 147. Hic Sulpicius, Ego vero, inquit, Crasse, neque Aristotelem istum neque Carneadem nec philosophorum quemquam desidero; vel me licet

celeriter dixisses. Videbis verba sic componendo: *ut hae partes fuerunt tuae, — ut diceres: duas tibi reliquas feceras, cum — de duabus dixisses. — dicebas*] om. Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. 67. Gu. 3. — *primum*] om. Lg. 21. 76.

145. *abripuit*] *arripuit* Lg. 3. 6. 13. 15. 16. 17. 20. 21. 32. 67. 69. 70. 76. 81. 84. 86. Vict. Gu. 1. 3. *adripuit* 5. 73. *eripuit* 35. 65. 93. non male. — *omnem enim*] sic Lg. praeter 15. (is *omnem re enim*, corr. ut 2.) omnes, Gu. 1. 2. Vict. *omnemque* edd. ante Lambinum, itaque Gu. 3. — *totum*] om. Lg. 3. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. 93. Vict. ante *in Academiam* ponit Gu. 2. — *aspexerit*] sic mei praeter Lg. 3. 4. 5. 6. omnes. — *aliquanto*] *aliquando* Lg. 2. 3. 4. 13. 32. 36. 67. Gu. 2. 3. — *ante, quam*] *priusquam* Lg. 21. 76. — *ancipitis*] sic Gu. 3. Lg. 2. 13. 32.

146. *ista quae*] *istud* Lg. 2. 13. 32 corr. 36. Gu. 3., isque etiam *quod.* — *caelum*] sic Lg. 13. 20. 23. 32. 36. Gu. 1. Lamb. *celum* plerique reliquorum.

147. *neque Carneadem*] *nec Carn.* Lg. 15. — *nec philos.*] *neque phil.* Lg. 4. 6. 20. 24. 73. 76. 86. — *desperare*] *desiderare* Lg. 3. 5 v. u. t. 6. 16. 20. 21. 67. 69. 70. 73. 76. om. 15. 86.

existimes desperare ista posse perdiscere vel, id quod facio, contemnere. Mihi rerum forensium et communium vulgaris haec cognitio satis magna est ad eam, quam specto, eloquentiam; ex qua ipsa tamen permulta nescio, quae tum denique, cum causa aliqua, quae a me dicenda est, desiderat, quaero. Quam ob rem, nisi forte es iam defessus et si tibi non graves sumus, refer ad illa te, quae ad ipsius orationis laudem splendoremque pertinent; quae ego ex te audire volui, non ut desperarem me eloquentiam consequi posse, sed ut aliquid addiscerem.

XXXVII. 148. Tum Crassus, Pervulgatas res requiris, inquit, et tibi non incognitas, Sulpici; — quis enim de isto genere non docuit non instituit non scriptum etiam reliquit? — sed geram morem et ea dumtaxat, quae mihi nota sunt, breviter exponam tibi; censebo tamen ad eos, qui auctores et inventores sunt harum sane minutarum rerum, revertendum. 149. Omnis igitur

Vict. — *ista posse perdiscere*] hoc positu Lg. praeter 23. 32. 65. 73. 81. 84. 93., item Vict. Gu. tres, ut edidit Ern. Ante eum in plerisque edd. erat *posse ista.* — *defessus*] *fessus* Lg. 2. 6. 32. 67. — *non graves sumus*] *graves non sumus* Lamb. *sumus* om. Lg. 5. 14. 16. 21. 23. 69. 70. 73. 86. Vict.; hi enim *grave*, cum ellipsi verbi substantivi, quod additur in Lg. 76. — *non ut*] inv. Gu. 1. — *desperarem me*] inv. Lg. 3. 67. ita corr. 32.

XXXVII. 148. *requiris, inquit*] restitui codd. fere omnium ordinem a Muell. Or. Henr. reiectum. Hi scripserunt *inquit, requiris,* ex solis quidem Havn. 1. Lg. 3 (is *requirit* corr. *requiris,* quod etiam in Gu. 3. est,) 6. 67. Vict. (is *requiritis).* — *non scriptum etiam*] vulgatum ordinem *non etiam scriptum* mutavi secutus Lg. praeter 4. 6. 14. 67. 69. 81. omnes et Gu. 2. 3. *etiam* om. Lg. 6. Vis sententiae in *scriptum* est idque lege numeri oratorii praeponendum.

149. *ratio — verbis est*] haec om. Lg. 36. — *et coniunctio*] scripsi ex Lg. 2. 13. 15. 24. 36. 86. vulgo *coniunctisque,* sed *que* abest a Gu. 3. et Lg. 32., qui *extenuatis* pro *ex continuatis* habent. — *aut iis*] *aut his* Lg. 15. 20. 21. 32. 65. 67. 69. 70.

oratio conficitur ex verbis, quorum primum nobis ratio simpliciter videnda est, deinde coniuncte. Nam est quidam ornatus orationis, qui ex singulis verbis est, alius, qui ex continuatis coniunctisque constat. Ergo utemur verbis aut iis, quae propria sunt et certa quasi vocabula rerum paene una nata cum rebus ipsis, aut iis, quae transferuntur et quasi alieno in loco collocantur, aut iis, quae novamus et facimus ipsi. **150.** In propriis igitur est verbis illa laus oratoris, ut abiecta atque obsoleta fugiat lectis atque illustribus utatur, in quibus plenum quiddam et sonans esse videatur. Sed in hoc verborum genere propriorum delectus est habendus quidam atque is aurium quodam iudicio ponderandus est; in quo consuetudo etiam bene loquendi valet plurimum. **151.** Itaque hoc, quod vulgo de oratoribus ab imperitis dici solet: *Bonis hic verbis,* aut: *Aliquis non bonis utitur,* non arte aliqua perpenditur, sed quodam quasi naturali sensu

73. 76. 84. Gu. tres, Vict. itaque etiam altero et tertio loco, ut tamen excipiantur Lg. 15. 20. 21., addatur 24. — *transferuntur*] *transferantur* Lg. XII minoris fidei; ita corr. 32.

150. *igitur est*] sic, cum vulgo *est* quarto loco positum sit, Lg. 2. 3. 6. 13. 24. 32. 36. Gu. 3. — *atque obsoleta*] *ut obs.* Lg. 2. 3. 6. 24. 67. *aut* 4. 13. 32 corr. 36. Gu. 2. — *fugiat*] om. Lg. 5. 20. 21. 65. 70. 76. Vict. *fugiamus* 15. 24. 86. — *sonans esse*] sic emendavi vulgatum *inesse* ex Lg. praeter 6. 70. omnibus, item Vict. Gu. 3. v. ad II. 11, 47. — *delectus*] *dilectus* Lg. 13. 32 corr. 36. Gu. 1. 2. v. ad II. 19, 80. — *habendus quidam*] sic inverti secundum Lg. praeter 6. 69. 70. 81. 84. omnes, Vict. Gu. 3. — *ponderandus est*] additi *est* ex Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 15. 24. 32. 36. 67. 86. Gu. 3. v. explicationes ad III. 29, 111.

151. *itaque*] scripsi ex Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 24. 32. 36. 67. Gu. 3. *etiamque* 14. 15. 16. 20. 23. 67. 70. 73. 76. Minime aptum est *etiam*, quod vulgo legitur: nihil enim explicandi gratia novi additur, sed consequens aliquid ex prioribus. — *bonis hic verbis*] recepi scripturam codd. Erl. Gu. 3. Lg. 2. 3. 6. 13. 15. 16. 24. 32. 36. 67. 73. 84 corr. 86. 93. *his* 4. 5. 14. 17 corr. 21. 23.

iudicatur; in quo non magna laus est vitare vitium (quanquam est magnum), verum tamen hoc quasi solum quoddam atque fundamentum est verborum usus et copia bonorum.

XXXVIII. 152. Sed quid ipse aedificet orator et in quo adiungat artem id esse nobis quaerendum [atque explicandum] videtur. Tria sunt igitur in verbo simplici, quae orator afferat ad illustrandam atque exornandam orationem: aut inusitatum verbum aut novatum aut trans-

65. 69. 70. 76. ψ.; unde factum *is*, quod codd. certe plurimos occupavit et edd. ab Aldo inde. Ut nos, ita Sch. et Muell. — *vitare*] *evitare* Lg. 2. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 35. 65. 69. 70. 73. 76. 86. 93., quod fortasse verum est, quia praecedente aut sequente magis est librariorum moris omittere *e*, ubi non oportet, quam addere. — *quanquam est magnum*] quod ante *est* inculcatur *id* omisi secutus Lg. praeter 81. 84. omnes, item Vict. Gu. 3. *est* signficat *est sane*. — *verum tamen hoc quasi*] cum Lamb. Sch. Or. (qui tamen male *quasi hoc)* Henr. secutus sum Gu. 3. Pal. 1. 2. Pith. (VSt.) Z. δ. Gu. 3. Lg. 13. *verum tamen in hoc quasi* Med. 2. Lott. *verum etiam in h. q.* β. ψ. Vict. *verum iam h. q.* Steph. 2. *verum iam in hoc qu.* Havn. 1. 2. Pall. reliqui, γ. ε. excerpt. δ. Gu. 1. 2. ed. s. l. et a. Med. 1. Ven. *verum hoc quasi* Ald. Iunt. Man. Steph. Grut. Ern. *verum in hoc quasi*, ut coni. Muell., Lg. 3. 5. 6. 14. 17. 20. 21. 35. 65. 67. 76. 81. 93. *verum est in hoc qu.* 15. 16. 17. 73. 86. *quasi* om. Lg. 23. 69. In alia omnia abeunt Lg. 2. 13. 32 corr. ut 3., in quibus legitur *verum huius quasi*, quod loci Brut. 74, 258. recordatus, ubi locutio emendata et latina *solum* quasi et *fundamentum oratoris* vocatur, haud cunctanter reciperem, nisi de laude vitii vitandi diceretur, non de oratoria. — *fundamentum est*] *est* om. Lg. 2. 4. 5. 13. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 32 add. 36. 65. 69. 70. 73. 76. 86. Vict. Gu. 3., sed dura foret ea omissio.

XXXVIII. 152. *nobis*] vulgatum *a nobis* correximus ex Lg. praeter 5. 84. omnibus et Vict. Gu. 2. 3. *vobis* Lg. 84. — *atque explicandum*] om. Gu. 3. Lg. 2. 4. 13. 15. 24. 32 add. 36. 86., itaque uncinis inclusimus; v. ad II. 33, 144. — *afferat*] *efferat* Lg. 6. 15. 24. 86. ita corr. 32. — *exornandam*] *ornandam* Lg. 20. om. 36.

153. *ac vetustate*] *et vetusta* Lg. 14. 23. 69. Vulgatam *ac vetusta et ab usu intermissa* intolerabilis tautologiae suspecta

latum. 153. Inusitata sunt prisca fere ac vetustate ab usu cotidiani sermonis iam diu intermissa, quae sunt poëtarum licentiae liberiora quam nostrae; sed tamen raro habet etiam in oratione poëticum aliquod verbum dignitatem. Neque enim illud fugerim dicere, ut Caelius: *Qua tempestate Poenus in Italiam venit;* nec *prolem* aut *subolem* aut *fari* aut *nuncupare* aut, ut tu soles, Catule, *non rebar* aut *opinabar* aut alia multa, quibus loco positis grandior atque antiquior oratio saepe videri solet.

correxi ex Lg. 2. 4. 13. 15. 24. 32 corr. 36., quorum 2. *venustate* corr. *vetustate,* 15. *vetustate et ab usu.*, rell. ut dedimus. V. explicationes. — *cotidiani*] scripsi ex Lg. 2. 32. 36. 69. 81. Vict. Gu. 3.. *cottid.* 65. — *intermissa, quae sunt*] *quae sunt intermissa* Lg. multi, sed deteriores, eorumque pars etiam *licentia,* quod praeterea alii quidam prae se ferunt: non tamen 2. 4. 13. 32. 36. Gu. 3. — *sed tamen raro habet etiam*] *tamen* om. Lg. 67. Ern. *haud* s. *non raro* scribi voluit, Matth. olim *sed, tamen raro, habet* distingui aut *raro* eiici. Nulla causa est: v. explicationes. *sed habet etiam in oratione dignitatem poëticum aliquod verbum; raro tamen.* Pearcii et Schuetzii coniecturis *pervetustum* et *priscum* pro *poëtico* scribentium facile caremus. Ceterum *poëte tum* Lg. 4. 13. 36. *poëte cum* 32 corr. Gu. 3. *petitum* 15. — *neque enim*] *enim* Lg. 2. 5. 14. 17. 20. 21. 23. 35. 65. 69. 70. 73. 76. 93. Vict. Gu. 3. — *Caelius*] plerique meorum codd. *Lelius* s. *Laelius; Coelius* nullus. — *Poenus in*] *poenorum* aut *penorum* Lg. 2. 4. 13. 36 *(ae). poëtarum* 32 corr. Gu. 3. — *subolem*] *sobolem* Gu. 2. 3. Lg. praeter 2. 5. 6. 13. — *aut fari*] *an effari* Lg. 3. 13. 32 corr. *affari* 4. Havn. 2. ψ. Gu. 2. Vict. *fari,* ut Quintilianus VIII. 3. 27., Gu. 1. 2. Havn. 1. Lg. 84. Lamb. Sch. Muell. Henr.. Ceteri codd. et edd. *effari,* non deterius, nisi Quintiliani obstaret testimonium. Quanquam illud *an effari* ex *aut fari* corruptum est. — *nuncupare*] sic pro *nuncupari* ex Quintiliano l. c. Sch. Muell. Deponens hoc verbum nunquam fuit. — *rebar*] cur dicatur antiquum, quod hoc ipso libro 22, 82. exstat, non dixeris. Fortasse verior est scriptura Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. Gu. 3., *verebar.* — *aut alia multa*] sic pro *et al. m.* VSt. Cant. Harl. Z. ε. Erl. Lg. 2. 36. 84 corr. Pearc. Sch. Muell. *an* 4. 13. 32 corr. om. 21. — *loco*] *hoc loco* Lg. 3. 6. 24. 67. ita corr. 32.

154. Novantur autem verba, quae ab eo, qui dicit, ipso gignuntur ac fiunt; vel coniungendis verbis, ut haec:

Tum pavor sapientiam omnem mi exanimato expectorat. —

Num non vis huius me versutiloquas malitias — —

videtis enim et *versutiloquas* et *expectorat* ex coniunctione facta esse verba, non nata; vel saepe sine coniunctione verba novantur, ut † *ille senius*, ut *di genitales*, ut *bac-*

154. *autem*] *enim* Lg. 4. 32. — *coniungendis*] *iungendis* Lg. 4. *communium gerendis* 32 corr. — *omnem mi exanimato*] sic (vel *mihi ex)* Havn. 1. 2. Pearcii codd. Gu. tres, Lg. 2. 3. 5. 13. 14. 16. 20. 23. 32. 35. 36. 65. 67. 70. 73. 76. 93. item 6 *(examinatio)*, 21. 24. 81 corr. *(michi)*. Pearc. edd. post Ern. *mihi omnem* pars magna codd., Man. St. Grut. Ern. *mihi omnem ex animo* codd. quidam Nonii v. *expectoráre* (p. 16. Merc.), Ald. Iunt. Crat. Lamb. *omnem mihi ex animo* Erl. Mire sane Sch. Or. infra 58, 218. eundem versum perperam scriptum dederunt ad modum Manutii et Ernesti. — *num non vis huius me*] neque apud Nonium (p. 189. Merc. v. *versutiloquas)* qui eum Ciceroni tribuit, nec in libris hic versus uno modo scriptus reperitur. *me huius* Lg. 20. *me hoc* 36. *me* om. Lg. 3. 6. 15. 67. 84. exp. 32. versum totum om. Gu. 1. et sqq. usque ad *coniunctione*, quae etiam a Gu. 2. absunt. *num vero me vis huius* Pal. 9. *num vero vis huius me* Lamb. *an num non vis huius me* Steph. *num vis huius me* Sch. ed. mai. *num vis me huius* Sch. ed. min. *non novisse huius me* coni. Bothius fragm. trag. lat. p. 75. *anne non novisti huiusce* em. Beier. praef. fragm. Cic. oratt. p. XVI. Cum versus integer non sit, de sententia constare non potest; nec refert aliud quicquam nisi usum vocabuli, *versutiloquus* notari. — *nata*] *nativa* Sch. ex Cic. Partt. Or. 5, 16. et Quintil. VIII. 3, 36. — *verba novantur*] uncis inclusit Ern.; om. Lamb. Sch. ab *esse verba* ad *verba novantur* absunt a Lg. 3. 67. *esse* om. 23. 69. — *ut ille senius ut Di genitales*] sic Pal. 1. 2. Pith. Mem. liber Borromei ap. Grut. Lg. plerique et edd. post Gruterum. *ille sensus disertus vidi genitales* (s. *genitalis* et *genitabilis)* Gu. 2. Havn. 1. 2. Pall. 4. 5. 6. 7. 8. plerique Oxx. (etiam ψ) Erl. Vict. Lg. 5. 16. 20. 21. 23. 65. 69. 70. 73. 76. 84. *s. dis. indigenitalis* Lg. 81. 93., ut ab antiquissimis inde legebatur editionibus; sed recte observavit Lambinus *indigenitalis*, si Latinum sit, iunctum vocabulum esse, opus autem ex-

carum ubertate incurviscere. 155. Tertius ille modus transferendi verbi late patet, quem necessitas genuit inopia coacta et angustiis, post autem iucunditas delectatioque celebravit. Nam ut vestis frigoris depellendi causa reperta primo, post adhiberi coepta est ad ornatum etiam corporis et dignitatem: sic verbi translatio instituta est inopiae causa, frequentata delectationis. Nam *gemmare vitis luxuriem esse in herbis laetas segetes* etiam rustici

emplo esse nominis sine compositione novati. *ut ille senius ut digenitales* Lg. 13. *ut ille senius dis. ut d. g.* 2. *ut ille senis ut di. g.* 36. *sensus diversus* corr. *disertus indigen.* 14. *sensus dis. vidi genit.* 17 corr. ut 5. *ut ille Ennius ut d. g. δ.* Lg. 3. 6. 15. 24. 86. *ut ille Ennius vidi g.* Pal. 9. et p. var. Lg. 4., in quo pr. m. *Emilius nisi dii g. ut ille Ennius disertus inde genit.* Pal. 3. *ut ille sensus disertus vel incurv.* Gu. 1. *ut ille Ennius: Dii genit.* coni. Turnebi Adv. IX. 26. *ut illud diserti senis: Dii gen.* Lambinus. *ut illud Ennii: Di gen.* coniectura Orelli est omnium hucusque maxime veri similis. Quod enim obiicit Henr. parum probabile esse in hoc dicto addi auctoris nomen, cum a ceteris absit, minus grave videtur, cum et paulo ante Caelii adhibeatur auctoritas et pars exemplorum, velut illa de gemmantibus vitibus luxuriantibus segetibus, auctore non egeant. — *baccarum*] sic plerique codd.; quidam *bacarum, vaccarum, buccharum, vacatum, vacanum.* V. Schneideri Gr. Lat. I. 2. p. 401. — *incurviscere*] sic ex Nonio in v. p. 122. Merc. Lamb. Sch. Muell. Or., qui in Tusc. I. 28, 69., ubi integer versus legitur, contra partem librorum *incurvescere* reliquit, quod etiam hoc loco vulgo circumfertur. *increbescere* Gu. 3. *inturgescere* Gu. 2. Lg. 15. 24 corr. 84 corr. 86.

155. *verbi late patet*] *varietate patet* Lg. 2. 13. 36. *veri late p.* 4. 32 corr. *veritate* Gu. 3. — *coacta*] *acta* Gu. 3. — *iucunditas delectatioque*] sic inverti ex Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 24. 32. 36. 67. *iuc. delectationemque* Gu. 3. *iucund. delectationeque* Lg. 4. 32 corr. ut 2. Quippe iucunditate rei delectamur, itaque causam facti praemitti facto oportuit. — *adhiberi*] *haberi* Lg. praeter 2. 4. 13. 20. 24. 32. 36., item Gu. 1. 2. Vict., quod, si illi aut omnes aut plures addicerent, valde arrideret. — *ornatum*] *ornamentum* Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 21. 23. 67. 69. 70. 73. 76. 80. ita corr. 32. — *gemmare*] *geminare* vel *gemare* Lg. 4. 6. 21. 81. ita corr. 93. Vict. corr. — *vitis*] sic Lg. 13. 23. 36. — *etiam*

dicunt. Quod enim declarari vix verbo proprio potest, id translato cum est dictum, illustrat id, quod intellegi volumus, eius rei, quam alieno verbo posuimus, similitudo. 156. Igitur haec translationes quasi mutationes sunt, cum quod non habeas aliunde sumas. Illae paulo audaciores, quae non inopiam indicant, sed orationi splendoris aliquid accersunt; quarum quidem ego quid vobis aut inveniendi rationem aut genera ponam?

XXXIX. 157. Similitudinis est ad verbum unum contracta brevitas, quod verbum in alieno loco tanquam in suo positum si agnoscitur, delectat, si simile nihil

rustici] *etiam* om. Lg. 5. 14. 15. 16. 21. 23. 69. 70. 73. 76. 86. Vict. — *illustrat id*] Orellius distinguit: *illustrat, id quod intelligi volumus, eius* etc. alienissima ab re parenthesi. „Unice vera est vulgata interpunctio: sibi enim opponuntur *quod intelligi volumus* et *quam alieno verbo posuimus*, neque verbum *illustrat* obiecto potest carere.“ *Henrichsen.* In sententia paulo implicatius structa iam olim fuisse qui offenderent codd. ostendunt. Quippe *illustratur* Lg. 2. 4. 13. 15. 24. 36. 86. eidemque praeter 15. 86. omittunt *id.* — *intellegi*] sic Lg. 13. — *eius rei*] *ei rei* Gu. 3. — *posuimus*] *possumus* Gu. 3. *exposuimus* Schuetz., itaque VSt., male. „Neque enim de sententiae explicatione, sed de verbo, quo aliquid designetur, sermo est.“ *Henrichsen.*

156. *igitur*] vulgatum *ergo* correxi ex Lg. 2. 13. 32 corr. 36. *similitudinis haec igitur transl.* 6. *sim. igitur haec* corr. *hae transl.* 24. *ergo* om. Gu. 3. — *hac*] *eae* Lg. 5. 70. 73. Vict. *haec* 21. 69. — *mutuationes*] *transmutationes* Lg. 4. *mutationes* 14. 15. 20. 23. 24. 69. 76. 93. om. 6. — *indicant*] hoc quia cum proxime praecedentibus non recte convenire videbatur, cum translatione non ad indicandam, sed ad supplendam et sarciendam inopiam utamur, magnopere olim placebat codd. Lg. praeter 6. 16. 35. 69. 93. item Gu. trium et Vict. scriptura *vindicant*, quod explicandum videretur *a se arcent, amovent. indicant* Lg. 35. 69. a. m. sec. *iudicant* 6. 16. Cum *in* et *iu* et *vi* in plerisque codd. non possint dignosci, nunc illam scripturam ex imposita per errorem lineola *n* significante ortam arbitror, explicationem autem petendam ex §. 155. — *accersunt*] sic dedi ex Lg. 24.

habet, repudiatur. Sed ea transferri oportet, quae aut clariorem faciunt rem, ut illa: [omnia]

Inhorrescit mare,
Tenebrae conduplicantur, noctisque et nimbum occaecat nigror,
Flamma inter nubes coruscat, caelum tonitru contremit,
Grando mixta imbri largifico subita praecipitans cadit;
Undique omnes venti erumpunt, saevi exsistunt turbines;
Fervit aestu pelagus;

omnia fere, quo essent clariora, translatis per similitudinem verbis dicta sunt; 158. aut quo significetur magis res tota, sive facti alicuius sive consilii, ut ille, qui oc-

81. 84. 93. quippe *accerserunt* 2. 4. 13. v. ad II. 27, 117. — *quarum quidem*] addidi *quidem* ex Lg. 2. 3. 6. 13. 24. 36. 67. ita corr. 4. 32 *quarum ergo* Gu. 3.

XXXIX. 157. *positum*] *sit* additur in Gu. 2. Lg. 3. 5. 14. 15. 16. 23. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 81. 84. 86. 93. ita corr. 32. *est* additur in Lg. 6. 20. — *agnoscitur*] *agnoscetur* Lg. 5. 14. 16. 17. 20. 21. 23. 35. 65. 69. 70. 73. 76. 81. 93. Vict. — *simile*] *similitudine* Lg. 2 corr. ut 13. *similitudinem* 13. 36. *non similitudinem* 15. 24. 86. *similem* 32 corr. Gu. 3. Ex male intellectis scripturae compendiis et prima sequentis vocabuli litera orta haec; illud *nihil* om. Gu. 3. — *ea*] *extra* Lg. 2. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. eidemque *ferri;* scriptura non plane perspicua *ea trãsferri* originem erroris dedit. Mox *omnia* uncinis inclusi, quod ferri non potest oratione post versus ab eodem vocabulo pergente. — *noctisque*] *noctis* Lg. 65. — *nimbum*] *imbrium* Lg. 2 a m. sec. *nimborum* 4. 15. 24. 32 corr. 84. 86. Gu. 1. ita v. 17. — *nigror*] *vigor* 81. om. et vac. 24. *nigrior* Gu. 3. — *caelum*] sic Lg. 13. 36 cum VII aliis; *celum* multi, *coelum* nullus. — *mixta*] sic Lg. praeter 4. 6. 20. 21. 67. 76., item Vict. Gu. 3. Cett. et edd. pleraeque vetustiores *mista.* — *largifico*] quis quod edd. insedit, *largifluo*, repererit et in lucem protraxerit ignoro. Mei libri omnes ad unum *largifico,* v. explicationes. — *subita*] *subito* Lg. 4. 6. 15. 20. 24. — *fervit*] *fervet* minus exquisitum Lg. 3. 6. 15. 23. 67. 81. 84. 86. Gu. 2. ita var. 4.

158. *significetur*] *segregetur* Lg. 36. — *sive facti*] *si facti* Lg. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. *sive res facti* Gu. 1. — *occultantem*] *occultant* (sive *occult.*) *rem* Lg. 6. 15. 24. 86. *occultat rem* 67.

cultantem consulto, ne id, quod ageretur, intellegi posset, duobus translatis verbis similitudine ipsa indicat:

Quando quidem is se circumvestit dictis saepit sedulo. Non nunquam etiam brevitas translatione conficitur, ut illud: *Si telum manu fugit.* Imprudentia teli missi brevius propriis verbis exponi non potuit, quam est uno significata translato.

XL. 159. Hoc in genere persaepe mihi admirandum videtur quid sit, quod omnes translatis et alienis magis delectentur verbis, quam propriis et suis. Nam si res suum nomen et vocabulum proprium non habet, ut *pes* in navi, ut *nexum*, quod per libram agitur, ut in uxore *divortium*: necessitas cogit quod non habeas aliunde sumere; sed in suorum verborum maxima copia tamen

occultaret rem 67. 93. — *intellegi*] sic Lg. 5. 13. 36. — *possit*] *posset* Lg. XV. Vict., sed meliorum nullus. — *quando quidem*] sic divisim Lg. 2. 65. 67. 70. 76. 81. 84. 86. 93. *quoniam quidem* 4 corr. — *is se*] sic coni. Pearc. ediderunt Ern. Sch. et recentiores ex Gu. 3., sed et Gu. 2. et Lg. 2. 13. 32 id firmant. — *teli missi*] correxi vulgatum *emissi* ex Lg. praeter 81. 84. omnibus et Vict. Ridiculum esset quod Caesar et alii boni scriptores saepe dixerunt Ciceroni indictum putare, qui cum de rebus bellicis et armorum genere non saepe locutus sit, ne altero quidem verbo multum utendi locum invenit. Praeterea inde dicuntur *missilia*, idque solum satis est ad verbi fidem. — *exponi*] *exprimi* Lg. 35. 69. 93.

XL. 159. *hoc in genere*] quod praemitti solebat, *atque*, Lambinus omisit, nosque secuti sumus propter fidem codd. Lg. praeter 76. 81. 84. omnium, item Vict. Gu. 3. — *delectentur*] sic Lamb. Ern., ut oportuit, firmantque emendationem Lg. 3. 6. 13. 15. 24. 32. 36. 86. Gu. 3. Talibus, qualia habet Matthiae ad Sull. 13, 81., sine libris credi non debet. — *vocabulum proprium*] sic inverti cum figura χιασμῷ ex Lg. praeter 6. 17. 81. 84. omnibus et Gu. 3. *propriis* 6. om. 17. — *pes in navi*] *pes ignavi* Lg. 3 v. u. t. *inani* 6. *spes in navi* Gu. 3. *spes ignavi* Gu. 2. sese iactavit, puto, qui hoc primus reperit. — *per libram*] *libra* Lg. 3. 5. 6. 14. 16. 17. 20. 21. 23. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 81. 93.

homines aliena multo magis, si sunt ratione translata, delectant. 160. Id accidere credo vel quod ingeni specimen est quoddam transilire ante pedes posita et alia longe repetita sumere; vel quod is, qui audit, alio ducitur cogitatione neque tamen aberrat, quae maxima est delectatio; vel quod singulis verbis res ac totum simile conficitur; vel quod omnis translatio, quae quidem sumpta ratione est, ad sensus ipsos admovetur, maxime oculorum, qui est sensus acerrimus. 161. Nam et *odor urbanitatis* et *mollitudo humanitatis* et *murmur maris* et *dulcedo orationis* sunt ducta a ceteris sensibus; illa vero oculorum multo acriora, quae ponunt paene in conspectu animi quae cernere et videre non possumus. Nihil est enim in rerum natura, cuius nos non in aliis rebus

exp. *per* 32. om. *per* Gu. 2. Lamb. Sch. de coniectura *quod per aes et libram agitur* dederunt. — *copia tamen*] *tamen in copia* Lg. 6. 13. 32. 36. 67. Gu. 2. *inopia* 2. 3. 4 corr. Gu. 3. — *delectant*] *delectantur* Gu. 1.

160. *ingeni*] sic Lg. 5. 13. 16. om. ab *ingeni* ad *vel quod* 70. — *quoddam*] *quiddam* Lg. praeter 13. 32. 70. 81. 84., item Gu. 3. — *audit*] *audiat* Lg. 3. 6. 32 corr. — *alio*] *alia* Lg. 2. 81 v. u. t. v. ad II. 27, 114. — *cogitatione*] *cognitione* Lg. 2. 32 corr. u. t. — *singulis*] *etiam singulis* Lg. 2. *in sing.* 3. 4. 5. 6. 13. 14. 15. 17. 20. 21. 23. 24. 32. 35. 65. 69. 70. 73. 76. 86. 93. Gu. 1. — *sumpta*] sic mei codd. omnes, ut editum post Ern. Sed Grut. *summa*.

161. *odor*] *ordo* Lg. 2 corr. *ardor*. ab hoc vocabulo et cum eo sqq. ad *sunt ducta* om. Gu. 3. — *dulcedo*] *dulcitudo* Lg. 5. 14. 16. 21. 23. 32 corr. 70. 73. 76. 84. Vict. non deterius. — *orationis*] *rationis* codd. Lg. XV et optimi 2. 4 pr. m. 13. ita corr. 32. — *ducta*] *dicta* Lg. 24 corr. *deducta* Lamb. — *acriora*] *clariora* Lg. 81 v. u. t. — *cuius nos non in aliis rebus possimus*] mire interpolatus hic locus in Lg. 67. legitur: *cuius non multa huiusmodi et in aliis rebus sint similia: unde possumus in rebus diversis eodem uti vocabulo et nomine; evidens enim simile ex simili duci.* Barzizii fortasse ea verba sunt. *atque huiusmodi* (p. *cuius*) Gu. 3. *non* om. 2. 13. 32 add. 36. *pos-*

possimus uti vocabulo et nomine. Unde enim simile duci potest (potest autem ex omnibus), indidem verbum unum, quod similitudinem continet, translatum lumen afferre orationi. 162. Quo in genere primum est fugienda dissimilitudo:

Caeli ingentes fornices.

Quamvis sphaeram in scenam, ut dicitur, attulerit Ennius, tamen in sphaera fornicis similitudo non potest inesse.

— — *Vive Ulixes, dum licet;*
Oculis postremum lumen radiatum rape.

non dixit *cape*, non *pete* (haberet enim moram sperantis diutius esse victurum), sed *rape*. Hoc verbum est ad id aptatum, quod ante dixerat, *dum licet*.

sumus (pro *possimus*) eidem et 14. 23. 24. 70. 84. ita corr. 17. In 32. corrector pro *in aliis rebus possumus* haec scripsit: *sint similia: unde possumus in rebus diversis eodem uti voc. et nomine.* — *simile*] *simile ex simili* 15. 24. 86. — *potest autem*] *enim* Gu. 3. omisso *potest.* — *duci*] *induci* Lg. 69. 93. ita corr. 35. — *indidem*] *itidem* Lg. 13. 36. 69. 93. *id idem* 21. 76. *idem* 2. *in idem* 3. 6. 14. 15. 23. 24. 67. 81. 84. 86. Vict. ita corr. 32. *in eundem* 4 corr. ut 3. *inde idem* Gu. 1. *inidem* Gu. 2. — *afferre*] sic pro vulgato *affert* ex Havn. 1. 2. Oxx. VI (in quibus est ψ) Erl. Lg. praeter 17. omnibus et Gu. 3. dedi, ut voluerat fieri Madvigius; quod non tam de effectu, quam de eo, quod fieri possit, dicatur. *afferet* Steph. Lamb.

162. *est fugienda*] ita transposui secutus Lg. praeter 14. 21. 23. 35. 69. 81. 93., item Vict. Gu. 2. 3. — *attulerit*] *attulit* Lg. 4. — *non potest inesse*] inv. Lg. 3. 6. 21. 67. 76. 81. 84. Gu. 1. 2. ita corr. 14. — *Ulixes*] sic Lg. omnes, Gu. 2. 3. Vict. — *rape*] *cape* Lg. 2. om. 4 add. *rapere* 36. — *pete* — *cape*] haec locis contrariis posita in Lg. 2. 4. 13. 36. *pete, sed cape* Gu. 3., idem tamen post *sed rape* retinet. — *esse victurum*] *esse sese vict.* olim legebatur, sed *sese* om. Havn. 2. Cant. Oxx. omnes, Gu. tres (errat Henr.) Erl. Lg. omnes praeter 69. 86. Sch. Muell. Or. Henr. *se esse victurum* Lamb. Codicum fides eo certius sequenda, quia nescitur an de se ipse Ulixes, an alius de eo loquatur; quod posterius si verum est, pronomen graviter peccat

XLI. 163. Deinde videndum est, ne longe simile sit ductum. *Syrtim patrimonii* scopulum libentius dixerim; *Charybdim bonorum* voraginem potius. Facilius enim ad ea, quae visa, quam ad illa, quae audita sunt, mentis oculi feruntur. Et quoniam haec vel summa laus est in verbis transferendis, ut sensum feriat id, quod translatum sit: fugienda est omnis turpitudo earum rerum, ad quas eorum animos, qui audient, trahet similitudo. 164. Nolo dici morte Africani *castratam* esse rem publicam; nolo *stercus curiae* dici Glauciam; quamvis sit simile, tamen est in utroque deformis cogitatio similitudinis. Nolo esse aut maius, quam res postulet: *tempestas comissationis;* aut minus: *comissatio tempestatis.*

in legem sermonis. — *est*] om. Lg. praeter 17. 69. 76. 81. 84. 93., item Vict. Gu. 3., sed carere verbo non possumus.

XLI. 163. *in verbis transferendis*] sic cum St. Lamb. Pearc. scripsi ex codd. multis et optimis, Pal. 1. 2. Pith. Mem. Cant. Harl. 1. Z. ε. δ pr. m. Gu. 3. Lg. 2. 4. 13. 15. 24. 32 corr. ut 3. 36. 86. *verbis transferendis* Lg. ceteri praeter 81. 84. omnes, Pal. 3. Mead. Harl. 2. β. ψ. Erl. edd. antiq. Ern. Muell., ambiguitate vix ferenda, cum ablativo haec enuntiari minime ineptum sit, sed *verbo laudem esse aliquam* dici non possit. *verbi transferendi* Lg. 81. 84. Gu. 1. 2. Vict. et vulgo ab Ald. ad Ern.; restituerunt Sch. Or. Henr. *verbi translati* Iulius Victor Art. Rh. p. 98. Mai., qui Ciceronis et dicta suis usibus accommodavit. — *audient, trahet*] sic Cant. Z. γ. ε. Gu. 3. Lg. 2. 4. 13. 36. Steph. Lamb. Pearc. Or. Henr. *audient, trahit* Iulius Victor l. c. *audierint, trahet* exc. δ. *audiunt, trahet* Lott. et vulgo inde ab Aldo. *audiunt, trahit* Havn. 1. 2. Gu. 2. Erl. Vict. Lg. 5. 14. 16. 17. 20. 21. 23. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 93. *tradit* 6. *trahent* 32 corr. ut 5. v. explicationes ad III. 14, 55.

164. *dici morte*] sic invertendus ordo verborum fuit ex auctoritate codd. Gu. 3. Cant. Norf. Mead. Harl. 1. Z. β. γ. δ. ε. Lg. 2. 4. 32. *morte dici* Lg. cett. bonique 13. 36. Havn. 1. 2. Erl. Quanquam de pluribus non satis constat. — *curiae*] *rei publicae* Lg. 69. 93. — *nolo esse*] *nolo enim* Lg. 4. Gu. 1. — *res*] om. Lg. 5. 14. 16. 17. 20. 21. 23. 35. 65. 70. 73. 76. 81. Vict.

Nolo esse verbum angustius id, quod translatum sit, quam fuisset illud proprium ac suum:

Quidnam est, obsecro, quod te adiri abnutas?

melius esset *vetas prohibes absterres*; quoniam ille dixerat:

Illico istinc!
Ne contagio mea bonis umbrave obsit.

165. Atque etiam, si vereare, ne paulo durior translatio esse videatur, mollienda est praeposito saepe verbo: ut si olim M. Catone mortuo *pupillum* senatum quis re-

Gu. 1. — *quam fuisset*] *fuisset* om. Gu. 3. Lg. 2. 4. 13. 14. 23. 32. 36. nec tamen eo carere possumus. — *obsecro*] *te obsecro* Lg. 3. 6. 67. *obsecro te* 4. 15. 86. Mox sublato interrogandi signo *quod* scripsi pro *quid* ex Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 15. 20. 21. 24. 36. 67. 76. ita corr. 5. — *te*] om. Lg. 3. 6. 15. 67. 86. — *adiri*] *abire* Gu. 3. — *abnutas*] *adn.* Lg. 3. 67. *abnutas* 6. 16. 70. 73. *omittas* 36. Gu. 3. *obnuas* 69. 93. — *vetas*] *tu eas* Gu. 3. — *absterres*] *absunt res* Lg. 2. — *dixerat*] *dixerit* Lg. XIII., sed non boni; ita tamen corr. 32. — *illico*] *ilico* Lg. 3. 13. 35. 36. 93. *adsta illico* Lamb. — *istinc*] sic coni. Pearc. Ern. ediditque Henr. nec uno id cod. Havn. 2. firmatur, sed ceteris codd. fere omnibus *istic* prae se ferentibus. *illic* Lg. 73. — *contagio*] *contagione* Lg. 81. *contatio* 13. *cunt.* 32. *certatio* 4. 36. *cunctatio* Gu. 3.

165. *si vereare*] *sinere a re* Gu. 3. — *pupillum senatum*] *orbum sen.* Lg. 4. Mox altero loco *orbum* habent 2. 13. 15. 24 corr. 36. *pusillum* 14. 69. 93. *vel orbum pupillum* Gu. 3. errore coniunctis vocabulo et interpretatione vocabuli, et perperam posita particula. — *mitius*] *est* addunt codd. Vict. Gu. 2. Lg. plerique, exceptis tamen 2. 3. 4. 6. 13. 32. 67. 81. *esset* Lamb. — *et enim*] sic divisim Lg. 2. 36. 67. 70. 84. 93. — *irrupisse*] sic, ut voluerunt Steph. Lamb. emendavi vulgatum *irruisse* secutus fontes optimos omnes, Z. Gu. 3. (quanquam is *irripuisse* ut Lg. 32.) Lg. 2. 4. 13. 15. 24. 36. item Iulium Victorem l. c. Utrumque enim cum aeque bene dicatur et a temere et vi petendis bonis sumptum sit, necessario pendet a fide testium utrum

lictum diceret, paulò durius; sin *ut ita dicam, pupillum,* aliquanto mitius. Et enim verecunda debet esse translatio, ut deducta esse in alienum locum, non irrupisse atque ut precario, non vi venisse videatur. 166. Modus autem nullus est florentior in singulis verbis nec qui plus luminis afferat orationi. Nam illud, quod ex hoc genere profluit, non est in uno verbo translato, sed ex pluribus continuatis connectitur, ut aliud dicatur aliud intellegendum sit:

— — *Neque me patiar iterum*
† *Ad unum scopulum et telum classem Achivom offendere.*

eligas. — *vi venisse*] *invenisse* Lg. 13. 21. 32 corr. 36. 69. 93 corr. Gu. 1. corr., sed a lectore.

166. *modus autem*] *m. enim* Lg. 2. 4. 13. 15. 24. Gu. 3. — *nec*] *quam* Gu. 3. — *orationi*] *oratori* Lg. 14. 23. 69. 93 v. u. t. ita corr. 5. Post hoc lacunae signum posuit Ern. excidisse opinatus verba *quam allegoria.* — *aliud intellegendum*] *aut intell.* Gu. 3. *intellegendum* scripsi ex Lg. 13. — *patiar*] *patior* Lg. praeter 2. 4. 13. 15. 24. 32. 36., item Vict. Gu. 1. 2. — *iterum*] om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. VSt. Gu. 3. Erl. — *et telum*] *et alium* Gu. 1. *et celum* Lg. 4. *et coelum* 81. — *Achivom*] scripsi ex Lg. 2 corr. *achium.* 13. 32 corr. Gu. 3. Cum fabula, unde versus petiti sunt, et res, quo pertinent, ignoretur, difficile est de reliqua scriptura constituere. Sed quo modo classem quis *ad telum* offendere possit, nemo dixerit. Cum Iulius Victor p. 99. sententiam tali modo afferat: *neque me patiar ad unum scopulum iterum crasse offendere,* Beierus praef. ad fr. Cic. oratt. p. XVI. *et telum* ex lectione *iterum* corruptum, *Achivum* ab interprete additum censuit, versum septenarium sic constituens: *neque me patiar iterum ad unum scopulum classem offendere.* Verum iam scriptura antiqua *Achivom* de interpretis manu dubitare cogit. In *telo*, quod *celum* et *coelum* non nulli libri scriptum exhibent, fortasse *caecum* latet; *unum* autem mihi valde suspectum est, quia quid significare possit non intelligitur. Qua de causa ego sic versus constituo:

Neque iterum
Patiar ad scopulum me caecum classem Achivom offendere. —

Atque illud:

Erras, erras; nam exsultantem te et praefidentem tibi
Repriment validae legum habenae atque imperi insistent
iugo.

Sumpta re simili verba eius rei propria deinceps in rem aliam, ut dixi, transferuntur.

XLII. 167. Est hoc magnum ornamentum orationis, in quo obscuritas fugienda est. Etenim hoc fere genere fiunt ea, quae dicuntur aenigmata. Non est autem in verbo modus hic, sed in oratione, id est in continuatione verborum. Ne illa quidem traductio atque immutatio in verbo quandam fabricationem habet [sed in oratione]:

Africa terribili tremit horrida terra tumultu.

Pro *Afris* est sumpta *Africa;* neque factum verbum est, ut *Mare saxifragis undis,* neque translatum, ut *Mollitur*

erras, erras] alterum *erras* om. Vict. Gu. 1. 3. Lg. praeter 17. omnes et sine dubio multi alii libri, cum paucos accurate collatos habeamus. Ita corrigerem, quo facto versus ab initio mancus fieret, nisi in vocabulis iuxta aut intra breve spatium iterato omittendis incredibilem librariorum libidinem fuisse viderem. — *praefidentem*] *praes.* s. *presidentem* multi libri, quorum boni sunt Lg. 13. Gu. 3. *habenae legis reprimunt valide* Gu. 1. — *insistent*] *insistant* Lg. 4. *resistent* 15. 24. 86. — *transferuntur*] *referuntur* Lg. 2. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. om. Lg. 4. locus in antiquis libris corruptus.

XLII. 167. *et enim*] sic codd. XV. *est enim* Lg. 2. 69. — *hoc fere genere*] praestantem scripturam ascivi ex Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. Gu. 3., a quibus *ex* abest, et ex illis et 3. 6. 15. 24. additum habentibus *fere. Hoc genere aenigmata fiunt* i. e. nascuntur oratione in eum modum conformata. *Ex hoc genere* autem aenigmata non *fiunt,* sed *sunt.* — *non est autem*] *n. e. enim* Lg. 2. 4. 13. 15. 20. 24. 32 corr. 36. 65. Gu. 3. *at* 3. 67. — *sed in oratione*] haec e superioribus repetita et a sententia prorsus aliena esse vidit Schuetzius; metonymia enim in *oratione* nunquam est, sed in *singulis verbis.* Vis sententiae in *fabri-*

mare, sed ornandi causa proprium proprio commutatum.

Desine, Roma, tuos hostis . . .

et

Testes sunt campi Magni . .

Gravis est modus in ornatu orationis et saepe sumendus; ex quo genere haec sunt, *Martem belli esse communem, Cererem* pro frugibus, *Liberum* appellare pro vino, *Neptunum* pro mari, *curiam* pro senatu, *campum* pro comitiis, *togam* pro pace, *arma* ac *tela* pro bello. 168. Quo item in genere et virtutes et vitia pro ipsis, in quibus illa sunt, appellantur: *Luxuries quam in domum irrupit,* et *Quo avaritia penetravit,* aut *Fides valuit, Iustitia confecit.* Videtis profecto genus hoc totum, cum inflexo commutatoque verbo res eadem enuntiatur ornatius; quoi sunt finitima illa minus ornata, sed tamen non ignoranda, cum intellegi volumus aliquid,

catione inest eamque bene explicuit Sch.; v. explicationes. Qui additamentum illud, ut omnia in his libris perverse et inepte scripta, nuper defendere ausus est et verba paulo post sequentia et rei naturam adversa habet. Dicit metonymiam non in verbo absolute dicto, sed cum aliis coniuncto inesse, idque significare illud *in oratione.* Falso. *Africa terra tremit* si quis dicit, coniuncte dicit semper, sed metonymia in una inest *Africa,* et ita demum, cum pro *Afris* dicitur; si de solo et agro, quem equorum ungulae, ut exemplo utar, concutientes tremefaciunt, metonymia non est. — *terribili*] *terribilis* Lg. 32 corr. 36. Gu. 3. — *hostis*] sic codd. plurimi, etsi non optimi, Lg. 5. 14. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 69. 70. 73. 81. 84. 86. Vict. Gu. 2. *et,* quod statim sequitur, om. Vict. Gu. 2. Lg. praeter 2. 3. 4. 13. 32. 36. *testes* om. Gu. 3. — *ac tela*] *et tela* Lg. 4. 15. 24. 86.

168. *virtutes et vitia*] *virtus et ut ita* Gu. 3. — *quoi sunt*] antiquam scripturam retinuere Lg. 2. 13. 36. Gu. 3. eodem pertinet *quo* in Lg. 4. et *cum* ex *quō* idque ex *quoi* non bene intellecto ortum in Gu. 1. 2. Lg. praeter 6. 24. 32. omnibus. In 93. *quoi* ascriptum p. var. lect., in Lg. 4. ascr. *propter quod.* — *sunt*] *sint* Lg. 23. 70 corr. 76. — *intellegi*] sic Lg. 13. 36. om. 20. —

aut ex parte totum, ut pro aedificiis cum *parietes* aut *tecta* dicimus, aut ex toto partem, ut cum unam turmam *equitatum populi Romani* dicimus, aut ex uno plures:

At Romanus homo, tamenetsi res bene gesta est,
Corde suo trepidat,

aut cum ex pluribus intellegitur unum:

Nos sumus Romani, qui fuvimus ante Rudini,

aut quocunque modo, non ut dictum est, in eo genere intellegitur, sed ut sensum est.

XLIII. 169. Abutimur saepe etiam verbo non tam eleganter quam in transferendo, sed, etiam si licentius, tamen interdum non impudenter; ut cum *grandem orationem* pro longa, *minutum animum* pro parvo dicimus. Verum illa videtisne esse non verbi, sed orationis, quae

aut ex] *an ex* Gu. 3. — *aut tecta*] *ac t.* Gu. 3. — *aut ex uno*] *aut* om. Gu. 3. — *at Romanus*] *ut R.* Lg. plurimi, sed non optimi 2. 4. 13. 32. 36., sed sec. m. ita corr. in 4. 32. — *tamenetsi*] *tam et si* Gu. 3. *tametsi* quidam alii. — *intellegitur*] sic Lg. 13. 36. *intelligimus* 23. *intelligi* Gu. 3. — *nos sumus*] non eliditur *s* in codd. Lg. omnibus nec in Vict. Gudianisve tribus; nec fieri par est: v. ad I. 45, 198. — *fuvimus*] sic antiquo more scribendum esse iam Lamb. animadverterat et sic post Pearc. vulgo circumfertur. Libri *fuimus;* Gu. 3. *fuimuimus.* — *Rudini*] ex meis libris bonorum solus Lg. 13. (etsi etiam ex Gu. 3. nihil enotavi) verum servat, alii *Rutuli* (Gu. 1. 2.) *rulini* (5.) *velini, ructulii, rutili, rolini* (65. 69.) *rutilius.* — *intellegitur*] sic Lg. 13. *intellegetur* 5 corr. ut 13.

XLIII. 169. *interdum non impudenter*] *non interdum* Lg. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 69. 70. 73. 76. 86. 93. *pudenter* illi praeter 15. 24. 65. 76., item 5. 81. 84. Gu. 1. 2. *prudenter* 21. 65. 76. Vict. — *longa*] sic, non *magna*, boni codd. omnes, Z. exc. *δ.* tres Reg. Gu. 3. Lg. 2. 4. 13. 15. 24. 32 corr. 36. Victor p. 99. Steph. Lamb. Or. Henr. Havn. 2. ea verba non habet. — *haec autem*] *haec enim* Lg. 2. 4. 13. 15. 24 corr. 32 corr. 36. 86. Gu. 3. — *quae aut*] *quae ante* Lg. 2. 13. 14. 36. *quae autem* 17. Gu. 3. Mox 2. 4. 24. 32. *mutata* habent, non *immutata. minuta* Gu. 3. Lg. 13. 36. in quibus

ex pluribus, ut exposui, translationibus connexa sunt? haec autem, quae aut immutata esse dixi aut aliter intellegenda ac dicerentur, sunt translata quodam modo. 170. Ita fit, ut omnis singulorum verborum virtus atque laus tribus exsistat ex rebus: si aut vetustum verbum sit, quod tamen consuetudo ferre possit; aut factum vel coniunctione vel novitate, in quo item est auribus consuetudinique parcendum; aut translatum, quod maxime tanquam stellis quibusdam notat et illuminat orationem. 171. Sequitur continuatio verborum, quae duas res maxime, collocationem primum, deinde modum quendam formamque desiderat. Collocationis est componere et struere verba sic, ut neve asper eorum concursus neve hiulcus sit, sed quodam modo coagmentatus et levis. In quo lepide soceri

litera *i* praepositioni adhaesit *imminuta* 73. — *intellegenda*] Lg. 13. 20.

170. *factum*] *de novo factum* Lg. 3. 4. 6. 15. 24. 67. 69. 86. 93. ita corr. 2. *factum novum* 84. Gu. 2. — *parcendum*] *parendum* Lg. 4. 24. 69. 93., ut correxit Lambinus, profecto haud male. — *stellis*] *in stellis* Gu. 3. — *notat et illuminat orationem*] servavi receptam lectionem quamvis in alia omnia discedentibus libris melioribus. Quippe *illustrat et nobilitat* Lg. 2. 3. 4. 6. 15. 24. 67. 84. *illustrat et notat* 13. 32 corr. ut 2. 36. Gu. 3. *Illuminare* lectius videtur, quam *illustrare*, *notare* autem alteri verbo postponi non potuit, quia ante quid notatur, deinde illustratur. — *notat et illustrat* Gu. 2.

171. *maxime*] post *collocationem* ponitur in Lg. 4. 13. 15. 36. 86. Gu. 3. — *collocationem*] *collationem* s. *conlat.* Lg. 3. 6. 24. 32. 67. Gu. 1. — *collocationis*] *collationis* Lg. 2. 6. 67. Gu. 3. — *struere*] *construere* Lg. 2. *statuere* 6. *instruere* 21. 76. — *asper eorum*] *asperior* Lg. 2. 4. 13. 24. 36., quod per se bonum sed ex conflatis duobus vocabulis ortum est: quem ad modum etiam *asperiorum* exstat in Lg. 32 v. u. t. — *hiulcus*] *hiatus* Lg. 2. *ulcus*, *hyulcus vultus* quidam, hoc quidem Gu. 3. — *levis*] sic, non *ae* XVI codd. mei bonique; *lenis* X Lg., quorum bonus est 4. — *soceri mei persona*] *in* quod Ern. ex Erl. addidit, codd. omnes edd. Ven. et ceterae inde ab Aldo ignorant;

mei persona lusit is, qui elegantissime id facere potuit, Lucilius:

Quam lepide lexeis compostae! ut tesserulae omnes
Arte pavimento atque emblemate vermiculato.

Quae cum dixisset in Albucium illudens, ne a me quidem abstinuit:

Crassum habeo generum, ne rhetoricoteros tu sis.

Quid ergo? iste Crassus, quoniam eius abuteris nomine, quid efficit? idem illud scilicet; ut ille vult et ego vellem, melius aliquanto quam Albucius. Verum in me quidem lusit ille, ut solet; 172. sed est tamen haec

soceri mei personam Asc. et pars rell. edd. — *Lucilius*] *Lucillius* Lg. 21. 35. 73. 86. v. explicationes. Versus sequentes multis modis corrupti leguntur et hic et in Or. 44, 149. item apud Plinium et N[illegible] *αρμαν] ιερίδο* Lg. VIII deteriores. — *lexeis*] *inthesis* Lg. 3. 67. *et ex iis* s. *hiis* 2. 4. *synthesis* s. *sinthesis (sint.)* XII peiores Gu. 1. 2. *ex his* 13. 36. al. quidam *sinthesi*, *sint ex his*, *sint etiam ex his* (81.) — *compostae*] *compositae (te)* Lg. 2. 5. 6. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 36. 65. 69. 70. 73. 81. 86. Gu. tres. — *ut tesserulae*] om. Gu. 1. *omnes* eiecerunt Sch. Muell. — *arte*] *artes* Lg. 4. Quod cum explicari commode posse non videretur *endo*, scripsere Lamb. Lallemand. Leclerc. Sch. Muell. Henr.; male quidem: v. explicationes. Quos codices a sese inspectos id exhibere Ursinus dixit, procul dubio nulli fuerunt; solet enim is vir sua inventa pro librorum scripturis venditare. — *pavimento*] *adiumento* Lg. 4 v. u. t. *pavimentoque* 6. om. *atque*. *at* 5. *ac* XII codd. exigua fide. — *emblemate*] *emblammate* Lg. 32 corr. — *vermiculato*] *verniculato* Lg. 23. ita corr. 4. *nerviculato* 84. *vernuculato* Gu. 2. — *Albucium*] *Albutium* Gu. 3. et Lg. praeter 5. 13. 15. 56. 70. 73. 76. itaque etiam post. — *illudens*] *impudens* Gu. 1. 2. Lg. 5. 14. 16. 17. 20. 21. 23. 35 corr. 65. 70. 73. 76 v. u. t. ita v. 32. — *rhetoricoteros tu sis*] *s* finale restitui secundum dicta ad I. 45, 198; idque omnes codd. retinent, etsi cum in scriptura tum in vocabulis separandis plerique varie committunt. Nam *rhetoricoterustus* (s. *th.*), *rhetoricoterustus eis*, *rethorico therustus*, *rethorico therostasis*, *rhetorico teros tusis* (s. *tu sis*) *rhetoricotorostasis*, *rethorice terostuses* Lg. 2. 3. 4. 5. 13. 14. 15. 20. 21. 23. 24. 32. 35. 65. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. 93. Gu. tres; ut,

collocatio conservanda verborum, de qua loquor, quae iunctam orationem efficit quae cohaerentem quae lenem quae aequabiliter fluentem. Id assequemini, si verba extrema cum consequentibus primis ita iungetis, ut neve aspere concurrant neve vastius diducantur.

XLIV. 173. Hanc diligentiam subsequitur modus etiam et forma verborum, quod iam vereor ne huic Catulo videatur esse puerile. Versus enim veteres illi in hac soluta oratione propemodum, hoc est numeros quosdam nobis esse adhibendos putaverunt: Interspirationis enim, non defatigationis nostrae neque librario-

si recte rationem inii, meorum soli 16. 17. 67. totam veritatem servarint. — *idem illud scilicet; ut ille vult*] *vult* pro vulgato *voluit* in ordinem recepto ex Lg. 2. 4. 6. 13. 32. 36. 67. Gu. et media distinctione posita post *scilicet* sententiam rectius quam antea constituisse videor. V. explicationes.

172. *tamen haec*] *haec* om. Lg. 5. 14. 16. 17. 20. 21. 23. 32 add. 35. 65. 70. 73. 76. 81. Gu. 2. *tamen est haec* Gu. 1. — *collocatio*] *cōllatio* Lg. 2. — *iunctam*] *vinctam*, quanquam haec aegre dignoscuntur, Lg. 13. 15. 35. 36. 65. 86. — *lenem*] sic Lg. 2. 3. 6. 15. 17. 24. 36. 67. 86. et sec. m. 4. 32. Rell. mei *levem*; sed aliud est *levis coagmentatio* s. concursus verborum (§. 171.), aliud *levis oratio*, quae ne cogitari quidem recte potest. V. explicationes ad III. 52, 201. — *assequemini*] *assequimini* Lg. 2. 3. 6. 14. 15. 17. 23. 65. 67. 69. 81. 84. 86. 93. Gu. tres. — *iungetis*] *iungentur* Lg. 2. 4. 13. 24. 32 corr. 36. 84 corr. fortasse verius, lectius certe; dubito tamen sequi, cum facile potuerit ita scribi errore propter sequens *diducantur*. — *ut neve*] sic codd. Lg. omnes, Gu. 2. 3. *ut ne* vulgo ante Sch.

XLIV. 173. *subsequitur*] *subsequetur* Lg. 24. ita corr. 32. — *propemodum*] additur inepte *faciebant* in Lg. 3. 4. 6. 15. 24. 67. 86. ita corr. 32. *prope modum* divisim Gu. 3. — *interspirationis enim, non defatigationis nostrae*] restitui cum Orellio librorum fere omnium scripturam eleganti, sed non necessaria Pearcii suspicione ex edd. Sch. Muell. Henr. sublatam; quippe explicari recte potest. Illa coniectura est *defatigatione nostra*; alteram addidit priorem amplificans Schuetzius, *interspirationes*. V. explicatt. — *iter respirationis* Lg. 76. *enim* om. Lg. praeter 17. 35. 65. 69. 81. 84., item Vict. Gu. 3., propter insequens *non*,

rum notis, sed verborum et sententiarum modo interpunctas clausulas in orationibus esse voluerunt; idque princeps Isocrates instituisse fertur, ut inconditam antiquorum dicendi consuetudinem delectationis atque aurium causa (quem ad modum scribit discipulus eius Naucrates) numeris astringeret. 174. Namque haec duo musici, qui erant quondam eidem poëtae, machinati ad voluptatem sunt, versum atque cantum; ut et verborum numero et vocum modo delectatione vincerent aurium satietatem. Haec igitur duo, vocis dico moderationem et verborum conclusionem, quoad orationis severitas pati posset, a poëtica ad eloquentiam traducenda duxerunt. 175. In quo illud est maximum, quod, versus in oratione si efficitur coniunctione verborum, vitium est et tamen eam coniunctionem sicuti versum numerose cadere et quadrare et perfici volumus. Neque est ex multis res una, quae

puto. Post *nostrae* additur *causa* in Lg. 3. 4. 15. 24. 67. 86. ita corr. 32.; non inepte, sed non necessario. — *discipulus*] *ad discipulum* Lg. 2. 13. 36. *discipulum* Lg. 4. Gu. 3. hique eidem *Naucratem*, memorabilis scriptura, non probanda tamen nisi eiecto *eius*. — *astringeret*] sic Gu. 1. Lg. praeter 5. 13. 65.

174. *eidem*] scripsi secutus Lg. 2. 4. 13. 15 corr. 32 corr. ut 3. 36. 86. *id est* 3. 67. *idem* Lg. X. Vict. Gu. 1. 3. — *versum atque cantum*] *versuum atque cantuum* Gu. 2. et Lg. XVIII sed nullus ex notabilibus. *vorsum* 13. 32 corr. *versuum*. 36. *cantuum* 32 sec. m. — *et verborum*] *et* om. Lg. praeter 81. 84., item Vict. Gu. 3. Saepe additum *et* ab editoribus, elegantius quippe visum; saepe omissum iniuria a librariis, ut adhuc parum compertum sit quid in hoc genere scriptores sibi licere crediderint. — *delectatione*] propter binos ablativos, quorum altero non videretur opus esse, uncinis clausit Ern., del. Sch., corruptum putarunt Muell. Or. Libri omnes habent; non satis scite defendit Henr. V. explicationes. — *satietatem*] *suavitatem* multi, sed deteriores libri, quod profectum a scriptura *sacietatem*. Haec est in Lg. 13. et IX aliis, item Gu. 3. — *posset*] vulgatum *possit* ab Ern. relictum miror, cum ea sententia cum verbo *duxerunt* colliganda

magis oratorem ab imperito dicendi ignaroque distinguat, quam quod ille rudis incondite fundit quantum potest et id, quod dicit, spiritu, non arte determinat; orator autem sic illigat sententiam verbis, ut eam numero quodam complectatur et astricto et soluto. 176. Nam cum vinxit modis et forma, relaxat et liberat immutatione ordinis, ut verba neque alligata sint quasi certa aliqua lege versus neque ita soluta, ut vagentur.

XLV. Quoniam igitur modo tantum munus insistemus, ut arbitremur nos hanc vim numerose dicendi consequi posse? Non est res tam difficilis quam necessaria. Nihil est enim tam tenerum neque tam flexibile neque quod tam facile sequatur quocunque ducas, quam oratio. 177. Ex hac versus, ex eadem dispares numeri conficiuntur; ex hac haec etiam soluta variis modis multorumque generum oratio. Non enim sunt alia sermonis, alia con-

sit. Utrumque per se bonum est; *possit* potentiali modo dictum ὡς ἂν οἷόν τ' εἴη, *posset* oblique ex mente illorum, qui numeri doctrinam invenerunt, ὡς οἵ'νι' εἴη. Hoc dedi ex Lg. 2. 4. 13. 24 corr. 32 corr. 36. 84 v. u. t. — *traducenda*] *traducendam* codd. VIII exigua fide; ita var. 32.

175. *maximum*] quod vulgo praecedit, *vel*, delevi secutus Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. 67. Gu. 3. — *cadere*] *sedere* Vict. Gu. 3. *cedere* Lg. XVIII; verum mansit in 2. 13. 36. 81. 84. 93. *edere* 16. 70. 73. — *perficere*] *perfici* Gu. 3. Lg. XXI, non tamen 2. 13. 32. 36. 81. 84. — *ignaroque*] *ab ignaroque* Lg. 3. 5. 17. 21. 24. 35. 65. 67. 76. 81. 84. Vict. Gu. 2. ita corr. Lg. 32. — *quantum potest*] om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 3. — *illigat*] *alligat* Lg. 2. — *astricto*] sic Lg. omnes, Vict. Gu. 1. 3.

176. *certa aliqua lege*] *lege certe aliqua* Lg. 2 — *soluta*] *solvit* Gu. 3.

XLV. *quonam*] *quoniam* Lg. 6. 15. 24 corr. Gu. 3. Is *non* pro *modo* habet et *tantum* omittit. — *ducas*] om. Gu. 1.

177. *ex eadem — haec*] om. haec Lg. 5. — *non enim sunt*] *non sunt enim* Sch. Henr. emendaturi scilicet Ciceronem; v. explicationes ad III. 30, 119. Ceterum *sunt* om. Lg. XV.,

tentionis verba, neque ex alio genere ad usum cotidianum, alio ad scenam pompamque sumuntur; sed ea nos cum iacentia sustulimus e medio, sicut mollissimam ceram ad nostrum arbitrium formamus et fingimus. Itaque tum graves sumus, tum subtiles, tum medium quiddam tenemus; sic institutam nostram sententiam sequitur orationis genus idque ad omnem et aurium voluptatem et animorum motum mutatur et vertitur. 178. Sed ut in plerisque rebus incredibiliter hoc natura est ipsa fabricata, sic in oratione, ut ea, quae maximam utilitatem in se continerent, plurimum eadem haberent vel dignitatis vel saepe etiam venustatis. Incolumitatis ac salutis omnium causa videmus hunc statum esse huius totius mundi atque naturae, rotundum ut caelum terraque ut

nullus tamen ex melioribus. — *cotidianum*] scripsi ex Lg. 2. 13. 32 corr. 36. Vict. Gu. 3. — *scenam*] *scaenam* Lg. 65. — *iacentia*] *iactantia* Lg. 3 corr. 6. 14 corr. 69. 93 v. u. t. — *tum graves sumus*] *ut tum gr. s.* Sch. de coni., secutique Muell. Or. Henr. non idonea de causa. Gravis tenuis medius esse in dicendo ipse orator dicitur διὰ μετωνυμίας, cum diversis dicendi generibus utitur: eiusque rei quo modo fiat, causam reddit sententia sequens: *sic institutam* etc. *cum graves* Lg. 3. 6. 67. *cum gr. cum subtiles* Gu. 1. — *sic*] om. iniuria Lg. 5. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 70. 73. 84. 86. Vict. Ante *sic* medie distinguendum erat, ut fecimus. — *idque*] *itaque* Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 65. 67. 70. 73. 76. 81. 86. non deterius. — *et aurium*] quod in plerisque libris et edd. ante Sch. praecedit, *rationem*, om. Pal. 1. 2. Mem. Pith. Z. Gu. 3. Erl. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36., et sic ediderunt Sch. Muell. Or. Henr. — *motum*] *ad motum* Gu. 1. 2. Lg. 5. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 65. 76. 81. 86. et ὑφ' ἓν 69. 70. 73 corr. ut 5. 93.

178. *ut*] om. Gu. 3. — *hoc*] *hec* Lg. 2. 4. 6. 13. 15. 36. Gu. 3. — *ipsa*] *ita* Lg. 3. 5. 14. 15. 16. 17. 21. 23. 24. 65. 67. 70. 73. 76. 81. 86. ita corr. 32. — *ut ea*] *ut* om. Gu. 3. — *plurimum eadem haberent*] vulgo *eadem haberent plurimum*. Secutus sum Lg. praeter 81. 84. omnes et Gu. 3. *eadem plur. haberent* Gu. 1. 2. — *ac salutis*] *atque sal.* codd. multi ignobiliores. Ita corr. 32. — *terraque*] *terramque* Gu. 3. *terra* Lg. 3.

media sit eaque sua vi nutuque teneatur; sol ut circumferatur, ut accedat ad brumale signum et inde sensim ascendat in diversam partem; ut luna accessu et recessu suo solis lumen accipiat; ut eadem spatia quinque stellae dispari motu cursuque conficiant. 179. Haec tantam habent vim, paulum ut immutata cohaerere non possint; tantam pulchritudinem, ut nulla species ne cogitari quidem possit ornatior. Referte nunc animum ad hominum vel etiam ceterarum animantium formam et figuram. Nullam partem corporis sine aliqua necessitate affictam totamque formam quasi perfectam reperietis arte, non casu.

XLVI. Quid? in arboribus, in quibus non truncus non rami non folia sunt denique nisi ad suam retinen-

67. — *sol ut*] add. *ad eam* Gu. 1. 3. *eam* Gu. 2. — *sensim*] om. Gu. 3. idem *et diversam* pro *in div.* — *recessu suo*] *suo* om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. Gu. 3. Probarem in alio verborum positura; nunc enim ambiguitatem habet. — *dispari*] *dispares* Gu. 1. 2 *(disparis*, ut Lg. 17.) Lg. omnes praeter 2. 4. 13. 24. 32. 36. ita corr. 32. Non deterius id vulgato, dum coniungas *dispares motu*, τῇ κινήσει διαφέροντες. — *conficiant*] *conspiciant* Lg. 13. 35. 67. 84. 86. 93. Gu. 3. *prospiciant* 4.

179. *haec*] om. Lg. 5. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 70. 73. 76. 86. *hae* 17. 35. — *tantam*] *totam* Gu. 3. — *paulum ut immutata*] sic inverti vulgatam verborum collocationem *ut p. imm.*, secundum Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 36. 67. *ut* om. 32. *paulum et* Gu. 3. *paululum* Gu. 2. Lg. 24. 70. 76. 84. — *cogitari*] vulgatum *excogitari* plerorumque et certe bonorum omnium auctoritati cedere debuit; illud enim exhibent Havn. 1. 2. duo codd. Stephani, Z. γ. δ. ψ., Gu. tres, Erl., Lg. praeter 21. 35. 69. 93. omnes, Vict. Is et Z. *nec* pro *ne*. — *ornatior*] ante *quidem* ponit Gu. 3. — *animum ad*] inv. Gu. 3. male coniunctis vocabulis. — *ceterarum*] *ceterorum* Lg. 3. 4. 6. 13 *(oe)*. 15. 17. 35. 36. 65. 67. 69. 73. 76. 93. ita corr. 32. non deterius. — *affictam*] *affectam* s. *adfectam* Lg. 2. 4. 13. Gu. 1. *effectam* 36. Gu. 3., sed prius *e* in loco raso.

XLVI. *in arboribus*] *in eis arb.* Lg. 2. 4. 24. 32 corr. ut 3. 36. Gu. 3. *in his arb.* 3. cum aliis Lg. XVII, Vict. Gu. 1. 2.

dam conservandamque naturam, nusquam tamen est ulla pars nisi venusta. 180. Linquamus naturam artesque videamus. Quid tam in navigio necessarium, quam latera quam cavernae quam prora quam puppis quam antennae quam vela quam mali? quae tamen hanc habent in specie venustatem, ut non solum salutis, sed etiam voluptatis causa inventa esse videantur. Columnae templa et porticus sustinent; tamen habent non plus utilitatis quam dignitatis. Capitoli fastigium illud et ceterarum aedium non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est. Nam cum esset habita ratio quem ad modum ex utraque tecti parte aqua delaberetur; utilitatem templi fastigi dignitas consecuta est; ut, etiam si in caelo Capitolium statueretur, ubi imber esse non posset, nullam sine fastigio dignitatem habiturum fuisse videatur. 181. Hoc in omnibus item partibus orationis evenit, ut utilitatem ac prope

in iis arb. 6. 35. Bonorum igitur solus 13. pronomen ignorat, quod si quis ita excuset, ut non de omni arborum genere, sed de silvestri, quod frugiferum non sit, dictum putet, potest quidem talis explicandi ratio iniri, sed valde quaesita videtur. — *nusquam — naturam*] haec om. Gu. 2. 3. Lg. 2.

180. *linquamus*] *relinquamus* Lg. 3. 67. — *artesque*] *artes* Lg. 36. non male sane, si ante distinxeris. *arcesque* 13. — *cavernae*] sic omnes fere codd. olim noti, Med. utraque, Pearc. et rec. post Ern., quibus nunc accedunt Lg. praeter 20. 67., in quibus solis *carinae* inest, ut in Ven. Lott. Lips. Thanneri et vulgatis post Ald. *carina* Lamb. — *quam vela, quam mali*] om. Gu. 3. *quam* ante *mali* om. Lg. 2. 4. 13. 24. 32 add. 36. Post hoc addunt *quam reliqua*, sicut Lambinus fecit, Lg. 3. 15. 24. 67. 84. 86. ita corr. 2. — *voluptatis*] *venustatis* Lg. 4. — *columnae templa*] optimam scripturam suppeditarunt Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. 67. Gu. 3., qui cum Lg. 4. etiam alterum *et* non habet, hoc quidem male. — *Capitoli*] sic Gu. 3. Lg. 13. 36. 67. — *tecti parte*] inv. Lg. praeter 2. 3. 4. 13. 32. 36. 67. 69. 93. ita Ald. Iunt. Vict. Crat. Lamb. — *utilitatem templi fastigii dignitas*] Sch. Muell. de coniectura *utilitatem fastigii templi dignitas:* v. explicationes. — *Capitolium statueretur*] *Capi-*

necessitatem suavitas quaedam et lepos consequatur. Clausulas enim atque interpuncta verborum animae interclusio atque angustiae spiritus attulerunt. Id inventum ita est suave, ut, si cui sit infinitus spiritus datus, tamen eum perpetuare verba nolimus; id enim auribus nostris gratum est inventum, quod hominum lateribus non tolerabile solum, sed etiam facile esse possit.

XLVII. 182. Longissima est igitur complexio verborum, quae volvi uno spiritu potest. Sed hic naturae modus est, artis alius. Nam cum sint numeri plures, iambum et trochaeum frequentem segregat ab oratore Aristoteles, Catule, vester, qui natura tamen incurrunt ipsi in orationem sermonemque nostrum; sed sunt insignes percussiones eorum numerorum et minuti pedes. Quare primum ad heroum nos [dactyli et anapaesti et spondei pedem] invitat; in quo impune progredi licet duos

tolium, quod deleverunt ex duobus libris Gruterus et hunc secuti recentiores, cum libri mei omnes additum monstrent, restitui. Ridiculum tamen est hoc ita defendere, quasi subiectum ex prioribus repetere durum sit. — *habiturum fuisse*] *habiturum esse* ex uno Erl. contra omnium, ut videtur, librorum fidem edidit Ern. secutique Sch. in ed. mai. et Muell.

181. *attulerunt*] *obtulerunt* Lg. 16. — *ita est suave*] *est* a Lg. 2. 4. 13. 32. 36. Gu. 3. abest; *est ita* 24. 84. Gu. 1. 2. Lamb. al. *ita* om. Vict. *id autem ita suave* Sch. de coni. edidit. Paulo ante *inventum* delevit Muell., uncis inclusit Or., neuter recte. — *nolimus*] *nolumus* Lg. XIII., quorum boni sunt 4. 13. 36. *volumus* 2 corr. Gu. 3. — *possit*] *posset* Lg. 16. 81. 84. Vict. Gu. 1. edd. Ald. Iunt. Steph. Man.

XLVII. 182. *complexio*] *turbatio complexio* s. *complexioque* Lg. 3. 5. 17. 20. 65. 67. 76. 81. ita corr. 32. — *frequentem*] *frequenter* Lg. 3. 6. 15. 20. 24. 32. 36. 67. 76. 81. 84. 86. Gu. 1. 2. ita corr. 4. 93. om. 21. Si quis corrigendum putet *frequentes*, non improbo. — *vester*] *noster* Lg. 4. 13. 69. 93. Gu. 3. ita corr. 5. — *quare primum ad heroum nos* [*dactyli et anapaesti et spondei pedem*] *invitat*; — *Altae sunt*] In constituendo hoc loco, cuius ineptiae interpretes plerosque latuerunt, Mad-

duntaxat pedes aut paulo plus, ne plane in versum aut similitudinem versus incidamus; † *Altae sunt geminae, quibus* — Hi tres pedes in principia continuandorum verborum satis decore cadunt. 183. Probatur autem ab eodem illo maxime paeon, qui est duplex. Nam aut a longa oritur, quam tres breves consecuntur, ut haec verba, *desinite incipite comprimite;* aut a brevibus deinceps tribus, extrema producta atque longa, sicut illa sunt, *domuerant sonipedes.* Atque illi philosopho ordiri placet a superiore paeone, posteriore finire. Est autem paeon hic posterior non syllabarum numero, sed aurium mensura, quod est acrius iudicium et certius, par fere cretico, qui est ex longa et brevi et longa; ut

Quid petam praesidi, aut exsequar? quove nunc . . .

A quo numero exorsus est Fannius: *Si, Quirites, minas*

vigium secutus sum, ut tamen etiam vocabulum *pedem* uncinis clauderem. Quo modo enim *in heroo pede quis duos pedes* progrediatur? Subaudiendum *genere* aut *numero.* Sententiam expositam v. in explicationibus. Ad vulgarem scripturam damnandam illud satis est, quod *herous pes dactyli anapaesti spondei* absurde dicitur. Ceterum *dactilici* Lg. 2. 4. 13. 36. *daetilici* Gu. 3. *dactili* et *dactuli* alii quidam libri. — *duos*] restitui ex Lg. 2. 4. 6. 13. 24. 36. 69. 84. 93. Gu. 3. a Gu. 1. 2. abest. Paulo ante *egredi* Gu. 3. — *ne*] *nec* Lg. 2. 13. 32 corr. 35. 36. 65. 81. — *versus*] sic emendavi vulgatum *versuum*, in quo paritatis lex necessaria violatur, secutus Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36.

183. *paeon*] *pean* s. *paean* codd. plerique. — *consecuntur*] scripsi ex Lg. 2. 13. 14. 15. 20. 32. 36. 65. 76. 84. 86. Vict. — *aut a*] *a* om. Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 67. Gu. 3.; excidit propter vocem praecedentem. — *deinceps*] om. Lg. 6. — *sonipedes*] *sonupedes* quidam codd., velut Lg. 2. 3. 5. 24. 25. 67. Gu. 2.; sed corr. in 2. 5. 24. — *superiore*] *superiori* Lg. 4. 15. 21. 86. Post hoc *et* additur in Gu. 1. — *illi*] om. Gu. 3. — *est autem*] *his autem* Lg. 5. cum VII aliis deteriorum; alii quidam *is.* et *est is* (84.). — *praesidi*] sic Lg. 2. 3. 13. 35. 36. 65. 69 corr. 81. 93. edd. quaedam vett. — *Fannius*] *Ennius* nomen librariis notius plerosque libros (Lg. certe XX, Gu. 1. 2. Vict.) occupavit; nec

illius. Hunc ille clausulis aptiorem putat, quas vult longa plerumque syllaba terminari.

XLVIII. 184. Neque vero haec tam acrem curam diligentiamque desiderant, quam est illa poëtarum, quos necessitas cogit et ipsi numeri ac modi sic verba versu includere, ut nihil sit ne spiritu quidem minimo brevius aut longius, quam necesse est. Liberior est oratio et plane, ut dicitur, sic est vere soluta; non ut fugiat tamen aut erret, sed ut sine vinculis sibi ipsa moderetur. Namque ego illud assentior Theophrasto, qui putat orationem, quae quidem sit polita atque facta quodam modo, non adstricte, sed remissius numerosam esse oportere. 185. Et enim, sicut ille suspicatur, ex istis modis, quibus hic usitatus versus efficitur, post anapaestus procerior quidam numerus effloruit; inde ille licentior et divitior

tamen Lg. 2. 4. 13. 32. 36. 70. 81. Gu. 3. *Fannius* s. *Fanius* a correctore ascriptum aut p. var. in 35. 65. 93.; *Ennius* in 4. 32.

XLVIII. 184. *spiritu*] *spiritus* Lg. XIII recentiores et Vict. — *sic est*] ita plerique codd. et certe quicquid bonorum noscitur: Havn. 1. Pal. 1. 2. duo Gall. Z. α. γ. ε. Gu. 3. Erl. Lg. 2. 4. 6. 13. 14. 23. 32 add. *et*, 35. 36. 69. 76. 93. edd. antiquiss. Steph. Lamb., quos sequor cum Sch. ed. mai. Muell. Or. Henr. *sic et est* Havn. 2. Lg. ceteri XII. Gu. 1. 2. et vulgo inde ab Aldo. Hoc, quod Aldus et Iunta ex malis, ut pleraque, libris deprompserunt, *vulgatae* nomine optimorum fontibus praestabilius ducere qui auderet nuper exstitit. *etiam* Lg. 15 corr. exp. *et* 24. *est* om. 24 add. 73. — *aut erret*] *ut* libri, multi, Lg. certe praeter 2. 4. 13. 15. 32. 36. Sed horum *ac* 13. 32 corr. ut 3. 36. *sota terreat* Gu. 3. — *namque*] *nam neque* Lg. 3. 5. 6. 15. 16. 17. 20. 21. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 84. 86. 93 corr. Vict. Gu. 1. ita corr. 32. — *facta*] *fracta* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 81. Gu. 1. 3. *fauta* 15. 24. 86. — *astricta*] Lg. praeter 5. 15. Gu. 1. *astricte* Vict. Gu. 3.

185. *ex istis modis*] sic Gu. 3. Erl. Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. Sch. Muell. Or. Henr. *iis* 3. 6. 67. *his* mg. Crat. Praeterea *et*, quod ante Ern. in multis edd. ante *ex istis* ferebatur, om. Lg. omnes et Gu. 1. 2. Vict. — *procerior*] *pulcrior*

fluxit dithyrambus, cuius membra et pedes, ut ait idem, sunt in omni locupleti oratione diffusa. Et si numerosum est in omnibus sonis atque vocibus quod habet quasdam impressiones et quod metiri possumus intervallis aequalibus: recte genus hoc numerorum, dummodo ne continuum sit, in orationis laude ponetur. Nam si rudis et impolita putanda est illa sine intervallis loquacitas peremnis et profluens, quid est aliud causae cur repudietur, nisi quod hominum auribus vocem natura modulatur ipsa? quod fieri, nisi inest numerus in voce, non potest. 186. Numerus autem in continuatione nullus est; distinctio et aequalium et saepe variorum intervallorum percussio numerum conficit; quem in cadentibus guttis, quod intervallis distinguuntur, notare possumus, in amni praecipitante non possumus. Quod si continuatio verborum haec soluta multo est aptior atque iucundior, si est

Lg. 2. *plchrior* 4 (sic); orta haec ex compendio scribendi non intellecto *pèior*. — *effloruit*] *exfloruit* Lg. 5. 6. 15. 16. 17. 21. 65. 70. 73. 76. 81 corr. 84. 86. Vict. Gu. 1., quod commendo antiquariis. — *dithyrambus*] *iambus, diiambus* Lg. 4. 6. 14. 23. *de thitanibus* Gu. 3. — *diffusa*] *diffuse* s. *diffusae* Lg. 3. 21. 23. 65. 67. 76. ita corr. 17. 32. *diffusi* 14. 16. 20. 70. 73. — *est*] quod sequi solet, *id*, sustuli propter fidem codd. Lg. praeter 81. 84. omnium item Gu. 3. — *impolita*] *indocta* fere Lg. plerique, item Vict. Gu. 1. 2. Havn. 1. 2. β. γ. δ. et edd. usque ad Gruterum. Sed *impolita* Lg. 2 *(impul.)*. 13. 32. 36. Gu. 3. Pal. 1. 2. Mem. (VSt.) Pith. Erl. Gu. 3. et vulgo post Gruterum. — *peremnis*] *perennis* Lg. 5. 6. 14. 15. 21. 23. 35. 36. 73. 76. Gu. 1. Lamb. al. *perhennis* Gu. 3. — *hominum auribus vocem natura modulatur ipsa*] sic Ursini, si ulli fuerunt, codd. Pith. Mem. exc. δ. prob. Pearclo secundum Cic. Or. 18, 58. Receperunt Sch. Or. Henr. Hoc nunc plenissime firmatur Lg. 4. 13. 23., praeterea *auribus* 24. 32 corr. *auris. hominum vocem natura modulatur ipsa* VSt. Lamb. *hom. aures vocem natura modulantur ipsa* Lg. 2. (nisi quod *auris)*. Havn. 1. Vict. Man. Steph. Grut. *hom. aures vocem naturae modul. ipsae* Havn. 2. Pall. posteriores, plerique Ox. (etiam ψ) edd. antiquiss. Lg. plerique, nisi quod *ipsa* omnes,

articulis membrisque distincta, quam si continuata ac producta: membra illa modificata esse debebunt; quae si in extremo breviora sunt, infringitur ille quasi verborum ambitus; sic enim has orationis conversiones Graeci nominant. Quare aut paria esse debent posteriora superioribus et extrema primis aut, quod etiam est melius et iucundius, longiora.

XLIX. 187. Atque haec quidem ab iis philosophis, quos tu maxime diligis, Catule, dicta sunt; quod eo saepius testificor, ut auctoribus laudandis ineptiarum crimen effugiam. Quarum tandem? inquit Catulus; aut quid disputatione ista afferri potest elegantius aut omnino dici subtilius? 188. At enim vereor, inquit Crassus, ne haec aut difficiliora istis ad persequendum esse videantur aut, quia non traduntur in vulgari ista disciplina, nos ea maiora ac difficiliora videri velle videamur. Tum Ca-

et nonnulli *auris. hom. aur. vocem natura modulantur ipsa* Z. Erl. Ern. Muell. *h. auris vocem naturam modulantur ipsa* Gu. 3.

186. *distinguuntur*] *distinguitur* Lg. 3. 4. 13. 32 corr. — *atque*] *ac* Gu. tres, Lg. plerique. *et* 14. 23. 69. 84. 93. Vict. — *membra*] *verba* Lg. praeter 2. 4. 13. 32. 36. et edd. pleraeque vett. ita corr. 32.; ut Lg. plurimi, sic et Gu. 2. Vict. — *in extremo*] *in* om. Lg. VIII., quorum sunt 4. 13. 36., et Gu. 3. — *aut paria*] *tum prima* Gu. 3. — *et extrema*] *et* addidi ex Lg. 2 (*exima* is corr. ut 3.) 3. 4. 6. 13. 32. 36. 67. sic Lambinus. — *etiam*] om. Gu. 3.

XLIX. 187. *ab iis*] *ab his* Lg. 15. 32. 65. 67. 69. 73. 76. 81. 86. Vict. Gu. tres, tertius *philosophis his* habet. — *eo*] *ego* Lg. 3. 4. 6. 14. 15. 21. 23. 24. 32. 76. 81. — *ut*] *quod* Gu. 3. — *quarum*] *quare* Lg. 2. 13. 81. *quid hac re* 3. 6. 15. 24. 67. 86. ita corr. 32. *quid in hac re* 4. *qua de re* 17.

188. *at enim*] *et enim* Lg. 4. ita var. 32. — *difficiliora*] *difficilior* Lg. 5. 21. 76. et p. var. 17. idem habet Vict., a quo media post *istis* ad vocabulum *disciplina* absunt. — *ac difficiliora*] *et diff.* Lg. 5. cum XI aliis minus bonis; ita var. 17. — *videamur*] *videantur* Lg. 3 corr. 6. 17 v. *videamur.* — *co-*

tulus, Erras, inquit, Crasse, si aut me aut horum quemquam putas a te haec opera cotidiana et pervagata exspectare. Ista, quae dicis, dici volumus neque tam dici, quam isto dici modo; neque tibi hoc pro me solum, sed pro his omnibus sine ulla dubitatione respondeo. 189. Ego vero, inquit Antonius, inveni iam, quem negaram in eo, quem scripsi, libello me invenisse, eloquentem. Sed eo te ne laudandi quidem causa interpellavi, ne quid de hoc tam exiguo sermonis tui tempore verbo uno meo diminueretur. 190. Hanc igitur, Crassus inquit, ad legem cum exercitatione tum stilo, qui et alia et hoc maxime ornat ac limat, formanda nobis oratio est. Neque tamen hoc tanti laboris est, quanti videtur,

tidiana[scripsi ex Lg. 2. 13. 24. 32. 65. 81. Gu. 3. — *pro his*] *pro ipsis* Gu. 1.

189. *iam*] sic correxi vulgatum *tandem* ex Lg. 2. 4. 13. 35. 36. 69. 93. Gu. 3. ex *iam* cum corruptum esset *tamen (tñ* in codd.), ut scriptum in Lg. 3. 5. 17. 20. 21. 65. 67. 81 corr. ut 2., idque non intellegeretur, inde fecerunt *tandem*, quippe vulgare et notum vocabulum. om. 32 add. ut 3. — *negaram*] *negaveram* Lg. 3. 6. 67. ita corr. 32. — *te ne*] *tenore* Gu. 3. — *causa*] om. Gu. 3. — *meo*] *in eo* Lg. 2. 13. et IV al. Vict. om. 20. — *deminueretur*] *dim.* Lg. 2. 4. Gu. 3. Scripsi quod ceteri meorum boni habent, 13. 32. 36. v. ad II. 19, 80.

190. *Crassus inquit*] om. Vict. Lg. 2 add. 5. 14. 16. 17. 20. 21. 23. 32 add. 35. 36. 65. 69. 70. 73. 76. 81. 93. Gu. tres. Nullus meorum *inquit Crassus*: v. explicationes ad II. 8, 31. — *ad legem*] *lege* Lg. 2. 13. 15. 24. 36. Gu. 3., sed duo posteriores *a* addunt, idque 32 pr. m. sed corr. ut vulg. Sequendum esset, nisi omnes codd. retinerent *hanc*. — *cum* — *tum*] *tum* — *tum*, ut de coni. edidere Sch. Muell. contra sermonis legem, nunc repertum est in Lg. 2. 4. 6. 15. 24. 36. 86. Contra bis *cum* exhibent Lg. 69. 76. 93. Gu. 3. *et stilo* 6. — *ornat ac limat*] *ornate limat* Lg. 5. 16. 20. 21. 23. 35. 65. 69. 70. 73. 93 corr. *ornat et limat*. ita corr. 32. — *nobis*] sic pro vulgato inde ab antiquiss. edd. *vobis*, Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 21. 32 corr. 36. 67. 76. 81. Havn. 1. 2. VSt. Gu. 1. 3. Erl. pr. m. Sch. Muell. Or. Henr. Etiam post *nobis* iure scribitur secundum illos, quos dixi, praeter

neque sunt haec rhythmicorum aut musicorum acerrima norma dirigenda; efficiendum est illud modo nobis, ne fluat oratio ne vagetur ne insistat interius ne excurrat longius, ut membris distinguatur ut conversiones habeat absolutas. Neque semper utendum est perpetuitate et quasi conversione verborum, sed saepe carpenda membris minutioribus oratio est, quae tamen ipsa membra sunt numeris vincienda. 191. Neque vos paeon aut herous ille conturbet. Ipsi occurrent orationi; ipsi, inquam, se offerent et respondebunt non vocati. Consuetudo modo illa sit scribendi atque dicendi, ut sententiae verbis finiantur eorumque verborum iunctio nascatur a proceris numeris ac liberis, maxime heroo aut paeone priore aut

Lg. 6.; ut tamen accedant ψ. Gu. 2. duo Steph. Lg. 14. 16. 17. 23. 35. 65. 70. 73. 93. edd. antiq. — *hoc tanti laboris est, quanti videtur*] *tantum* Lg. 36. *quantum* Lg. 2. 5. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 35. 36. 65. 69. 70. 73. 76. 81. 86. 93 corr. Gu. 3., isque etiam *in hoc*, unde duas scripturas confusas videas, quorum neutra alteri praestat. — *neque*] sic correxi vulgatum *nec* ex Lg. XXI bonisque omnibus. — *rhythmicorum aut musicorum*] sic vulgatum *ac* correxi ex Lg. 2. 4. 13. 14. 32 corr. 36. 65. Gu. 3. v. explicationes ad III. 2, 7. — *efficiendum*] quod praecedere solet, *et*, cum sententiae adversum sit (ea enim *quin*, *imo*, *contra* desiderat), delevi secutus Lg. 2. 4. 13. 15. 32 add. 36. 65 add. 70. 73. 86. Gu. 3. exp. 93. — *insistat*] *insidat* Lg. 3. 67. ita corr. 93. *existat* 4 v. *incidat*. *insidiat* 6. *insitiat* 32 v. ut 3. Paulo ante *negetur* pro *ne vagetur* Gu. 3., idemque mox *incurrat*. — *carpenda*] *capienda* Lg. praeter 4. 32. 84. 86.; item Gu. tres et Vict., vitiose. Eorundem 2. 4. 32 corr. 36. 65. Vict. *verbis* pro *membris* (*mbris*).

191. *vos*] *nos* quidam libri; ita corr. 32. — *eorumque verborum*] *verborumque* Lamb., idemque *coniunctio*, non *iunctio*. — *a proceris*] *ac pr.* Lg. XXI., quorum sunt boni praeter 2. 32., omnes, et Gu. 1. — *aut paeone*] sic necessario scribendum fuit cum Lamb. et recentt. post Ern., et sic Gu. 2. Lg. praeter 14. 23. 69. 84. 93., quorum duo priores et Gu. 3. *ac*, quod non minus vitiosum vulgato *et*. Tres sunt pedes diversissimi et pari dignitate coniuncti herous paeon creticus, ut unus duobus per *et*

cretico, sed varie distincteque considat. Notatur enim maxime similitudo in conquiescendo. Et si primi et postremi illi pedes sunt hac ratione servati, medii possunt latere, modo ne circuitus ipse verborum sit aut brevior, quam aures exspectent, aut longior, quam vires atque anima patiatur.

L. 192. Clausulas autem diligentius etiam servandas esse arbitror quam superiora, quod in his maxime perfectio atque absolutio iudicatur. Nam versus aeque prima et media et extrema pars attenditur, qui debilitatur, in quacunque est parte titubatum; in oratione autem pauci prima cernunt, postrema plerique. Quae quoniam apparent et intelleguntur, varianda sunt, ne aut animorum iudiciis repudientur aut aurium satietate. 193. Duo enim aut tres fere sunt extremi servandi et notandi pedes (si

copulatis opponi non possit. — *considat*] *consistat* Gu. 1. *considerat* Gu. 3. Lg. 13. 32 corr. 81 corr. *desiderat* 2. *confidat* 4. 6. — *in conquiescendo*] *in* om. Lg. 5. 17. 21. 24. 76. 81 add. *consequendo* 21. 69. ante *in* ponitur *maxime* in Gu. 1. — *illi pedes sunt*] *pedes sunt* omisso *illi* Gu. 3. — *ratione*] *oratione* Lg. 2. 5. 14. 21. 23. 65. — *circuitus*] *circulus* Gu. 3. — *atque anima*] *aut anima* Lg. 2. 15. 20. 73. om. 67.

L. 192. *autem*] om. Lg. 4. 6. 24. 76. 81. 86. *etiam* 15. *ăt* 67. — *diligentius etiam*] inv. Lg. 4. 6. 35. 69. 76. 81. 93. — *in his*] servavi *his* propter vim soni, qui inest, etsi Lg. 4. 13. 32 corr. 36. *eis* habent. — *perfectio*] *perspectio* codd. non nulli deteriores, in quibus est Gu. 1.; ita corr. Lg. 32. — *absolutio*] *solutio* Gu. 3. — *est* — *titubatum*] *est* pro *sit* scripsi ex Lg. 2. 3. 13. 32. 36. 67. om. 4. Illud fieri iubet sermonis lex. *turbatum* 2. 17 corr. — *pauci prima*] sic inverti secundum Lg. 2. 13. 16. 20. 32 corr. 36. Gu. 2. 3. *paucae* s. *pauce* quidam, eidemque etiam *cernuntur*. — *intelleguntur*] sic dedi ex Lg. 13. 20.

193. *enim*] post hoc inseritur *fere* in Lg. 2. Nos autem *fere sunt* dedimus ex 3. 4 (is *vere*). 6. 13. 32. 36. 67. Gu. 3., cum legeretur *sunt fere*. — *choreos*] *chorios* corr. *trochaeus* Lg. 2., correctione quidem manifesto falsa, quia choreus Ciceroni tribrachys est, sed scriptura non contemnenda, quia sic facillime

modo non breviora et praecisa erunt superiora), quos aut choreos aut heroos aut alternos esse oportebit aut in paeone illo posteriore, quem Aristoteles probat, aut ei pari cretico. Horum vicissitudines efficient, ut neque ei satientur, qui audient, fastidio similitudinis nec nos id, quod faciemus, opera dedita facere videamur. 194. Quod si Antipater ille Sidonius, quem tu probe, Catule, meministi, solitus est versus hexametros aliosque variis modis atque numeris fundere ex tempore tantumque hominis ingeniosi ac memoris valuit exercitatio, ut, cum se mente ac voluntate coniecisset in versum, verba sequerentur: quanto id facilius oratione exercitatione et consuetudine adhibita consequemur? 195. Illud autem ne quis admiretur quonam modo haec vulgus imperitorum in audiendo notet: cum in omni genere tum in hoc ipso magna quae-

intelligitur quomodo in libris toties scribi *creticus* aut *choricus* pro *choreo* potuerit; quorum prius hic Lg. 15. 24. 86., alterum 3. 5. 16. 20. 21. 67. 69. 70. 73. 93. habent; alii etiam *eroicos* et *corichos*. — *aut in paeone — aut ei pari cretico*] Bene intellexit Or. quomodo verba ordinanda essent; v. explicationes; sed sic distinctione abstinendum erat post *oportebit*. Priores cum non intellexissent, Lambinus corrigebat *paeonem posteriorem et parem creticum*, Pearc. et Ern. verbum *finire* vel *finiendum* excidisse suspicabantur, Schuetzius plane non ferendam explicandi rationem tentabat. — *ei pari*] *et pari* Lg. 3. 4. 5. 13. 14. 16. 20. 21. 23. 32. 35. 65. 70. 73. 81. *ex* alii quidam et Gu. 1. — *efficient ut*] *efficientur* Lg. XV deteriores, Vict. Gu. 1. 2. — *ei*] scripsi ex Lg. 2. 4. 13. 36. 65. *hi* Gu. 2. 3. et Lg. 3. 5. 14. 15. 16. 17. 21. 67. 70. 73. 76. 86. Vict. *eis* 32 corr. ut 3. — *quod faciemus*] *faciemus, quod* Lg. 3. 5. 6. 14. 17. 21. 23. 35 corr. 65. 67. 81. Vict. Gu. 1. 2. ita corr. 32. haud sane deterius.

194. *ille Sidonius*] inv. Lg. 5. 14. 21. 76. 81 corr. edd. quaedam vett. — *tu*] om. Gu. 3. — *coniecisset*] *eiecisset* Gu. 3. — *oratione*] *in* vulgo additum delevi secutus Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 3. Sonus paulo ingratior manet, sive adieceris praepositionem, sive omiseris.

195. *cum — tum*] *tum — tum* Lg. 2. 4. 24. 32. 81. —

dam est vis incredibilisque naturae. Omnes enim tacito quodam sensu sine ulla arte aut ratione quae sint in artibus ac rationibus recta ac prava diiudicant; idque cum faciunt in picturis et in signis et in aliis operibus, ad quorum intellegentiam a natura minus habent instrumenti, tum multo ostendunt magis in verborum numerorum vocumque iudicio; quod ea sunt in communibus infixa sensibus nec earum rerum quemquam funditus natura voluit esse expertem. 196. Itaque non solum verbis arte positis moventur omnes, verum etiam numeris ac vocibus. Quotus enim quisque est, qui teneat artem numerorum ac modorum? At in his si paulum modo offensum est, ut aut contractione brevius fieret aut productione longius, theatra tota reclamant. Quid? hoc non idem fit in vocibus, ut a multitudine ac populo non modo

quae sint in artibus] *q. sunt i. a.* Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 20. 21. 23. 35. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 93. Vict. Gu. tres; non deterius. — *arte aut* — *ac rationibus*] haec Sch. tanquam interpolata eiecit. V. explicationes. *aut rationibus* habet Gu. 3. — *intellegentiam*] sic Lg. 13. — *tum multo*] *tum* om. Lg. praeter 20. 36. 84. omnes, item Vict. Gu. 3. *multo* om. 13. 32 corr. ut 3. 36. Gu. 3. *multum* 3. 5. 6. 14 v. u. t. 15. 16. 17. 21. 23. 24 corr. 65. 67. 70. 73. 76. 81 corr. 86. Vict. Gu. 2. eidemque omnes *ostenderint* pro *ostendunt*. om. *tum multo* — *verborum* Gu. 2. — *nec*] sic correxi vulgatum *neque* ex Lg. 2. 4. 13. 15. 24. 32 corr. 36. 86. Gu. 3. (is *ut nec*). — *voluit esse*] inv. Lg. XVIII., quorum sunt 13. 32. 36., item Gu. 1. 2.

196. *at*] *ac* Lg. 5. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 35. 69. 70. 73. 76. 86. Vict. Gu. 1. — *contractione*] *contrectatione* Lg. 15. *contractatione* 36. *concertatione* 81. — *ac populo*] sic vulgatum *et p.* correxi ex Lg. 2. 4. 6. 13. 24. 32. 36. 67. — *atque concentus*] Hoc pro ineptissima plerorumque codd. scriptura, *conventus*, suppeditant Z. Gu. 3. Erl. pr. m., probavit Ern., recepere Sch. Muell. Or. Henr. Hos sequor; video enim exhiberi etiam a Lg. 2. 13. 32 corr. ut vulg. 36. — *eiciantur*] scripsi ex Lg. 2. 13. 15. 16. 17. 20. 32. 36. 70. 73. 81. 86. Vict. Gu. 1. 3.

LI. 197. *quam*] *quod* Lg. 3. 4. 6. 24. 67. 86. ita v. 32.

catervae atque concentus, sed etiam ipsi sibi singuli discrepantes eiciantur?

LI. 197. Mirabile est, cum plurimum in faciendo intersit inter doctum et rudem, quam non multum differat in iudicando. Ars enim cum a natura profecta sit, nisi naturam moveat ac delectet, nihil sane egisse videatur. Nihil est autem tam cognatum mentibus nostris, quam numeri atque voces, quibus et excitamur et incendimur et lenimur et languescimus et ad hilaritatem et ad tristitiam saepe deducimur; quorum illa summa vis carminibus est aptior et cantibus, non neglecta, ut mihi videtur, a Numa rege doctissimo maioribusque nostris, ut epularum sollemnium fides ac tibiae Saliorumque versus indicant; maxime autem a Graecia vetere celebrata. [Quibus utinam similibusque de rebus disputari quam

quasi 81. — *naturam moveat*] necessario vera scriptura non optimos testes habet. Boni enim codd., Gu. 3. Lg. 2. 4. 13. 32. 36. ψ. Erl. al. Grut. Ern. *natura;* sed *m* facile elisum est propter verbum sequens. *naturam moveat* Havn. 1. 2. Norf. Harl. 1. 2. Z (solus optimorum) α. γ. exc. δ. Gu. 1. 2. (is, ut Lg. 35. 69. 93., et edd. antiq. *commoveat).* Lg. 5. 15. 24. 69. 86. ita corr. 2. 81. *natura moneat* Vict. Lg. 14. 16. 21. 70. 73. Ern. *natura* reliquit, sed uncinis clausit. — *et excitamur*] *et* om. Gu. 3. — *et ad tristitiam*] *et* om. Lg. 6. 14. 20. 21. 23. 24. 35. 69. 70. 76. 81. 93. — *nostris*] om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 3. — *a Graecia*] *in Graecia* Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 86. 93. ita corr. 32. — *quibus utinam — maluissetis*] haec ineptum esse et minime Ciceronianum ἔμβλημα ostendit Sch., eiecit Muell. Nos cum Or. Henr. uncinis saepsimus. Quanquam etiam qui haec defenderet repertus est. Non dicam Crasso parum convenire de elocutione oratoria, in qua diligentissimus erat, adeo contumeliose dicere, nec illud urgebo propter humanitatem viris familiaribus debitam ita loqui non potuisse: sed illud certe dubitatione exemptum est non de translationibus verborum, de quibus dudum Crassus absolverat, sed de oratione numerosa disputari; quo modo igitur res a consilio dicentis alienissima hic inferri potuit?

de puerilibus his verborum translationibus maluissetis!] 198. Verum ut in versu vulgus, si est peccatum, videt: sic, si quid in nostra oratione claudicat, sentit; sed poëtae non ignoscit, nobis concedit; tacite tamen omnes non esse illud, quod diximus, aptum perfectumque cernunt. Itaque illi veteres, sicut hodie etiam nonnullos videmus, cum circuitum et quasi orbem verborum conficere non possent (nam id quidem nuper vel posse vel audere coepimus), terna aut bina aut nonnulli singula etiam verba dicebant; qui in illa infantia naturale illud, quod aures hominum flagitabant, tenebant tamen, ut et illa essent paria, quae dicerent, et aequalibus interspirationibus uterentur.

LII. 199. Exposui fere, ut potui, quae maxime ad ornatum orationis pertinere arbitrabar. Dixi enim de

198. *claudicat*] *claudicatur* Lg. 69. — *sed*] *si* Gu. 3. — *tacite*] *taciti* Lg. 2. 4. 32 corr. 35. 69. 93. Gu. 3. Ferri non potest, quia non id agitur loquanturne in cernendo an taceant, sed cernantne, etiam si non indicent loquendo. — *circuitum*] *circulum* Lg. 2. 13. 32 corr. ut 5 (is *circumitum* cum aliis quibusdam). 36. Gu. 3. — *orbem*] *omnium* Lg. 2. 13. Gu. 3. *ovum* 32 corr. 65. — *audere*] *audire* Lg. XX., quorum sunt 2. 13. 32. 36. item Gu. 2. 3. — *naturale*] sic Lg. 2. 4. 13. 15. 24. 32 corr. 36. Gu. 3. VSt. Cant. Harl. 1. Z. γ. Erl. Pearc. et recentt. post Sch. *naturali* cett. codd. et edd. ab antiquiss.; male defensum ab Ernesto. Cum hac perversa scriptura illud cohaeret, quod statim *tendebant* pro *tenebant* exhibent Z. α. ε. ψ. ed. s. l. et a. Med. 1. Ven. et nunc Lg. 3. 5. 6. 17. 20. 24 corr. 67. 69. 81. 93. Gu. 2. ita corr. 32. om. 21. 76. — *interspirationibus*] *inspirationibus* Lg. 32 corr. Paulo ante *qualibet* (p. *aequalibus)* Gu. 3.

LII. 199. *sed si habitum etiam*] sic Havn. 1. 2. Pearcii codd. Lag. omnes praeter 2. 4. 13. 24. 32 corr. 36. 65., Vict. Gu. 1. 2. *sed aut si hab.* VSt. *sed si hab. etiam* Grut. Ern. Sch. Muell. Mihi placet *etiam* plane tollere, eique suspicioni favent Lg. 2. 4. 13. 24. 32 corr. 36. 65. Gu. 3., in quibus est *sed etiamsi habitum;* persaepe autem *etiamsi* subrogatur antiquae

singulorum laude verborum, dixi de coniunctione eorum, dixi de numero atque forma. Sed si habitum etiam orationis et quasi colorem aliquem requiritis, est et plena quaedam, sed tamen teres; et tenuis non sine nervis ac viribus; et ea, quae particeps utriusque generis quadam mediocritate laudatur. His tribus figuris insidere quidam venustatis, non fuco illitus, sed sanguine diffusus debet color; 200. † [Tum] denique hic nobis orator ita conformandus est et verbis et sententiis, ut, quemadmodum qui utuntur armis aut palaestra non solum sibi vitandi aut feriendi rationem esse habendam putant, sed etiam, ut cum venustate moveantur, sic verbis quidem ad aptam compositionem et decentiam, sententiis vero ad gravitatem orationis utatur. 201. Formantur autem et verba et sententiae paene innumerabiliter, quod satis scio no-

scripturae *si*. — *et plena*] *et* om. Lg. omnes praeter 2. 4. 13. 32. 36., Vict. V. ad III. 44, 174. Eidem mox *et tamen* pro *sed tamen*. — *non sine*] *et non s.* Lg. 5. 14. 16. 17. 20. 21. 23. 65. 69. 70. 73. 76. 81. 93. edd. Ald. Iunt. Vict. Steph. Man.

200. *hic nobis*] sic inverti secutus Lg. 2. 4. 13. 24. 32 corr. 36. 65. 86. om. *nobis* 3. 6. 17. 67. — *conformandus*] *confirmandus* Lg. 4. 6. 15. 24. 76. 86. Vict. Gu. 3. *formandus* 3. 67. — *aut palaestra*] *ut pal.* Lg. 2. 4. 13. 24. 32 corr. 36. Gu. 3. — *putant*] *putent* Lg. praeter 4. 13. 24. 84. 86 — *sic verbis* — *utatur*] Haec om. Lg. praeter 3. 4. 6. 32 m. sec. 67. 83., Vict. ed. s. l. et a. Ven. Lips. Thanneri; in Gu. 2. ponuntur inter *moveantur* et *sic verbis;* in duobus codd. Steph. est: *moveantur, ut inquam, ii, qui in armorum tractatione versantur; sit verbis — utatur.* — *decentiam*] *condecentiam* codd. fortasse plerique; illud, quod Lambinus primus dedit, meorum certe soli habent 3. 4. 6. 13. 32. 67. 93. — *utatur*] quae post sequi solebant, *ut ii, qui in armorum tractatione versantur*, cum nimis inepte repetantur ante eisdem elegantius dictis, Lambinus obelo confixit, secutique sunt Sch. Muell.; uncis clauserunt Or. Henr. Priores sequor, quia pannum illum plane abesse video a Lg. 2. 4. Gu. 1.

201. *autem*] *etiam* Lg. XVI recentiores et Gu. tres. Ita corr. 32. — *innumerabiliter*] sic VSt. Z. Gu. 3. Lamb. Muell.

tum esse vobis; sed inter conformationem verborum et sententiarum hoc interest, quod verborum tollitur, si verba mutaris; sententiarum permanet, quibuscunque verbis uti velis. Quod quidem vos, etsi facitis, tamen admonendos puto, ne quid esse aliud oratoris putetis, quod quidem sit egregium atque mirabile, nisi in singulis verbis illa tria tenere, ut translatis utamur frequenter interdumque factis, raro autem etiam pervetustis; in perpetua autem oratione cum et coniunctionis lenitatem et numerorum, quam dixi, rationem tenuerimus, tum est quasi luminibus distinguenda et frequentanda omnis oratio sententiarum atque verborum.

LIII. 202. Nam et commoratio una in re permultum movet et illustris explanatio rerumque, quasi gerantur,

Or. Henr.; addicunt Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. 65. Ex Lucretio quidem solo vox affertur; verum opus est ea et nimis ineptum est vulgatum *innumerabiles.* — *sed inter*] *inter quos hoc interest* Lg. 36. *sed inter quos hoc interest* 2. *interque hoc interest sed* 4. *inter quos hoc interest, sed* 13. 32 corr. Gu. 3. Eidem post *interest* om. — *conformationem*] *confirmationem* Lg. XII., quorum sunt tamen 2. 13. 32 corr. 36., item Vict. Gu. 3. — *tollitur*] addunt *venustas* Lg. 2. 4. 6. 15. 24. 67. 84. ita corr. 32. et 93., ut dedit Lamb. — *in singulis*] *in* om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 3. — *factis*] *fictis* Lg. 24. ita var. 4. 32. — *etiam*] *et* Gu. 3. — *in perpetua*] de distinctione mutata v. explicationes. — *cum et coniunct.*] *cum* om. Lg. 13. idemque paulo post *tenuerim.* — *lenitatem*] *levitatem* Lg. 4 corr. 13. 17 corr. 32 corr. 35. 36. 65. 69. 81. 93. Gu. 3. non deterius, simili de marmore sumpto, quod sculptores digito et ungue impresso exigunt, ne quid offendat. Eodem in eadem re vocabulo utitur Quintilianus X. 1, 52., ubi vide Frotscherum. Verum Cicero hic respicit quae de sono verborum leniter et aequabiliter decurrentium non aspero dixerat c. 43, 172. V. explicationes. — *omnis oratio*] *omnis ratio* Lg. 6. 65. 69. 81. 93., ut dederunt Lamb. et Ern., non animadverso coniungenda esse *luminibus sententiarum atque verborum.*

LIII. 202. *rerumque, quasi*] *rerum quaeque* Lg. 2. 4. 13. *rerum, quasi* 3. 5. 6. 14. 16. 20. 21. 23. 24. 35. 36. 65. 67. 69.

sub aspectum paene subiectio, quae et in exponenda re plurimum valet et ad illustrandum id, quod exponitur, et ad amplificandum, ut iis, qui audient, illud, quod augebimus, quantum efficere oratio poterit, tantum esse videatur; et huic contraria saepe percursio est et plus ad intellegendum, quam dixeris, significatio et distincte concisa brevitas et extenuatio et huic adiuncta illusio a praeceptis Caesaris non abhorrens; 203. et ab re digressio; in qua cum fuerit delectatio, tum reditus ad rem aptus et concinnus esse debebit; propositioque quid sis dicturus et ab eo, quod est dictum, seiunctio et reditus ad propositum et iteratio et rationis apta conclusio; tum augendi minuendive causa veritatis superlatio atque traiectio; et rogatio atque huic finitima quasi

70. 73. 86. 93 cum hoc cohaeret quod dein pro *subiectio* scribitur *subiecta* in 15. 16. 70. 86. *subiecta re* Vict. — *valet*] *valent* Lg. 2. 3. 6. 13. 17. 24 corr. 32. 36. 67. 86. Gu. 1. 3. — *et ad illustrandum*] *et* om. Lg. 2. 13. 32 add. 36. 81 add. Gu. tres. — *percursio*] *percussio, percusio, percisio, praecisio* codd. et edd. plerique. Verum legitur in codd. aliquot Quintiliani, ed. s. l. et a. Med. 1. 2.; conveniunt nunc eodem Lg. 35. 36. 69. 93. et sic Ern. Or. Henr. — *est*] om. Lg. praeter 2. 13. 36. 67. 81. *stet* (pro *est et*) Gu. 3. — *intellegendum*] scripsi ex Lg. 13. 36. — *distincte concisa brevitas*] *distincta et cons. br.* Havn. 1. *distincta concisa br.* Lg. 6. 81. *distincte et concisa br.* 15. 24. 86. *distinctio et conc. br.* Gu. 3. Lg. 2. 4. 13. 24 corr. 32 corr. 36. 65. *incisa* 21. 76. — *illusio*] ex scriptura *inlusio* profecta videntur *inclusio* in Lg. 2. 13. 36. *divisio* 4 inscr. *color.* Gu. 2. *incluso* 32 corr. *in illusio* 70 corr. *in divisio* Gu. 3.

203. *ab re*] *a re* Lg. 15. 20. 67. 81. — *digressio*] *non longa* in plerisque codd. et edd. praemissum, quod a declinatione §. 205. memorata male translatum huc ignorant VSt. Harl. 1. Z. δ. Gu. 3. Erl. Lg. 2. 13. 32 add. 36. Ern. scripsit *longa degressio*, quod legitur in Lg. 24. 86., in annotatione vult *bene longa.* Sed *digressio* scripsi ex Lg. praeter 17. omnibus, Vict. Gu. tribus. — *concinnus*] *continuus* Lg. 4. 36. *concinens* et *continens* pauci quidam alii. — *rationis*] *orationis* Lg. XV. recentiores; ita corr. 24. 32. — *superlatio*] *supralatio* Lg. 32 corr.

percontatio expositioque sententiae suae; tum illa, quae maxime quasi irrepit in hominum mentes, alia dicentis ac significantis dissimulatio, quae est periucunda, cum in oratione non contentione, sed sermone tractatur; deinde dubitatio, tum distributio, tum correctio, vel ante vel post quam dixeris vel cum aliquid a te ipso reicias; **204.** praemunitio etiam est ad id, quod aggrediare, et reiectio in alium; communicatio, quae est quasi cum iis ipsis, apud quos dicas, deliberatio; morum ac vitae imitatio vel in personis vel sine illis magnum quoddam ornamentum orationis et aptum ad animos conciliandos vel maxime, saepe autem etiam ad commovendos; **205.** personarum ficta inductio vel gravissimum lumen augendi; descriptio erroris inductio, ad hilaritatem impulsio ante occupatio; tum duo illa, quae maxime movent, similitudo et exemplum; digestio interpellatio contentio

36. 81. — *percontatio*] sic Lg. 13. 15. 20 corr. ut 2. 32 corr. ut 2. 35. 36. 69. et per *c* 24. *percuntatio* 2. Gu. 3. — *significantis dissimulatio*] *dissimulantis significatio* Lg. 20 et 32 corr. u. t. 76. — *quae — tractatur*] haec om. Gu. 3. Z. Erl. uncis inclusit Ern. nulla causa. — *oratione*] *orationis* Harl. 1. Lg. 13. 36. et non nulli codd. Quintiliani IX. 1, 29. sic ed. Pearc. — *aliquid a te ipso*] *a te aliquid ipso* Havn. 1. Lg. 35. 67. 69. 93. Gu. 1. 2. *a te aliquid ipse* Med. 2. Lg. 20. 81. *te ipso aliquid* Lg. 5. 14 corr. 16. 17. 21. 70. 73. Havn. 2. *aliquid a te ipse* de coni. Ern. Sch. Muell. — *reicias*] scripsi ex Lg. 2. 5. 6. 13. 14. 16. 17. 20. 21. 32. 36. 65. 69. 70. 73. Gu. 1. 3. *reitias* Lg. 93.

204. *etiam est*] sic inverti secundum Lg. 2. 3. 4. 5. 13. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 32. 36. 67. 76. Gu. 3. *etiam* om. 65. — *reiectio in alium*] haec Quintiliani IX. 2, 4. et editionum Ciceronis inde ab Aldo scriptura reponenda fuit, cum nunc firmetur etiam ab Lg. 2. 6. 24. 84. Ceteri codd. et edd. post Pearcium *traiectio*. — *quasi*] om. Lg. 5. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 65. 70. 73. 76 add. 86. exp. 32. — *cum iis*] *cum his* Lg. X et Gu. tres; non tamen 2. 13. 32. 36. — *imitatio*] *mutatio* Lg. 67. 76. ψ. *notatio* de coni. Sch. Muell. — *ornamentum*]

reticentia commendatio; vox quaedam libera atque etiam effrenatior augendi causa; iracundia obiurgatio promissio deprecatio obsecratio declinatio brevis a proposito, non ut superior illa digressio, purgatio conciliatio laesio optatio atque exsecratio. His fere luminibus illustrant orationem sententiae.

LIV. 206. Orationis autem ipsius tanquam armorum est vel ad usum comminatio et quasi petitio vel ad venustatem ipsa tractatio. Nam et geminatio verborum habet interdum vim, leporem alias, et paulum immutatum verbum atque deflexum et eiusdem verbi crebra tum a primo repetitio tum in extremum conversio, et in eadem verba impetus et concursio, et adiunctio et progressio, et eiusdem verbi crebrius positi quaedam distinctio et revocatio verbi et illa, quae similiter desinunt aut quae cadunt similiter aut quae paribus paria referuntur aut

habens ornam. Lg. 3. 6. 15. 24. 67. 86. Lamb. ita corr. 32. — *autem etiam*] inv. Lg. 2. 76. om. *autem* 3. 67.

205. *ad hilaritatem*] *in hilarit.* Lg. praeter optimos 2. 4. 13. 14. 15. 23. 24. 32. 36. 84., item Gu. 1. 2., ut voluit Lambinus. Ita corr. 32. — *ante occupatio*] *aut occup.* Lg. 3. 4. 6. 20. 24. 32 corr. 67. 76. Gu. 3. *aut ante occ.* Gu. 1. — *commendatio*] Sch. Muell. *comminatio* scripserunt ex Or. 40, 138., ubi figura oratoria vocatur, cum denuntiatur quid cavendum sit. — *digressio*] sic omnes codd. mei. v. ad II. 19, 80. — *exsecratio*] *obsecratio* Gu. 3.

LIV. 206. *comminatio*] *communitio* de coniectura scripserunt Sch. Muell., non alia, credo de causa, nisi quod supra *comminationem* substituerant *commendationi.* Sed hic illud a sententia alienissimum est. *continuatio* Lg. 2. 4. Gu. 3. — *concursio*] *conversio* Lg. 4 corr. 6. 24 corr. *concursus* 14. — *progressio*] *processio* Lg. 2. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. — *distinctio*] *districtio* Lg. 13. 32 corr. 36. 65. Gu. 3. — *revocatio*] *renovatio* Lg. 4. *invocatio* 17. — *referuntur*] *deferuntur* Lg. 2. 3. 4. 5. 13. 14. 16. 20. 21. 23. 32. 35. 36. 65. 67. 70. 73. 93. Vict. Gu. 3. ita corr. 81. *deferunt* 15. 24. 86. *differunt* 6. *referuntur* Gu. 2.

quae sunt inter se similia. 207. Est etiam gradatio quaedam et conversio et verborum concinna transgressio et contrarium et dissolutum et declinatio et reprehensio et exclamatio et imminutio et quod in multis casibus ponitur et quod de singulis rebus propositis ductum refertur ad singula et ad propositum subiecta ratio et item in distributis supposita ratio et permissio et rursum alia dubitatio et improvisum quiddam et dinumeratio et alia correctio et dissipatio et continuatum et interruptum et imago et sibi ipsi responsio et immutatio et disiunctio et ordo et relatio [et digressio] et circumscriptio. Haec enim sunt fere, atque horum similia vel plura etiam esse possunt, quae sententiis orationem verborumque conformationibus illuminent.

LV. 208. Quae quidem te, Crasse, video, inquit

207. *conversio*] *concursio* Lg. 15 corr. — *concinna*] *continua* Lg. 24 corr. 35. 36. 65. 69. 81. 93. *concinnata* 32 corr. Gu. 3 corr. hique duo deinde *gressio* pro *transgressio*. — *reprehensio*] *reprensio* Lg. 24. *deprehensio* 69. 93 v. u. t. ita var. 81. — *et imminutio*] om. Lg. 2. 4. 13. 32 add. ut 3. Gu. 3. *immutatio* 3. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 35. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 86. 93 corr. Gu. 2. *immitatio* Gu. 1. — *subiecta*] *delecta* Gu. 2. Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 23. 67. 69. 73. 81. 86. 93. ita corr. 32. *deleta* Gu. 1. — *correctio*] *correptio* Lg. 4. 6. 14 corr. 21. 32. 36. 67. 76. 81. Gu. 3. — *dissipatio*] codd. plerique et vulgo ab edd. antiq. *disputatio*. Vera scriptura exstat in VSt. Harl. 1. Cant. Z. ε, exc. δ. Erl. Lg. 2. 13. 15. 24. 32 corr. 36. 86. et plerisque Quintiliani libris IX. 1, 35. Eodem redit *discipatio* in Lg. 4 corr. ut 2., secutique sunt Pearc. et rec. post Ern. — *et continuatum*] *et quod cont.* plerique Ciceronis et non nulli Quintiliani codd. Delevi *quod*, secundum plurimos Quintiliani et optimos Ciceronis libros, VSt. Lg. 2. 4. 13. 15. 24. 32 add. 36. *et* om. 4 add. 5. 14. 16. 21. 23. 70. 73. 76. Vict. Havn. 2. — *relatio*] *elatio* Lg. 2. *translatio* ceteri praeter 4. 13. 32. 36., in quibus ut in Gu. 3. est *latio*. Vera scriptura ex Quintiliano constat. — *digressio*] sic codd. praeter 4. 24 (hi *disgressio*) omnes. Uncis clausi bis ante commemoratum, cui

Cotta, quod nota esse nobis putes, sine definitionibus et sine exemplis effudisse. Ego vero, inquit Crassus, ne illa quidem, quae supra dixi, nova vobis esse arbitrabar, sed voluntati vestrum omnium parui. 209. His autem de rebus sol me ille admonuit ut brevior essem, qui ipse iam praecipitans me quoque haec praecipitem paene evolvere coëgit. Sed tamen huius generis demonstratio est et doctrina ipsa vulgaris; usus autem gravissimus et in hoc toto dicendi studio difficillimus. 210. Quam ob rem, quoniam de ornatu omni orationis sunt omnes, si non patefacti, at certe commonstrati loci: nunc quid aptum sit, hoc est, quid maxime deceat in oratione videamus. Quanquam id quidem perspicuum est non omni causae nec auditori neque personae neque tempori congruere orationis unum genus. 211. Nam et causae ca-

in verborum figuris locus non est. — *atque horum similia vel plura etiam esse possunt*] haec post Victorium iure iuncta sunt a Sch. Muell. Henr., cum soleret post *similia* distingui, quod etiam Or. est secutus. Non rectius Ernestus παρένθεται facit verba *vel plura esse possunt*. — *verborumque*] om. Lg. 2. 4. 24. 32 add. — *confōrmationibus*] om. Lg. XII., in quibus bonorum est 13., et Vict.

LV. 208. *effudisse*] *fudisse* Lg. 6. *diffudisse* 17 corr. *defud.* 24. — *vestrum*] *nostrum* Lg. 13. 32 corr. 36. *vestrae* 69. *vestri* 93 corr.

209. *est et*] *est* om. Lg. XIV., bonorum nullus. *stat* 4. 15. 24. 86. *stet* 13. 36. 67. Gu. 3. Paulo ante inutilem coniecturam *devolvere* Sch. edidit pro *evolvere*.

210. *sunt omnes, si non*] sic optimi codd. Lg. 2. 4. 13. 24. 32. 36. Gu. 3. *si non sunt omnes* Gu. 1. 2. Vict. Lg. cett. al. et vulgo ante Ern. — *at*] *et* Lg. 6. 13. 15. 16 corr. 21. 24. 32. 81. — *commonstrati*] *monstrati* Lg. 24. — *quid maxime*] *quod m.* Lg. praeter 2. 13. 36. — *quanquam*] *quam* Lg. XV, in quibus sunt 2. 4., et Gu. 3. — *neque personae*] *nec pers.* Lg. 2. 15. 24. 81. 86. Gu. 1. — *unum genus*] om. Gu. 1, Lg. 21. 81 add. *unum* om. 2.

211. *nam et causae*] *nam magnum genus* Lg. 3. 5. 6. 17.

pitis alium quendam verborum sonum requirunt, alium rerum privatarum atque parvarum; et aliud dicendi genus deliberationes aliud laudationes aliud iudicia aliud sermones aliud consolatio aliud obiurgatio aliud disputatio aliud historia desiderat. Refert etiam qui audiant, senatus an populus an iudices, frequentes an pauci an singuli, et quales; ipsique oratores qua sint aetate honore auctoritate debet videri; tempus pacis an belli, festinationis an otii. 212. Itaque hoc loco nihil sane est, quod praecipi posse videatur, nisi ut figuram orationis plenioris et tenuioris et idem illius mediocris ad id, quod agimus, accommodatam deligamus. Ornamentis isdem uti fere licebit, alias contentius, alias summissius; omnique in re posse quod deceat facere artis et naturae est, scire quid quandoque deceat prudentiae.

20. 21. 35. 65. 67. 69. 76. 81. 93. Gu. 1. 2. Vict. ita var. 32. — *capitis*] *capaces* Gu. 1. 2. Vict. Lg. 3. 5. 6. 17. 20. 21. 35. 65. 67. 69. 76. 81. 93. ita var. 32. — *deliberationes — laudationes*] *deliberationis — laudationis* Lg. 5. 14. 21. 23. 35. 65. 69. 70 corr. 76. 81. 93 corr. Vict. om. 24. — *sermones*] *sermo* Lg. praeter 2. 4. 13. 24. 32. 36. 84., item Vict. — *disputatio*] *dissipatio* Lg. 13. 15. 32 corr. 36. Gu. 3. *discipatio* 4 corr. ut 13. plane ut 54, 207., quanquam ibi verum est, hic ineptum. — *historia desiderat*] *historiae desiderant* Gu. 1. 2. Lg. 6. 14. 16. 17. 21. 35. 69. 70 73. 76. 81. ita corr. 32. praeterea *desiderant* 3. 5. 20. 67. — *et quales; ipsique oratores*] *et quales ipsi quoque or.* codd. plurimi, Med. 2. Lott. et vulgo post Aldum. *et quales ipsi qui or.* Havn. 1. γ. ψ. Quod nos cum Goer. ad Cic. Ac. II. 26, 85. Sch. Muell. Or. Henr. dedimus exhibere dicuntur Havn. 2. Oxx. plerique, Erl. Lg. 32 corr. ut vulg.; sed de Gu. 2. Goerenzii, sive A. Henrichseni, sive 3., ut nos dicimus, errant. Is enim *ipsique*, sed non *et quales*, sed *equales*, plane ut etiam Lg. 2. 3. 4 corr. u. t. 6. 13. 20. 24 corr. u. t. *et* 35. 36. 65. 69. 93. Quanquam hoc eodem redit. Praeterea *ipsique* Lg. 14. 15. 16. 23. 70. 73. 86. — *qua sint aetate*] *qui* Lg. XXIV (praeter 2. 13. 32. 81.) et Gu. 3. *sunt* Lg. 4. 32 m. sec. 36. 81. Gu. 3. non plane spernendum utrumque. Sed eidem omnes praeter 2. 32., item Gu. tres, Havn. 1. 2.

LVI. 213. Sed haec omnia perinde sunt, ut aguntur. Actio, inquam, in dicendo una dominatur. Sine hac summus orator esse in numero nullo potest; mediocris hac instructus summos saepe superare. Huic primas dedisse Demosthenes dicitur, cum rogaretur quid in dicendo esset primum; huic secundas, huic tertias. Quo mihi melius etiam illud ab Aeschine dictum videri solet; qui cum propter ignominiam iudicii cessisset Athenis et se Rhodum contulisset, rogatus a Rhodiis legisse fertur orationem illam egregiam, quam in Ctesiphontem contra Demosthenem dixerat; qua perlecta petitum est ab eo postridie, ut legeret illam etiam, quae erat contra ab Demosthene pro Ctesiphonte edita; quam cum suavissima et maxima voce legisset, admirantibus omnibus, Quanto, inquit, magis miraremini, si audissetis ipsum! Ex quo

nonnulli Ox., Lambini codd. Ald. Iunt. Steph. *debent*, item *viderē* Erl. Lg. 13. edd. antiq. praeter Med. 2. Lamb. et Sch. verba illa delent. Statim ante *tempus idem* de coni. Goerenzii addiderunt Sch. Muell. Or. Henr. Non sequor. — *an belli*] *ac b.* Gu. 3.

212. *et idem*] *itidem* Gu. 3. — *isdem*] scripsi ex Lg. 4 corr. *hisdem.*, 13. 32 corr. 36. Gu. 1. 3. — *contentius*] sic plerique codd. et vulgo edd. *intensius* Lg. 4. 15. 24. 86. ita corr. 2. *intentius* Gu. 1. Ante hoc *alias* om. Gu. 3., idemque *contemptius.* — *summissius*] *submissius* Lg. 2. 3. 4. 5. 6. 14. 20. 65. — *scire*] *sed (set) scire* Lg. 2. 4. 13. 15. 24. 35. 36. 65. 69. 81. 86. 93. *si scire* 32 corr. Gu. 3. Ea orta sunt ex prioribus duobus literis verbi sequentis.

LVI. 213. *haec omnia*] vulgo interpositum *ipsa* delevi secutus Lg. 2. 4. 13. 32 add. 36. Gu. 3. Ineptum additamentum est; sensus enim non patitur dici *ταῦτ' αὐτὰ πάντα.* — *sunt*] *erunt* Lg. 3. 5. 6. 14. 16. 17. 20. 21. 23. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 93. Vict. Gu. 2. bene, dum sequeretur *agentur*, quod non comparet; verum *agantur* 13. 32 corr. 36. 65. *vagantur* 2 corr. — *nullo*] *modo* additur in Lg. 4. 24. 86. Gu. 3. — *cessisset*] *excessisset* Lg. 4. 15. 24. 86. — *est ab eo*] *ab eo est* Lg. 3. 6. 13. 32. 36. 65. 67. Verba *qua perlecta* usque ad *Demosthene* om. Gu. 3. — *ab Demosthene*] sic pro *a Dem.* scripsi secundum

satis significavit quantum esset in actione, qui orationem eandem aliam fore putarit actore mutato. 214. Quid fuit in Graccho, quem tu melius, Catule, meministi, quod me puero tantopere ferretur? *Quo me miser conferam? quo vertam? in Capitoliumne? at fratris sanguine redundat; an domum? matremne ut miseram lamentantem videam et abiectam?* Quae sic ab illo esse acta constabat oculis voce gestu, inimici ut lacrimas tenere non possent. Haec eo dico pluribus, quod genus hoc totum oratores, qui sunt veritatis ipsius actores, reliquerunt, imitatores autem veritatis histriones occupaverunt.

LVII. 215. Ac sine dubio in omni re vincit imitationem veritas; sed ea si satis in actione efficeret ipsa per sese, arte profecto non egeremus. Verum quia animi

Lg. 2. 13. 16. 17. 36. 65. 70. 73. 81. 86. Vict. Gu. 2. v. ad I. 35, 160. — *et maxima*] om. Gu. 1. — *miraremini*] vulgatum *admiraremini* cedere iussi scripturae longe lectiori, quae reperitur in Lg. 2. 4. 13. 24. 32 corr. 36. 65. *miraremur* Gu. 3. — *aliam fore*] cum olim vulgo legeretur *esse*, melior scriptura, quae exstat in Havn. 2. Pal. 1. 2. 3. Pith. Mem. (VSt.) Cant. Z. β. γ. ε. ψ. Gu. Erl. et edd. antiq., iam a Pearcio Muellero et Orellio reducta est; cum illis nunc conveniunt omnes Lg. praeter 15. 24. 81. 86., item Vict. In 15. 24. 86 est *facere*, in primo corr. ut 2. — *putarit*] sic vulgo lectum *putaret* correxi ex Lg. praeter 81. 84. omnibus, Vict. Gu. 3. *qui* est *cum;* nec agitur de Aeschine tum potissimum putante, sed Cicero de Aeschinis sententia iudicat. — *actore*] *auctore* libri deteriores, quorum tamen hic similis est Gu. 3.

214. *quem tu melius, Catule*] sic Lg. 2. 13. 36. Gu. 3. Havn. 1. (quae) Nonius v. *memini* p. 324 Merc. Goth. et recentt. post Sch. *q. tu, Catule, melius* cett. codd. — *tantopere*] *tanto opere* Gu. 3. — *ferretur*] *efferretur* malebat Lambinus. — *vertam*] *me vertam* Lg. 3. 4. 15. 24. 67. 86. ita corr. 32. — *redundat*] *madet* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. memorabilis scriptura, quam ut recipiam suadet simplex et inornatum illo seculo dicendi genus, prohibet, quominus fiat, quod *madere* videtur alteri verbo interpretando potuisse ascribi. — *lamentantem*]

permotio, quae maxime aut declaranda aut imitanda est actione, perturbata saepe ita est, ut obscuretur ac paene obruatur, discutienda sunt ea, quae obscurant, et ea, quae sunt eminentia et prompta, sumenda. 216. Omnis enim motus animi suum quendam a natura habet vultum et sonum et gestum corpusque totum hominis et eius omnis vultus omnesque voces, ut nervi in fidibus, ita sonant, ut motu animi quoque sunt pulsae. Nam voces ut chordae sunt intentae, quae ad quemque tactum respondeant; acuta gravis; cita tarda; magna parva; quas tamen inter omnis est suo quaeque in genere mediocris. Atque etiam illa sunt ab his delapsa plura genera: lene asperum, contractum diffusum, continenti spiritu intermisso fractum scissum, flexo sono extenuatum inflatum,

sic pro vulgato *lamentantemque* recte exhibent Gu. 3. Erl. Lg. 4. 13. 32 corr. 36. edd. Ven. Lott, recentt. post Sch. Alterum inanem habet verbositatem. — *esse acta*] inverti secundum Lg. 2. 3. 4. 13. 16. 32 *(apta)*, 36, 67, 70. 73. Gu. 3, *est apta* 5. 6. 21. — *eo*] *ideo* Gu. 3.

LVII. 215. *ac*] *at* Lg. 69. 93. — *actione*] *oratione* Lg. 4. 24 corr. 65. — *perturbata*] *perdita* Gu. 3. — *eminentia*] *imminentia* Lg. XIX, nec tamen 4. 13. 32, 36., item Vict.

216. *a natura*] *a* om. Lg. 4. 24 add. 32 add. Gu. 3. — *corpusque totum*] sic inverti secutus Lg. praeter 6. 81. 84. omnes, item Vict. Gu, 3. — *eius omnis*] om. Lg. 2. 4. 13. 24. 32 add. 36. Gu. 3. *omnis* om. Gu. 1. — *omnesque voces*] *omnisque vocis* Gu. 3. *vocis* etiam Lg. 2. — *ut nervi*] *sicut n*, Lg. 15. — *motu*] *a motu* vulgo lectum correxi secundum Lg. 2. 4. 13. 24, 32 add. 36. Gu, 3. — *tactum*] *tractum* Lg. XV., sed bonorum nullus. *actum* 4 corr. — *omnis*] scripsi ex Lg. 13. 36. Gu. 3. In 32. *omnes omnis* iuxta scripta, sed corr, alterum. — *suo quaeque*] *suo quoque* Lg. 13. 15. 24. 32 v. u. t. 67. *in* ante *genere* om. Gu. 3. — *lene*] *leve* codd. plerique; *lene* enim, ut oportuit, meorum soli Lg, 13. 17. 32. 69. 86. 93. itaque correxere Manutius et Lambinus. — *extenuatum*] etsi *attenuata* et vox dici solet et genus dicendi λιπόν, tamen scriptura, quam dedimus, adeo non vulgaris est, ut sequendi in ea fuerint codd. optimi, VSt. Erl.

Nullum est enim horum [et similium] generum, quod non arte ac moderatione tractetur. Hi sunt actori, ut pictori, expositi ad variandum colores.

LVIII. 217. Aliud enim vocis genus iracundia sibi sumat, acutum incitatum crebro incidens:

Impius hortatur me frater, ut meos malis miser
Mandarem natos; — —

et ea, quae tu dudum, Antoni, protulisti:

Segregare abs te ausus . . .

et

Ecquis hoc animadvertit? vincite . . .

Lg. 2. 4. 13. 24. 32 corr. 36. Gu. 3. — *horum generum*] quae inter haec media poni solent *similium*, cum coniuncta inepta sint, alterum ab altero suspensum inane, uncinis circumpositis seclusi secundum codd. optimos, illa ignorantes, VSt. Harl. 1. Z. δ pr. m. ψ. Erl. Lg. 2. 4. 13. 24. 32 corr. 36. Gu. 3. Pearcius coniecit *et similium.*

LVIII. 217. *sumat*] Crassus cum oratori praecipiat, quo modo agat, non video causam *sumit* scribendi ex Med. edd. antiq. Lamb.; omittunt Havn. 2. Pal. 3. 4. Pith. Mem. β. ψ. — *acutum*] *aliud acutum* Lg. XII, nullus bonorum. *actum* Gu. 3. — *impius*] *ipse* Lg. 3. 5. 14. 15. 16. 20. 67. 70. 73. 76. 86. Vict. Gu. 1. 2. Lambinus. Factum ex scriptura *ipĩus*, quae est in Gu. 3. Lg. 32 corr. ut 3.; inde primum ortum *ipsus* (sic Lg. 69.), dein *ipse*. — *malis*] *malim* Lg. 23. 67 corr. — *miser*] om. Vict. — *mandarem*] ex codd. quamvis paucis Lg. 13. 76. 81. Vict. recipiendum fuit, cum legeretur *manderem*. Lectius enim illud in optimis Tusculanarum libris exstat IV. 36, 77. et tutum est versu Lucretii a Divisio collato II. 638:

Ne Saturnus eum malis mandaret adeptus.

mandere Lg. 15. 24 corr. 86. Cum id tempus cum priore *hortatur* non videretur recte convenire, Bentleius in Tusc. IV. 36, 77., ubi eadem verba afferuntur, corrigit *me hortatu'*; Davisius *me hortatus*, Bothius Frag. Lat. fr. p. 186. *hortatust me*. Inania haec omnia sunt, si quidem praesens narrativum s. historicum recte cum imperfecto tempore copulatur. — *ecquis hoc animadvertit? vincite*] *quis* Lg. 2. 5. 13. 14. 15. 16. 21. 23. 36. 69. 70. 73. 93.

et Atreus fere totus. Aliud miseratio ac maeror, flexibile plenum interruptum flebili voce:

Quo nunc me vortam? quod iter incipiam ingredi?
Domum paternamne? anne ad Peliae filias?

et illa:

O pater, o patria, o Priami domus!

et quae sequuntur:

Haec omnia vidi inflammari,
Priamo vi vitam evitari.

218. Aliud metus, demissum et haesitans et abiectum:

Multis sum modis circumventus, morbo, exsilio atque inopia;

hoc quis 3. 6. post om. *hoc. et quis* 20. Vict. *ei quis* 24. *equis* Gu. 3. 65. 81. corr. *hoc equis. et ecquis* Gu. 2. Deinde *animadvertet* Gu. 3. Lg. 2. 15. 24. 32 corr. 36. 86. *animum advertit* 81. ut edidit Lamb. *hoc* om. VSt. Gu. 3. probantibus Heus. Sch.; sed incerta sententia id fieri non debet. Quanquam eadem verba Cicero habet Tusc. IV. 25, 55. Deinde *vincit* Lg. XIV peiores, Vict. *vincit te* Gu. 1. *vintrice* Gu. 3. — *flexibile plenum interruptum flebile voce*] Sch. partim inutili coniectura scripsit *flexum, lene, flebile.* Codd. conspirant, nisi quod *flexili voce* VSt., *flexibili voce* Lg. 2. 4. 24. 32 corr. Gu. 3. — *vortam*] scripsi necessario, apud veterem quippe poëtam: et sic Lg. 13. Gu. 1. 2. — *paternamne*] *paternam* Lg. 5. 16. 17. 20. 21. 65. 73. 76. Gu. 1. 2. — *anne ad Peliae*] *a me appellare* Gu. 3. *an ne appellare* Lg. 2. 4. 13. 32. 36 corr. *ad Peliae ne* Lambinus. Illae corruptelae ex prava assimilatione ortae; nam *appelliae* Vict. Lg. 21. 76. *pelliae* complures alii. — *et illa*] *et ille* Lg. XVIII, nullus optimorum; sic tamen corr. 32. Male omnes, si quidem haec Andromacha dicit apud Ennium. — *vidi*] *videt* Lg. 13 et XX alii; Gu. 3. — *vi vitam*] *vi* om. Lg. praeter 3. 6. 15. 67. 84. — *evitari*] *tuitaret* Lg. 2 corr. u. t. *vitari* 3. 5. 6. 14. 16. 20. 21. 23. 35. 65. 67. 70. 73. 76. 81. *evitaret* 4. 13. 15. 24 corr. 32 v. u. 3. 86. Gu. 3.

218. *demissum*] *dimissum* Lg. XV., nullus bonorum, sed tamen Gu. 3. et ita corr. Lg. 32. — *multis sum modis*] sic scripsi secundum Lg. 2. 3. 4. (is *sunt*) 6. 13. 15. 24. 32. 36. 86. Gu. 3 (is *multis* iterat, nec tamen *modis* non habet). *Modis*

Tum pavor sapientiam omnem mi exanimato expectorat;
Alter terribilem minatur vitae cruciatum et necem,
Quae nemo est tam firmo ingenio et tanta confidentia,
Quin refugiat timido sanguine atque exalbescat metu.

Aliud vis, contentum vehemens imminens quadam incitatione gravitatis:

Iterum Thyestes Atreum attrectatum advenit,
Iterum iam aggreditur me et quietum exsuscitat.
Maior mihi moles, maius miscendum est malum,
Qui illius acerbum cor contundam et comprimam.

una syllaba pronuntiato. — *mi exanimato*] *mihi ex.* Vict. Lg. 3. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 93. *exanimo* 24. Inde *ex animo* Steph. Vict. Ald. Iunt. Man. Lamb. — *expectorat*] *exspectarat* s. *expectarat* Lg. VI, quorum est 4., item Gu. 3. — *alter*] om. Lg. 2. 4. 13. 24 add. 32 add. 36. Gu. 3. Sed ex eisdem praeter 4. scripsi *miñatur* pro *minitatur.* — *necem, quae*] *necemque* Lg. XVI, bonorum nullus. — *timido sanguine*] sic scripsi ex codd. Lg. omnibus praeter 16., in quo est *sanguien,* item ex Gu. tribus, et id ceteros etiam bonos, VSt. Z. Erl. exhibere verisimile est. Quod circumfertur, *sanguen,* molestum est propter durum transitum a sanguine ad exalbescentem metu; in nostra scriptura elegans simul metonymia inest. — *contentum*] *concitatum* Lg. 3. 5 corr. 16. 20. 21. 67. 70. 73. 76. ita corr. 32. et 93. — *gravitatis*] *gravis* Lg. 3. 13. 32 corr. 36. Gu. 3. *grave et breve* 4. *breve grave* 24 corr. — *attrectatum*] *attractum* s. *adtractum, ad tractum, atractum* plerique codd., etiam boni Erl. Lg. 4. 32. 36. γ., sensu nullo. *ater etiam tum* 35. 70. *alter etiam tum* Pal. 6. 7., unde Lambini suspicio *mecum altercatum,* deleto *Atreum;* ingeniosior illa, quam vera; non enim de altercatione et rixa, sed de dolo et insidiis a fratre structis Atreus queritur. Si consideres in Gu. 3. legi *atritatum,* in Lg. 3. 13. et Pearcii Z. *adtractatum,* in ψ *attractatum,* in Lg. 2. 67. *ad tractatum,* in 6. *atractatum,* non dubitabis mecum corrigere *attrectatum,* quod pro *tentando* non est infrequens: hoc autem ad similitudinem Graecorum πειρᾶσθαι et πεῖρα de dolis a poëta dictum est. Non adversatur quod Atreus initio de se tanquam alio loquitur. — *cor*] om. Lg. 2. 13. 32 add. 36. Gu. 3. *spiritum* 15. 24. 86. — *contundam*] *contendam* Lg. 2. 4. 13. 36. Gu. 3.

219. *lene, tenerum*] *lene* om. Lg. 2. 4. 13. 24. 32. 36. Z.

219. Aliud voluptas, effusum lene tenerum hilaratum ac remissum:

Sed mihi cum tetulit coronam ob collocandas nuptias,
Tibi ferebat, cum simulabat sese † alteri dare;
Tum ad te ludibunda docte et delicate detulit.

Aliud molestia, sine commiseratione grave quoddam et uno pressu ac sono obductum:

Qua in tempestate Paris Helenam innuptis iunxit nuptiis,
Ego tum gravida expletis iam fere ad pariendum men sibus;
Per idem tempus Polydorum Hecuba partu postremo parit.

Erl., qui duo *et tenerum* exhibent cum Lg. IX., quorum sunt 13. 24. 36. 81. 84. Contra *et lene* Lg. 3. 6. 67. *tenerum* om. Havn. 1. 2. tres Lamb. *α. γ. δ. ψ.* edd. antiquiss. *plenum, tenerum* de coniectura Sch. Muell. conferri iubentes Quintil. XI. 3, 63. Non definio. — *tetulit*] praestantem et necessariam scripturam (iunctis vel separatis *te tulit)* servarunt Pith. *ψ.* Erl. Gu. 3. Vict. Lg. 2. 4. 5 corr. 13. 14. 16. 17. 20. 21. 24. 32. 35. 36. 65. 70. 73. 76. 81. 84. *retulit* s. *rettulit* 15. 23. 86. *β.* Illud ab Aldo usque ad Ern. regnans recentiores revocarunt. *Detulit* Havn. 1. 2. duo St. *α. β.* Gu. 1. 2. Lg. 3. 6. 67. 69. 93. Henrichsenius medie distinxit post *ferebat*, sensu, ut mihi videtur, nullo. Duplicem sententia protasin habet. Quanquam tertio versu Lg. omnes, Vict. Gu. tres *cum* exhibent, non *tum*. Quod si verum est (etsi saepe iniuria scripserunt librarii), versu priore corrigendum erit *tum* et distinguendum, ut Henr. fecit. Secundus versus numeris non constat, nisi secundam in *simulabat* producas. Latet ibi nomen proprium; quippe *alteri* a Lg. omnibus, Gu. tribus et Vict. ignoratur, quorum *vati* Lg. 4. 15. 24 corr. ut 2.; *aiacidan* 13. 70. *alacri* 81. Vict. Gu. 1. 2.; rell. omnes *aiaci*. *dare* om. Gu. 1. 2. — *ad te*] *a te* Lg. XVIII., quorum sunt 2. 4. 32. 36. om. 13. — *grave quoddam*] sic codd. plurimi, Havn. 1. 2. *ψ.* Gu. tres, Lg. omnes praeter 14. 76. 81. 93., edd. antiquiss. Sch. Muell. Or. Henr. Ceteri *quiddam*. — *pressu*] *presso* Gu. 3. *spiritu* Lott. Sch. in ed. mai. *oris pressu* Sch. in ed. min. — *obductum*] codd. et edd. *ductum* Sch. Muell., itaque Gu. 2. — *qua in tempestate*] sic vulgatum *qua tempestate* correxi ex Lg. 2. 13. 36.; eodem redit *quam temp.* in Lg. 32 corr. — *nuptiis*] *nuptias* Lg. 4. 13. 14. 23. 32. 36. 76. Gu. 1. 3. *nuptis* Gu. 2. Eidem et praeterea X. alii paulo ante *in nuptiis* pro *innuptis*.

LIX. 220. Omnis autem hos motus subsequi debet gestus, non hic verba exprimens scenicus, sed universam rem et sententiam non demonstratione, sed significatione declarans, laterum inflexione hac forti ac virili, non ab scena et histrionibus, sed ab armis aut etiam a palaestra; manus autem minus arguta, digitis subsequens verba, non exprimens; brachium procerius proiectum, quasi quoddam telum orationis; supplosio pedis in contentionibus aut incipiendis aut finiendis. 221. Sed in ore sunt omnia. In eo autem ipso dominatus est omnis oculorum; quo melius nostri illi senes, qui personatum ne Roscium quidem magnopere laudabant. Animi est enim omnis actio, et imago animi vultus indices oculi. Nam haec est una pars corporis, quae, quot animi motus

LIX. 220. *omnis*] scripsi ex Lg. praeter 3. 5. 6. 20. 21. 24. 76. 84. omnibus, item Vict. Gu. 1. 3. Nominativum putarunt; eaque de re *gestum* Gu. 3. — *scenicus*] *scaenicus* 65. 69. — *declarans*] *demonstrans clarans* Gu. 3. *demonstrans* corr. *declarans* 2. 3. 67. *demonstrans* corr. *clarans* 13. 32 corr. u. t. 36. — *ac virili*] *ac* om. Lg. 2. 4. 13. 24 add. ut 14. 32 add. 36. Gu. 3. *et* 14. 20. 23. 35. 69. 81. 93. — *etiam a palaestra*] *etiam* om. Lg. 2. 20. 23. *a* om. Vict. additur *sumpta* in 3. 6. 15. 24. 67. 69. 93. ita corr. 32. *sumptas* 4. — *subsequens verba*] inv. Lg. 2. 4. 23. *subsequens* om. Gu. 3. — *incipiendis — finiendis*] *in inc.* Lg. 20. *in finiendis* 4. 5. 14. 16. 17. 20. 21. 23. 70. 73. 76. 81. Gu. 1. 2. Vict. ita corr. 32.

221. *sed*] *si* Lg. XV. deteriores; ita corr. 32. — *vultus*] quod addi solet, *est*, omisi ex auctoritate Lg. 2. 4. 13. 24. 32 add. 36. Gu. 3. — *indices*] *et indices* Lg. 3. 67. *iudices* 4 corr. 21. 76. 81. — *significationes et commutationes*] posteriora duo verba uncinis saepsi de interpretatione suspecta; absunt enim ab optimis libris Gu. 3. Lg. 2. 4. 13. 24. 32 add. 36. In commutando vultu ipsa inest animi motus significatio. Cl. ad II. 33, 144. — *connivens*] praestantissimam Gulielmii coniecturam plene firmant codd. aliqui Gruteri, Z. et Lg. 2. 13. 36., receperunt Sch. in ed. min. et Henr. *conveniens* non nulli codd. Gruteri. *continens* Havn. 1., aliquot Gruteri, Ox. plerique (etiam ψ) Gu. 1. Lg. 3. 6. 16. 17. 20. 21. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 93. ed. s. l.

sunt, tot significationes [et commutationes] possit efficere. Neque vero est quisquam, qui eadem connivens efficiat. Theophrastus quidem Tauriscum quendam dicit actorem aversum solitum esse dicere, qui in agendo contuens aliquid pronuntiaret. 222. Quare oculorum est magna moderatio. Nam oris non est nimium mutanda species, ne aut ad ineptias aut ad pravitatem aliquam deferamur. Oculi sunt, quorum tum intentione tum remissione tum coniectu tum hilaritate motus animorum significemus apte cum genere ipso orationis. Est enim actio quasi sermo corporis; quo magis menti congruens esse debet. Oculos autem natura nobis, ut equo et leoni setas caudam auris, ad motus animorum declarandos dedit. 223. Quare in hac nostra actione secundum vocem vultus valet; is

et a. Med. 1. Ven. *contuens* Havn. 2. Pal. 8. exc. *δ*. Lg. 4. 5. 15. 23. 24. 84. 86. Gu. 2. Med. 1. Lott. et vulgo post Aldum, duram explicationem habens, qua de re *contuens dicat* coniecit Ern. *contentus* 14. *communes* corr. et rursus exp. u. t. 32. *conviens* Gu. 3. *continēt* Vict. *qui eas idem contuens* coni. Sch. ed. mai. Muell. *qui eadem contuens quidquam eff.* coni. Waardenburg. opusc. p. 156. — *efficiat*] *bene effic.* Lg. 3. 6. 15. 67. 86. ita corr. 32. — *dicit*] vulgo *dixit*. Emendationem suppeditarunt Lg. praeter 81. 84. omnes, Vict. Gu. 3. — *aversum*] *adversum* Gu. 3. Lg. 2. 3. 6. 15. 21. 23. 24. 67. 70. ita corr. 32. — *dicere*] *chōe* Gu. 3., quod *chonere* significat, id vero quid sit et quomodo librario in mentem venerit non intelligitur.

222. *est magna*] *est* om. Gu. 3. — *tum intentione*] *tum* om. Gu. 3. *intensione* Gu. 1. Lg. 4. 15. 24. 86. ita corr. 2. — *coniectu*] *coniectura* Gu. 3. — *tum hilaritate*] *tum* om. Gu. 3. — *oculos*] *oculis* Gu. 3. — *setas*] restitui codd. fere omnium scripturam. Sola excerpta codicis Pearcii *δ*., quae sunt viri nescio cuius docti coniecturae, et Reg. 7703. *iubas* habent, quod recepere Steph. Lamb. Sch. Muell. Or. Henr. Sed id tritum de leone et equo, ut selectiori facile subrogari potuerit; vicissim hoc illi non potuit. Gu. 3. *cras*. *Setam equinam* dixit Cicero Tusc. V. 21, 62. *leonis setas* Virgilius Aen. VII. 666. — *auris*] sic Lg. 2 corr. 3. 5. 6. 13. 16. 21. 32 corr. 36. 65. 67. 70. 73. 76. Vict. Gu. 3. — *ad motus*] *ad* om. Gu. 3.

autem oculis gubernatur. Atque in eis omnibus, quae sunt actionis, inest quaedam vis a natura data. Quare etiam hac imperiti hac vulgus hac denique barbari maxime commoventur. Verba enim neminem movent nisi eum, qui eiusdem linguae societate coniunctus est, sententiaeque saepe acutae non acutorum hominum sensus praetervolant; actio, quae prae se motum animi fert, omnis movet; isdem enim omnium animi motibus concitantur et eos isdem notis et in aliis agnoscunt et in se ipsi indicant.

LX. 224. Ad actionis autem usum atque laudem maximam sine dubio partem vox obtinet; quae primum est optanda nobis, deinde, quaecunque erit, ea tuenda. De quo illud iam nihil ad hoc praecipiendi genus quem ad modum voci serviatur; equidem magnopere censeo serviendum; sed illud videtur ab huius nostri sermonis officio non abhorrere, quod, ut dixi paulo ante, plurimis

223. *in eis*] sic Lg. 2. 4. 13. 24. 36. *his* alii XVI., Vict. Gu. tres. — *actionis*] *actiones* Lg. 13. 15. 20. 21. 70. 76. 84. Gu. 3. — *hoc vulgus*] om. Lg. 2. 4. 13. 24. 32 add. 36. Gu. 3. *denique* om. Gu. 1. — *omnis*] sic Lg. 5. 13. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 32. 35. 36. 65. 67. 69. 70. 73. 86. 93. Vict. — *movet; isdem enim omnium animi*] haec om. Lg. 2. 13. 24. 32 add. 36. Gu. 3. — *isdem*] sic bis Gu. 3. Lg. 32 corr. et altero loco etiam Lg. 13. 32 corr. 36. 65. Gu. 1. — *notis*] *motibus* Gu. 3. — *agnoscunt*] *cognoscunt* Lg. 3. 6. 21. 67. 76. ita corr. 32. — *in se ipsi indicant*] inutilis est coniectura Schuetzii *ipsis*. *in semet ipsi* Er'. *iudicant* multi codd., in quibus sunt Lg. 2. 4. 13. 36. Gu. 3. ita corr. 32.

LX. 224. *autem*] om. Lg. 32 add. 65. — *magnopere*] restitui veterem scripturam; *magno opere*, ut dedit Henr., ex solis Gu. 1. 3. *(ope)* enotari video. Ante hoc legitur *tamen* in Gu. 3. Lg. 35. — *ante, plurimis*] *ante curet, ante curret, ocurret, occurret* Lg. VIII. minus boni; *curret pluribus* Gu. 1. *ante curret in eis in rebus quod maxime est ut ille* Gu. 3. deinde omisso fine sententiae. — *nam*] *nunc* Gu. 3.

in rebus, quod maxime est utile, id nescio quo pacto etiam decet maxime. Nam ad vocem obtinendam nihil est utilius quam crebra mutatio, nihil perniciosius quam effusa sine intermissione contentio. 225. Quid? ad auris nostras et actionis suavitatem quid est vicissitudine et varietate et commutatione aptius? Itaque idem Gracchus (quod potes audire, Catule, ex Licinio, cliente tuo, literato homine, quem servum sibi ille habuit ad manum) cum eburneola solitus est habere fistula, qui staret occulte post ipsum, cum contionaretur, peritum hominem, qui inflaret celeriter eum sonum, quo illum aut remissum excitaret aut a contentione revocaret. Audivi me Hercule, inquit Catulus, et saepe sum admiratus hominis cum diligentiam tum etiam doctrinam et scientiam. 226. Ego vero, inquit Crassus, ac doleo quidem, illos viros in eam fraudem in re publica esse delapsos; quanquam ea tela texitur et ea incitatur in civitate

225. *auris*] sic Lg. 3. 13. 20. 21. 24. 36. 67. 70. 73. 76. ita corr. 32. *ad* ante om. Gu. 3. — *idem*] *et idem* Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 15. 24. 32. 36. 67. 86. — *Licinio*] potioribus codd. tutum tollere non sum ausus; sic enim aut *licino* Lg. XI, quorum sunt 2. 4. 13. 32. 36., Gu. tres, Havn. 1. quatuor Oxx. Erl. edd. antiq. mg. Crat. Man. Lamb. Grut. Or. Henr. *Erycinum* s. *Ericinum* hic vocant Havn. 2. *β. ψ.* Lg. XIV minus boni, Vict. Ald. Iunt. Crat. Ern.; eodemque pertinent *hericino* in Lg. 17. *laevicino* in 65. *eucino* in 81. — *qui staret*] *staretque* Lg. 3. 5. 6. 15. 16. 17. 21. 35. 65. 67. 69. 70. 73. 76. 81. 86. Gu. 1. 2. Vict. ita corr. 32. ipsum illud a sec. m. sublatum in 5. 17. — *contionaretur*] sic Lg. 2. 13. 24. 32. 36. cum IX aliis et Vict. Gu. 2. — *eum sonum*] *illum s.* Gu. 1. — *me Hercule*] divisim Lg. 2. 3. 4. 67. 69. 70. 76. 81. 93. Gu. 1. 3. horum *me me hercule* 3. *me hercle* 4. 76. Gu. 1. — *hominis*] om. Vict. Gu. 1. — *cum* — *tum*] bis *tum* Gu. 1. 2. Lg. 2. 4. 15. 17. 24. 32 corr. 70. 81. 86.

226. *quanquam ea*] *quia in ea* Gu. 3. *qui in eam* Lg. 5. 16. 17. 21. 65. 67. 69. 93 corr. *qui meam* 6. *quia ea* Lg. 2. 4. 13. 15. 24 corr. 32 corr. 36. 86. — *et ea*] *et* om. Lg. 2. 3. 4. 6.

ratio vivendi ac posteritati ostenditur, ut eorum civium, quos nostri patres non tulerunt, iam similes habere cupiamus. Mitte, obsecro, inquit, Crasse, Iulius, sermonem istum et te ad Gracchi fistulam refer, cuius ego nondum plane rationem intellego.

LXI. 227. In omni voce, inquit Crassus, est quiddam medium, sed suum cuique voci. Hinc gradatim ascendere vocem utile et suave est (nam a principio clamare agreste quiddam est), et idem illud ad firmandam est vocem salutare. Deinde est quiddam contentionis extremum, quod tamen interius est quam acutissimus clamor, quo te fistula progredi non sinet et † iam ab ipsa contentione revocabit; est item contra quiddam in remissione gravissimum quoque tanquam sonorum gradibus descenditur. Haec varietas et hic per omnis sonos

24 add. 32. 36. 67. Gu. 3. — *incitatur*] om. 2. 4. 15. 24. 32 add. 36. 86. Gu. 3. *excitatur* 76. — *ratio vivendi*] inv. Lg. 2. — *posteritati*] *posteritatis* Lg. praeter 35. 65. 69. 84. 93. Vict. Gu. tres. Fortasse verum est *posteris*. — *patres*] *maiores* Lg. 14. *parentes* 15. 24. 32. 65. 86. — *intellego*] scripsi ex Lg. 13. 36.

LXI. 227. *quiddam medium*] *quoddam m.* Lg. 3. 4. 6. 24. 67. edd. Steph. Wald. Ern. ita corr. 32. Sed huius loci et eius, qui statim sequitur et in quo nulla scripturae diversitas est, plane alia ratio est atque illius c. 58, 219. — *utile et suave*] *utile* delevere Sch. Muell., uncis inclusit Henr., idem atque *salutare* esse putantes. Sed *salutaris* ea res voci est, *utilis* causae oratori dicendae ipsique igitur oratori. Ceterum *utile* om. Gu. 3. — *agreste quiddam est*] *est* ante *agreste* ponitur in Lg. 2. 4. om. 13. 23. 32 add. 36. Gu. 3. Verba *nam a principio clamare agreste quiddam est* om. Sch. Muell. male; si enim parenthesi includuntur, non habent quo offendamur. — *ad firmandam*] plerique codd. et edd. *ad firmandum*, dicendi genere minime Ciceroniano. Illud distincte legitur in Lg. 32 corr. 36. eodemque redit *affirmandam* in Lg. 2. — *est vocem*] inv. Lg. 3. 6. 15. 67. Lamb. — *deinde est quoddam*] *quoddam* Lg. 3. 4. 6. 67. 76. Lamb. Ern. — *interius*] *ulterius* Lg. 4. 24. *inferius* edd. Steph. Vict. Man. Lamb. — *quoque*] *quod* Gu. 3. Lg. 2. 13. 32 corr.

vocis cursus et se tuebitur et actioni afferet suavitatem. Sed fistulatorem domi relinquetis, sensum huius consuetudinis vobiscum ad forum deferetis. 228. Edidi quae potui; non ut volui, sed ut me temporis angustiae coëgerunt. Scitum est enim causam conferre in tempus, cum afferre plura, si cupias, non queas. Tu vero, inquit Catulus, collegisti omnia, quantum ego possum iudicare, ita divinitus, ut non a Graecis sumpsisse, sed eos ipsos haec docere posse videare. Me quidem istius sermonis participem factum esse gaudeo; ac vellem, [ut] meus gener sodalis tuus Hortensius affuisset, quem quidem ego confido omnibus istis laudibus, quas tu oratione complexus es, excellentem fore. 229. Et Crassus, Fore dicis? inquit; ego vero esse iam iudico et tum iudicavi, cum me consule in senatu causam defendit Africae, nuperque

ut 3. 36. *ad quod* 3. 4. 6. 15. 24. 67. 86. Lamb. *quo* 17. 35. Man. *quaeque* 21. *quo que* 23. — *et iam ab ipsa*] librorum scriptura *et tamen a. i.* sententiae adversatur; *sed iam* Sch. Muell. *et iam* Henr., quem sequor, non ut persanatum tamen locum putem. — *et hic*] *hic* om. Lg. 2. 4. 13. 24. 32 add. 36. — *per omnis*] dedi ex Lg. 13. 14. 15. 16. 17. 21. 23. 35. 65. 70. 73. 76. — *actioni*] *actio* Lg. 2 corr. Gu. 3. *orationis* 69. 93. — *afferet*] *affert* Lg. 4. 6. 24. 32. *defert* 5. 14. 16. 17. 23. 35 corr. ut 15. 65. 70. 73. *deferet* 15 corr. ut 5. 20. 21. 69. 76. 81. Gu. 1. — *sed fistulatorem*] *sed et fist.* Lg. 2. 4. 13. 32 corr. *set*, unde illa scriptura fluxit, 36. *sed* Gu. 3. — *sensum*] *et sensum* Lg. 4. 15. 24. 86. Alii *sensus*, ut Lg. X peiores, Vict. Gu. 1. 2. — *huius*] *illius* Lg. XVII peiores, Gu. 1. Vict. ita corr. 32.

228. *conferre*] *conferri* Lg. 15. 24. 86. ita corr. 32. *afferre* Gu. 3. — *cum afferre plura, si*] *cum, afferre si cupias plura* Gu. 3. — *sumpsisse*] Lg. 4. 13, 24. 32 corr. 36. Gu. 3, eodemque redit *suppressisse* in Lg. 2. Hoc vulgato *didicisse*, quod illi interpretando additum arbitror, non cunctanter praetuli. — *vellem*] *Ut* Lambino in mg. rep. et suspectum delerunt Sch. Muell., uncinis clausit Or.; quos sequor propter fidem Lg. 13. 36.

229. *esse iam iudico et tum iudicavi*] Sch. et Muell. de Heusingeri sententia dederunt *esse iudico et iam tum iudicavi.*

etiam magis, cum pro Bithyniae rege dixit. Quam ob rem recte vides, Catule; nihil enim isti adolescenti neque a natura neque a doctrina deesse sentio. 230. Quo magis est tibi, Cotta, et tibi, Sulpici, vigilandum ac laborandum. Non enim ille mediocris orator vestrae quasi succrescit aetati, sed et ingenio peracri et studio flagranti et doctrina eximia et memoria singulari. Cui quanquam faveo, tamen illum aetati suae praestare cupio; vobis vero illum tanto minorem praecurrere vix honestum est. Sed iam surgamus, inquit, nosque curemus et aliquando ab hac contentione disputationis animos nostros curaque laxemus.

iam esse iudico Lg. 15. 24. 86. *dico* p. *iudico* Lg. 4. Gu. 3. — *recte vides*] *recte* om. Vict. — *natura* — *doctrina*] haec contraria loca tenent in Gu. 3. — *sentio*] om. Lg. 5. 14. 16. 20. 21. 23. 70. 73. 76. Vict. *censeo* 65 corr.

230. *quo*] *eoque* Lg. praeter 2. 4. 13. 24. 32. 36. 65. 84. *eoque quo* 65. — *vestrae*] *vestram* Lg. 2. 32 corr. ut 15. et v. ut 3. 36. Gu. 3. *nostrae* 3. 67. 81. *uram* 4 (*vram* = *vestram*). *in vestram* 15. 24. 86. Deinde *aetatem* Lg. 2. 4. 13. 15. 24. 32 corr. 36. 86. *aetatis* Gu. 3. Haec omnia fluxerunt ex perperam intellecto compendio syllabarum finalium. — *et ingenio*] *et* om. Gu. 3. — *aetati suae*] *etatisve* Gu. 3. — *vobis*] om. Gu. 3.; idem mox *verum*. — *curaque*] recipienda cum Henrichsenio nobis videbatur Lambini emendatio, cum codd. et edd. vulgo *curamque* prae se ferant. *Animus* enim contentione et cura laxatur; *cura* laxari i. e. remitti s. solvi sane potest, sed *contentione* laxari non potest.

INDEX

RERUM IN COMMENTARIIS CRITICIS TRACTATARUM.

A.

A sive *ab* adverbiascens III. 35, 143.
A abs confusa II. 75, 304.
A iure debilitari II. 33, 142.
Ab ante varias consonas positum I. 35, 160. 39, 179. III. 56, 213.
Abicere defensum II. 33, 142. 52, 210.
Ablativi inter *i* et *e* ambigui I. 15, 66. II. 45, 190.
Ac et *atque* non poni in ternorum membrorum extremo I. 43, 194.
Ac ex libris scriptis additum II. 31, 134.
Ac atque et saepe fuerunt interpretamentis inferciendis II. 33, 144.
Accius Attius Atius iudicata III. 7, 27.
Accusativi nominum Graecorum in *n*, velut *Periclen*, *Socraten*, II. 74, 300. — pluralis in *is* exeuntes I. 1, 2. 7, 29. 8, 30. 13, 58. 14, 63. II. 7, 26. 12, 52. et aliis locis multis.
Adolescens adulescens I. 2, 5. 4, 13. 10, 40. II. 18, 78.
Aegilius Aegrilius II. 68, 277.
Aeliana studia I. 43, 193.
Aestimo et *existimo* confusa I. 27, 125.

Affero et *defero* confusa I. 41, 177.
Affici animis I. 19, 87.
Agamemno II. 46, 193. 55, 224.
Agere et *tractare* confusa II. 24, 99. *agere* et *augere* 77, 312. 81, 332.
Aliquoi aliquoius I. 22, 102.
Ambo et *ambos* accusativi III. 8, 30.
Anacoluthon I. 24, 111. II. 6, 23.
Animum advertere I. 27, 122.
Annibal an *Hannibal* II. 18, 75.
Annis ante permultis, omnino *ante* pro *antea* dictum inter substantivum et adiectivum positum II. 37, 154.
Anquiro et *inquiro* confusa I. 38, 151.
Anulus scriptura III. 32, 127.
Apuleius et *Appuleius* II. 25, 106.
Aput, set pro *apud, sed* I. 11, 48.
Aquilius, non *Aquillius* II. 45, 188.
Aquula, acula I. 7, 28. II. 39, 162.
Ardere et *incendi* opposita II. 45, 186.
Arcesso et *accerso* iudicata II. 27, 117. III. 38, 156.
Aspiratio in medio vocabulo e Graeco Latino facto non admittenda III. 5, 17.
Assentiri et *assentire* iudicata I. 24, 110.
Assimilatio praepositionum neglecta, I. 49, 214. assimilatio praepositionis *cum* s. *con* II. 11, 45.
Assimilatae syllabae finales proximis vocabulis II. 27, 114. 43, 183.
Assum et *adsum* II. 24, 102.
At et *atque* confusa III. 7, 26. *at* et *ac* 23, 86.
Atque et *atqui* confusa I. 12, 54. 22, 100. II. 13, 55. *atque* s. *atqui* et *itaque* confusa II. 23, 94. 28, 122. *atque* et *aut* confusa II. 9, 36.
Attamen non divisim scribendum I. 57, 241. *attamen* et *ac tamen* confusa II. 59, 240. III. 9, 35. 18, 66.
Attrectare III. 28, 110. 58, 218.
Audimus et *audivimus* II. 22, 93.
Aut cum *et* confusum II. 77, 315. III. 2, 7.

B.

Bacca, *baca* III. 38, 154.
Barbaria e *barbaries* mixta I. 26, 118.

Barzizii scholia I. 28, 127. II. 12, 52. 31, 133. III. 40, 161.
Benevolus et *malevolus*, non *benivolus* etc. scribendum II. 17, 72.

C.

Caelius, *Coelius* I. 25, 117.
Carthago, *Cartago* II. 18, 75.
Censeo et *sentio* confusa I. 25, 113. 48, 209.
Centho, *Cento* II. 71, 286.
Centumviri non divisim scribendum II. 23, 98.
Certi et *ceteri* confusa I. 40, 183. II. 73, 296.
Ceteri caeteri coeteri I. 3, 12.
Charmadas et *Carneades* confusa I. 11, 45. 18, 84. 20, 93.
Choreus choricus creticus confusa III. 50, 193.
Chrysippus, *Speusippus Leucippus* confusa III. 18, 67.
Cicero emendatus in libris de Oratore I. 2, 8. 13, 58. 19, 87. 22, 102. 23, 109 bis. 27, 123. 125. 31, 137. 35, 162. 36, 167. II. 2, 6. 6, 23. 7, 29. 8, 33. 14, 63. 15, 64. 20, 86. 23, 94. 25, 106. 36, 152. 38, 158. 160. 41, 174. 47, 194. 50, 204. 55, 222. 67, 271 bis. 72, 294. 74, 299. 77, 312. 78, 319. 79, 322. 83, 338. 84, 341. 90, 367. III. 14, 54. 16, 60. 61. 19, 71. 21, 80. 28, 109 bis. 34, 138. 36, 144. 38, 153. 39, 157. 158. 43, 171. 49, 191. 53, 204. 56, 214. 58, 219.
Clamator et *declamator* confusa II. 20, 86.
Cogitare et *excogitare* confusa III. 45, 179.
Coelum et *caelum* II. 29, 128.
Collectus et *coniectus* confusa III. 33, 135.
Commovere et *commonere* confusa II. 69, 323.
Composita Graeca ab ἀρετή et ἀρᾶσθαι exposita et iudicata III. 34, 139.
Composita a praepositionibus *ab* et *de* confusa II. 41, 177. 44, 185. ab *e* et *ex* cum simplicibus II. 55, 225.
Concitare et *incitare* II. 48, 199.
Conformare et *confirmare* confusa I. 5, 17. 25, 114. III. 9, 36.
Congus s. *Concus* I. 60, 256.
Conicio I. 42, 189.
Coniunctivus et *indicativus* confusi I. 11, 48. II. 24, 104. 27, 118. 29, 127. 39, 166. 41, 176. 54, 221. 56, 229. 60, 247. 63, 256. Coniunctivus imperfecti et praesentis confusi II. 47, 194. Coniunctivus potentialis pro obliquo habitus iniuria II. 54, 221. 80, 325.

Conlega conlatus II. 11, 45.
Connivere III. 59, 221.
Connubium et *coniugium* confusa I. 9, 37.
Consistere in possessionem II. 49, 200. *Consistere* et *constituere* confusa II. 80, 328.
Constituere et *instituere* confusa II. 24, 99.
Contio et *contentio* confusa II. 56, 227. per *t*, non per *c* scribendum I. 9, 35. 10, 44. 46, 201. 52, 225.
Cotidie, *cotidianus* I. 43, 192. II. 44, 197. 54, 232. II. 4, 17. 46, 193.
Cr et *chr*, ut in *lacrima sepulcrum*, iudicata I. 34, 157. II. 86, 354.
Cretio I. 22, 100.
Cu et *quu̅* II. 14, 60. *cum quum quom* I. 1, 1. v. *quom*.
Cui et *quid* confusa II. 87, 355.
Cuicuimodi existimatum III. 24, 94.

D.

D et *T* in fine vocabulorum confusa I. 11, 48.
Dare et *dedere* confusa I. 21, 95.
a *De* et *dis* composita verba confusa II. 19, 80. 75, 234. 71, 290. 77, 311.
Declamator et *clamator* confusa II. 20, 86.
Deduco et *abduco* confusa II. 72, 293. *deduco* et *adduco* II. 44, 185.
Defero et *affero* confusa II. 41, 177.
Degredior et *digredior*, *demoveo* et *dimoveo*, *delabor* et *dilabor*, *despicio* et *dispicio* iudicata et distincta II. 19, 80. 75, 234. 71, 290. 77, 311.
Deinde et *denique* confusa II. 19, 79.
Democriteus et *Democritius* I. 10, 42.
Deprendo et *deprehendo* II. 68, 275.
Detulit et *tetulit* confusa III. 58, 219.
Di et *dis* in compositis iudicatum I. 13, 56. II. 7, 30. III. 24, 93.
Dicere et *discere* commutata I. 21, 94. II. 21, 89.
Dispargo et *dispergo*, *dispartio* et *dispertio*, *detracto* et *detrecto* iudicata III. 29, 114.
Dissidere et *dissentire* confusa II. 40, 170.
Distinctio sententiae paulo gravius mutata I. 11, 45. 37, 158. 52, 224. II. 14, 60. 19, 77. 39, 166. 57, 231. 60, 245. 63, 255. 256. 67, 241. 87, 356. III. 19, 72. 31, 125. 43, 171. 52, 201.

Distractus et *districtus* III. 2, 8.
Docere et *dicere* confusa I. 19, 35.
Dubitatio et *disputatio* confusa II. 31, 134.
Duo et *duos* accusativi III. 8, 30.

E.

E plenissimum dicere genus πλατειασμοῦ III. 12, 46.
Efferre vitiose dictum III. 1, 4.
Efferre et *ferre* et alia ab *ex* composita cum simplicibus confusa II. 55, 225.
Efflorescere addubitatum II. 78, 319.
Egilius Egrilius nomina iudicata II. 68, 277.
ει Graecorum per *i* et *e* redditum I. 21, 98.
Eicio reicio, non modo *eiicio* etc. I. 42, 146. II. 24, 102. III. 27, 105. 53, 203.
Eidem eisdem pro *iidem iisdem* restituta I. 18, 84. II. 7, 30. 58, 235. et aliis locis multis.
Elaborare et *laborare* confusa II. 2, 8.
Elargiri II. 40, 172.
Eligere et *elicere* confusa I. 34, 158.
Emanare quo modo Ciceroni dicatur I. 42, 189. III. 18, 68.
Emori et *mori* confusa II. 67, 274.
Enim post *esse* positum I. 43, 192. II. 39, 163.
Ennii et *Naevii* nomina commutata III. 12, 45.
Erctum ciere I. 56, 237.
Erycinus, qui et *Licinius*, Gracchi fistulator III. 60, 225.
Esse et *inesse* confusa II. 11, 47. III. 37, 150.
Et enim divisim scribendum I. 11, 50. 40, 181. II. 25, 108.
Et non poni in tertio ternorum membrorum, sed *que* I. 43, 194. — additum ex codicibus II. 27, 118. — *et ac atque* glossematis inferciendis inserviunt II. 33, 144. — *et* pro *etiam* dici visum, sed ex libris correctum II. 77, 314. — *et* cum *etiam* errore siglarum confusum III. 7, 26. — *et* cum *aut* confusum II. 77, 315. III. 2, 7. — *et* pro *et tamen* dictum III. 23, 86.
Etiam cum *et* confusum I. 55, 235. II. 32, 139.
Etiam si divisim scribendum I. 25, 115. 38, 172. 51, 221. 60, 256. II. 27, 117.
Evocare et *vocare* confusa II. 86, 353.
Excogitare et *cogitare* confusa III. 45, 179.
Exedra, non *exhedra* scribendum III. 5, 17.

Exfervescere II. 21, 88.
Exiguus et *exsanguis* confusa I. 13, 57.
Existimo et *aestimo* confusa I. 27, 125. 54, 231.
Exilium an *exsilium* scribendum I. 39, 177.
Exsto an *exto* scribendum I. 1, 2.
Exquilinus scriptura num probanda I. 27, 125. II. 68, 215.
Externus et *hesternus* confusa I. 27, 125. III. 6, 22.

F.

Fabianus fornix II. 66, 267.
Facere et *gerere* confusa II. 85, 345.
Facetius et *facilius* confusa II. 54, 217.
Finitiones vocabulorum proximis assimilatae II. 27, 114. 43, 183.
Fortuitu I. 24, 111.
Fufius et *Fusius* nomina I. 39, 179. II. 22, 91.
Futurum indicativi et praesens coniunctivi confusa I. 11, 48. II. 42, 182. — idem cum praesente indicativi confusum II. 11, 45. 53, 215. 82, 335. — *futurum exactum* et perfectum coniunctivi confusa II. 14, 60.

G.

Genitivi nominum in *ius* exeuntium per *i* terminati, ut *Laeli, Tulli* I. 9, 35. 39, 180. II. 31, 139. 46, 192. 74, 300. etc. — nominum Graecorum in *es* exeuntium non in *is*, sed etiam in *i* inclinati I. 19, 89. II. 22, 93. 38, 161. — pluralis inter *um* et *ium* ambigui II. 80, 325.
Gerere et *facere* confusa II. 85, 345.
Glossemata per *ac et qui* assuta II. 33, 144. 82, 333.

H.

Hannibal an *Annibal* scribendum II. 18, 75.
Hic et *is* confusa I. 1, 3. 26, 119. II. 1, 2. 3. 23, 95. 25, 108. 31, 134. III. 16, 61.
Homines et *omnes* confusa propter compendium scribendi I. 3, 9. II. 77, 310.
Honor Ciceronianum videri I. 54, 232.

I.

I et *u*, ut in *optumus*, confusa II. 17, 75.
Iam diu divisim scribendum I. 35, 164. *iam dudum* item 47, 206. II. 36, 152.
Idcirco et *iccirco* iudicata I. 26, 118. 50, 216.
Iidem iisdem prae *eidem eisdem* non abiicienda II. 7, 30.
Ille cum adiectivo coniunctum duobus modis poni I. 17, 75.
Imo an *immo* II. 63, 256.
Importunus pro *inopportuno* dictum II. 5, 20. III. 5, 18.
In a librariis iniuria adiectum I. 7, 26. 11, 47. 13, 58. 22, 102. 26, 121. 37, 170. II. 29, 126. III. 7, 28. — in consequentibus et colligatis iure non iteratum I. 15, 65. — cum accusativo pro ablativo dici visum II. 49, 200. — confusum cum *contra* II. 54, 220. — cum ablativo, qui et accusativus esse possit 55, 222.
In primis divisim scribendum I. 40, 184.
Incendi et *ardere* opposita II. 45, 188.
Incidere et *intendere* confusa II. 21, 89.
Incitare et *concitare* confusa et diiudicata II. 48, 199.
Incumbere et *inclinare* confusa II. 44, 187.
Indicativus pro coniunctivo restitutus I. 25, 114. II. 24, 104. — cum coniunctivo confusus II. 11, 46. 24, 104. 27, 118. 29, 127. 30, 132. 39, 166. 41, 176. 54, 221.
Infandus vitiose lectum pro *nefando* II. 79, 322.
Inflammare vitiose dictum et tentatum II. 53, 212.
Infitior scriptum I. 37, 168. 40, 181. II. 25, 105.
Inflexio vocalis (Umlaut) compositorum III. 29, 114.
Initium non dici pro *exordio* I. 26, 121.
Innumerus II. 22, 94.
Inquiro et *anquiro* confusa II. 33, 151.
Inquit iniuria omissum II. 17, 71.
Insinuare sine pronomine reflexivo dictum II. 35, 179.
Instituere et *constituere* confusa II. 24, 99.
Integimentum et *integmentum* I. 37, 161.
Intellegere Ciceroni restitutum I. 3, 12. 23, 109. 27, 123. et aliis locis multis.
Interpolatio eiecta I. 4, 13. 7, 25. 26. 26, 122. 57, 241. 59, 251. II. 3, 13. 5, 21. 8, 30. 13, 54. 57. 14, 60. 16, 69. 22, 94. 23, 96. 24, 100. 104. 28, 121. 35, 149. 39, 164. 41, 174. 74, 197. 48, 199. 50, 204. 53, 213. 71, 289. 73, 296. 74, 302. 75, 305. 76, 307. 79, 323. 90, 367. III. 3, 10. 9. 33. 21, 80.

26, 102. 28, 109. 110. 35, 141. 47, 182. 51, 197. 52, 200. 54, 207.
Interpolatio suspecta I. 12, 53. 22, 104. 38, 175. 40, 184. 50, 217. 59, 251. II. 5, 21. 30, 131. 50, 202. 60, 244. 74, 300. III. 14, 51. 35, 141. 41, 166.
Ipse pro *is ipse* dictum II. 30, 132.
Irrausi perfectum verbi *irraucescendi* I. 61, 259.
Irruo et *irrumpo* de tralatis dictis usurpata III. 41, 165.
Is qui fortius dictum, quam solum *qui* I. 14, 62. — *is* et *hic* confusa I. 1, 3. II. 1, 2. 23, 95. 25, 108. III. 16, 61. — *is* male insertum I. 50, 217. — πλεονάζον I. 14, 62. II. 17, 75.
It et *et* verborum terminationes confusae I. 57, 245.
Itaque cum *atque* et *atqui* confusa II. 23, 94. 28, 122.
Iu et *vi*, velut *ius* et *vis*, in codd. non facile dignosci II. 70, 281.
Iure et *velle* confusa II. 51, 206. — *iure suo* et *suo iure* pariter dici I. 10, 42.
Iuris consultus divisim scribendum I. 48, 212. 55, 235.

L.

Laborare et *elaborare* confusa II. 2, 8.
Lachrima s. *lachryma* scriptum improbatur I. 34, 157.
Lacunae codd. vetustiorum. I. 28, 128—34, 157. absunt a Gu. 3. Lg. 2. 4. 13. 36., sed habet Lg. 32. I. 43, 193—II. 5, 19. in omnibus desiderantur. II. 60, 245—71, 288 non habent Gu. 3. Lg. 4. 13. 32., sed leguntur in 2. 36. III. 5, 17—28, 110. absunt ab Lg. 2. 4. 13. 36. Gu. 3., sed habet Lg. 32.
Largifluus ex *largificus* corruptum III. 39, 157.
Lenis levis confusa II. 13, 54. 14, 58. 33, 144. III. 44, 172. 52, 201.
Leucippus Chrysippus Speusippus confusa III. 18, 67.
Libet et *lubet* secundum libros iudicanda II. 73, 295.
Licinius, qui et *Erycinus*, Gracchi fistulator III. 60, 225.
Livius Salinator II. 67, 273.
Longinus antiquitatis peritus I. 60, 256.
Lotum et *locutum* confusa II. 55, 224.

M.

Magno opere divisim scriptum I. 35, 164. II. 77, 310.
Maior substitutum *superiori* a librariis II. 60, 250.

Malevolus, non *malivolus* scribendum II. 17, 72.
Mallius Cn., non *Manlius* II. 28, 125.
Manare et *emanare* confusa I. 42, 189. II. 25, 109. III. 18, 68.
Mandare et *mandere* permixta III. 58, 217.
Manius et *Marcus* confusa II. 32, 140.
Materia s. *materies* I. 3, 10.
Mediae syllabae errore extritae I. 33, 151. 36, 166. II. 15, 67.
Me Hercule divisim scribendum I. 2, 5. 16, 71. 22, 99. 35, 164. 61, 258. et multis aliis locis.
Mendaciuncula II. 59, 241.
Merus II. 22, 94.
Metalepsis figura II. 15, 64.
Metonymiam in verbo, non in oratione inesse III. 42, 167.
Mittere telum III. 39, 158.
Moestus moereo minus probantur, quam *maestus maereo* II. 37, 195.
Mos publicus I. 10, 39. — *mos* et *mores* confusa III. 20, 76.
Munionem corrupta scriptura I. 59, 251.
Mutius, non *Mucius* in libris scribi solere I. 23, 105. 25, 113.

N.

Naevius et *Ennius* confusa III. 12, 45.
Namque falso pro *nam* dictum I. 16, 71.
Nefandus et *infandus* male confusa II. 79, 322.
Neglego scriptura I. 5, 18.
Nisi si II. 81, 330.
Nomen colloquentis omissum I. 20, 89. II. 29, 128. 50, 201.
Nomina finitionibus proximorum vocabulorum per errorem accommodata II. 28, 114. — Graeca in ων ωνος Latine in *o* exeuntia II. 46, 193. — propria in *ilius* procusa ex illis, quae in ius finiuntur, III. 7, 27.
Nomus I. 59, 251.
Non nemo non nihil non nunquam divisim scribenda I. 2, 5. II. 11, 48.
Nosse et *scire* confusa I. 18, 88.
Novius et *Naevius* confusa II. 69, 279.
Nullus et *ullus* confusa II. 8, 18. 15, 64.
Nunc num non confusa I. 58, 249. II. 5, 19. 37, 151.
Nunquam an *numquam* scribendum I. 4, 13.
Nutu et *nude* commutata I. 9, 38.

O.

O finitio Latina vocabulorum Graecorum in ων ωνος II. 46, 193.
Obicere pro *obiicere* I. 42, 189.
Obscenitas non verborum solum, sed etiam rerum II. 59, 242.
Obscenus litera *e* scribendum II. 59, 242.
Olere et *sapere* dubia utrum Cicero posuerit III. 25, 99.
Omissiones in codicibus II. 30, 132. 32, 138.
Omissum respondentis nomen I. 20, 89, II. 50, 204.
Omnes et *homines* confusa propter scribendi compendium I. 3, 9. II. 77, 310.
Omnimodis I. 20, 89.
Oratores et *orationes* confusa I. 16, 73.
Ordo vocabulorum notabilius mutatus I. 12, 50. 15, 69. 18, 81. 82. 20, 92. 26, 121. 28, 127. 40, 184. 43, 193. II. 1, 1. 6, 25. 8, 32. 34. 22, 93. 36, 130. 49, 201. 51, 208. 54, 218. 219. 57, 231. 58, 237. 75, 306. 90, 366. III. 1, 2. bis. 2, 8. 34, 139. 37, 148. 45, 178. 179.

P.

Parere et *rapere* confusa II. 34, 146. — *parere* et *reperire* II. 27, 116.
Παρονομασία II. 63, 256.
Paulum scribendum, ut *paululum*, non *paullum* I. 14, 61. 21, 95. 22, 99. 25, 113. II. 34, 150.
Pedisequus I. 55, 236.
Percontari, non *percunctari* I. 21, 97. 22, 100. 101. II. 80, 327. et multis aliis locis.
Permotio et *perturbatio* confusa II. 44, 185.
Perpetuus et *pervagatus* confusa II. 52, 210.
Perscribere et *praescribere* confusa I. 59, 251.
Perscriptio et *proscriptio* confusa I. 58, 250.
Personae secunda et tertia confusae II. 28, 124.
Pignera selectior forma pro *pignoribus* III. 1, 4.
T. Pinarii nomen prave scriptum II. 66, 266.
Cn. Plancius II. 54, 220.
Politiani scholia in libros de Oratore II. 62, 253.
Polyclitus scriptum I. 21, 98. II. 16, 70.
Pomptinus et *Pontinus* mixta II. 71, 290.
Pono et *propono* confusa I. 15, 65. 34, 154. II. 36, 152. 42, 181.
Possit et *posset* confusa II. 28, 124.
Postmeridianus, non solum *pomeridianus* Ciceronianum III. 5, 17.

Potero et *potuero* confusa II. 20, 85.
PR. praetor populus Romanus pater significans eaque confusa I. 53, 227. 228.
Praenomen iniuria additum II. 30, 130. — vitiose omissum III. 1, 4. — non postponitur nomini gentilitio II. 54, 260. — cum nomine sequente in unum confusum, ut *Catius* p. *C. Atius* I. 43, 191. II. 60, 245.
Praepositiones post *aut* iteratae omissaeve I. 9, 36. — non necessariae, sed ex codicibus addendae II. 27, 116. — iniuria additae II. 31, 134.
Praescriptae auctoritates in SCtis III. 2, 5.
Prendo pro *prehendo* II. 68, 275.
Promisce III. 19, 71.
Pronuntiare per *t* scriptum I. 15, 66.
Pulcher et *pulcer* iudicata II. 65, 262.

Q.

Qua re pro *cur* dictum I. 16, 71.
Quam ob rem divisim scribendum I. 15, 64.
Quanto opere divisim scribendum I. 35, 164.
Quasi locutioni *tragoedias agere* non addi I. 53, 228.
Quatuor et *quattuor* II. 83, 339.
Que cum *et* confusum II. 26, 110. — cum *ve* II. 17, 73. — positum I. 1, 2. III. 4, 13.
Qui errore corruptum II. 14, 61. ἦθος orationi addit I. 35, 162.
Quicquam quicquid iudicata I. 8, 30. 25, 116.
Quicque non probandum I. 32, 145. 35, 162.
Quid et *cui* confusa II. 87, 355.
Quippe, εἰκότως II. 44, 218.
Quis adiectivum III. 48, 199.
Quis cuiusquam et similia pronominum compositiones III. 20, 76.
Quisquis et *quicunque* in una sententia composita I. 12, 51. — confusum cum *ut quisque* I. 27, 123. 50, 217.
Quo et *quod* confusa II. 78, 317.
Quo modo quem ad modum divisim scribenda I. 2, 5.
Quoi quoius quando probanda I. 7, 28. 22, 102. 52, 225. 53, 230. III. 1, 3. 3, 10.
Quom pro *cum* scriptum I. 1, 1. 2, 8. 5, 19. 7, 24. 24, 112. II. 2, 8. 31, 136. 78, 291. et aliis locis multis.
Quoniam et *cum* confusa I. 20, 92. — idem et *quod tamen* II. 15, 63.

Quotiens genuina scriptura I. 27, 123. II. 30, 130. 32, 137.
q̃uũ et *c̃u*, ut *sequuntur secuntur*, *sequutus secutus* iudicata I. 28, 130. II. 8, 38. 14, 61.

R.

R. P. sigla male intellecta III. 2, 8.
Rapere et *parere* confusa II. 33, 146.
Rectus et *tectus* confusa II. 73, 296.
Reicere, non solum *reiicere* I. 42, 189.
Reiectio et *traiectio* confusa III. 53, 204.
Relativa duo in una sententia colligata I. 12, 51. III. 20, 76.
Reperio et *pario* confusa II. 27, 116.
Repperi reppuli rettuli II. 24, 100. 38, 159.
Rerum et *reorum* confusa II. 19, 78.
Res sequente pronomine generis neutrius eo relato I. 6, 20.

S.

S finale apud vetustiores poëtas pronuntiatione, non scriptura elidi I. 45, 198. III. 42, 168. — *s* et *x* a librariis confusa I. 27, 125.
Saepio, non *sepio* scribendum I. 9, 36. 41, 142.
Salinator, M. Livius II. 67, 273.
Sapere et *olere* dubia utrum Cicero posuerit III. 25, 99.
Scena an *scaena* scribendum II. 46, 193.
Scholia Barzizii I. 28, 127. II. 12, 52. 31, 133. III. 40, 161.
Se ad infinitivum omissum I. 38, 172. II. 64, 258.
Sed an *set* scribendum I. 11, 48. — *sed enim* defensum I. 4, 15.
Senatus consultum divisim scribendum I. 57, 243. II. 30, 132.
Sentio et *censeo* confusa I. 25, 113.
Septumuleius II. 67, 269.
Sepulcrum an *sepulchrum* scribendum I. 34, 157.
Setae leonis III. 59, 221.
Sic iniuria additum II. 40, 172.
Simul ac s. *atque* divisim scribenda I. 39, 179. II. 53, 214.
Simulachrum num scribi liceat I. 34, 157.
Sin falso dictum pro *si* II. 39, 165.
Solium II. 33, 143.
Solo nomen scribendum II. 46, 193.
Speusippus Chrysippus Leucippus confusa III. 18, 67.
Spondalia corrupta scriptura II. 46, 193.

Stadium et *studium* confusa I. 32, 147.
Subicere pro *subiicere* I. 42, 189.
Subsicivus scriptura II. 89, 364.
Subtilitas et *suavitas* confusa III. 11, 42.
Sucus an *succus* II. 21, 88. 22, 93.
Sulpicius, non *Sulpitius* II. 23, 96.
Suo iure et *iure suo* dici I. 10, 42.
Superior et *maior* confusa II. 60, 250.
Syllabae finales vocabulorum proximis assimilatae II. 27, 114. 43, 183.
Syracosius scriptura II. 13, 57. 34, 139.

T.

T et *D* confusa in fine vocabuli I. 11, 48. — *T.* et *Ti.* confusa I. 9, 38. 48, 211.
Tactus et *cantus* scripturae iudicatae I. 14, 60.
Tamenetsi II. 52, 210.
Tanto opere I. 35, 164. II. 40, 172.
Tantum et *tamen* propter scribendi compendia confusa II. 35, 150. 38, 157.
Tarracina an *Terracina* scribendum II. 59, 240.
Tectus et *rectus* confusa II. 73, 296.
Tegumentum et *tegmentum* dici II. 86, 350.
Telamo, non *Telamon* II. 46, 193.
Temptare an pro *tentare* dicatur I. 21, 97.
Tetulit et *detulit* confusa III. 58, 219.
Tmesis II. 23, 97.
Totiens probata scriptura I. 27, 123. II. 30, 130.
Transitus a vocabulo *rei* ad pronomen generis neutrius I. 6, 20.
Tribuere pro *distribuendo* dictum III. 30, 119.
Q. Tubero, non *P.* dictus II. 84, 341.
Tum — *tum* male lectum pro *cum* — *tum* II. 10, 39. III. 49, 190. — *tum* et *tamen* confusa II. 49, 201. — *tum* et *tunc* 49, 200.
Tutella scriptum male I. 39, 180.

U.

U pro *i*, in *optumus* et similibus II. 3, 13. 17, 75. 66, 265.
Ullus et *nullus* confusa II. 8, 18. 15, 64.
Unquam an *umquam* scribendum I. 4, 13.
Ut interpolatione insertum I. 27, 123. II. 32, 141.

V.

Ve et *que* confusa II. 17, 73.
Verba generalia ex speciatim significantibus assumenda I. 20, 93.
Veritas II. 23, 94.
Vero et *verum* confusa III. 14, 54.
Versari et *vorsari*, *verto* et *vorto* I. 11, 48. III. 58, 217.
Vestigare iudicatum et addubitatum II. 39, 166. III. 23, 88.
Vostrum I. 21, 97.
Vi et *iu*, ut *vis* et *ius* in Mss. aegre dignosci II. 70, 281.
Videaris et *videare* I. 10, 44.
Vinclum I. 43, 194.
Visellius et *Vigellius* nomina III. 21, 78.
Vocabula proximis accommodata propter similitudinem II. 27, 114.
Vocare et *evocare* confusa III. 14, 54.

X.

X et *s* a librariis confusa, ut *externus* et *hesternus* I. 27, 125.

Z.

Zeugma figura I. 15, 69.

Druck und Papier der Hofbuchdruckerei in Altenburg.

Cicero, Marcus Tullius

M. TULLI CICERONIS

DE ORATORE

LIBRI TRES.

RECENSUIT EMENDAVIT INTERPRETATUS EST

FRIDERICUS ELLENDT A. M.

GYMNASII REGII ISLEBIENSIS DIRECTOR ET PROFESSOR.

REGIMONTII PRUSSORUM

SUMPTUS FECERUNT FRATRES BORNTRAEGER

1840.

M. TULLI CICERONIS

DE ORATORE

LIBRI TRES.

RECENSUIT EMENDAVIT INTERPRETATUS EST

FRIDERICUS ELLENDT A. M.

GYMNASII REGII ISLEBIENSIS DIRECTOR ET PROFESSOR.

VOLUMEN II.

EXPLICATIONES CONTINENS.

REGIMONTII PRUSSORUM

SUMPTUS FECERUNT FRATRES BORNTRAEGER

1840.

EXPLICATIONES

INTRODUCTIO.

Causam et occasionem de *Oratore* scribendi Cicero ipse principio libri primi aperuit. Cum enim invalescere Caesaris potentiam, frangi huius et Pompeii foedere senatus et optimatum auctoritatem videret, ut animum a publicis curis laxaret et simul Quinti fratris, qui dudum illius de summo oratore sententiam exquisiverat, desiderio satis faceret, ad scribendi solatia confugit. Eadem re motus, cum Caesare dictatore iudicia et deliberatio senatoria sublata essent nec restituendae libertatis spes ostenderetur, discendi cupidis, sed Graecos libros propter intelligendi difficultatem fugientibus philosophiae initia patefecit. Ita *consilium* in libris de Oratore scribendis Ciceroni propositum a scribendi *causa* diversum fuit. Motus enim est rei publicae clade, ut scribendo animum exhilararet; sed assequi voluit aliquid maius. Nam cum libris de Re publica et de Legibus eam civitatis

rationem informaret, qualem rebus Romanis maxime conducere putaret, eiusdem instituti videbatur esse, ut personam oratoris rei publicae principis adumbrando adolescentes felici ingenio praeditos non solum ad recte sentiendi dicendique laudem excitaret, sed etiam ad literarum in oratore erudiendo praestantiam adverteret et ad perdiscendas artes omnes, ex quibus eloquentia efflorescit, incenderet. Qua de causa pervulgata institutionis oratoriae praecepta, quibus exponendis olim adolescens paulo minus maturam operam navaverat, respuens laudem eloquendi et ipsa instituendi capita cum ex rei publicae regendae scientia, tum ex omnium bonarum artium consortio ducta delibat. Itaque etiam ad Graecorum in literis principum, maxime Platonis et Aristotelis scripta diligentiore opera pervestiganda viam popularibus suis monstrare constituerat; ne in rhetorum dictatis, sed apud viros sentiendi et dicendi virtute florentissimos laudis oratoriae subsidia et firmamenta quaererentur. Sed hac provincia suscepta simul suae laudi Cicero consuluit scribendi artificio adhibito minime vulgari.

Cum enim a multis Demostheni in dicendo aequaretur, aliud etiam decoris genus quaerens, quod Demostheni non fuit, Graecorum scribendi principem Platonem imitari voluisse videtur cum argumento deligendo, tum tractandi ratione. Id assequi non his solum sermonibus studuit, qui in libris de Oratore inclusi sunt, sed etiam genere coniunctis de Re pu-

blica et de Legibus. Eis enim id egit, ut fictae civitati Platonicae imaginem Romanae, qualis optimis temporibus aut fuisset aut debuisset esse, subrogaret. Adeo autem presse Platonis in re tractanda vestigia secutus est, ut cum in libris de Re publica principes civitatis plures colloquentes fecisset, de legibus, quem ad modum apud Platonem Socrates cum hospite Cretensi, ita Cicero cum solo Quinto fratre et Attico disputet. In illis autem qui sunt de Oratore libris, cum Plato de eloquendi arte nusquam exposuerit, in tractanda solum materia Graecum Romanus aemulatus est. Primum enim ut apud illum Socrates philosophatur, ita Cicero diversarum sententiarum auctores alios constituit, ipse auctor esse noluit. Cum enim quaestio multorum tereretur disputationibus eloquentia utrum ars esset an arte carens exercitatio, Crassi et Antonii oratorum personas introduxit, doctioris illius, huius exercitationi intentioris, quorum alterutri alteram sententiam defendendam tribueret. Quod quo consilio fecerit optime intelligitur ex epistolarum ad Quintum fratrem III. 5, 2. et ad Atticum XIII. 19, 4. Cum enim Sallustius lectis libris de re publica monuisset ipsius persona maiore auctoritate dici potuisse: *ego*, inquit in epistola ad Quintum data, *id ipsum tum eram secutus, ne in nostra tempora incurrens offenderem quempiam.* Laudabat enim Sallustius, quod in libris de Oratore alios loquentes fecisset, sed eos tamen, quos audire ipse potuisset.

Sic et invidiam defugiebat, quasi ipse solus sibi sapere videretur, et tamen illos sententiae suae auctores constituebat, quos cum multi magnos fuisse oratores meminissent illa provincia decere videbatur. Nam ad Atticum scribens XIII. 19, 4. diserte testatur se *φιλένδοξον* videri noluisse; qua de causa in libris de oratore de re publica et Academicorum neminem disputantem induxisse, qui adhuc viveret, omnes tamen, quos bene cognosset, ut mutam in colloquio personam agere suis rebus convenire videretur. Speciem quidem colloquii re vera habiti maxime prooemiis ad librum primum et alterum scribendis diligenter servavit: v. I. 6 sqq. II. 2, 7.; tamen totum fictum esse ipsius scriptoris testimonio non minus clare ostenditur, quam illud aemulandi Platonis studium. Dicit enim Attico rationem reddens cur Scaevola primo colloquio absoluto discedat IV. 16, 2. id se instituisse secundum Platonis in Cephalo sene exemplum; hunc enim ipsum quoque, cum primae de re publica disputationis interfuerit, ad rem divinam discedere nec redire postea. Ita sibi aptum non visum, ut vir eius aetatis et valetudinis in tam longo sermone desideret; simul etiam primam illam disputationem a Scaevolae ingenio et studiis alienam non videri, reliquis autem libris ipsa artis praecepta contineri, cui interesse ioculatorem illum senem noluerit.

Sed ut in dissimulando sermonis auctore, ita etiam in toto argumento persequendo admirabiliter

Platonem Cicero imitatus est. Quod enim Aristoteleo more sese scribit de Oratore disseruisse Divers. I. 9, 23., id non argumenti tractandi artem, sed praeceptorum a vulgari rhetorum tenuitate abhorrentium copiam spectat. Huic muneri tam eleganter satisfecit, ut nemo non videatur subscripturus Quintiliani iudicio, qui cum X. 1, 107. Demosthenem et Ciceronem eloquentiae principes comparasset, haec addidit: *in epistolis quidem, quanquam sunt utriusque, dialogisve, quibus nihil ille, nulla contentio est.* Dialogos intellige libros de Re publica de Oratore et Brutum: nam de philosophia scripti, si prooemia aliqua exceperis, praeter levem quandam ex argumento pluribus distributo similitudinem nihil habent, quod Platonicae artis imitationem referat. Sed in illis sane summa sermonum libertas et vivacitas et morum descriptio cum colloquentium verbis egregie conspirans cognoscitur. Et *Crassus* quidem Ciceronis potissimum sententiae auctor est. Id et eo ostenditur argumento, quod eloquendi princeps ornandae orationis munus Crasso demandavit et quod hunc vulgarium artium contemptorem esse et eloquentiam omnis doctrinae variarumque literarum florem praedicare voluit, quae res primi libri prooemio ipsius Ciceronis ore defensa magna verborum copia I. 11 sqq. III. 15. in primis c. 31 sqq. iterum ac tertio inculcatur a Crasso. Iam quod Cicero stili exercendi genus consectatus est, ut Graeca Latine verteret, id a Crasso

laudari voluit I. 34, 155.; artem iuris, quam ipse aliquando meditabatur, hic sese compositurum pollicetur I. 42, 190. II. 33, 142.; magis contempta a Crasso quam ignorata Graeca legimus libro II. 1, 4., cui similem sententiam Cicero suorum popularium ingenia Graecis anteferendo ipse quoque multis locis prae se fert; quin praecepta Crassi de elocutione figuris voce gestu repetit in Oratore. Plura igitur et lautiora Crasso tribuuntur, quam quae scire potuit. Oratorem enim literis instructiorem etiam eloquendo plus valiturum Crasso et Antonio non diffitetur in Bruto 42, 162. Sed et hoc ex Platonis aemulatione fluxit et illud, quod in Academicis Lucullum in philosophia doctissimum finxit, qui ab ea peritia quamvis librorum amator longissime aberat (v. Att. XIII. 19.); plane ut Socratem solis moribus et vitae regendis intentum de mundo acutissime philosophantem introduxit Plato. Quam egregie autem Crassus apud Ciceronem suas partes tueatur quamque suavi artificio mores viri severitate et comitate temperati describantur pluribus hic exsequi, cum in explicando scriptore multis locis fiat, non est opus. In *Antonio* autem rerum civilium periti speciem secutus est; virum effingit non literis deditum, sed rei publicae gerendae, non otio oblectando, sed rebus gravissimis administrandis, non magna et recondita in literis quaerentem, sed certos vitae negotiosae usus considerantem. Huc pertinet etiam dissimulatio quid didicisset celantis:

a quo popularium more sese descivisse Cicero in Oratore testatur 42, 146. Porro *Catulus*, cum esset in eo absolutissima literarum Graecarum notitia, sed ingenium ab oratoria concertatione alienum et senatoria prudentia more antiquo contentum, aptissime disputat de Graecis philosophis et sophistis (III. 32, 126.); nec minus ad suam personam accommodate dubitat anne sint dictionum genera defensionibus et suasionibus maiora et graviora (II. 71, 71ϟ). In *Scaevola* Crassi olim socero, quem primo sermoni interesse Cicero voluit, disciplinae antiquae et paene iam sepultae imaginem effinxit. Is enim vir in summa gravitate naturam a festiva quadam comitate minime abhorrentem, sed literarum adventitiarum ne suspicione quidem tinctam prae se fert. Recte igitur veritatis quaedam fides in eo quaeritur, quod alteri colloquio artis partes reconditiores tractanti non interest, in priore, quo Crassus in apparatu oratorio primam ponit iuris peritiam, partes quasdam habet, quas tueatur. *C. Caesari Straboni* Romanorum omnium festivissimo de iocis et facetiis explicandi munus non minus apte imponitur, quam artificiose in sermonem inducitur ipse, ut a Scaevola discedente quid apud Crassum die proximo actum sit acceperit audiendique cupidus sermoni adesse festinaverit. Sed quod Cicero in epistolarum ad Diversos VII. 32, 2. per Antonium de ridiculis disputasse se dicit, eo spectare credendum est, quod is vir eam quoque disputationem, ut ceteras in-

veniendi partes, orditur. Denique etiam *Cottae* et *Sulpicii* personae elegantissime adumbrantur. Ille, cum natura lenissimus esset, vim Antonii consectabatur; hic, cum nihil temperati haberet, sed immaturam quandam quamvis ingeniosam vehementiam, in Crasso quae sibi deessent summa esse cernens hunc imitandum sibi proposuerat: neuter tamen id, quod volebat, assecutus est. Quod utriusque adolescentis studium admodum festive iam eo documento declaratur, quod Crasso mane in lecto cubanti assidet Sulpicius, Cotta autem cum Antonio ambulat (II. 3, 12.). In primis haec Cottae lenitas in illis agnoscitur, quae dicit, cum Crassus aliam disputationem ingressus adolescentium spem fefellisset (III. 36, 144.), item cum Academiae sese sectatorem futurum pollicetur (l. c. §. 144.); quam ob causam etiam Stoicorum sententiam refutandi munus in libris de natura deorum sustinet. Sulpicii autem vehementia et ex eis perspicitur, quae de Norbano accusato narrat et ipse et Antonius (II. 47, 197—52.), et ex peregrinae eruditionis contemptu, quem paulo concitatius profitetur III. 36, 147.

Libros de Oratore cum eis, qui sunt de Re publica maturissimum et praestantissimum ingenii Ciceroniani fetum esse vix ambigitur. Praeter artem enim illam in sermonis partibus distribuendis et moribus colloquentium adumbrandis conspicuam summam etiam verborum elegantiam varietatem ornatum admiramur. Quid aptius et pressius dici genere oratio-

nis tenui potuit, quam quae de inventione et collocatione Antonius, de elocutione et ornatu Crassus disputat? Quid uberius et omni luminum genere plenius laudibus eloquentiae a Crasso pariter atque Antonio praedicatis I. 8 sqq. et II. 8, 34? Quid leni et medio disputationis generi accommodatius, quam Graecorum doctorum sententiae de vi et arte oratoris ab Antonio expositae I. 20 sqq.? Nullum omnino, si perorationum iudicialium vehementiam ab hoc opere alienam exceperis, dicendi genus est, cuius Cicero his libris non posuerit exempla absolutissima. Iure igitur magnopere sibi in eis placuit: v. Att. XIII. 19, 4.

Argumenti librorum de Oratore hic non apponam nisi capita, singulas partes suis commentariorum locis accuratius persecuturus. Primo igitur libro Crassus maxime et Antonius de universa perfecti oratoris vi et natura disputant. Ille enim omnium artium peritiam oratori tribuit, hic eloquentiam in quadam ingenii et usus praestantia ponit. Antonium cum suo suffragio iuvare conaretur Scaevola, Crassus fusius exsequitur quam necessarium oratori sit omne scientiae instrumentum: cuius rei exemplum a Scaevolae arte domestica iuris prudentia sumit. In qua disputatione cum adversum habuisset Antonium, primus colloquii dies finitur. Libro secundo Antonius quadamtenus in Crassi sententiam concedit causa cur suam mutasse videatur iocose reddita, et in omni dicendi et scribendi

genere magnam oratoris provinciam cerni copiose exponit. Deinde secundum eam, quae docendorum adolescentium Sulpicii et Cottae causa placuerat, partitionem de inventione et collocatione materiae oratoriae et iudicialis et deliberativae et demonstrativae disputat; Caesar autem cunctis rogantibus huic disputationi medius interiectus locum de iocis et facetiis, cuius non rarus oratori usus sit, praeceptis et exemplis instruit. Libro tertio Crassus de elocutione et actione disserendi munus suscipit, nec tamen exsequitur nisi post longam digressionem, qua et omnium artium summam esse societatem nec fuisse antiquitus sciendi et dicendi divortium exponit; quin philosophiam potius oratoris, quam eloquentiam philosophi videri.

Editi sunt libri de Oratore L. Domitio Ahenobarbo et Ap. Claudio Pulchro consulibus anno urbis conditae septingentesimo, paulo ante libros de Re publica: v. Att. IV. 13.

M. TULLI CICERONIS

DE ORATORE

LIBER PRIMUS.

CAP. I.

1. Prooemium totius operis priora sex capita complectitur. Cicero curis de re publica fessus ad recordationem eorum temporum confugerat, quibus leges nondum hominum potentium opibus cesserant (c. 1.). Ita libenter ad provinciam a Quinto fratre olim sibi impositam tractandam descendit, ut de officio oratoris limatius dissereret, quam libris de Inventione olim adolescens efficere potuisset (c. 2, 5. 6.). Sed ante in quaestionem sibi admodum gratam declinat quomodo factum sit, ut in re publica gerenda, in re bellica administranda, in philosophia geometria musica literis omnino omni artium bonarum genere plures viri magni et nobiles exstiterint, quam in eloquentia, cum tamen ea nec abditos fontes et amplissima praemia proposita habeat (c. 2, 7—4. 14.); eius rei causam a magnitudine et difficultate artis, quae ex pluribus aliis per se magnis constet, repetendam esse (c. 5—6, 20.). Inde sibi subnatum consilium artis eloquendi praecepta promendi, quae Crasso et Antonio oratoribus priore memoria clarissimis sermone familiari cum Q. Scaevola Q. Catulo C. Caesare P. Sulpicio C. Cotta instituto placuissent: eum enim sermonem sibi olim a Cotta

esse expositum (6, 21 — 24). Sic duplex Cicero commodum assequitur, ut et arrogantiae crimen fugiat non sibi, sed clarissimis olim viris placita repetens et pluribus sententiis introductis in utramque partem disputantes proponat.

cogitanti-repetenti] dua participia, quae adverbium et obiectum interposita habent, figuram χιασμοῦ efficiunt, quam Quintilianus *nomina ex diverso collocata* dicit IX. 3, 86. rhetores autem ἐπάνοδον, *regressionem*, v. eundem l. c. §. 36. Idem exstat Catil. II. 1, 1: *Catilinam furentem audacia scelus anhelantem.* de Or. III. 2, 8: *non vidit flagrantem Italiam bello, non ardentem invidia senatum.* Simile est Caesaris B. Civ. II. 22: *omnibus defessi malis, rei frumentariae ad summam inopiam adacti.* Longe usitatiora sunt alia chiasmi genera, quibus contrariis locis ponuntur nomina cum appositis, aut verba cum objectis aut verba participiave cum adverbiis et adverbiascentibus; de quibus alibi dicam.

vetera repetenti] res veterum in memoriam revocare dicit, ut bene annotat Strebaeus. *Repetere* eadem significatione absolute pro *recordando* Plinius dixit Epp. VII. 6, 7 et 13.

ac fuit, cum] formulam lectiorem ex Graeco ἦν ὅτε expressam iam antiqua aetate expletam esse inserto *temporis* vocabulo tam clarum est, ut, qui scripturae adeo damnatae patrocinari posset reperiri potuisse fabulosum videatur. Librorum fere omnium scripturam eodem ducere ostendimus in commentariis criticis. De genere dicendi conferri potest Ruhnkenius ad Ter. Eun. III. 5, 3. ususque eodem est Livius VII. 32 qui locus nostro simillimus. Utrobique intelligi debet aliquando ita cogitari potuisse, non abiisse tempus illud, quo cogitaretur. Pearcius *tempus* additum defendens comparabat Cic. Mil. 26., Ernestus totum locum transscriptum putabat ex Inv. I. 2. et Divers. X, 3.

decursu honorum — etiam aetatis flexu] ut apud Graecos a currendo stadio, ita Romanorum multae sunt a circensi curriculo repertae formulae; *cursus* et *decursus honorum, aliquo cursu ad honores pervenire* p. Planc. 7, 17., *aetas acta ac decursa* p. Quinct. 31. *spatium decurrere* Cat. Mai. 23, 83.;

item ea *decursa* dicuntur, quae quis tempore dediscit et abiicit, ut *vitia*, Divers. VIII, 13.; item quae *pertractata* et *absoluta* sunt praecipue breviter, ducta figura a velocitate currentium, velut de Or. I. 32, 148. Eodem *flexus aetatis* spectat; sicut enim circa metas flectendo ad finem currendi pervenitur, sic aetas decursa senectutem terminum habet. Plane ita *κάμπτειν* velut *τὸν βίον* Graecos dixisse notum est et pluribus explicatum a Marklando ad Eur. Suppl. 748. Blomfieldo gl. Aesch. Agam. 335. Intpp. Hor. Epp. I. 16, 79. Cognatum, sed sumptum ab incipientibus cursum, non finientibus est, quod *flexus aetatis* de adolescentia incunda dictus est Ciceroni Cael. 31, 75. Simili, sed dispari figura *flexum auctumni* vergentem auctumnum Tacitus dixit Hist. V. 23. Hinc de Ernesti coniectura *fluxu* iudicari potest; quod eo sensu ne notum quidem Latinis fuisse arbitror. *Etiam* ab Orellio tentatum poni pro *praeterea etiam* non est infrequens; vide Brutum 89, 304. Cluent. §. 84. Tusc. V. 3, 7. cf. Hand. Tursell. II. p. 551. Ceterum de otio Ciceroni aliquando exoptato comparari possunt de Or. II. 33, 143., si quidem sub Crassi persona latent sensus Ciceronis, et Brut. 2.

2. *nostri casus*] refer ad ipsius exsilium; *communium temporum casus graves* significationem habent foederis inter Caesarem et Pompeium ad rem publicam communi voluntate regendam facti, quam rem apertius indicare noluit.

moles molestiarum] tolli *moles* cum quibusdam libris non potuit, opponitur enim *quieti*, ut *tempestates tranquillitati*. Praeterea non solum aptissimum est, cum de rebus alias magnitudine aut gravitate superantibus dici soleat, v. Burmann. ad Valer. Flacc. I. 757. VI. 704. Drakenborch. ad Sil. IX. 239.; sed etiam propter *παρονομασίαν* (nostri *assonantiam* vocant) probatur; de qua apud Ciceronem observata videndi sunt Naekius in *Rhein. Museum* ann. III. fasc. 3. p. 408. Zumpt. ad. Verr. Accus. IV. 5, 10. Goell. ad Or. p. 120. Quanquam annominationem alliterationem et pariter cadentia nullus satis distinxit, planeque in hoc genere fabulosa excogitavit Klotzius ad Cic. Tusc. I. 19,

42. II. 18, 43. III. 33, 81. IV. 11, 24.: v. nostra ad II. 63, 255.

inter nosque recolendas] legitimae huius positionis, qua particula nomini, non adverbio vel praepositioni applicatur, exempla ex his libris deprompta haec: *in promptuque sint* I. 6, 23. *a discendoque deterrent* II. 33, 142. *tantos tam praecipitesque casus* III. 4, 13. v. comm. cr. *tanto tam immensoque campo* 31, 124. His adde *inter seque coniunctos* ND. II. 31, 78. Brut. 62, 224: *cum primisque ridiculus.* Sic correxi *ex contrariisque scriptis* de Or. II. 26, 110., quod legebatur *et ex contrariis.*

3. *prima aetate*] ea incidit in certamina Marii et Sullae bellaque civilia inde consecuta, cum iam anno altero aut tertio Italici belli militiae tirocinium posuisse Ciceronem constet ex Divin. I. 33. *Perturbatio* autem *veteris disciplinae* non est iuventutis erudiendae, quae antiquo more ad viros iuris peritia et rei publicae regendae prudentia insignes deducta artes civiles spectandis exemplis discebat, ut militiam in contubernio imperatorum: quanquam etiam haec Ciceronis aetate mutata est; sed significatur disciplina publica, id est *mos publicus,* qui a patribus ad filios transmissus non minus valebat, quam ipsae leges. Is inductis in civitatem tot novis civibus et corruptis propter multitudinem proletariorum pariter civili et militari disciplina pessum ibat, ut non populi, non senatus, non magistratum iura manerent, sed vi et largitionibus miscerentur omnia.

medium — discrimen] coniuratione enim Catilinae tota res publica periclitabatur.

a communi peste depulsi] iniuria Lambinus *peste* delevit *commune* interpretatus *τὸ κοινόν, rem publicam,* quod Ciceronianum non est. *Pestis* calamitatem et perniciem significat bonisque scriptoribus dicitur figurate semper, non aliquando, ut Pearcio visum. Verum recte idem contulit locum Sextianae 19, 43., quo plane eadem verba leguntur praegnantem significationem habentia *pestis efficiendae s. inferendae.* Sed alterum exemplum ab eodem prolatum p. Red. in Sen. 3. totum dissimile est.

redundarent] coniunctivus significationem a potentiali deflexam habet minus animadversam vulgo; ἠθικήν dixerim. Eius duo genera sunt. Alterum postulari s. decere aliquid secundum rei naturam indicat. p. Sulla 8, 25: *si ceteris patriciis me et vos peregrinos videri oporteret, a Torquato tamen hoc vitium sileretur* i. e. sileri oportebat, decebat, conveniens erat. Rabir. Post. 10, 29: *moreretur, inquies.* Sext. 24, 54: *quod si meis incommodis laetabantur, urbis tamen periculo commoverentur.* Alterum significat futurum aliquid fuisse secundum fatum quoddam sive necessitatem inevitabilem. Tale et hoc nostrum est, τὸ μέλλον γενήσεσθαι significans, et illud de Prov. Coss. 4, 7: *emisti a foedissimo tribuno plebis tum in illo naufragio hujus urbis,—quam tu idem, qui gubernare debueras, everteres:—tum, inquam, emisti* etc. Legitur everteras, sed recte codd. alterum tuentur. Emerat enim non urbem Romanam evertendam, ut *quam everteres* non possit explicari *ut everteres eam*, sed provinciam diripiendam. *Quam everteres* est igitur ad quam evertendam tu fatali necessitate natus eras. Divers. XIV. 1, 3: *ego volebam loco magis deserto esse in Epiro, quo neque Hispo veniret nec milites;* id est *quo venturi non essent, venire nequirent,* οὐκ ἔμελλον παρεῖναι. Ne illi quidem coniunctivi non experti sunt novatorum manus, in quibus *qui* est *quippe qui* et *talis qui*, velut de Or. I. 7, 25: *adolescentes — in quibus magnam tum spem maiores natu — collocarent.* Legitur *collocarant*, contra bonorum librorum fidem. Alia exempla sunt Off. III. 14, 58. Liv. XXII. 57, 1. XXIV. 26, 16. Caes. B. Civ. III. 79. cf. Matth. in Wolfii Anall. Litt. III. p. 13. Beier ad Off. III. 31. p. 297.

asperitatibus — obsequar] res discrimine plenae, ex quibus se expedire arduum est, eodem vocabulo a montium horriditate sumpto dicuntur Balb. 9, 22. Liv. II. 9. Sall. Cat. 9. Iug. 29. *Angustiae temporis* non sunt, quae otium ipsi non concedunt, sed tempora dubia, aleae plena, quibus facile quis imprudentia committit, πράγματα ἐπικίνδυνα, κίβδηλα. His temporibus non omnes otiosi esse possunt, multi possunt; quod Cicero studiis non adeo vacabat, quan-

tum fortasse cupiebat, non erat temporis, sed ipsius culpa, qui omnibus gratificari vellet. Igitur haec cum sequentibus bene congruunt. *Nostra* studia dicuntur ipsi et fratri communia; hortatus enim Marcum Quintus erat ad scribendum de officio oratorio. Ne in eo quod *quantum* tanto intervallo distat ab *otio*, haereamus, exemplis multis cavetur: velut de Or. I. 47, 207. III. 26, 86. 24, 90. Off. II. 9, 34.

II. 4. *veteris cuiusdam memoriae — recordatio*] locus impeditior. Talaeus *memoriam* explicat *rem quondam perceptam atque auditam* (*τὸ συνέχον ἀντὶ τοῦ συνεχομένου*); Strebaeus *veterem disputationem inter Crassum et Antonium, cuius ego memor sum*; similiter Pearcius, *quod olim factum est* s. *disputationem sequentem Crassi et Antonii*; Ernestus, *quod olim cogitare me memini*, sane *ταυτολόγως*. Harlesius ut *memoriam* dici pro re olim gesta defenderet, loco Bruti usus est 69, 244., quo quidem memoria nota et aequalis non, ut nescio cui inepto visum, *tempus* significat, sed *μετωνυμικῶς* dicitur memoria notorum hominum et aequalium. Dein *non satis explicatam recordationem* Talaeus *controversam et addubitatam*; Strebaeus *a Crasso quidem satis, sed non satis in mea memoria explicatam, explicandam igitur accuratius* (revocandam et percogitandam dicas); Pearcius ita exponit: *quia Cicero ipsi sermoni non interfuit et a Cotta locos et sententias disputationis traditas accepit*; Ernestus ita; *quod nondum perspicue explicavi ab aliove explicatum audivi.* Muellerus *memoriam* interpretatur rem a Cicerone memoria retentam ac servatam, *explicatam* autem in nullis literarum monumentis satis expositam. Quem confert Plinii locum epp. III. 10, 3., is totus dissimilis est. Nam quod ibi *famae memoriae sanctissimae latius consultum iri, si digesta fuerit*, dicitur, id specie sola simile est propter *famam memoriae*, cui *recordatio memoriae* finitima videatur; verum *sanctissima memoria* ibi est adolescentis sanctissimi et per metonymiam dicitur. De coniungendis *memoria* et *recordatione* dubitari non potest, si quidem alibi Cicero dixit *memoriae recordationem*, velut Q. Fr. II. 2. et *memoriam pueritiae recordari*

ultimam, p. Arch. 1, 1. Manifesto significatur res memoriae infixa; non est autem Ciceronis, sed aequalium rumore trita, qui de Crassi et Antonii illo sermone aliquid inaudivisse finguntur; eius recordationem repetit Cicero, cum ne ipse quidem satis accurate teneret quae a Cotta olim acceperat, ita ut a Quinto non admonitus ab obliviscendis non multum abesset. *Explicatus* enim *distinctus* est, *perspicuus*, *illustris*, contrarium *obscuro*, *incerto*, *evanido*. Loci memoriales *explicati* et *illustres* componuntur de Or. II. 87, 358. causa *facilis et explicata* dicitur Planc. 2. *Non satis explicatam* dici recordationem, quod Cicero eam lineamentis adumbrasset olim, non exposuisset copiosius, ineptum commentum est.

quod requiris, ut cognoscas] insignis in hoc usu particulae breviloquentia inest contractis in unam sententiis duabus, grammaticis non dum satis animadversa. Non enim coniunguntur *requiris ut*, sed sententia ita explenda est: *recordatio apta ad id, quod requiris, requiris autem id, ut cognoscas*. Cic. de Or. I. 7, 28: *quod ille durissimis pedibus fecit, ut se abiceret in herba* (i. e. fecit autem illud, ut se abiceret) 10, 44: *satis id est magnam, quod potes praestare, ut in iudiciis ea causa — melior esse videatur*. 33, 149: *probo ista, quae vos facere soletis, ut — dicatis quam maxime ad veritatem accommodate*. 40, 183: *quid? quod usu memoria patrum venit, ut pater familias — mortuusque esset* sqq. Mente adde *venit autem usu illud*, ut Tusc. I. 19, 44: *quodque nunc facimus — ut spectare aliquid velimus, — id multo tum faciemus liberius*. Acc. in Verr. I. 1, 2: *nam si iste id fecisset, quod prius statuerat, ut non adesset*. Caesar B. G. IV. 19: *Caesar — omnibus his rebus confectis, quarum rerum causa transducere exercitum constituerat, ut Germanis metum iniiceret, ut Sigambros ulcisceretur, ut Ubios obsidione liberaret, — se in Galliam recepit*. Eodem modo etiam *ne* dicitur. Caes. B. G. I, 22: *Labienus, ut erat ei praeceptum a Caesare, ne praelium committeret, — nostros exspectabat*. Cic. de Or. I. 48, 207: *deprehensum equidem me plane video — quia, quod in causis valde fugere soleo, ne tibi, Crasse, succedam, id me nunc isti vitare non sinunt*. Ab his plane

diversa illa sunt, quae *ut* non a subaudito verbo suspensum habent, sed ab ipso illo, quod in enuntiato secundario expressum est, ut addi satis sit adverbium explicativum *quippe* vel *id est*, *δῆτα*. Huius generis sunt, quae Matthiae protulit ad Cat. III. 9, 21., quibus multi addi possunt, velut Vatin. 9, 21. Phil. VIII. 1, 1. XII. 7, 15. Divers. I. 5, 2. III. 5, 5. XV. 5, 1. Rp. III. 3, p. 341 Mr.

5. *quae pueris — exciderunt*] significat libros de inventione rhetorica. Sed Schuetzii sententia *inchoatis* dici, quod non emiserit in vulgus nisi duos illos libros, qui hodie exstant, probari propter addita verba *ex commentariis* non potest. Quid enim? Potest aliquid ita excidere ex commentariis, ut pars relinquatur inedita? an duo libri excidere ex commentariis potuere reliquis retentis? Imo si quid rude ex commentariis et inchoatum excidit, suis numeris absolutum non esse, sed non satis elaboratum et politum dicitur; idque in primis cadit in operam adolescentuli. Eadem significatione *inchoatus* dicitur Ciceroni Brut. 33, 126.; simili de opere sculptoris non absoluto Fin. IV. 13, 34.; et improbatos a Cicerone libros illos Quintilianus testatur III. 2, 20. 5, 15. 6, 59. et 64. et primam illam sententiam ex hoc ipso Ciceronis de se iudicio expressit. —

eruditissimorum — exercitationis genere] quaestio antiquis oratoribus et philosophis multum tractata fuit essetne eloquentia *τέχνη* an *ἄτεχνος τριβή*, quod si fortasse primus Plato dixit in Phaedro p. 350., non protinus putandum est cum V. D. in Bibl. Crit. vol. I. P. 1. p. 22., totam disputationem illius a Cicerone expressam esse. Quod *prudentissimos* viros *eruditissimis* cedere iussi, in qua scriptura libri optimi conspirant, propter oppositas notiones factum est. Potest fieri, ut alibi etiam in eloquentia inesse summa prudentia dicatur; in his tamen libris Cicero prudentiam *civilem* sive *civitatis gerendae* dicit, cum eloquentia, ut ex Romanorum more, olim minime coniunctam; ita *prudentia rerum magnarum*, qualis exemplum M. Scaurus laudatur, eloquentiae opponitur I. 49, 214., *indiserta prudentia* stultitiae loquaci III. 35, 142.; quin *summa rerum civilium cognitio* et *prudentia*

componuntur I. 14, 60. Potest autem prudentissimus homo ingenio plurimum valere, cui si exercitatio accessisset, secundum Q. Ciceronem satis futurum erat ad oratoriam praestantiam; sed Marcus doctrinae et eruditionis amplissimae fructum et quasi cumulum eloquentiam ponit. *Elegantia doctrinae* non, ut in Bruto 23, 89., subtiliter disputandi est ad dialecticorum morem, quem ad modum *disserendi elegantia* et *confuse loqui* contra ponuntur Fin. II. 9, 27., quo loco rudis Epicureorum loquacitas spectatur, sed inest elegantis iudicii (*Geschmack*) significatio, quo liberalissimae artes delibantur ad ornandum perfectum oratorem.

6. *in summos homines — intuenti*] *intueri* tralate dictum Ciceroni et addita praepositione dicitur et omissa; nullo quidem discrimine, sive significat animo contemplari cogitandi sive mentis exercendae causa, sive adiuncta est consilii s. rei qualiscunque assequendae notio. Sic de exemplo sequendo dicitur *dumque in ea intueberis, te continebis* Tusc. II. 15, 31., quippe exemplum honestatis secutus: contra Sulpicius dicitur *ita dicere consuesse, ut tota mente Crassum atque omni animo intueretur* de Or. II. 21, 89.; de respiciendo, ut inde consilium agendi sumas: *omnes voluntatem eorum, qui audiunt, intuentur* Or. 8, 24.; de recordando quae praeterierunt: *acri animo et attento intuemur* Fin. I. 17, 57.; de cupide et invide intuentibus: *splendorem et speciem huius vitae intuentur, sollicitudinem perspicere non possunt* Divers. I. 9.; de considerando denique et reputando apud se cum praepositione iungitur eo loco, unde egressi sumus, item Brut. 97, 331., sed ea caret Tusc. I. 30, 73 ubi *mens se ipsa intueri* dicitur. Igitur haec ex librorum fide iudicanda sunt. Scriptoribus ceteris ut per se rarum est, ita cum praepositione semel dixisse videtur Quintilianus X. 2, 2., semel Plinius Paneg. 55, 8. nec deest apud hunc scripturae discrepantia.

artibus] hoc ut reciperemus, consensus librorum sententia non adversante sufficiebat. Sed et per se lectius est, quam illud infinitum et latissime patens *rerum* vocabulum, et ad idem paulo post scriptor relabitur et id agit, ut ar-

tem iudicans esse eloquentiam, non exercitationem quandam, cum aliis artibus praestantissimis eam componat.

7. *anteponat oratori imperatorem*] comparari haec sententia meretur cum loco Bruti 73, 256., ubi unam pro Coponio Crassi dictionem castellanis triumphis duobus praeponere non dubitat. Aliter maiores iudicabant, qui minutis potissimum triumphis corroboratam rem publicam crevisse meminissent.

8. *ac sapientia*] Wouwerio et Schuetzio placebat scriptura *sententia*, quae praeter Gu. 2. paucorum aliorum librorum esse fertur. Iniuria. Non enim in omni civitate prudentia civilis elucet in sententia senatoria, quem ad modum Romae fiebat. Senatus enim Graecarum civitatium populari imperio obnoxius et vix sui iudicii potens solebat esse: raro ut singulis dicendae sententiae vel ostendendae constantiae locus esset, qui Socrati fuit in causa imperatorum, qui ad Arginusas insulas pugnaverant. Iam vero ne quis sapientiam consilio priorem poni debuisse putet, quia illa sentiendi, haec faciendi virtus videatur, *prudentiam* dici peritiam inveniendi consilii meminerit, *sapientiam* autem quae consilio pro re nata perspecte utatur. Eaedem virtutes Romulo tribuuntur infra 9, 37.

oratorum — paucitas] hanc sententiam pluribus Bruti locis persequitur, velut 7, 25. 10, 39. et praecipue 97, 333., ubi eadem fere, quae hic, ponuntur, vix singulis aetatibus singulos oratores tolerabiles exstitisse.

III. 9. *artium procreatricem — φιλοσοφίαν*] eandem sententiam tangit Tusc. I. 26, 64., uberius exsequitur Fin. V. 3, 7., ubi *laudatarum* s. *laudandarum* a nomine *artium* abest.

scientiae pervestigatione] Schuetzii coniectura *scientiae et pervestigatione* concinnitatem sententiae turbat, quae bifariam divisa est membris inter se oppositis. *Scientiae pervestigationem* perperam videtur explicare Matthiae ad. Cic. Manil. 15, 43. *scientiam, quatenus pervestigatione nititur.* Contra posita *disserendi ratio* active dici *pervestigationem* ostendere poterat. Recte Orellius interpretatur *pervestigationem scien-*

tiae, qua pollebant, ope susceptam. Simile est *oblivio diuturnitatis,* si scriptura certa, id est diuturnitate effecta, Verr. Act. I. 18, 54.; similia etiam, sed paulo diversa Rull. 11. 14, 36: *duae sunt causae, una pudoris — altera sceleris: causa sceleris,* quae est in scelere hominis sita, Accus. IV. 51, 113.; *causae eluvionis pestilentiae vastitatis* Off. II. 5, 16.; *causae vel casus vel sapientiae vel temeritatis* de Or. II. 15, 63. Vide etiam A. Matthiae ad Catil. II. 11, 24.; Zumpt. ad Verrinarum locum posteriorem; priore enim genitivum obiective dici ratus graviter erraverat; Beier. ad Off. II. 5, 16. Madvig. ep. ad. Orell. p. 79.

10. *musicis*] *musica* dixit contra Graecorum usum, ut dialectica mathematica grammatica, quae tamen paulo diversa sunt. Eodem de musica arte plurali usus est infra 42, 187. III. 21, 78.

scientia et cognitione] scriptura codd. plurium ne cui displiceat propter *πρωϑύστερον,* eam figuram ne a diligentissimo quidem scribendi artifice defugi scito; contrarium autem vocabulorum ordinem exspectaveris, quia cognoscendis rebus scientia paritur. Simillima sunt *plane nosse ac vidisse* de Or. I. 35, 161. et *sententiae et opinionis meae voluistis esse participes* 38, 172. Sententia enim verbis profertur, opinio mente tenetur. Ut non numeres Div. X. 30: *copias eius omnes delevit fugavit,* quod verius erat dicere *partim delevit partim fugavit,* sive *fugavit et partim delevit;* et apud Livium XLII. 51, 6.: *armaverat contraxeratque eos Didas,* quod fortasse est *armatos contraxerat:* duriora sunt haec. *meum factum aut consilium* Div. in Caecil. 2, 6. ubi Zumptius iure antestatur Ciceronianum *ad obtinendam adipiscendamque sapientiam* Legg. I. 22., Livii *incendere ac diripere urbes* XXXII. 33., Nepotis *tempus et dies erat datus* Pelop. 2., *tempus* enim horam diei significat. Se *ortum et procreatum* (*prope Arpinum*) Cicero dixit Legg. II. 2, 4. *quem cum Scipio appellavisset libenterque vidisset* Rp. I. 9. p. 42 Mr., *multa deplorata et commemorata,* de Or. I. 7, 26. id est cum deploratione commemorata. Sed *leges iudicia iura describere* de Or. I. 8, 33. huc referri non debet, etsi

non minus bene *iura et iudicia* Cicero dixisset; praetulit illud, ut significaret iudiciis iura reddi; nec magis *audivi atque affui* I. 57, 243., de quo suo loco dicetur. Ceterum hic figura oratoria Veteribus dilecta *μερισμός* est, de qua consuli potest Handius de Stilo Lat. p. 371.

11. *atque in hoc ipso numero*] *atque* etsi non cohaeret cum insequente *tamen*, ut Muellero visum, maiorem tamen solita vim habet, pro *atque etiam*, *atque adeo* dictum: v. *Hand.* de part. Lat. vol. I. p. 484. Goerenz. ad Acad. II. 40, 126. De *hoc numero* pro *horum numero* dicto vide Stuerenburg. ad Cic. Arch. p. 186.

12. *reconditis fontibus*] praepositionem *ex* delevi secundum libros; cum enim *haurire fonte*, *a fonte*, *de fonte*, *ex fonte* dicantur, illud prius tamen lectius esse confitendum est, praesertim translata significatione. Brutus dicitur uberrimas artes *domo haurire* non potuisse i. e. domestica institutione accipere, Brut. 97, 322.; *laudes haurire fonte* i. e. laudis fontem alicunde sibi reperire Cicero posuit ad Divers. VI. 6. post med. Omnino usus ablativi latius patet, quam vulgo conceditur, variisque praepositionibus usu subrogatur. Ut *commentariis apparere* i. e. ostendi, cum id verbum praepositionem *ex* sibi addi velit, apud Quintilianum legitur X. 7, 30., ita Cicero dixisse videtur dicendi facultatem Fannii *historia eius perspici posse* Brut. 26, 101., si quidem ibi etiam *ex* tollendum cum libris est; *causae, quibus certatur de iure civili* de Or. I. 38, 175. sic enim e libris scribendum; *id, quod in iudicium venit, reorum personis quaeri* II. 31, 134., nam ibi quoque praepositio demenda fuit. *In*, cui in non nullis sententiis etiam *propter* recte substituatur, ablativo cessit de Or. I. 11, 47., ubi scribendum *hoc maxime admirabar Platonem*, non *in hoc*. II. 61, 251: *ore vultu imitandis moribus voce denique corpore ridetur ipso* (sannio). III. 3, 12: *ego vero te, Crasse, cum vitae flore, tum mortis opportunitate divino consilio et ortum et exstinctum esse arbitror*. III. 52, 199: *quadam mediocritate laudatur* (orationis genus *μέσον*). de Inv. I. 40, 74: *ambiguitate nominis errare*. Part. Or. 22, 76: *quae moderandis cupiditatibus regendisque*

animi motibus laudatur (virtus temperantiae). Verr. Act. I. 12, 36: *quoniam totus ordo paucorum improbitate et audacia premitur et urgetur infamia iudiciorum.* Mur. 10, 23: *aliis ego te virtutibus — consulatu et omni honore semper dignissimum iudicavi.* Fin. I. 13, 42: *gubernatoris ars utilitate, non arte laudatur.* II. 26, 23: *si fructibus et emolumentis et utilitatibus amicitias colemus.* Divers. VI. 13: *magnis occupationibus eius — aditus ad eum difficiliores fuerunt. In* ita dictum, ut causam facti faciendive non indicet atque cum *propter* confundi non possit, desiderari posse videatur de Or. I. 13, 58: *decemviros — anteponant hoc genere Ser. Galbae et C. Laelio.* 37, 170: *P. Crassum — et multis aliis rebus elegantem hominem et ornatum;* sic enim corrigendus locus. *In* porro multis locis iniuria inculcatur, quibus ablativo instrumentali vel adverbiascenti contenti esse possimus. *Actor imitanda, quam orator suscipienda veritate iucundior esse* negatur de Or. II. 9, 34., ubi *in* secundum libros sustuli. *inveniendis componendisque rebus mira accusatio* Brut. 67, 238.; vulgo *in* additur. *scribendo impiger* Divers. II. 1, 1., ubi perperam *in* addidit contra invictam Medicei libri auctoritatem Orellius. Alia sunt, quibus *cum* addi liceat. *Modo dicere* Ciceronis Legg. III. 18, 40. non secus ac *versura solvi* Att. V. 1. *cum modo* etiam et *cum versura* dici potuerunt; hisque simile *ratione putare* i. e. ὀρθῶς, Verr. Accus. I. 5, 13. Illa vero, quae ablativum et praepositionem *secundum* permutari patiuntur, innumera sunt eaque memorare supersedeo.

consuetudine communis sensus] Spaldingius olim ad Quintil. I. 2, 20. et suum scriptorem et hunc Ciceronis locum non recte intellexit seque ipse post improbavit, cum communem sensum τὰς κοινὰς ἐννοίας, quod omnes sentiant cum in veritate rerum iudicanda tum in honestate significari putasset; dissimiles igitur etiam sunt loci ab eo comparati Fin. IV. 27. Off. II. 10. de Or. III. 29., ubi *communis prudentia opinio mens* reperiuntur. Melius Heindorfius ad Hor. Serm. I. 3, 66. omnium hominum de qualicunque re cogitandi et iudicandi morem et rationem interpretatur, quam sequantur om-

nes eodem consortionis et societatis communione iuncti; idem dicitur eodem vocabulo Planc. 13. de Or. II. 16, 68.

IV. 13. *praemiis ad perdiscendum amplioribus*] *ad perdiscendum* cum pertineat ad verbum *permovendi*, interposito dicto adverbiascente *praemia ampliora* durius divelli videntur. Exstant tamen similia. *hanc quaestionem te praetore de manifestis maleficiis — haud remissius sperant futuram* p. Rosc. Am. 5. *annulumque de digito suum tibi tradidit* 49. *evertisti miseras funditus civitates* in Pis. 35, 86., quod nostro illi, unde egressi sumus, exemplo plane simile, modo quod verbum praecedit, cum in illo postremum locum occupet. *Lentulo nostro egi per literas tuo nomine gratias diligenter* Divers. I. 10. *tuis incredibiliter studiis erga me muneribusque delector* III. 9, 3. *sibi in somnis quaesturam petenti Tiberium fratrem visum esse* Divin. I. 26. *convenientem hostiam rebus suis* II. 15. *forum plenum et basilicas istorum hominum videmus* Accus. Verr. V. 58, 152. *optima in spe puerum repositum* Att. XIV. 13. A. 2. *castra eodem die Hispanorum praeter reliquam praedam cum tribus ferme millibus hostium capiuntur* Liv. XXVIII. 34, 1. *omnis ex fuga Suessionum multitudo in oppidum proxima nocte convenit* Caes. B. G. II. 12. Etiam adverbia et adverbialiter dicta plura aliis mediis dirimuntur. *ut omnino quod te audisse dicis nunquam audieris* de Or. II. 70, 285. *non ita tecum multum fuerunt* boni codd. habent Accus. in Verr. II. 20, 49., quos iniuria contempsit Zumptius. Illa autem exempla, quae adverbium propter vim significandi in principio sententiae monstrant aut ad finem reservant verbo postpositum, multitudine sua pervulgata omitto.

summa dicendi vis et inventa est perfecta] Minime considerate Schuetzius *etiam* scripsit pro *summa*; nihil enim, cum inveniatur, statim esse summum, nec summum adhuc perfici posse. Iure excusat Muellerus *invenire* explicans *excogitare*, *perficere* autem *plane ad cogitatae speciei similitudinem effingere*. Ego *invenire* interpretandum puto *exemplo suo ostendere*. Alterum Schuetzii argumentum plane claudicat. Potest aliquid natura esse *summum*, id est plane

egregium, et tamen perfici arte literis usu; ut eloquentia in Crasso et Antonio summa inesse visa est et tamen perfecit eam Cicero. Ceterum Athenae inventrices et cultrices eloquentiae dictas vides etiam in Bruto 7, 26. 13, 49.

viguerunt] id est *vehementer sunt appetita, studiose tractata.* *Vigere* vim habere ingenitam et procreatricem cum significet, *florem*, qui est signum et species summi vigoris, gignit. *Viguisse studia rei militaris* apud Catilinam Cicero dixit Cael. 5.; erat enim Catilina natura factus ad munus ducis et laudis bellicae cupidus. Philonem *doctorem* tum maxime *in Academia viguisse* legimus de Or. III. 28, 110., erat enim magister et ingeniosissimus et eloquentissimus, ut studiose audiretur.

rationis ignari, qui neque — viam — neque praeceptum artis] *ratio* est *via* elequentiam discendi *rationalis*, *μέθοδος λογική*; diciturque eodem sensu, quo *via et ratione facere cogitare exsequi*, de quibus multa dixere Manutius ad Epp. ad Divers. I. 9. Gronov. ad Terent. p. 46. Frotsch. Goerenz. ad Fin. p. 115. Klotz. ad Tusc. II. 2, 6. Buechner ad Roscianam p. 312., ut fallantur tamen qui *ratione et via* semper hoc modo iungi, non inverti dixerunt. Nam *via et ratione* Cicero dixit Fin. II. 1. 3. de Or. I. 21, 97. Verr. Act. I. 16, 48. Accus. V. 58, 151. Cael. 20. et Quintilianus V. 1, 3. Hic *ratio* generale est, cui subiiciuntur duo, *praecepta artis*, quae tradi ore et addisci possunt, et *via exercitandae facundiae*, non temere instituta illa, sed cum ratione et ipsa congruens ad acuendaque discentium ingenia accommodata. Aliquando *ars* (*Theorie*) et *via ac ratio* (*Methode*) opponuntur inter se, sciteque id fecit Auctor Rhett. ad Herenn. I. 2.

15. *exposita praemia — ad gratiam*] altera scriptura *proposita* in nullo codice reperta cum manifesto debeatur vetusto cuidam Ciceronis sive correctori sive editori, qui id apud scriptores antiquos saepe legisset, dignum patronum invenit, quem semel antestari satis est, Kunissium. Qui quod *exponendi praemii* unum solum exemplum cognitum esse pronuntiarit idque alia vi praeditum p. Quinctio 23, 74., pru-

denter fecisset, si addidisset *a se* cognitum. Nam neque addita illa *ad imitandum* vim vocabuli mutant, ut in nostro loco *ad* perperam intellexisse ille videatur, et plane ut illud ex Quinctiana *factum* dicitur *expositum ad imitandum* Phil. II. 44., paulo aliter *mors exposita victo,* ut utrumque tamen *proponendi* vim habeat. Deinde *hoc exemplum sit expositum* legitur de Inv. II. 4, 14. et *vitam suam iuventuti exponere ad imitandum* ex Cicerone apud Nonium c. II. p. 375. Iam *ad gratiam ad opes ad dignitatem* sunt *sive gratiam sive opes sive dignitatem spectes.* Ita *ad consolationem mihi commune* Cicero dixit Divers. VI. 4. longe diversum ab illo *ad haec una consolatio est* Att. XV. 1., quod dictum est sicut *responsum ad literas; ad famam turpius* de Or. II. 49, 200.; *ad speciem magnifico ornatu, ad sensum cogitationemque acerbo* Verr. Accus. II. 22, 58.; *beneficium ad animi mei fructum permagnum* Rull. II. 2.; *ad severitatem lenius* Catil. I. 5, 12.; *insignis ad deformitatem puer* III. 8, 19., unde emendaturus Tacitum similiter erat Lipsius Ann. XIV. 16. Sic interpretare de Or. II. 2, 9: *hoc etiam spe aggredior maiore ad probandum* i. e. si de probando agitur, maiore, s. quod probationem attinet. Nam *aggredior ad hoc probandum* componi vetat verborum ordo. *multa ad veritatem admirabilia* Legg. II. 13, 33.; *quaestio ad agnitionem animi pulcherrima* N. D. I. 1, 1.; *asperrimos ad conditiones pacis* Liv. XXII. 59, 7. De formulis dicendi *timidus ad, caecus ad* similibusque quaedam attulit Kuehner. ad Cic. Tusc. III. 5, 11., de locutione *ad cetera,* quae eiusdem generis est, conferri potest Drakenb. ad Liv. XXXVII. 7, 15.

ceteris hominibus] nihil usitatius illa figura, qua quae hominum sunt cum hominibus ipsis comparantur *μετωνυμικῶς;* tamen elegantis iudicii viro Ernesto adeo visa est intoleranda, ut *hominibus* delendum censeret. Henrichsenus advocat testimonia ex his libris I. 6, 23. 44, 197, et Off. I. 22, 76. ibique Heusingero et Beiero notata, item Buttmannum ad Quintilian. XII. 7, 3. Ab Heusingero collatis exemplis de Or. II. 1. et 89. in Pis. 9. Tusc. I. 1. Liv. IX. 10. 21, 11. Plin. Paneg. IV. 4., et a Garatono ad Sull. 26,

72 (is contulit Fin. V. 12, 34. Flacc. 26, 63.) item a Kuehnero ad Tusc. I. 1, 2. et Kritzio ad Sall. Catil. p. 245. et antiquiorum et doctiorum addi potest auctoritas I. Fr. Gronovii ad Liv. Epit. XCVII. Obss. IV. 8. p. 402 Frotsch. Cortii ad Lucan. IV. 474. VII. 100. Wopkensii et Handii Lectt. Tull. p. 189.; item Liviana exempla *succedere caritati Hieronis* XXV. 5, 1. et *segregare civitatis causam a Polyarato et Dinone* XLV. 23, 9., Ciceroniana Or. 12, 41: *maiore mihi ingenio videtur esse* (Isocrates), *quam ut cum orationibus Lysiae comparetur.* Et *a quo homine iamdudum non aberrat oratio tua* de Or. II. 36, 152. i. e. convenit cum eius placitis.

aetatum temporum] septem deinceps vocabula finita vides insuavissimi soni litera, cuius rei exempla sunt etiam in limatissimo libro Oratore 7, 23. 12, 39. Sex exeunt in sigma Or. 13, 41. v. Orellium ad Plancianam p. 158.

sed enim] longe lectior scriptura, quam ex optimis libris vulgatae *sed nimirum* subrogavi. De particularum illarum iunctarum vi v. Hand. de Part. Lat. I. p. 444. II. p. 396. et plura ap. Oudendorp. ad Apuleii Apol. p. 496. Vides apud Ciceronem Arch. 3, 5. Quintilianum VII. 1, 49.

V. 16. *rei quandam incredibilem*] Muellerum, cui placebat ordo contrarius *incredibilem quandam*, qui Graecorum proprius est *μέγαν τινά, καλόν τινα* dicentium, refutat Orellius pluribus exemplis intensivae illius, quam male quidem vocant, significationis adhibitis; horum librorum sunt I. 19, 85. II. 28, 125., quibus addi potest Mil. 37, 101.

17. *constructione verborum*] hoc apud artis scriptores Latinos semper significat ordinem concinnum et numerosum et artificiose elegantem; ita *verborum* dicitur *apta et quasi rotunda constructio* Brut. 78, 272. eaque cum apto verborum delectu componitur Partt. Or. 21, 72. et cum verborum copia Or. 12, 37. Idem est *oratio structa* Or. 5, 20., quod quidem Ernestus coniectura reperit, cum legeretur *instructa; structa collocatio* 70, 233.; item *structura verborum* s. *orationis* Or. 44, 149. opt. g. orat. 2, 5., et hoc quidem etiam Quintiliano frequens, cum *constructionis* nomen

apud eum non reperiatur. Sed scriptor ad Herennium *constructionem* simpliciter dixit ordinem s. positum verborum IV. 12, 18. Quod *electionem verborum* hic dixit Cicero, cum longe usitatius sit *delectus*, mirari subit; nec in rem est, quod de *deligendi* et *eligendi* discrimine attulit Bremius ad Nep. Pelop. II. 2., quem Kritzius sequitur ad Sall. Catil. p. 35., illud cum significatione aut usus aut facultatis rei gerendae dici, hoc autem simpliciter. Mihi *electio* videtur dicta, quod proxime sequitur *constructio*. Quod si verba *deliguntur*, simul inest eleganter et concinne cadentium significatio.

expromenda] „eleganter et venuste a propria verbi notione videtur huc verbum translatum, quod recludere et proferre in lucem quae seclusa et recondita erant significat." *Brutus*. Plane, ut hic, in Oratore 36, 125. dicitur *causa, in qua vis eloquentiae possit expromi*.

18. *tenenda — est*] *est* secundum antiquiores quasdam edd. ab Henrichseno exclusum defendemus in explicationibus ad III. 29, 111. *Antiquitatis*, id est rerum gestarum et institutorum morisque publici *cognitio* oratori maxime necessaria ponitur infra 34, 158. 46, 201. Brut. 59, 214. 77, 267. eodemque spectat illud ambiguum *iter antiquitatis* de Or. I. 60, 256. Harum rerum peritiam in T. Aristone laudat Plinius Epp. I. 22, 2.

plura dicam] neque Ernestus recte iudicavit *plura* pro *multis* Ciceroni non dici, adversus quae disputat Heusingerus ad Off. III. 32, 9., nec Schuetzius assumens *quam opus est* s. *quam de ceteris dixi*; debuit *quam nunc dico*; quippe paucissimis rem expediens.

thesauro rerum memoria] idem vocabulum memoriae imposuit scriptor Herennianus III. 16, 28.; sententiam expressisse videtur Quintilianus XI. 2, 1. *Inventarum et cognitarum rerum* etsi memoria custos bene dicitur, cum omnino duplex sit sciendi ratio, ut aut ipsi excogitemus aut ab alio discamus, tamen librorum plerorumque scriptura non minus rectam sententiam habet. *Cogitata* enim hic non sunt *excogitata*, quae ab *inventis* non differunt, sed *perpensa*; haec

ante inventa esse oportet, ut meditatione accuratissima elaborari possint.

magistris, quibus utuntur omnes] id praeceptum iam C. Gracchus Menelaum Marathenum audiendo consulendoque et post oratores praestantissimi secuti sunt, ipse Cicero et quos erudivit, Caelius Calvus Brutus, de cuius variis studiis et exercitationibus honorificentissimum testimonium exstat in libro de claris oratoribus 97, 332; omnium autem maxime suadet Quintilianus. Nam quid habet decimus liber Institutionis, nisi commendationem optimorum in omni genere scriptorum, quibus recte noscendis plus lucri faciat orator, quam et disciplina et usu? Hi sunt magistri omnium minime vulgares, si quidem Romani antiquiores literas despectui habebant et ne postea quidem multum operae lectioni dederunt.

VI. 20. *ac mea quidem sententia*] utitur hoc loco Quintilianus II. 21, 14. eoque spectat longa Crassi disputatio de Or. III. 15 sqq.

quae nisi sint — cognita — habeat] emendationem librorum ope perfectam ut explicemus et defendamus, in vulgari scriptura ineptum esse dicimus *oratio inanem et puerilem elocutionem habet.* Intelligi posset, si de certa in certaque causa oratione poneretur; nunc non aptius est quam *λόγος ἔχων λέξιν.* Quippe oratio ex inventione et elocutione constat, quae Quintiliani verba sunt VIII. prooem. 6.; quorum si alterum deest aut male tractatur, iam non est oratio. Sed in nostra scriptura *elocutio* non dicitur artis vocabulo *φράσις ῥητορική*, sed vulgari; *elocutio* est *eloqui, proferre verbis, τὸ λέγειν,* et sensus hic: *nisi sint quae orator cognoverit perceperitque, inaniter et paene pueriliter dicet* sive *inania eius verba erunt.* Ita plane rhetor Herennianus IV. 32, 43: *circuitio est oratio rem simplicem assumptam circumscribens elocutione*, i. e. verbis, et Quintilianus *argumenti elocutionem* dixit V. 14, 1. Similiter alia etiam nomina a verbis in re oratoria usitatis ducta verborum ipsorum substantive dicendorum locum invaserunt. *Dictio* id quod *dicere, orationem habere, τὸ λέγειν* significans receptum est et iam

quasi legitimum; *actionem* de habenda oratione frequentat Quintilianus, velut *ante actionem* dicitur *πρὸ τοῦ λέγειν* VI. 5, 4. *in actione* VII. 10, 13. XI. 3, 88. et plurali numero XI. 2, 47. XII. 13, 2. Plane contra *agere et meminisse* pro actione et memoria de C. Curione posuit Cicero Brut. 60, 216.

21. *oneris imponam*] post haec Manutius et Muellerus distinxere media includentes illa *nostris — urbis ac vitae.* Sic scire velim, cui onus imponatur tandem, nisi oratoribus imponatur. Lambinus transpositione usurus erat *praesertim* ponens post *in hac.* Schuetzius et Henrichsenus inciderunt post *oratoribus*, importune divellentes quae coniungenda erant. Sunt enim sequentia verba *in hac tanta occupatione urbis atque vitae* adverbii munere praedita causamque continent cur Romanis potissimum oratoribus id oneris impositurus non sit. Adverbiascentia autem distinguendo a sermone avellere ratio non est.

videtur] re iterum iterumque considerata inspectisque multorum locorum scripturis, quales in libris exstant, in sententia persevero olim ad Brut. 30, 115. prolata, *quanquam* cum coniunctivo modo Ciceroni indictum esse; addo Livio etiam et Caesari. Nec moveor contra disputantium multitudine *ἀκρίτως* altero alterum exscribente de codicumque praesidiis, sine quibus ea et iudicari nequit, minime sollicitis. Quorum nomine coacervarunt Kuehner. ad Tusc. V. 30, 85. Kritz. ad Sall. Iug. p. 16. Sed de Sallustio non pugno. — Idem ac nos sentit et pluribus de ea re exposuit Bakius ad de Or. II. 1, 1. Ceterum utitur hoc loco Quintilianus II. 21, 5. cf. Cic. de Or. III. 14.

22. *partitionem quandam artium — dictionibus — iudiciorum ac deliberationum*] locus multum vexatus. Schuetzius deleverat *artium;* non enim de omnium artium, sed de oratoriae partitione agi. Muellerus secundum quorundam codicum vestigia corrigebat *separationem quandam partium;* pessime quidem. *Pars* enim *dicendi* sane vocari potest illa, quae in forensibus iudiciorum disceptationibus versatur, sed *partes discendi* neque sunt omnino eloquentia

deliberativa et iudicialis, neque eae partes separari possunt, sed universae eloquentiae partitio institui. Dissimillimus huic locus est de Or. III. 33, 132. Non displicet tamen eidem Muellero Goerenzii quaedam interpretatio artem communem dicendi in plures artes divisam esse a Graecis. Id vero in verbis non inest. Si quis enim exercituum partitionem instituere dicitur, num unum exercitum partitur an plures? Hoc, credo. Non verior est Orelli ratio *rhetoricam artem*, quae etiam Graecis *τέχνης* nomine vocetur, significari. Quomodo enim sic pluralis constat? *Artium partitio* igitur dicitur, quod, cum antiquitus eloquens omnes tenere iudicaretur, post divisis muneribus singulae singulis studiosis attributae sunt; ut de philosophia dicere non oratoris amplius, sed philosophi munus existimaretur. *Ceterae dictiones* deinde suspectae erant Ernesto et A. Matthiae. Is in Seebodii Misc. Cr. I. p. 676. quaerit, si haec sola genera oratori reliquerint, quaenam *dictiones ceterae* vocari potuerint, cum in tres partes divisa eloquentia solum genus dicendi demonstrativum reliquum sit. His respondet Henrichsenus: „*ceterae dictiones* non sunt genera dicendi, sed *dictio* est actus dicendi, modus loquendi, s. oratoriae facultatis genus (addo *ostendendae*). Igitur *ceterae dictiones* sunt cetera, quae dicendo perfici et explicari possunt.“ Bene cetera, dum postrema exceperis. *Dictiones* primum sunt actus dicendi, *λέξεις*, deinde rationes et opportunitates dicendo facundiam probandi, *τρόποι τῆς ῥητορικῆς ἐπιδείξεως*. *Forenses* autem disceptationes non sunt iudiciales, sed cum rebus publicis coniunctae, *πολιτικαί*, facta tralatione a rebus palam gestis ad publicas. Ita *res forenses* dicuntur et *homo forensis* rustico et negotiatori opponitur Quintiliano V. 10, 27. Sic ne Vossii quidem coniectura *deliberationibus* egebimus.

23. *ab incunabulis*] „hic locus non ita intelligendus est, quasi Cicero ipsa praecepta Romanorum, non Graecorum esse dicat. Hoc significat, non nunc vulgarem se tradere artem rhetoricam, qualem libris, qui sunt de inventione, comprehenderit, sed Aristotelis aliorumque Graecorum praecepta,

quo maior eorum sit auctoritas, Crassi et Antonii personis tribuere." *Henrichsen. Veterem et puerilem doctrinam* vocat, qua et ingenui Romanorum pueri uti solebant et ipse erat usus.

non quod — neque ea] Muellerus et Matthiae diss. de anacoluthis apud Ciceronem plura dant huius locutionis exempla, Tusc. II. 23, 56. Rull. II. 1, 1. Dicitur etiam *non eo quod* Fin. II. 8, 24. *non ideo quod* Rull. III. 2, 4. *non quia* Fin. IV. 23, 62; item *non quo, οὐχ ὅπως*. Sed anacoluthon hic nullum agnosco, modo paulo liberius flexam orationem. *Ea*, cum praecessisset *illa*, Schuetzius ut abundans expunxit. Abundat quidem, sed ea iusta delendae voculae causa non erat. Vide quae dabimus ad II. 17, 72.

VII. Sequitur prooemium alterum, non totius operis, sed dialogi iam narrandi viam muniturum. Anno enim urbis 663. L. Marcio Philippo Sex. Iulio Caesare Coss. socii civitatem Romanam petentes cum vi acturos quae cuperent coniurassent, M. Livius Drusus tr. pl. legibus suis senatum et populum inde a Saturninianis temporibus sibi invicem infensos conciliare studebat. In quo negotio Philippum consulem ita adversum habuit, ut is plebis urbanae praesidio subnixus etiam in senatum et optimates concionibus graviter inveheretur. Sed cum Drusus iudicia aequis partibus inter senatum et equites divisurus trecentos equites senatui additurus sociisque civitatem, quo firmiore fundamento res publica superstrueretur, concessurus esset, senatus paulatim ab illius consiliis deficere et Drusus iam apud neutram factionem satis auctoritate valere coepit. Hoc est quod tribunatum Drusi *infringi et debilitari* coepisse Cicero dicit. „Hic autem sermo habitus esse fingitur ludis Romanis, qui annui a Tarquinio Prisco instituti eidem appellati sunt magni sive maximi (Cic. Rp. II. 20. Liv. I. 35.). Celebrabantur ab aedilibus curulibus (de Or. I. 13, 57. Verr. V. 14, 36.) Iovi Iunoni et Minervae pridie Non. Sept. dies octo (de Or. III. 1, 2. et Calendar. vet. ex aedibus Maffaeorum in thes. Gron. vol. VIII.). Cum his confundendi non sunt ludi maximi votivi, quos primum bello Latino factos tradit Cicero

de Divin. I. 26, 55. cf. Liv. II. 36. Dion. Hal. VII. 68.“ *Henrichsen.*

L. Crassum] de rebus Crassi Antonii Cottae et Sulpicii exposuimus in historia eloquentiae Romanae olim cum Bruto Ciceroniano edita. „*Q. Mucius Scaevola Augur* C. Laelii gener cos. cum Q. Metello a. 637. iuris peritissimus usque ad summam senectutem civibus de iure respondebat. Cf. de Or. I. 45, 200. Phil. VIII. 10, 31. Ad eum Cicero sumpta virili toga a patre deductus est, ut ius civile disceret.“ *Henrichsen.* De sua cum Scaevola consuetudine plura periucunde narrat Cicero in Laelio 1, 1. Quod dicitur *Scaevola socer Crassi fuerat*, minime idem significat quod *erat*, quamvis ita visum Heusingero ad Off. III. 21, 82. Beiero ibid. Kritzio ad Sall. Iug. p. 227. Schuetzioque et Muellero, sed recte explicatum ab Orellio est, L. Crassi coniugem Scaevolae filiam illo tempore iam mortuam fuisse. Copiosius idem probavit in Iahnii Annal. Philol. vol. III. 4. p. 89. not. et Madvigius in disp. de Asconio p. 139. not. Ad sententiam conferri potest illud Ciceronis p. Sext. 3, 6: *ademit Albino soceri nomen mors filiae.* Exemplis a Madvigio allatis Henrichsenus addidit Nepotis illud Eum. 6: *Olympias, mater quae fuerat Alexandri* : quippe tum iam mortui.

25. *C. Cotta, qui — petebat*] Errorem eorum, qui tribunatum iam tum a Cotta gestum colligunt ex III. 3, 11. castigavimus secundum alios in commentariis criticis. Is post Crassi mortem lege Varia reus factus urbe cessit (Appian. B. Civ. I. 37.); rediit a 672. et consulatum adeptus est cum L. Octavio a. 679. Quod Muellerus dignitatis *futurae* pro *suae* scripsit, causam non habet. *Futura dignitas*, i. e. auctoritas ex honoribus bene gestis, iam per se intelligitur propter vocabulam *spei*: non speramus enim, nisi de futuris; *sua dignitas* non minus recte dicitur, quam illud Cic. Tusc. V. 20, 58; *Dionysius a filiabus ferrum removit instituitque, ut candentibus iuglantium putaminibus barbam sibi et capillum adurerent,* et Sallustii Iug. 49: *Iugurtha monet milites, ut sese suumque regnum ab avaritia Romanorum defendant.* Eodem ac Cotta anno natus erat P. Sulpicius Ru-

fus, qui quod *deinceps tribunatum petiturus fuisse* dicitur, id proximo vel proximis annis significat. Et is quidem magistratum magno civitatis malo, cum seditiosissimas tulisset leges, gessit anno 666., post hoc colloquium habitum tertio sive, ut veteres loquuntur, quarto.

26. *temporibus*] longe elegantiorem esse sermonem omisso pronomine, quod vulgo additur, perspicuum erit, si meminerimus *tempora illa* necessario significare proprie, *τοὺς καιρούς*, *τὰ πράγματα*; *tempora* nude dicta res periculosas, ambiguas, sollicitudinis plenas, etiam infortunia et calamitates. Sic *tempora amicorum* Cic. Manil. 1, 1. sunt reorum de capite periclitantium, *tempus necessariorum meorum* Div. in Caecil. 2, 5. Siculorum res sunt gravissime vexatorum et perditorum.

27. *omni sermone confecto*] Schuetzius paulo festinantius delevit *omni*, ut supervacaneum et ex proximis anticipatum. Inest autem significatio prioris ex rei publicae statu sollicitudinis et molestiae, quam familiari sermone perpensis omnibus tandem plane deposuerant, ut se iam totos hilaritati dare possent. Adverbiascit igitur *omni*, *δι' ὅλου*, *πάντως* significans.

dies inter eos curiae — convivium Tusculani] Opponuntur inter se *dies* et *convivium*; ille enim negotiis publicis dabatur, convivabantur autem vesperi. Sed cum *dies curiae* recte dicatur is, quo senatus habetur, et inde transferatur ad omnem, quo seria tractantur, ut in curia fit, aliter est in *die Tusculani*, quod significare oportet *qualis in Tusculano celebratur inter amicos*, *Tusculanum decens*, *ἡ πρέπουσα*, *ἡ ἀξία φιλικῆς ἐν Τουσκλανῷ διατριβῆς*. Cum enim *dies Tusculani* non dicatur proprie, ut *dies curiae*, dure etiam transfertur, nec fieret, puto, nisi propter oppositum. Animadvertit hoc solus interpretum Strebaeus; sed neque is similis usus exemplum protulit neque ego possum.

28. *in Phaedro Platonis*] p. 229 a. 230 b. cf. Ruhnk. ad Lex. Timaei v. *ἀμφιλαφές* p. 27. et Manutium ad Cic. Divers. II. 11, p. 254. Apte autem eo dialogo utitur, quod in eo de eloquentia copiose agitur. Maiore adhuc venu-

state, ut magis delectare solent inventa quam aliunde expressa, colloquii scena describitur in ieiunae ceteroqui disputationis prooemio Legg. II. 3, 6. *Platanus* propter formam et opacitatem Romanis erat in deliciis: v. I. H. Vossium ad Virg. Georg. II. 70. Plin. H. N. XII. 1. XVII. 15. Intpp. Hor. Carm. II. 15, 5. Gronov. Obss. I. 5. Quanti Hortensius homo luxuriosus platanum fecerit in vulgus notum est.

non tam ipsa acula] Schuetzius Goerenzii explicationem *hac ipsa acula* improbans quod rivulum tanta cum vi designari opus non sit, *ista* scripsit. Recte fecit de Goerenzio, sed male correxit. *Ipse*, cum notionem alteram alteri cum praeferentia quadam opponat, ut Graecorum *αὐτός* saepe adverbiascit et Germanorum sermone per *eben* s. *gerade* redditur. *Acula* autem *ipsa* dicitur, quod irrigatio praecipua est ad plantarum incrementa; haec autem platanus cum etiam nobilior quam pulchrior esset, Platoni, non irrigationi incrementa debebat.

durissimis pedibus] nam et *ἀνυπόδητος* incedebat, ut post etiam duriores faciebant Lacedaemonios et philosophorum Stoicos secuti, et saepe diem in eodem loco immotus perstabat.

VIII. Orsus sermonem Crassus cum magnifice laudasset eloquentiam tanquam civitatum moderatricem et omnium artium principem, Scaevolam adversum habet conditas et conservatas civitates a sapientibus, non ab eloquentibus defendentem; addit nec posse ab oratore postulari, ut omnium artium gnarus sit, nec id per philosophos fieri licere (c. 8 — 11, 45.). Sed respondet Crassus Graecis eandem sententiam tuentibus adversatus et facundiam sine copiosa doctrina inanem esse et vero intimos philosophiae, quibus quis ad permovendos hominum animos utatur, locos ad oratoris potius quam philosophi munus pertinere (c. 11 — 15, 64.). Oratorem igitur esse, qui qualiscunque res inciderit, eam oratione explicare scienter et eloquenter possit (c. 15 — 17, 74.).

qui cum ita esset exorsus] Turbavit hunc locum Pear-

cius, qui huius protasis apodosin capitis sequentis initio exstare pronuntiaret. Iure dicit Muellerus eam a verbis potius proximis *neque vero mihi* incipere; si quidem vera apodosis est, cum oratio obliqua in rectam deflectitur, quod genus facile anacoluthi speciem induit.

quo velit unde autem velit] qui non meminissent in incerta subiecti designatione facile assumi extrinsecus *aliquis*, correxerant *velis*, Manutius Pearcius Ernestus. His satis responsum est exemplis collectis ab Heusingero ad Off. praef. p. XLV. et Wopkensio Lectt. Tull. p. 3. ed. Hand. cf. Spalding. ad Quintil. II. 15, 12. 16, 19. Meyer. ad Orat. 25, 83. Eodem pertinet *inquit*, saepe illud *inquis* correctum, de quo annotarunt Gron. et Drakenb. ad Liv. XXXIV. 3, 9. Heusingerus ad Off. II. 19, 14. Zumpt. ad Div. in Caecil. 16, 51. Latinis hoc et Graecis scriptoribus commune; vide Perizon. ad Aelian. V. H. X. 21. Hemsterhus. ad Luc. Nigr. t. I. p. 63. Markland. ad Lys. p. 439. et si quos praeterea conduxit Fischerus ad Well. t. III. p. 1. pag. 263.

maximeque in pacatis — civitatibus] *Pacis* eandem *otiique comitem et iam bene constitutarum civitatum alumnam* Cicero dicit Brut. 12, 45., iniuria quidem, ut nobis videtur. Ne Athenis quidem Periclis tempore, quo priscae sanctitatis partem civitas cum summo rerum omnium flore coniunctam retinebat, maxime dominata eloquentia est maximique oratores orti, sed cum luxu et mollitie et largitionibus miscebantur et turbabantur omnia. Romae autem iam Crassi et Antonii aetate, quae *optima res publica* vocatur de Or. I. 1, 1. plurima vi et caedibus agebantur a Saturnino et Sulpicio, ut Gracchana tempora taceam. Summam deinde vim cum in Cicerone assecuta eloquentia est, Catilinae scelere et Clodianis seditionibus et trium virorum foedere quassatam rem publicam quomodo quis bene constitutam et otiosam vocare possit non video. Minus cupide haec iudicat scriptor de causis corruptae eloquentiae c. 37. — Ceterum *que* in *maximeque* satis defensum est a Goerenzio ad Acad. I. 6, 23.

31. *qui id, quod omnibus natura sit datum*] De hac virtute, qua homo bestias praecellat, Cicero olim pluribus verbis dixerat de Inv. I. 4, 5. Quae hic et §. 32. legimus Quintilianus expressit II. 16, 17. „Notissimum est quam eleganti metaphora hoc (de regendis populi motibus) ornaverit Cicero Planc. 6, 15., expressa a Demosthene: quodam modo iam praeiverat Homerus Iliad. *β*. 144: *κινήθη δ' ἀγορά, ὡς κύματα μακρὰ θαλάσσης.*" *Bakius.*"

32. *quid tam porro regium*] exstat infelix Muelleri coniectura *tam egregium;* quippe gradationem illam a Romanorum ore alienissimam esse nec eo sensu dictum videri *regium* a Cicerone. Verum cum *potens* praecesserit, *egregium* egregie profecto friget et ab augenda re alienissimum est. *Regius* autem et *regalis* s. regem decens frequenter commutantur; quod si Cicero non fecit, forte factum est: nihil est enim in utroque vocabulo poëtici coloris. *Regius* igitur et in bonam et in malam partem accipitur, velut *moles regias* Horatius dixit aedificia magnifica Carm. II. 15, 2. *regiam* famam Plinius H. N. XXXVII. 1. claram et ingentem, *regiam rem* vocat et *lapsis succurrere* et contra *scelus* Ovidius Pont. II. 9, 11. Fast. VI. 595; *superbum et regium* iunxit Plinius Minor Paneg. 7. Haec *βασιλικά* Graecis nominantur, quos expressit lepidissimus Plautus. Cicero si *regnare* de qualicunque potentia dicere potuit, dicere etiam *regium* ea vi potuit. Est autem inprimis regia res liberalem esse et munificum, cum afflictorum tuendorum et salutis publicae curandae causa regia potestas instituta sit. De *excitandis afflictis* conferre licet infra 37, 169. Id *erigere* dicitur Ciceroni Manil. 9, 23; *eversus* et *afflictus* iunguntur Sext. 2, 5. Quinct. 23, 74. Universe eloquentiae vim et laudes tractari videmus in his libris II. 9, 35. 56, 230. III. 20, 76. Brut. 7, 25. Inv. I. 3 sqq.

provocare improbos] quomodo *integros* in partem codicum invaserit, Henrichseni verbis in Comm. Crit. exposui. Bonis *improbi* non opponuntur solum perpetuo, sed etiam *lacessi* dicuntur Catil. III. 12., quem locum comparavit Pearcius. Id hic *provocandi* verbo significatur. *Provocantur,*

quippe ad pugnam, quo certius, cum ingenii armis impares sint, malorum consiliorum poenas dent. Ita Cicero Gabinium Pisonem Vatinium lacessivit gravibus orationum conviciis, *tectus* ipse, cum illi potentium virorum praesidio non niterentur. Aliter in Clodio res ei cessit. *Provocare* aliquem *maledictis* Cicero dixit Phil. II. 18.

hoc enim uno — possumus] haec omnia secludenda censet Bakius maxime ea de re quod *humanitati* ante adiudicatur *sermo facetus ac nulla in re rudis*, hic autem *sermo* universe. At *enim* non causam reddit, sed priora explicat fusius, significatque ἐπειδήπερ. Facetus autem et politus sermo tanquam summa hominis praestantia laudatur. Porro cur Bakio displiceant *sensa*, quae alias *sensa mentis* dicantur, et *exprimere* non video. *Sensa* dictis *exprimuntur*, ut figura mente artificis excogitata ceris aut argilla. Tutatur haec etiam Nonius v. *sensus* p. 433.

33. *dispersos homines — congregare*] Haec prooemio libri I. de Inventione copiosius tractata ante oculos habuit Quintilianus II. 16, 9. cf. prooem. libri I. §. 10. Sed non Ciceronis esse quae idem reprehendit III. 2, 3. satis probavit Spaldingius. Contra philosophiae eandem laudem mutata pro rei publicae tempore sententia tribuit Cicero Tusc. V. 2., ut proxima disputatione hic facit Scaevola. De homine bestiis propter vim animi praestante interpretes comparaverunt Aristotelis locum Rhet. I. 1, 12: *πρὸς δὲ τούτοις ἄτοπον, εἰ τῷ σώματι μὲν αἰσχρὸν μὴ δύνασθαι βοηθεῖν ἑαυτῷ, λόγῳ δ' οὐκ αἰσχρόν. ὃ μᾶλλον ἴδιόν ἐστιν ἀνθρώπου τῆς τοῦ σώματος χρείας.*

34. *comprehendam brevi*] *brevi* ex hoc loco enotavit Charisius p. 235. *Tempore* putabat subaudiendum Lambinus ad Divers. I. 9, p. 341 Klein. eaque de causa et hic et illic non multum aberat, quin corrigeret *breviter*, plane ut ad Plancianam notaverat 40, 95. Sed *brevi* dictum est secundum Graecorum *ἐν βραχεῖ* s. *διὰ βραχέων*, ut minime adverbiascat. V. Orell. ad Planc. l. c. et Wunder. p. 235.

IX. 35. *cetera — assentior*] tenendum est universe verba passiva et intransitiva cum accusativis quidem prono-

minum et adiectivorum adverbiascentibus coniungi, sed non cum nominibus res significantibus. Dixit Cicero *quicquid subveneris* Divers. X. 5. *ne quid obsint* Q. Fr. III. 2. *si aliquid delectare* Att. IV. 16. *illud te esse admonitum* volo Cael. 3, 8. *quod ego favisse tibi fateor* Phil. II. 9., quem locum corrupit Ernestus; *persuadere aliquid dicendo* de Or. I. 51, 223. *vos id dubitabitis* Font. 6. *iam illud ne disputo quidem* Rull. II. 25. *unum studetis* Phil. VI. 7, 18. *id gaudere* Divers. XV. 2, 5. *stomachor omnia* Att. XIV. 21, 3. *assentiri* cum tali accusativo de Or. I. 20, 91. 28, 126. II. 56, 227. III. 58, 184; *quod certatum esse accepimus* de Or. I. 39, 177. *quod arguare* III. 19, 70. *quicquid progredior* et *quicquid cessisset* Livius habet XXXI. 1, 5. et XLII. 50, 4. Tetigit illam rem, non explicuit Gernhardus ad Cic. Lael. 25, 93. Alia ab his sunt *Isthmia vincere* s. *coronari* Graecanicum, v. Schmid. ad Hor. Ep. I. 1, 24. et rursus diversa *mortem laetari* v. Cort. ad Sall. Catil. p. 315., id enim est laetitiam testari ore et verbis; *aliquem aliquid obsecrare* Cic. Quinct. 31. secundum verborum dicendi similitudinem dictum.

aut de C. Laelii — aut huius — aut arte aut gloria] notabile *aut* aliquando ita geminari, ut sententiam membratim (*κατὰ κῶλα*) divisam postea incisim (*κατὰ κόμματα*) carpat; ita semel divisa iterum divisionem patiuntur. Infra 42, 149: *si enim aut mihi facere licuerit — aut alius quispiam aut me impedito occuparit aut mortuo effecerit ut* sqq. Pis. 39, 94: *res ipsa et rei publicae tempus aut me ipsum, quod nolim, aut alium quempiam aut invitabit aut dehortabitur.* His durius est Sext. 10, 24: *si gladium parvo puero aut si imbecillo seni aut debili dederis.* Considera etiam quae statim §. 36. leguntur.

initio] *ab* a Pearcio et recentiorum plerisque recte deletum nuper defensorem reperit Pearcii decretum verissimum *ab initio* tempus aut accurate definitum aut ad loquentis usque aetatem pertinens significare refutaturum cum interpretatione Germanica *vom Anfange an*, tum exemplo Ciceroniano Q. Fr. I. 1. 6, 18. Et hoc quidem clare probat

quod Pearcio placuerat; in illa autem interpretatione scire velim quid sit *Staaten vom Anfange an gründen.* Prudentibus nunc lis dirempta videbitur libris optimis omnibus praepositionem ignorantibus; illis autem, qui ad lucem caecutiunt, mederi nemo potest.

humanitatis] *παιδείας.* Cic. de Or. I. 60, 256. II. 1, 3. 10, 40. Mur. 19, 61. inprimis v. Gell. N. Att. XIII. 16. Varronis auctoritate subnixum.

36. *in constituendis aut in conservandis*] quomodo homini in mentem venire potuerit commenticiam scripturam *instituendis aut conservandis* omissa utrobique praepositione non modo aptiorem orationi Ciceronianae dicere, sed etiam Klotzii auctoritate ad Lael. p. 170. munire, nemo dixerit. Is enim vir in disputatione illa quamvis prudenti longe alia et dissimillima quidem tractat. Praepositionem, si abesset, non desiderarem, sed codd. tuta est. Sed nego et pernego *civitatem instituere* usquam significare *κτίζειν,* id quod sententia postulat. *Instituere civitatem* legitimum est de forma rei publicae et imperii genere, *constituere* de condenda et firmanda civitate. Ut hic, ita in eadem plane sententia exsequenda *constituere rem publicam* dixit Cicero Brut. 12, 45. *urbem* Inv. I. 2, 3. Contra eo, quo diximus, sensu *instituere civitates* legitur de Or. I. 19, 86.

37. *Sabinorum connubia*] callide Scaevola, vim eloquendi cum prudentia comparatam elevaturus. Paulo apertius Cicero Rp. II. 7. *novum quoddam et subagreste consilium* appellat.

38. *Ti. et C. Sempronios, quorum pater*] Ti. Sempronius P. F. propraetor Hispaniae a. 575. non magis gestis quam sapientia et sanctitate claruit; v. Liv. XL. 35. 44. 47. XLI. init. et duobus annis post triumphasse videtur. Is moderationis tantam memoriam reliquit, ut quadraginta annis post Numantini Romanorum perfidiam perosi cum nullo nisi cum eius Tiberio filio foedus facere vellent. Consul Sardos vicit et post triumphavit iterum; Liv. XLI. 8. 12. 17. 28. Censor a. 585. cum C. Claudio Pulchro libertinos dudum in quatuor urbanas tribus coniectos, sed clanculum in

rusticas transgressos quanquam modice repugnante collega in unam Esquilinam transtulit. Sic clare Livius XLV. 15., quod minus accurate Cicero de omnibus quatuor urbanis tribubus interpretatur. Quanquam consilium eius libertinos suffragio plane excludendi fuisse nec nisi collega obsistente abiectum videtur. Iterum consulatum gessit a. 591. Ex Cornelia P. Africani filia Ti. et C. Sempronios Gracchos sustulit. Suo consilio Romanam eloquentiam cupidius extollendi inserviens Cicero in Bruto 20, 79. illum *non gravem modo sed etiam eloquentem virum* dicit fuisse. Verba *publicis rebus — importata* enotavit Nonius v. *importatum* p. 130 Merc.

nutu atque verbo] haec paucorum codd. non vera fortasse, sed verae similis scriptura displicebat Muellero de Iove summo comparato cogitanti et summi imperii notionem a sententia alienam iudicanti. Quasi summo imperio se accommodantis sit *se ad alicuius nutum convertere*, quod de se dicit Cicero Divers. III. 10. aut quod *oratores se ad auditorum arbitrium et nutum fingere dicuntur* Orat. 8, 24.

rem publicam dissipaverunt] minime de rei publicae statu concutiendo evertendoque cogitandum, ut Muellerus vult. Perapta est translatio verbi de prodigis patrimonii dissipatoribus proprie dicti ad eos, qui opes civitatis inprimis in agro publico et vectigalibus positas largiendo et coloniis deducendis minuere vellent: sic certe optimatibus visum. Simillimum exemplum est M. Antonii, qui cum pecunias in aerario relictas effudisset, *rei publicae reliquias dissipavisse* dicitur Phil. II. 3, 6. De oratoribus rei publicae perniciosis etiam Quintilianus Ciceronis vestigia secutus loquitur II. 16, 4. et auctor dialogi de oratoribus c. 37.

X. 39. *aut omnino ab oratorum genere tractata*] clarum est illa verba *ab oratorum genere* communia esse huic membro et praecedentibus *aut inventa aut cognita sunt.* Cum igitur aut praemitti tribus illis membris debuerint, sic: *num ab or. gen. aut inventa aut cogn. aut omnino tractata sunt*, aut postponi, ad hunc modum: *num aut inv. aut cogn. aut omn. tractata sunt ab oratorum genere*, manifesta est

verborum traiectio, ὑπέρβατον, quam veterum exemplo etiam ad synchysin referre licet. Huius quaedam documenta ex Cicerone collegit Wopk. Lectt. Tull. p. 46. et 69. Eam rem paulo accuratius tractabo. Sunt igitur hyperbata primum verbi unius in eadem sententia traiecti. Talia Wopk. l. c. p. 69. attulit Tusc. I. 6, 11. V. 24, 68. ND. II. 17, 45. III. 15, 39. Addo *quae non tam mihi molesta est propter laborem* Legg. I. 4, 12. *erubescunt pudici etiam impudica loqui* 19, 50. si recte correxit Goerenzius. Divin. II. 15 pr: *convenientem hostiam rebus suis — ob ius dicendum pecunias acceptas* Verr. Accus. III. 88, 206. *qua virum excellentem* Brut. 15, 59. *mihi homo coniunctus* Phil. III. 10, 25. *huius Apsyrto fratri* ND. II. 19, 48. cf. *eius Palaemonem filium* ib. 15, 39. *his rebus mentem vacuam* Tusc. III. 4, 9. nihil hic egit Wopkensius p. 104. *nefarie Trebonio occiso* Divers. XII. 12, 1. *non de venalibus homines electos* Sext. 64, 134. Sed quod legitur Divers. XIII. 27, 4., *cum tuo Servio iucundissimo coniunctissime vivo,* cum cod. Med. habeat *iucundissime,* corrigendum est *iucundissime coniunctissimeque.* Sic dixit Plinius *vendideram vindemias certatim negotiatoribus ementibus* Epp. VIII. 2, 1. et Quintilianus *integerrime provincia administrata* XII. 1, 16. Duriora hyperbata sunt, cum alteri sententiae inseritur vocabulum duabus commune, ut aut praemittendum aut postponendum esset utrique. Id eo loco factum, unde egressus sum, factum et in his: *non modo senatum servire posse populo, sed etiam debere* de Or. I. 52, 226. *homines caros iudicibusque iucundos* II. 75, 304. *is igitur non modo a te periculo liberatus, sed etiam honore amplissimo ornatus non tam rerum inventor fuit, quam novorum verborum* Fin. III. 2, 5. *ex hac copia atque omnium rerum affluentia* Rull. II. 35, 95. *cum multis vulneribus militumque pernicie* Liv. XXV. 14, 1. *Orestillam commendo tuaeque fidei trado* Sall. Catil. 35. extr., ubi Cortius ἀκρίτως. Sed codd. quidam *tibi* addunt post *commendo. quemadmodum in patris filius, sic in hereditate filii pater esset immunis* Plin. Pan. 38, 2. Omnium autem durissimum, cum alteri sententiae insertum vocabulum est, quod

in coniuncta suum locum reperiret. *hac ipsa si tibi uti cupias non licet.* Verr. Accus. III. 76, 176.

40. *Ser. Galbam — M. Aemilium Porcinam — C. Carbonem*] Galba cos. a. 610. cf. Brut. 22. et nostra in Hist. Eloq. Rom. p. XXXI. sqq. M. Porcina cos. a. 617. Brut. 25, 95. nostra l. c. p. XXXIII. C. Papirius Carbo, cum seditiosum tribunum egisset, in consulatu ad optimates descivit L. Opimium C. Gracchi interfectorem laudando. Tamen acto consulatu a L. Crasso adolescente accusatus, cuius accusationis et causae et crimina ignorantur, voluntaria morte se periculo eripuit; Cic. de Or. III. 20, 74. Brut. 27, 103. nos l. c. p. XXXV.

praeter te, Crasse] aliquot locis, ut hic, iniuria in libris addita reperitur *o* alloquendi interiectio. Sed ea sic tantum legitimum et suum locum habet, cum non tam allocutio est in sententia, quam exclamatio, admiratio, contemplatio rei apud dicentis animum instituta, omnino aliquid ἠθικόν. Bene sic *o divina senatus frequentis in aede Bellonae admurmuratio* dicitur Accus. in Verr. V. 16, 41. *o magna vis veritatis* Cael. 20, 63. *o populi Romani excellens dignitas* Balb. 5, 13., quod indignantis est. *o scelus o pestis o labes* Pis. 24, 56. *o tenebrae o lutum o sordes* ib. 26, 62. quae etsi ad Pisonem diriguntur, tamen indignabunde exclamantis sensum indicant, velut *o poena o furia sociorum* 37, 91. *o di immortales* de Or. I. 41, 185. *o stultissime Aeeta* Tusc. III. 12, 26. *o mi Furni* Divers. X. 26. non *o* vertendum Germanice, sed *ach*, poteratque dici non minus recte Latine *ah mi Furni. O Q. Catule* Har. Resp. 43. mortui recordationem et memoriam infert. Etiam Har. Resp. 8. in verbis *vobis vero referentibus, o post hominum memoriam fortissimi atque optimi consules* ἦθος agnoscitur, ut in *o Africane* Somn. Scip. 8., cuius loci elocutio proxime etiam ad poëtarum sermonem accedit. Quod Davisius ad Tusc. V. 21, 61. dicit, ubi plerique certe codd. *o Damocle* scriptum exhibent, Ciceronem in locis de Graeco conversis ita loqui solere, aliis ab eo exemplis probatum non est, et

ne Cat. Mai. 22, 79., quae disputatio Xenophontis est, sic intelligamus, sententiae ratio prohibet.

sermonis disputatio] id est in explicando sermone per disputationem. Minus hoc recte intellexit A. Matthiae ad Manil. 15, 43. comparavitque adeo dissimillimis.

41. *multisque praeissem*] plerorumque scriptura librorum *praeessem* nuper a quodam explicata *multos me sequentes haberem* et ineptissima est nec intelligi potest quomodo *praeessem* in *praeissem* mutari potuerit; contrarium facillime potest. „Scaevola iuris consultus vocabulis a iure civili petitis utitur, quibus significet plura Crassum ad oratorem deferre, quam quae oratoris sint. *Praeire alicui* de rebus vel sacris vel profanis dicuntur ii, qui formulas vel praecepta dant minus perito; cf. Quintil. II. 5, 3. Gell. XIV. 2.“ *Henrichsen.*

interdicto] Gaius IV. §. 139 sqq: *Certis ex causis praetor aut proconsul principaliter auctoritatem suam finiendis controversiis praeponit, quod tum maxime facit, cum de possessione aut quasi possessione inter aliquos contenditur; et in summa aut iubet aliquid fieri aut fieri prohibet; formulae autem verborum et conceptiones, quibus in ea re utitur, interdicta decretave vocantur. Vocantur autem decreta, cum fieri aliquid iubet, velut cum praecipit, ut aliquid exhibeatur aut restituatur; interdicta vero, cum prohibet fieri, velut cum praecipit, ne sine vitio possidenti vis fiat.* Interdictorum formulae apud eundem sunt IV. 160. *Interdictum interponere* in simili sententia Cicero dixit Rp. I. 13.

manum consertum] unum verum est *manum*, non *manu;* significat enim *ad conserendam manum*, quemadmodum loco in ea re classico definit Gell. XX. 10. allato XII. tabularum testimonio, in quibus scriptum erat *si qui in iure manum conserunt.* Significat autem de quo disceptatur in re praesenti, sive ager est sive quid aliud, cum adversario simul manu prehendere et in ea re sollennibus verbis vindicare. Cf. Beierum ad Cic. or. p. Tullio excurs. III. Hunc locum, sed vitiose scriptum, enotavit Nonius v. *vocari* p. 189. Merc.

42. *Pythagorei — physici*] Democritii sane, ut Ionici philosophi omnes *physicorum* nomine dici solent, Pythagoreorum autem classico *μαθηματικῶν*, ut Eleatici *μεταφυσικῶν* cognomento distingui solent. Dicti autem physici, quod maxime in caelestium et terrestrium rerum natura et origine investiganda versarentur; v. H. Ritteri historiam philosophiae antiquae vol. I. p. 197. *Pythagoras* Samius Crotone scholam philosophicam condidisse fertur ol. LXII. 4. s. a. 529 a. C. *Democritus* Abderites natus ol. LXXVII. 3 (470 a. C.) vel secundum Apollodorum apud Diogenem Laertium IX. 41. circa ol. LXXX., vixitque ad ol. CIV. 4 (361 a. C.). Is *physicus* etiam paulo post vocatur c. 11, 49. — *Vindicare* est possessionem repetere. Ciceronis interpres, quem olim Asconium putabant, ad Accus. in Verr. I. 45, 115: *vindiciarum lis est, cum litigatur de ea re apud praetorem, cuius incertum est quis debeat esse prossessor.* Negat ferri hoc posse Bakius et coniicit *sua iure vindicarent;* fortasse recte. Sed quod idem ait *vindicare* de vindiciis agendis dictum abundare post *lege agere,* si verum esset, sine mora omnia explicandi gratia adiecta damnanda forent. Quippe vindiciarum actio litis intentandae causa est.

iusto sacramento contendere] i. e. ut tua causa iusta esset, ut p. Caecina 33, 97.; cui opponitur *iniustum sacramentum* Mil. 27, 74. Dom. 29, 78. Varro L. L. V. §. 180. Muell. *ea pecunia, quae in iudicium venit in litibus, sacramentum* (sc. dicitur) *a sacro. Qui petebat et qui infitiabatur de aliis rebus utrique quingenos aeris ad Pontificem deponebant; de aliis rebus item certo alio legitimo numero assum: qui iudicio vicerat suum sacramentum a sacro auferebat, victi ad aerarium redibat.* Haec excerpsit Festus v. *sacramentum* et Isid. Hisp. Orig. V. 24. cf. Gaium IV. 13 sqq.; rem explicuit Manutius ad Divers. VII. 32.

philosophorum greges iam ab illo fonte et capite Socrate] *greges* minime dici contemptim docent *amicorum greges* Fin. I. 20, 65. et *honestissimorum hominum greges* Sull. 27, 77. *Fons* autem philosophorum simili ab origine amnium et fluminum sumpto Socrates etiam Quintiliano dicitur I. 10, 13.

44. *coniungitur*] vera videtur haec plurimorum, sed si Pearcii codicem Z. et Lg. 32. exceperis, non optimorum librorum scriptura. „Scio quidem dici posse *rem contingi alia re*, nec solum proprie, sed etiam translate, ut Liv. XL. 14. *mea causa nihil eo facto contingitur*; sed cum Madvigio nego *dicendi vim* dici posse *aliqua arte nulla societate contingi.*“ *Henrichsen.* Sed *societate coniungi* et *coniunctus* usitata sunt, velut Brut. 1, 2. Catil. I. 13, 33.

XI. 45. *ex Macedonia*] *per M.* dicendum fuisse ait Bakius, etiam si verum sit terrestri itinere usum Crassum; *ex* enim provinciae ipsius, in qua quis magistratum gesserit, nomini addi. Ciceronem igitur memoriae lapsu Macedoniam pro Asia dixisse videri. Sed aberrare in re tam nota Ciceronis memoria vix potuit; nec necessarium puto *quaestor ex Macedonia* coniungi, sed potius *ex Macedonia Athenas*; quippe inter Macedoniam et Athenas nullo loco moratus Crassus significatur.

Charmadas] perpetua est huius nominis et *Carneadis* in libris confusio; ut plures horum librorum locos taceam, eadem exstat Acad. II. 6, 16. Fin. V. 2, 4. Orat. 16, 51., quae verba sanavit et explicuit Meyerus. Charmadam Clitomachum Metrodorum Carneadis auditores fuisse etiam Academicorum illo loco testatum est; Aeschinem autem Melanthii, qui ipse Carneadem audiverat, discipulum fuisse Diogenes Laertius dicit II. 64. Ut plerisque locis vera controversi nominis scriptura satis certo eruitur ex libris, ita ex temporum rationibus Carneadem a Crasso audiri non potuisse constat. Mortuus enim ille est ol. CLXII. 4. sive a. u. 625.: Diog. Laert. IV. 65.; Crassus quaestor fuit a. 645. ex Asiaque decedens Athenis moratus est; v. de Or. III. 20, 75. Copiose rem exposuit Pearcius; cf. Beier. ad Off. III. 2, 8. p. 196. — *Clitomachus* Carthaginiensis erat (Tusc. III. 22, 54.), *Metrodorus* Stratoniensis bene nosse Carneadem putabatur secundum Ciceronem Acad. II. 6, 16.; eumque Diogenes Laertius X. 9. ab Epicuro ad Carneadem transiisse tradit. Metrodorus *Scepsius* quo minus intelligatur, illud obstat,

quod hunc rhetorem in Asia sese audisse dicunt Crassus III. 20, 75. et Antonius II. 88, 360. Monuit Henrichsen.

Panaetii auditor — Mnesarchus — Diodorus] *Mnesarchus* et Dardanus tum principes Athenis Stoicorum erant; v. Ac. II. 22, 69. de Or. I. 18, 83. De *Panaetio*, quem Scaevola audierat (c. 17, 75., inde *tui* h. l. et 10, 43. *nostri Stoici*) copiose scripsit *van Lynden* libro Lugd. Bat. edito a. 1802. Vulgata dein scriptura *Peripatetici Critolaus et Diodorus* a Pearcio recte erroris convicta est. Fieri enim non potest, ut Critolaus legatorum ab Atheniensibus a. 599. Romam missorum unus post quadraginta et sex annos adhuc viguerit; ne vixisse quidem verisimile. Eius *auditor* autem vocatur Diodorus Fin. V. 5, 14.

46. *in aliquod pistrinum*] labor servilis frumentum pinsendi cum durissimus esset, non Comici solum saepe minantes dominos faciunt se malos servos aut fraudulentos a domestico famulitio in pistrinum amandaturos, sed Cicero eo vocabulo translate utitur ad operam gravem et taediosam significandam. Ita laborem causarum forensium Crassus cum vita in pistrino degenda comparat de Or. II. 33, 144. *Compingendi* verbum de carcere Comici crebro dictum habent, velut Plautus Amph. I. 1, 3. Mil. II. 1, 34. Rud. II. 6, 61. tralate de Pompeio stulte se in remotis locis abdente Cic. Att. VIII. 8.

47. *Gorgiam — in oratoribus irridendis*] constat a Platone scriptum Gorgiam non in oratores, sed sophistas. Verum etiam Quintilianus, ut Cicero, iniquius philosophum iudicat II. 16, 1.

homines Graeculos] transponendi nominis gentilis secundum bonos codices causa triplex erat. Prima, quod in *Graeculis* vis sententiae non inest, qua de re cum sono praeponendi causa non est; altera, ut accuratius colligentur quae mutuo vinculo cohaerent, *Graeculi cupidiores contentionis, quam veritatis:* est enim haec cupiditas gentilis consuetudo; tertia, ne quis *Graeculos* subiectum, *homines* oppositum esse putet, quod Henrichsenus fecit inter illa vocabula incidende.

Nego enim *Graeculos* substantive dici apud Ciceronem, nisi aut nude aut adiectivo addito.

48. *quid huic — abesse poterit*] huius verbi cum dativo dicti Ruddimannus p. 127. vol. II. ed. Lips. non habet nisi poetarum exempla, uno Varronis excepto R. R. II. 2. Ciceroniana sunt *hoc unum illi abfuit* Brut. 80, 276. *quid huic abest, nisi res et virtus* de Or. 70, 181. *nihil est enim, cui nihil absit* N. D. II. 13, 37. *quid abest enim huic homini* Balb. 4, 8. Quanquam de homine certe dativus aliter dicitur, atque ablativus cum praepositione. Hic enim simpliciter ab aliquo separatum esse aliquid significat nullaque cum eo communitate teneri; tertius autem casus non esse in alicuius natura positum, alienum, non possideri ab eo; ut eatenus differant *abesse* et *deesse*, ut in hoc etiam rei necessariae et desideratae insit adsignificatio. Ita haec inter se opposuit Cicero in Bruto l. c. idque sensisse videtur Handius de stilo lat. p. 243.

quam ei non conceditis] tu quidem, Scaevola, et quos sequeris philosophos. Iure sic bonorum codd. scripturam explicuit Heusingerus praef. Off. p. XLVII. (p. XXXVI. Zumpt.) Sed exempla ab eo collata de Or. I. 35, 160. ND. I. 18, 47. 19, 51. Fin. II. 31 pr. non simillima sunt, quia nomen unius, quem prae ceteris alloquitur alter, additum habent. Unum conveniret de Or. II. 4, 15., nisi *dicitis* scriptura libri Gu. 2. solius esset, estque is tenuissima fide liber. Et illius modi exempla plura conferri possunt: *Cecidit, ut in sermonem istum, Crasse, delaberemini* de Or. I. 21, 96. *sed quid hoc loco vos inter vos, Catule* II. 73, 295. *vos vero, Attice* Brut. 3, 11. ubi olim etiam Graecorum similia contuli. *ea quoque ipsa vos mihi, Q. Caecili, paucos ante dies ademistis* Liv. XXXIX. 28, 4. Nam Q. Metellus eius legationis princeps erat. cf. Forg. Alex. T. 190. Mitsch. Annek. zu Odyss. Tp. 17. Lobeck zu Soph. Aiax. 191. Haeck. zu Od. Col. 1108. Wallbaum zu Nat. Deorum p. 211.

50. *Chrysippum*] Chrysippus Solensis post Zenonem et Cleanthem tertius scholae Stoicae doctor obiit ante Chr. a. 206. De vita et doctrina scripsit Baguetus, Lovan. 1822. 4. „Academicorum et Peripateticorum in dicendo copiae Stoicorum exilitatem opponit Fin. IV. 3, 7. atque Cleanthem

et Chrysippum artem rhetoricam sic scripsisse dicit, ut, si quis obmutescere cupierit, nihil aliud legere debeat." *Henrichsen.*

XII. *compositam orationem*] id est structam et numerosam, cuius rei artificium in Oratore traditur c. 61. 62. a scriptore Herenniano IV. 12, 18. Ex compositione necessario gignitur *conclusa oratio* Or. 5, 20. i. e. bene concluso verborum circuitu; compositam eandem *vinctam* Quintilianus dicit IX. 4, 19. *solutae* eam opponens, quae non est prosaria, sed *dissipata* illa et *fluens*, ut Ciceronis verbis utar Or. 65, 220., confer *verborum apta et rotunda constructio*, quod in Bruto posuit 78, 272. *Verba componi et coagmentari* idem ad oratoriam elegantiam necessarium dicit et in Catone desiderat Brut. 17, 78. *Lene et nitidum et compositum* genus dicendi probat Quintilianus X. 1, 44. Quanquam aliis locis Cicero *componere* et *composite dicere* pro *disponendo* dictum ad sententias adornandas refert, velut de Or. I. 15, 64. 31, 142. cf. Ernesti lex. technol. Lat. p. 73. Kritz. ad Sall. Catil. p. 241.

51. *sonitus inanis*] idem dictum *inanes sonos fundere* Tusc. V. 26, 73., quibus opponitur *sonus rebus dignissimus* Empedocleae philosophiae Acad. II. 23, 74. *sonitus nostros* dixit verborum oratoriorum in inani re volubilitatem Att. I. 14. *eloquentiam cursu magno sonituque ferri* Or. 28, 97; quae omnia sumpta sunt a vi et fragore torrentis hiberno.

54. *proprius videtur*] qui scripturam librorum deteriorum nec plurimorum *putatur* probant, si quidem causam probandi habuerunt, *videtur* intellexerunt de Crasso loquente. Sed universe dictum est pro *vulgo videtur omnibus*, *πᾶσι δοκεῖ*. Id et ex additis satis clarum est, cum aliter interpretato *me auctore* videri debeat plane supervacaneum, et ex ipsa sententia. *Rem* enim philosophis concedit, *ornatum* oratori vindicat Crassus, postulat autem, ut orator philosophiam quamvis alienam artem calleat.

XIII. 55. *Aristotelem et Theophrastum*] exstat ars rhetorica Aristotelis. Theophrastus Eresius Aristotelis discipulus et in philosophia docenda successor magister Demetrii Pha-

lerei oratoris suavis quidem, sed non vehementis (Brut. 9, 37.) mortuus est ol. 123, 3 (286 a. C.). Scripserat librum, qui periit, *περὶ λέξεως* memoratum Dionysio Halicarnassensi de C. V. p. 212. et in Lysia c. 14. Diogeni Laertio V. 47. eodemque spectant Ciceronis verba Inv. I. 35, 61.

ne hoc — totum sit a me] id est *meum*, quippe a me oratore profectum. Muellero sumptum ex iuris doctrina videtur, cuius formulae sint *clam a me possidere* i. e. meum, *ab aliquo aquam ducere, ab aliquo habere;* Heusingerus ad Off. II. 16, 8. explicat *ad aliquem pertinere*, nec simili a loco egressus nec addito, quo modo id in praepositione insit; Harlessius *pro me, meae sententiae favet*, dissimillimum comparans *a testibus* et *contra testes dicere* Herenn. II. 7, quod non magis huc pertinet, quam *stare ab alicuius partibus*, etsi idem probat Handius Tursell. vol. I. p. 55. Sed usus ille praepositionis adeo pervagatus est, ut iuris periti eum ex communi totius latinitatis fonte desumpserint, non ab illis alii, significatque *ab aliquo oriri et proficisci aliquid.* Igitur *a* cum verbo substantivo dicitur de origine repetenda de Or. II. 70, 285: *ab hoc vero Crasso nihil facetius.* III. 15, 56: *ab hac similitudine Coruncanii nostri — fuerunt* i. e. similem originem auctoritatis et laudis habuerunt. Cum aliis verbis Att. V. 21.: *a me dare et solvere* i. e. ex mea re. de Or. I. 24, 112.: *a me aliquid promisisse* i. e. a mea parte dandum, non *mea sponte*, ut Schuetzius interpretatur. Att. XIII. 21. *se a te quintum de Finibus librum descripsisse* i. e. ex tuo libro. XVI. 7, 7.: *Antonii edictum legi a Bruto* i. e. a Bruto acceptum s. datum *παρὰ Βρούτου ληφθέν. aliquid a comitiis audire* Att. III. 15, 2., quasi a parte, ubi comitia sunt vel habentur, i. e. quae a comitiis profecta traduntur per ora hominum. Brut. 19, 77: *is, qui hunc minorem Scipionem a Paulo adoptavit* i. e. cum esset Pauli filius. Finitimum porro est *afferre exempla a Catone a Gracchis a Laelio* Script. ad Her. IV. 5, 7. i. e. Catonis, proprie ab eo profecta. Etiam *reperire aliquid ab aliquo* defendendum esse puto, etsi barbarum esse pronuntiavit Scaliger ad Varr. R. R. I. 1. Eodem pertinet notissima locutio *esse*

ab, de discipulis dicta, quorum magistri nominantur, ut *esse a Platone, ab Aristotele* v. Spalding. ad Quintil. IV. 2, 31., velut Cic. Fin. IV. 3, 7. Muren. 30, 63. de Or. II. 38, 160. Tusc. II. 3, 7. Off. III. 30, 116.; loquendi genere Graeco, de quo consuli potest Schaeferus Melet. Crit. p. 27. — Non omnia satis discernit Handius de Part. Lat. vol. I. p. 16 sqq.

non mutuor ab illis] Ne Cicero secum ipse videatur pugnare, cum in Oratore 3, 12. fateatur oratorem se, si modo orator sit, non ab rhetorum officinis, sed ab Academiae spatiis exstitisse, sunt qui illam Ciceronis esse, sed Crassi sententiam dicant: quasi non sua de oratore placita viris priore aetate clarissimis tribuerit. Sed ne pugnat quidem. Quippe in Oratore hoc dicit oratorem neque praeceptis rhetoricis fieri nec ulla re alia, sed nasci; iuvari autem longe magis philosophorum ubertate, quam ieiunitate magistrorum dicendi.

57. *in angulis*] quod vulgo praecedit *omnibus*, cum a libris bonis plerisque absit, exsulare iussi. Miror Muellerum, qui postquam comparavit locum de Or. II. 5, 21., quo *omnia gymnasia teneri a phisosophis dicuntur*, eodem verborum tenore *omnibus* cum vocabulo *rebus*, quod praecessit, coniungi vult. Mihi quidem haec inanis videtur loquacitas; *omnes* autem *angulos* a philosophis teneri, etsi *omnia gymnasia* teneant, recte dici non puto. *Angulos* posuit Cicero, ut privatam oblectationem hominum vanorum luci forensi opponeret. Illud *omnibus* haesisse videtur ex proximis, ubi omnia gymnasia et omnes philosophorum scholae clamaturae dicuntur.

exsanguique sermone] non displicebat olim codd. multorum, sed non optimorum sane scriptura *exiguoque sermone*; dici enim posse *exiguum* pro *tenui*, *λιτῷ*, *εὐτελεῖ* putabam. Sed id et sine exemplo videtur esse et duo habet cur posthabeatur, etiam si a librorum fide discesseris. Primum enim genus *tenue* etiam oratoris est pro re nata, nec apte dicitur contemptim; deinde figurae de sanguine nervorum et vigoris indice scriptoribus de arte oratoria frequentes sunt. Ne

dicam de *suco* illo *et sanguine* toties apud Ciceronem reperto, ipsum illud *exsangue* orationi tribuitur ab rhetore Herenniano IV. 11., vox quaedam (i. e. vocabulum) *arida et exsanguis* dicitur Gellio XIII. 20., Calvo oratori Cicero visus esse *exsanguis et attritus* traditur dial. de Orat. 18.

58. *de — iure civium generatim in ordines aetatesque descripto*] Lambinus unus intellexisse videtur quid in hac sententia obscurum insit; correxit enim *descriptorum*, et apte et ingeniose. Male rem gessit Ernestus *iure civili* corrigendo, de sententia plane securus. Muellerus Ernestum secutus haec scribit: *in certa genera pro ordinibus senatus equitum plebis et pro aetate iuniore et seniore distributo.* At cui auditum est senatores et plebeios (hi quoque senatores esse possunt), seniores et iuniores peculiare quodam *ius civile*, quod nos *privatum* dicimus, habere? Mira sane foret et inaudita iuris inaequalitas. Erat, cum verba *in ordines aetatesque* interpretando *iuri generatim descripto* a non intelligente quid esset *generatim* addita viderentur. Verum sic probanda esset scriptura *civili*, non *civium*, nec verba illa interpretis manum referunt. Igitur sic explico, ut spectet sententia *iura* civium *publica* singulis ordinibus et aetatibus *assignata:* sic enim intelligendum *descripta.* Alia enim senatus, alia populi iura, alia seniorum, alia iuniorum, quorum hi in comitiis priores rogari, sed ab illis moniti aliquando suffragium mutare solebant, ut ex Livio constat XXVI. 22. Hinc recte etiam Cicero p. Flacco 7 pr.: *quae scisceret plebes aut quae populus iuberet summota concione distributis partibus tributim et centuriatim descriptis ordinibus classibus aetatibus — iuberi vetarique voluerunt.*

Hyperidem] is cum Demosthene post Cranoniam pugnam destinatus, ut Macedonibus dederetur, sponte obiit ol. CXIV. 3 s. 322 a. Chr. n. Acumen ei et facetias tribuit Cicero de Or. III. 7, 28. Or. 26, 90. Nullae eius exstant orationes; olim secundum scriptorem vitarum X oratorum, quem Plutarchum ferebant, et Photium bibl. eod. 266. legebantur genuina duae et quinquaginta. De Lycurgo Solone

et Demosthene nihil addo; de hoc ad Ruhnkenium et Beckerum lecturos amando.

vel nostri decemviros — anteponant] veri simillima sane Manutii correctio *nostri*, cum in libris sit *nostros*, quod cum scribatur *nros* facile cum *nri* confundi potuit. Ferri autem non potuit, cum Graecorum nemo decemviros in prudentiae aut Galbam et Laelium in eloquentiae exemplum laudaturus fuerit. Praeterea Ernesto placebat traiectio *vel dicant Graeci*, cum non viderentur congruere sententiae *dicant vel Graeci — vel nostri anteponant*, sed utrumque *vel* suspendendum esse a verbo *dicant*. Sed non animadvertit verbis *anteponant decemviros Ser. Galbae et C. Laelio* variari elocutionem sententiae longioris, idemque significare, quod *dicant scisse melius*. Malim tamen a legi *scisse dicere*; duriusculum enim *scire de aliqua re* pro *scientiam alicuius rei habere*.

59. *oratorem — perfectum*] quod vulgo additur *dicam* secundum meos codd. expunxi; quibuscum etiam alios facere minus accurate collatos persuasum habeo. Nota est enim et elegans figura ex verbo speciali significatione praedito sequentibus accommodari generalem notionem aut vi simili praeditam. De verbis *sciendi* et *aiendi* ex *nesciendi* aut *negandi* assumendis, a quo genere egressi sumus, multi ante nos annotarunt: antiquissimus Manutius ad Cic. Quinct. 26., quem gregatim sequuntur Gronovius Obss. IV. 2. p. 356 Frotsch. Cortius ad Sall. Iug. 106, 3., cuius collectanea repetivit Kritzius; Wopkensius Lectt. Tull. p. 67 Hand. (s. lib. I. c. VIII.) Heindorfius ad Hor. Serm. I. 1, 3. idemque cum Goellero ad Cic. Or. p. 151 etiam ad similem Graecorum usum provocavit. Ciceroniana exempla afferri contenti sumus. Fin. I. 9, 30.: *negat opus esse ratione neque disputatione* sc. opus esse ait. II. 8, 25.: *recte negat unquam bene coenasse Gallonium, recte miserum* sc. ait. Sed hoc tralaticium est. Lectius illud, quod etiam affirmativa sententia cum particula *ut* desumitur ex negativa et particula *ne*: de qua re I. M. Heusingerus notavit ad Nep. Eum. 6. Dat. 6. Hannib. 12. Ruhnkenius ad Rutil. p. 46., qui

tamen, cum bene explicuisset Cic. Cluent. 2. Vell. II. 111., erravit in Cic. Mur. 12, 26., quo loco in illis *atque aliquid sua sponte loqueretur* minime subaudiendum est *ut*. Rursum ab affirmante sententia ad negantem transitur durius. *Vinci refelli coargui putat esse turpissimum: ad id se parat, nihil aliud curat* sc. ne coarguatur. Cic. Flacc. 5, 11. Porro ex *iubendi* verbo assumitur generalis sed contigua *dicendi* vis, ex *iudicando* assumitur *decernere*, propter *iaciendam* stipem strena significatur non sane *iacta*, sed *data* esse Suet. Aug. 57.; quae prudentius iudicat Cortius ad Sall. Catil. 36, 5., quam Oudendorpius ad Caes. B. Civ. p. 131. ellipsin in talibus agnoscere sibi visus. Inprimis ex hoc genere plurima collegit et docte iudicat Gronovius Obss. II. 14. p. 165. Fr.: *aiebat* ex *increpando* Liv. XXIII. 45. *putarent* ex *iubendo* Iustinus XI. 13. *dicebat* s. *significabat* ex *ostendendo* XXII. 5. idem ex *nuntiando* XXXI. 4. et ex *comparando* Val. Max. VII. 2. *Dicendi* verbum ex *pollicendo orando postulando aperiendo querendo* sumi ostendit Kritzius ad Sall. Catil. XXI. 3. post Perizonium ad Sanct. Min. IV. 5, 7. Bremium ad Nep. Ages. VI. 2. Walchium Emendd. Liv. p. 268. et Sallustiana exempla acervavit ad Iug. VIII. 1. Sic secundum optimos scripturae fontes correximus de Or. I. 20, 93; *in quibus Charmadas solebat ingenium tuum, Crasse, vehementer admirari: me sibi perfacilem in audiendo, te perpugnacem in disputando esse visum.* i. e. *admirans dicere*, quae ipsa lectioris scripturae ieiuna interpretatio editiones vulgatas insedit. Illa autem *nec enim negabo — posuerunt* parentheta putare cum Bakio minime opus est, si asciveris correctionem nostram *nec* pro *nunquam*.

XIV. *sumendum*] etsi haec scriptura a codicum fide longe testatior est, dubito tamen an forte interpretando *promendi* verbo additum sit *sumere;* de quo genere dixi in Comm. Crit. ad II. 33, 144. Si manus Ciceronis est, explicanda est, ut feci in Comm. Cr.

60. *sensus animorum — exstinguendos*] alias dicit *restinguere*, velut Or. 1, 5. de Or. I. 51. Fin. I. 13, 43. ND. II. 59, 148. Nam quod in Bruto 24, 93. dicitur *vis*

et quasi flamma oratoris exstingui, excusatur colligatum cum *flammae* vocabulo translate dicto. Pari figura *mens et animus exstingui* dicuntur, *nisi tanquam lumini oleum instilles* Cat. M. 11, 36. Nec similia sunt *inimicitias memoriam famam invidiam potentiam exstinguere*, quae omnia *tollendi*, non *sedandi* aut *compescendi* vim referunt. Ne *furorem* quidem *Antonii exstinguere* Cic. Phil. VI. 7. aptum est quod comparetur, nam et hoc non de *componendo* animi impetu, sed de *opprimendo per vim* dictum est. Unum reperio Petronii Sat. 94. *iram exstinguere;* sed Ciceroni obtrudendum non videretur, nisi *inflammandi* verbum coniunctum patientius id ferri sineret.

61. *haud scio an minus — sim probaturus*] non satis perspicue locutum Muellerum non intellexit Henrichsenus, ut putaret formulam illam ab eo affirmativi dictam intelligi; id quod additum *minus* i. e. *non* fieri prohibet. De hac dubitanter decernendi formula doctissime adhuc disseruerunt Madvigius Emendd. p. 180. et Beierus in excursu II. ad Laelium Ciceronis, qui quae olim excursu XI. ad Off. I. minus recte disputata dederat ipse retractavit.

62. *Philonem — Hermodoro — Asclepiades*] *Philo* armamentarium s. ὁπλοθήκην Atheniensibus aedificavit post a Sulla incensum: v. Plin. H. N. VII. 38. Plut. Sulla 14. Appian. Mithr. 41. Eius in ratione aedificandi reddenda eloquentiam etiam Valerius Maximus extollit VIII. 12. ex. 2. Scripsit de illo armamentario et de mensuris (περὶ συμμετριῶν) aedium sacrarum: v. Silligium catal. artif. p. 251. *Hermodorus* navalium architectus creditur esse Salaminius, qui Romae in circo Flaminio aedem Martis exstruxit; Nepos apud Priscianum VIII. p. 792. v. Sillig. l. c. p. 229. *Asclepiades* Prusensis secundum Plinium Hn. VII. 37 pollicitationes et legatos Mithridatis regis sprevit, idemque sponsionem fecisse dicitur, ne medicus crederetur, si ipse unquam aeger fuisset; victor senex exactae aetatis lapsu scalarum exanimatus est. Eius auctoritate plurimum utitur Celsus, novae sectae conditoris.

non eloquentiae] „haec ut glossema eiecit Schuetzius

renitentibus omnibus Mss. et edd. Negativa particula, qua haec sententia cum antecedentibus coniungitur, etiam ad haec verba pertinet, quae medicinae facultati opponuntur. Crassus negat Asclepiadem medicinae, non eloquentiae facultate usum esse; h. e. contendit eum eloquentiae, non medicinae facultate usum." *Henrichsen.*

63. *quod Socrates dicere solebat*] Xenophon Mem. IV. 6, 1.: *Σωκράτης γὰρ τοὺς μὲν εἰδότας τί ἕκαστον εἴη τῶν ὄντων ἐνόμιζε καὶ τοῖς ἄλλοις ἐξηγεῖσθαι δύνασθαι· τοὺς δὲ μὴ εἰδότας οὐδὲν ἔφη θαυμαστὸν εἶναι αὐτούς τε σφάλλεσθαι καὶ ἄλλους σφάλλειν.*

XV. 64. *composite*] explicatum dedimus ad 12, 50.

66. *C. Mario affini nostro*] „C. Marii septies consulis filius in matrimonium duxerat Muciam Scaevolae Auguris filiam. Etiam pro Balbo 21, 49., ubi praeclari illius imperatoris virtutes celebrantur, Crassus eius affinis dicitur." *Henrichsen.* Duae Muciae illae etiam in Bruto c. 58, 210. commemorantur tanquam domi acceptae loquendi elegantiae exempla.

ipse illa scire] Ferri olim vulgata ante Pearcium scriptura *ipse ille* non potuit. Quae est enim ista balbuties *ut ipsi Mario melius, quam ipse ille scire videatur?* Ne semibarbari quidem ita locuti sunt. Qui *ille* facilius in *illa* potuisse mutari dicunt, quam *illa* in *ille,* hoc decreto ostendunt nunquam codices a se usurpatos. Quod si fecissent, meminissent quoties propter iuxta positorum vocum similitudinem casus et numeri mutati sint: de quo genere dixi in comm. crit. ad II. 27, 110. Sed quod nobis certe videretur *ille ipse* potius quam *ipse ille* dicendum fuisse, sane secus est. De Or. II. 58, 235.: *quod ne ipsi quidem illi scirent,* quanquam secundum codd. non plurimos, sed optimos ibi *ipsi* sustulimus. 78, 317.; *in ipso illo gladiatorio vitae certamine.* Legg. I. 10, 28. *ipsa illa, quorum haec causa praeparantur.* Fin. IV. 3, 5. *ipsa illa, quae subtiliter disserenda erant.*

67. *de natura — de morte dicendum sit*] similem locorum communium enumerationem Cicero dedit Or. 33, 118., in qua item *mortis* mentio iniicitur nostro loco adhibito recte

a Meyero defensa, cum Sch. et Or. ex cod. Gu. 3. *de more* scripsissent. Orellius de *more recepto* (ἔθος non τρόποι) cogitans non animadverterat hoc non dici absolute, sed aut cum casu aut cum adiectivo: velut *mos patrius, mos receptus, mos antiquus, mos civitatis, mos hominum.*

cum Sex. Pompeio] is Cn. Magni patruus praestantissimum ingenium contulerat ad summam iuris civilis et ad perfectam geometriae et rerum Stoicarum scientiam; quae Ciceronis verba sunt in Bruto 47, 115. Eiusdem ut docti et sapientis meminit Phil. XII. 11, 27. Cf. Beier. ad Off. I. 6, 19.

communicarit] non melius hic Ernestus rem gessit, quam nuperus vulgatae scripturae patronus; ille, quod apodosin sententiae a verbo *efficiet* incipere eaque de causa *communicarit* scribendum esse putavit, quasi non etiam *communicabit* sic recte dicatur; hic, quod *communicarit* non vidit esse perfectum, cum *forsitan* additum indicativo modo adversari ex Zumptii libro didicisset. *Forsitan communicarit* est modus coniunctivus potentialis, ἀνακοινώσαιτ' ἄν, qui non minus recte cum futuro exacto sententiae conditionalis colligatur, quam futurum, quod simplex dicunt; v. nostram comment. de enuntt. conditt. L. L. p. 47 sqq. Sententia ab *efficiet* incipiens non apodosin sed consequentia ex prioribus continet, suntque manifesto opposita inter se *sin quae res inciderit, fortasse communicarit; hoc certe efficiet*, i. e. *sed hoc c. e.*

68. *philosophia in tres partes est tributa*] tributa est veteris philosophiae divisio in tres partes φυσικήν διαλεκτικήν ἠθικήν, cui accensetur etiam politica. Cf. Cic. Acad. I. 5. supr. 2, 6. Diog. Laert. III. 56. Ceterum *tributa* dedi cum aliis, non quod *distributa* spernam indictumve Ciceroni putem, sed quia elegantius dicta sine haesitatione recipienda in verba scriptoris sunt, cum codicum fides accedit. *Tribuere in partes* apud Ciceronem legitur Or. 4, 16. 33, 116. Tusc. II. 21, 47. *in tempora*, quae ipsa quoque partes sunt, Inv. II. 55, 207. *Distribuere* ea sententia tralaticium est et minus certe lectum.

XVI. 69. *Aratum ornatissimis — versibus*] Aratus Solensis circa ol. 124 (280 a. Ch.) Eudoxi descriptionem sphaerae caelestis in versus redegit, puros sane et emendatos, sed frigida materia, sicut Quintilianus iudicat X. 1, 55. Ut hic, ita in libro de Rep. I. 14. Cicero de Arato existimat. Id carmen tamen Romanis ab inventione poetica alienissimis ita placuit, ut tres in latine vertendo elaborarint Cicero Germanicus Caesar, quem Domitianum esse credunt, et Avienus.

Nicandrum] „Nicander medicus grammaticus et poeta Attali secundi regis Pergameni aetate floruit annis fere CL ante Christum natum. Exstant eius *Θηριακὰ* et *Ἀλεξιφάρμακα*, perierunt cum aliis *Γεωργικά*, quod carmen Cicero h. l. respicit.“ *Henrichsen.*

70. *in hoc quidem certe prope idem*] „sic III. 13, 51. *vobis quidem certe maioribus.* Ne audias igitur Lambinum, qui *prope* ex contextu eiecit, ut certe coniungatur cum *idem* neque inepta quaedam sit abundantia dictionis.“ *Muell.* Coniunctorum *quidem* et *certe* alia exempla ex Tursellino peti possunt; v. librum Handianum vol. II. p. 27.

72. *C. Lucilius*] eques Romanus Suessae Auruncae natus Scipioni Minori et Laelio eius amico perfamiliaris satirae, qualem post excoluit Horatius, inventor, sed, cum virorum potentium praesidio subnixus esset, longe liberior et maledicentior. Quae inter Scaevolam et Lucilium causa simultatis intercesserit notum non est; fortasse liberius de eo locutus erat in ridenda causa Scaevolae ab Albucio postulati de ambitu, in quam versus quidam exstant de Or. III. 43, 171. Hac occasione moneo Lucilium, si cum Scipione iterum consule Numantino bello militavit (a. u. 620) nasci non potuisse, ut vulgo ferunt, a. u. 606. Et illam tamen militiam commemorat Velleius II. 9. — Ceterum propter duriusculam sententiam Ernestus suadebat legendum esse *C. Lucilius de poetis dicere*, ut aut *saepe* in illa *de poetis* abierint aut haec certe exciderint; Lucilium enim de oratoribus non locutum. Excusatur tamen omissio cum verbis Lucilii, quae audientibus notissima erant, et affinitate

poetarum et oratorum, de qua §. 70. locutus Cicero est. *Volebat* intolerabilis superbiae dicens esse Bakius Ernesti coniecturam *volebam* amplectitur. Mihi non videtur. Leviorem artem poësin contemnit Crassus nec, si Africanus et Laelius magni faciebant, omnes id exemplum secutos esse credibile est.

73. *qui pila ludunt — palaestrae*] haec enotavit Nonius v. *lusus* p. 211., *in* ante *ipsa* omisso.

proprie] luce clarius perversum illud, quod codd. fortasse plures aut plurimos occupavit, *propriae*, ex male intellecta scriptura fluxisse. Certe quid significet nemo dum explicuit. Orationibus, quod nomen proxime praecedit, artes propriae non sunt; quin ne oratoribus quidem propriae recte dicantur, sed hi illis instructi et praediti, quemadmodum paulo post apud Ciceronem ipsum legimus; deinde si recte dicerentur oratoribus propriae, nomen illud addi oportuit. Quis enim intelligat aliter cuius sint? Sed *proprie* male videtur intelligi. Significat enim *artes proprie adhibere* in suo quamque provincia et genere, ad quod constituta et facta est, in quo vim suam exhibeat et quasi regnet, adhibere, velut musica sonos habet, eloquentia persuadendi vim, dialectica argumentationes; *κυρίως, κατὰ τὴν ἰδίαν ἑκάστης φύσιν.*

XVII. Controversiae illi etiam Graecorum disputationibus tractatae se ipsum interfuisse Antonius sermonem excipiens testatur; Menedemum enim se praesente Athenis oratoriam facultatem defendisse, Charmadam a philosophia petenda oratoria praesidia omnia exsecutum; illum exemplis, hunc doctrina (c. 17 — 20). Hinc se negasse visum a se esse oratorem; sed futurum fortasse, si cum ingenio doctrinam coniunxerit (c. 21, 94 — 96).

Apollonio] Alabandensis putatur esse cognomine *Μαλακός*, cuius et Apollonii Molonis perpetua confusio est, orta maxime eo, quod Molo ille, sive id cognomen Apollonii cuiusdam est, sive hic illius filius, ipse quoque Alabandis natus Rhodi postea sedem fixisse traditur a Strabone XIV. p. 655. Illud quidem Casaubonus l. c. et Spaldingius

ad Quintilianum III. 1, 16. viderunt hunc Apollonium non potuisse audiri a Cicerone. Scaevola enim propraetor Asiae fuit a. u. 633., Cicero dictatore Sulla Rhodum profectus est a. 675., plus quadriginta annis post. Quod idem Moloni Romae operam dedisse putatur a. 667., verbis suspectis nititur Brut. 89, 307., quae minime satis firmavit Meyerus ad 70, 245. Minime enim veri simile hominem a Rhodiis ad Sullam dictatorem de praemiis ipsorum, ut qui a Mithridatis foedere abstinuissent, missum flagrante crudelissima seditione Mariana Romae versatum esse.

ministratrices] sic scribendum ex Nonio in v. p. 142.

79. *quid censes — qualem illum oratorem futurum?*] interrogationis alterius post *quid censes* ingestae exempla Matthiae collegit ad Rosc. Am. 17, 49.; sunt praeter nostrum N. D. I. 27 extr. 29, 82. Off. II. 7, 25. Rull. II. 17, 45. cf. nos ad 32, 102. Sed in eo erravit, quod *quid* in illa formula secundum nostram consuetudinem abundare dixit. Quod abundat, id in omni sermone abundat. Sed *quid* adverbiascit, sicut indefinitum in *persuadere* et *assentiri alicui aliquid;* idque altera quaestione uberius explicatur. De Graecorum usu dixit Heindorf. ad Plat. Phaed. p. 214.

XVIII. 80. *nitidum — palaestrae magis et olei*] *nitere* cum dicitur de rebus bene curatis et pastis, de pinguibus segetibus et vitibus, haec dictio iam non caret figura. *Nitere* sic a *splendendo* differt, ut hoc res significet fulgida quadam luce praesignes, quae oculos praestringat, qualia sunt ignis sol luna sidera caelestia aurum argentum; hoc autem sit speciei et superficei rerum tersarum mundarum politarum. Quare si pecudes *nitere* dicuntur, ea de causa fit, quod curatione et pastu re vera nitidam pellem certe plura genera monstrant, ut boves et equi. Oratio *nitida* vocatur propter accuratam poliendi diligentiam; *splendida,* cum ornamentorum quasi luminibus auditorum animos movet, velut sol spectantium oculos praestringit. Haec sua quaedam confinia habent; velut cum Horatius *melius nitere soles* dicit Carm. IV. 5, 8., non tam de lumine et fulgore astri

posuit, quam de specie grata oculos capiente, et rursus cum domus marmor pavimenta lacunaria *splendere* dicuntur *κατάχρησις* est diligentiae humanae fructum cum vi naturae confundens. Sed hic sane *nitidus* est *λιπαρός*, *oleo inunctus*, idque satis causae est cur in sequentibus spernatur scriptura *otii* pro *olei*. Plane ita *nitor* et *palaestra* coniuncta sunt Legg. I. 2, 6. *Palaestra* autem *armis* et *pugnae* opponitur Brut. 9, 37. Orat. 12, 42. de Or. III. 52, 200.; simili modo *pompa* cum *acie* aut *pugna* composita reperitur Or. l. c. de Or. II. 22, 94.; et ut illud simile a Graecorum more sumptum ad tirocinia oratoria et scholarum exercitationes transfertur Or. 55, 186., ita scriptor dialogi de causis corruptae eloquentiae Ciceronem secutus de opt. g. or. 6, 17. a gladiatorum praelusionibus sumptos *rudes* et *ferrum* componit. c. 34.

82. *cum — in Ciliciam proficiscens venissem Athenas*] chiasmi genus est nominibus extremas verbis interiores sententiae partes tenentibus. Eius exempla apud Ciceronem haec reperi. de Or. II. 47, 198: *M. Aemilium lapide percussum esse constabat, vi pulsum ex templo L. Cottam.* III. 24, 93: *ingenia obtundi nolui, corroborari impudentiam.* p. Quinct. 11 extr. *pecuniam si cuipiam fortuna ademit aut si alicuius eripuit iniuria.* Caecin. 9, 23: *non minus nos stultitia illius sublevat, quam laedit improbitas.* Catil. III. 10, 24: *Sulpicium oppressit, ex urbe eiecit C. Marium.* Sull. 2, 3: *quod — Q. Hortensi factum — non reprehendatur, reprehendatur meum.* Cael. 31, 74: *memoria nihil profuit, nocuit opinio.* Rabir. Post. 1, 2: *lapsos non erigere, urgere vero iacentes.* Phil. V. 10, 27: *non est verbis rogandus, cogendus est armis.* Q. Fr. III. 5: *nec honores sitio, nec desidero gloriam.* ad Att. XIV. 20, 3: *meum* (edictum) *mihi placebat, illi suum.* Tusc. IV. 6, 11: *quae enim venientia metuuntur, eadem afficiunt aegritudine instantia.* Adde Plinii Epp. IX. 9, 2: *miseros tuebatur, desiderabat amissos.* 13, 2: *insectandi nocentes, miseros vindicandi.* Huic illa forma contraria est, cum nomina intus ponuntur, extra verbis locus assignatur. Cic. Inv. I. 2, 3: *pervertere urbes et vitas hominum*

labefactare. Prius membrum invertebat Lambinus figurae non recordatus. Rosc. Am. 14, 39: *quae vita maxime disiuncta a cupiditate et cum officio coniuncta.* Verr. Accus. III. 4, 7: *despicitis eorum frugalitatem, pudorem contemnitis* IV. 34, 74: *colebatur a civibus, ab omnibus advenis visebatur.* 38, 82: *repeto abs te, Verres, monumentum Africani, causam Siculorum, quam suscepi, relinquo.* Catil. II. 1, 1: *Catilinam — furentem audacia, scelus anhelantem.* Sull. 17, 49: *ut victi in campo in foro vinceretis.* Muren. 36, 76: *odit populus privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit.* Mil. 33, 91: *caedi vidistis populum R., concionem gladiis disturbari.* Phil. VI. 3, 5: *vastaturum agros, Mutinam obsessurum.* Divers. IV. 6, 4: *utebar familiarissime Caesare, Pompeium faciebam plurimi.* Q. Fr. I. 1. 2, 7: *multae nascuntur iniuriae, magnae contentiones consequuntur.* Att. XIV. 9, 2: *vivit tyrannis, tyrannus occidit.* His addo Livii XXIX. 4, 2: *munire urbem, frumentum convehere.* Sallustii Iug. 38, 5: *arma capere alii, alii se abdere.* Caesaris B. G. VI. 4: *dat veniam excusationemque accipit.* BCiv. II. 22: *omnibus defessi malis, rei frumentariae ad summam inopiam adacti,* ubi diversissima miscet Herzogius vir multae lectionis, sed minus acri iudicio; Plinii Epp. IX. 6, 2: *nunc favent panno, pannum amant.* 21, 1: *flevit multum, multumque rogavit.* Paneg. 43, 2: *scriberis ab amicis, ab ignotis praeteriris.* Non sunt ex hoc genere quae Kritzius habet ad Sall. Catil. p. 326.; diversa miscet Cortius ad Catil. p. 11. et 58. item ad Iug. p. 718.

pro consule] „M. Antonius praetor cum proconsulari imperio in Ciliciam adversus praedones maritimos missus est; cf. II. 1, 2. Liv. epit. 68.“ *Henrichsen.* Ceterum Bakius non iniuria dicit sententiam minus recte constare videri. Male enim coëunt *ego qui sero ac leviter Graecas literas attigissem* et *tamen Athenis sum commoratus propter difficultatem navigandi.* Exspectes potius *propter cupiditatem discendi.* Qua de causa eiectis *sum* et *sed* sic scribit: *namque egomet, qui — attigissem, tamen cum — Athenas venissem compluresque tum ibi dies propter navigandi difficultatem*

commoratus cum quotidie — nominati, cumque hoc etc. Possis tamen excusare dicendo occasionem commorandi fuisse navigationis difficultatem, sed libenter ea usum propter discendi studium.

83. *nisi qui sapiens*] doctrinam et artes ipsas in virtutum numero Stoici reponebant existimabantque omnes uno vinculo ita nexas teneri, ut qui unam, omnes habeat, quae vocatur *ἀκολουθία τῶν ἀρετῶν*: v. Diog. Laert. VII. 46. cf. Cic. de Or. III. 18, 65. Acad. I. 2, 5. Fin. III. 21, 72.; eloquentiam unam de maximis virtutibus esse Crassus secundum Stoicos inculcat de Or. III. 14, 55., quo dicto Quintilianus utitur II. 20, 9. Ipsa Ciceronis verba *eloquentiam ex bene dicendi scientia constare* Stoicorum rationem definiendi exprimunt, quorum definitiones omnes a vocabulo *ἐπιστήμης* incipiebant: v. Stob. ecl. eth. p. 167. Qua re virtus ipsa a Musonio Epicteti magistro finita est *ἐπιστήμη οὐ θεωρητικὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ πρακτική*, Stob. Serm. p. 204. Horum pleraque Spaldingius occupavit ad Quintil. II. 15, 20. — Advertenda autem rarior locutio *eloquentiam ex bene dicendi scientia constare*, quod non de partibus, sed de materia dictum est. Similia reperi Off. I. 44, 157: *virtus, quae constat ex hominibus tuendis*, i. e. eis tuendis continetur. ND. III. 15, 38: *temperantia autem constat ex praetermittendis voluptatibus.*

spinosa et exilis oratio] exilitatem, i. e. maciem quandam et ieiunitatem in dicendo omnes Stoicis tribuunt, quippe unice intentis ad argumenta firmiter concludenda rationibus, v. Cic. de Or. III. 18, 66. Brut. 31. Fin. IV. 3, 7. Quintil. X. 1, 84. *Spinosa* autem oratio dicitur, quod dialectici artificii difficultas ab otiose audientibus, quibus copia et ubertas orationis placitura esset, non satis intelligitur, audientes igitur quasi dumetis in progrediendo impediuntur. Qua re Stoici se suis ipsi spinis compungere dicuntur de Or. II. 38, 158.

84. *mos erat patrius Academiae*] id est *receptus*, quasi hereditarius, quippe ut patrimonium a patre ad filium, ita a magistro ad discipulum transmissus. Ita Critolaus dicitur

in patriis institutis manere, id est in Peripateticorum praeceptis perseverare, Fin. V. 5, 14., quem locum Pearcius contulit. Mos Academiae mediae et recentioris de omnibus in utramque partem disserendi neque quicquam assensione probandi notus est; v. de Or. II. 62, 263. Tusc. II. 3, 9. Fin. II. 13, 42. Quintilian. XII. 2, 25. dial. de causis corr. eloq. 31.

XIX. 85. *excitabatur homo promptus* [*ab homine*] *abundanti doctrina*]. Una hunc locum intelligendi via videtur illa, quam praeeunte Schuetzio Henrichsenus et ego secuti sumus, ut verba *ab homine* deleantur. Quod si non feceris, *homo abundanti doctrina* dicetur Menedemus, non Charmadas, repugnante primum ipsius Antonii iudicio, qui Menedemum modo in disertis et rerum publicarum peritis numeraverat, et in huius et Charmadae concertatione usus et doctrinae de eloquentiae regno controversiam quasi exemplis illustrat. Sed magis etiam repugnat sententia proxima. Charmadam enim, non Menedemum dixisse oportet eloquentiae fontes a philosophia repetendos esse. Quam quidam nuper iniit rationem, ut contradicente Charmada Menedemus, qui ante leviter et perfunctorie sententiam dixisset, excitatus ad pugnam dicatur, ea defendi non potest, quia non tam Menedemus pugnabat, quam Charmadas, cuius statim multis verbis sententia profertur. Sublatis igitur illis, quae diximus, Charmadas *homo promptus* ad dicendum et a *doctrina* etiam instructissimus *excitatus* dicitur, id est commotus, ut hominem sibi minime comparandum acrius disputando refutaret. *Excitare* absolute dictum de admovendis stimulis reperias etiam Off. II. 14, 48: *quae autem in multitudine cum contentione habetur oratio, ex saepe universam excitat.* Divers. VI. 1. med.: *me eum esse, cuius tu desperationem accusare solitus esses quemque auctoritate tua cunctantem et diffidentem excitare.*

usquam in eorum inveniri libellis] inutilis coniectura Schuetzii exstat *nisi in eorum i. l.* Durum enim existimabat *eorum* referri ad illud, quod longo ante intervallo praecessit §. 84., *qui rhetores nominarentur.* Sed recte opposuit Muellerus ex verbis *illius ipsius prudentiae* facile ascisci

rhetorum; rectius etiam futurum erat ex *prudentia* subaudire *prudentes*; quod non durius est, quam quod saepe terrarum et urbium nomina sequitur pronomen aut verbum gentem incolentium spectans. Cum praecessisset *in Galliam transeunt* Livius XXI. 20, 1. ita pergit: *in his nova terribilisque species visa est.* XXXI. 16, 5: *Elaeunta et Alopeconnesum tradentibus ipsis recepit.* XXXIII. 38, 9: *Madytum traiecit* —; *et quia clauserant portas.*

87. *caput enim*] cum hac sententia apte conferetur Aristoteles Rhet. I. 2, 3. et Quintilianus II. 17, 15 sqq.

uti ei, qui audirent, sic afficerentur animis] praestantissimam scripturam et ab optimis libris tutam et suamet indole commendandam, etsi editionibus etiam Aldi Iuntae Manutii nititur, fuit tamen qui a correctore profectam diceret. Quippe corriguntur faciliora, ut ad intelligendum minus fiant aperta! Eleganter adverbiascit *animis affici*, *διατίθεσθαι τῇ διανοίᾳ*. Eadem locutio exstat Off. I. 20, 66: *cum ita sis affectus animo.* Et ad eandem adverbiascentis casus rationem referendum est *pendere animo* Cic. Tusc. I. 40, 96. *frangi animo* Phil. II. 15, 36. *relaxari animis* ib. 16, 39. *moveri animo* Liv. XLV. 28, 5. item *permoveri* Caes. B. G. VII. 53, 1. *mente concidere* Cic. Phil. III. 9, 24. *animis concidere* Caes. B. G. VIII. 19, 6. *paratus animo* Script. bell. Alex. 45, 4.

88. *Demostheni*] mirum est formam a Prisciano grammaticorum Latinorum praestantissimo agnitam tot locis iniquos iudices expertam esse, velut Ernestum ad Brut. 7, 29. Goerenzium ad Fin. V. 5, 12. similia a sese ad Acad. II. 6, 16. 34, 108. defensa esse oblitum, quin barbarum *Calliphonti* probantem ad Fin. II. 11, 35. Rectiora praeiverant Lambinus ad Cic. Brut. l. c. et Gronovius Observ. ecclesiast. c. XI. p. 610. ed. Frotscher. Priscianus VI. p. 706 (258 Kr.): *et sciendum, quod in huiusmodi nominibus, quando tertiae sint, frequentissime veteres dativum proferunt pro genitivo Aristoteli, Demostheni, Thucydidi Euripidi pro Aristotelis* etc. *ponentes.* Perversum hoc de casu dativo et genitivo confusum iudicium sequitur Probus p. 129. ed. Lind.

etiam *Verri* Ciceroni pro *Verris* dictum tribuens. Exempla quaedam Ciceroniana Liviana Sallustiana collegerunt Heusingerus Ruddimannus Bentleius Cortius Drakenborchius alii, quorum auctoritates ascripsit vir sobrio iudicio C. L. Schneiderus Gr. Lat. vol. II. p. 1. p. 167. Ciceronis ex Verrinis exempla quaedam attulit Zumptius ad Accus. in Verr. II. 44, 108. IV. 2, 4. 62, 137. V. 7, 16. idemque iure contra libros Priscianum secutus *Timarchidi* scripsit II. 54, 136. *Theophani* ex Gruteri codd. nunc legitur Balb. 25, 57. item Att. IX. 1, 3., ubi Manut. *Theophanis*. *Themistocli* Divers. V. 12, 5. ubi ed. Crat. —*is*. Fin. II. 35, 116 apud Goer. et Orell. ex cod. Erl. *Orodi* Divv. XV. 1, 1. Att. V. 18, 1., ut Orell. ex edd. vett. scripsit, item 21, 2., ubi cod. Med. *Orode*. *Ariobarzani* Att. XIII. 2, 2., ubi Man. Lamb. —*is*. *Aristoteli* XIII. 28, 3. ex Med. et aliis Or. Fin. V. 5, 12. *Lacydi* Acad. I. 6, 16. Multi, ait Orellius, *Lacydis*; editiones esse puto nullius fidei. *Aristidi* Fin. II. 35, 116. ex Erl. Goer. et Or. dedere. *Ulixi* Tusc. I. 41, 98. idque et *Achilli* agnoscitur a Quintiliano I. 5, 63. *Callistheni* III. 10, 21. Gu. 2. et Or. Kuehn. *Ganymedi* IV. 33, 71. ex cod. Reg. Davis. Or. *Archimedi* Rp. I. 14, 61. *Thucydidi* Brut. 7, 29. 83, 288. *Pericli* Brut. 15, 59. Fin. V. 2, 5. *Demostheni* Brut. 83, 286. Exempla ex his de oratore libris suis locis secundum codd. iudicata vide.

XX. 89. *huic* [*ille*] *respondebat*] uncinis inclusi *ille*, quod a codd. omnibus abest. Nam et nomen colloquentis, quod quis etiam magis desideraverit, aliquando omissum reperitur. *Antonii* nomen ex optimis libris sustuli II. 29, 128. 50, 204. *Caesaris* 54, 217., et facile subaudiuntur, cum de colloquentibus dubitatio esse nulla potest.

id quod constaret, Platonis studiosus] id ex Demosthenis epistolis intelligi Cicero in Or. 4, 15. dicit, confirmatque idem genere orationis in Bruto 31, 121. Cf. Quintilian. XII. 2, 22. 10, 24. Nunc de illarum epistolarum fide aliter iudicatur, nec ex iis, quae nunc circumferuntur de Demosthene Platonis discipulo quicquam constat. Quinta enim

Heracleodorus quidem, cui inscripta est, sed non Demosthenes ab eo philosopho eruditus dicitur. — De *vi* (*δεινότης*) Demosthenis in dicendo peculiaris liber exstat Dionysii Halicarnassensis.

90. *suppliciter insinuare*] usum verbi sine pronomine reflexivo dicti primus illustravit Manutius ad Cic. Epp. ad Div. IV. 13, 3., praeter hoc Ciceronis dictum allatis aliis ex Verrinis Livio Virgilio. Sed legimus etiam paulo infra II. 35, 149. *ut animus in causum insinuet.* Addi tamen aliis locis pronomen satis ostenderunt Klotzius ad Tusc. V. 12, 34. et Zumptius Verr. Accus. III. 68, 157. Comparo *converte* pro *converte te* s. *oculos* dictum Planc. 20, 50. et ex codd. et Arusiano restitutum ab Orellio *exercere* pro *se exercendo* dictum de Or. II. 71, 287 (*aliis in campo exercentibus*), et in quo certissime videatur pronomen reciprocum desiderari *consalutare inter se* i. e. *ἀλλήλους ἀσπάζεσθαι* de Or. II. 3, 13. — Quod in non nullis libris legitur *subtiliter insinuare*, non *suppliciter*, quadamtenus defendit Schuetzius Servii auctoritate ad Virg. Aen. XI. 410., *insinuationem* appellantis *callidum et subtilem aditum ad persuadendum.* Sed hoc ipsum recte scribi *suppliciter* ostendit, quod secundam finitionem illam omnis insinuatio *subtilis* est, ut id addi nec debeat nec opus sit. Ceterum recte assecutus est Strebaeus hic triplex exordii munus tangi, cum ita nati homines dicantur, ut possint et blandiri quod est exordientis a benevolentia, et insinuare quod est praeparantis adversus aliquid atrox ac turpe, et minaciter terrere adversarios, quod est aditum facientis ab adversarii persona. Observavit autem Muellerus Aristoteli *εἰςάγειν* dici *insinuare* Rhett. III. 14., eumque locum totum a Cicerone expressum. Idem autem errat in verbis paulo ante praecedentibus dupliciter, cum et *in eam partem ferebatur* explicat *eo processit*, quod nunquam ita dici potest, cum sententia postulet *ita disputabat, eam sententiam disputando persequebatur*, et *omnino* dictum putat pro *in universum*, s. *si rem universam spectes*, negans explicari posse *plane*, quippe prohibente verborum positu. Sed meminerimus vim sententiae in *omnino nullam* inesse

verbo *disputaret* sine vi et sono leviter interposito. Longe duriores traiectiones illustravimus ad I. 10, 39.

91. *a Corace — Tisia*] „Syracusanis. Cic. Brut. 12, 46: *Itaque ait Aristoteles, cum sublatis in Sicilia tyrannis res privatae longo intervallo iudiciis repeterentur* (post eiectum Thrasybulum Syracusarum tyrannum ol. LXXVIII. 3. s. 466 a. Ch.) *tum primum — artem et praecepta Siculos Coracem et Tisiam conscripsisse* Cf. Quintil. II. 17, 7. III. 1, 8. schol. Iliad. IX. 443. artium scriptores Spengelii p. 23. sqq. *Κόρακος τέχνην* commemorat Aristoteles Rhet. II. 24. et *τεχνογράφος* dicitur a Syriano in Hermog. Rhet. fol. 240. ed. Ald.; Tisiae Coracis discipuli *τέχνη* commemoratur a Luciano in Pseudologista c. 30. t. III. p. 187. Reiz; utriusque *τέχνη* a scholiasta Aphthonii progymn. Ms. apud Spengel. l. c. p. 226.“ *Henrichsen.* — Locutionem *usque repetere a* copiose illustrat vir doctus A. Matthiae ad or. p. Archia 1, 1.

in illo numero] haec propter priora *in quibus ταυτολόγα* arbitrati Lambinus et Schuetzius deleverunt; Muellerus ita defendit, ut *in quibus* sit *inter eos, quorum nomina appellabat,* at *in illo numero* significet *eloquentissimos illos, qui artem scire non curassent.* Verum non animadvertit hos necessario eosdem esse ac superiores illos. Rectius Henrichsenus putat, quod ante dictum sit *in quibus,* id post plura interiecta iterum inculcari verbis *in illo numero,* comparatque supra 12, 53. 17, 75. et Beierum ad or. p. Tullio §. 39. p. 52.

92. *artem — negabat*] *ars* est doctrina rei scibilis perfecta et numeris absoluta suis. Haec tria postulat; ut et rem tractet secundum universam speciem et habitum (id significat *rebus cognitis*) et secundum partes et nexum earum (id est *perspectis*), et omnia in certum definitumque finem spectantia, qui *exitus* dicitur, ut Acad. II. 9, 27., ubi consuli Goerenzius potest altero exemplo N.D. III. 14, 36. usus.

93. *in quibus Charmadas*] *in* non solius Ernesti coniectura niti vidimus in commentariis criticis. Fuit nuper qui *e quibus* scriberet suo solius ingenio repertum facilius illud

vulgato, quippe absorpto *e* ultima praecedentis verbi litera. In qua coniectura utrum magis mirere pravum loquendi genus *ex quibus dicere solebat*, an ineptam sententiam subaudientis *ex callide et copiose dicentibus* ignoro. Ceterum hoc iam Gulielmio viro alias perspicaciori in mentem venerat. *In quibus* est *cum ea disputabat.* Crassum *perpugnacem* Antonio *perfacili* opponi displicet Bakio, ut scribendum putet: *te sibi perfacilem in dicendo et perpugnacem in disputando visum;* in dicendi enim virtute *facilem* poni Brut. 48, 180. Infelicissima suspicio viri elegantissimi videtur. Ut taceam Crassi *dicentis* hic nullas partes esse, cum eloquentiam suam in disputatione cum homine Graeco ostendendi copiam non habuerit, perapte Antonius *facilis in audiendo* vocatur, qui rerum illarum imperfectam notitiam habens philosopho facile concederet de veritate disputatorum, Crassus autem *pugnax in disputando,* qui a philosophis fontes eloquentiae possideri minime pateretur.

XXI. 94. *itaque ego — scripsi — quodam in libello*] *itaque* displicuit illis, qui conclusivum esse putarent; et sane non propter illa Graeculorum diputata Antonius illa scripsit. Sed *itaque* est *et ita*, i. e. *pariter etiam ego scripsi* quippe Charmadae sententiam meo calculo probaturus. *Libellus* ille Antonii est *de ratione* dicendi, quem exilem iudicat Cicero Brut. 44, 163. cf. Orat. 5, 18.; infra 47, 206. imprudenti excidisse ferme eisdem verbis significatur. Aliam eiusdem particulam Quintilianus servavit III. 6, 45.; cf. quae olim dedimus in proll. ad Brutum p. LXVII. et Westermanni historiam eloquentiae Romanae p. 110. Suos de inventione libros eisdem fere verbis damnare Ciceronem vidimus supra c. 2, 5. De dicto Antonii eloquentiam artem non esse inspiciendus est locus II. 8, 32. et Quintilianus II. 17, 5., cui memoriter scribenti verba Ciceronis, non plane accurate praesto fuerunt: v. Spaldingium. Dictum Antonii de disertis et eloquentibus repetivere Cicero Or. 5, 18. Quintilianus prooem. VIII. 13. Plinius Epp. V. 20.

omnesque omnium] „quantum sibi in hac dictione (scribi *locutione*) placeat Cicero innumera docent exempla: II. 1, 1.

30, 130. 34, 144. III. 10, 37 (is locus ab hac re alienus) 30, 118. 55, 210.“ *Mueller.*

obruimur ambitione et foro] hoc ne quis per ἓν διὰ δυοῖν pro *forensi ambitione* dictum putet, *ambitione* petendorum honorum, *foro* causarum dicendarum studium et laborem significari meminerit. Hanc figuram etsi a falso novitiorum quorundam iudicum acumine doctissime, ut omnia, vindicavit Lobeckius V. S. ad Aiacem 145. ed. nov., tamen de ea non est cogitandum de Or. I. 9, 35: *in omni genere sermonis et humanitatis;* non est enim *sermonis humanioris* s. *eruditi* sed sermonis et eruditionis universae etiamsi a colloquiorum usu discesseris. 31, 143: *inventa non solum ordine, sed etiam momento quodam atque iudicio dispensare* i. e. secundum momentum, quod sequimur in iudicando. 59, 251: *quis neget opus esse oratori — Roscii gestum et venustatem?* i. e. non gestum venustum, sed gestum Roscii et universam eius in statu habitu incessu voce venustatem. II. 83, 339: *invidia, quae aut iusta est aut ex criminatione atque fama;* non fama enim criminibus plena significatur, sed crimina certa famae incertae opponuntur. Div. in Caecil. 1, 2: *fortunarum omnium causam defensionemque;* amplificatur enim *causae* notio addito *defensionis* vocabulo. Verr. Acc. IV. 58, 129: *alterum* (signum Iovis) *in Ponti ore et angustiis* i. e. in confiniis Ponti et Bospori. Manil. 4, 9: *legatos et literas misit,* poterant enim per tabellarios etiam mitti. Phil. V. 11, 29: *sunt alia, quae magis timeam et cogitem.* X. 1, 3: *ad otium et dignitatem;* non enim opus *otium cum dignitate* interpretari, cum rectius sit dignitas ex otio consequens. Rp. I. 28, p. 119 Mr.: *triginta illorum consensus et factio;* non est enim *consensus factiosus,* sed *consensus, ex quo factio orta,* s. *qui in factionem degeneravit.* Scr. bell. Alex. 66, 1.: *Sex. Caesarem legionibus Syriaeque praefecit.* Plin. Epp. IV. 11, 11: *comitium et virgas pati; comitium* enim ignominiam supplicii publici significat. Eximenda igitur omnia exempla talia, in quibus aut suo iure utrumque vocabulum constat aut alterum ex priore quasi causa nexum consequitur: v. Hand. Tursell. vol. I. p. 463. Qui pauca figurae exempla

collegere diversa miscuerunt, Cortius ad Sall. Catil. p. 12. et 144. Kuehner. ad Tusc. II. 4, 12. Beierus ad Lael. 9, 29. Prudentius disputavit Klotzius ad Lael. l. c., illisque, quae attulimus, similia collegit Tusc. I. 25, 63. II. 1, 2. 4, 12. 9, 21. Rull. II. 6, 14. Legg. I. 7, 22. Rectius in his exemplis figura agnoscitur. Cic. de Or. I. 42, 189: *notanda genera et ad certum numerum paucitatemque revocanda.* 44, 196: *cuius rei tanta vis est et tanta natura;* aliud esset si vox *naturae* generatim significans praecederet. III. 13, 48. *libri confirmant et lectio veterum oratorum et poëtarum.* Verr. Act. I. 10, 30: *ex acerrima illa equestri familia et disciplina.* Accus. IV. 34, 75: *flagrare cupiditate atque amentia coepit* i. e. amenti cupiditate. V. 14, 36: *ius imaginis ad memoriam posteritatemque prodendae.* Phil. V. 6, 17: *gravissimis ignominiis monumentisque huius ordinis* i. e. monumentis ignominiosis. Fin. II. 30, 97: *in laetitia et in victoria* i. e. in laetitia propter victoriam. Tusc. I. 35, 86: *in servorum ferrum et manus incidisset.* Rp. I. 39 p. 160 Mr: *adducor igitur et propemodum assentior* i. e. ad assentiendum. III. 1, p. 197: *sine rerum usu ac vetustate* i. e. sine multo usu. Catil. I. 12, 31: *homines cum aestu febrique iactantur.* Arch. 6, 13: *quod ex his studiis haec quoque crescit oratio et facultas.* Brut. 7, 26 monumentis et litteris oratio est coepta mandari

95. *paulum huic aliquid*] „apte addidit Cicero *aliquid*, ut significetur non certam rem, sed ignotam aliquam esse cogitandam. Indicat se summam illam dicendi virtutem, quam aliquis consequi possit, non satis clare exprimere posse, sed sentire tantum.“ *Mueller.* Pearcio videtur Cicero hic ad se respexisse tanquam summae eloquentiae exemplum. Non profecto male: si quidem alio etiam loco aliquantum dubitat de summa eloquendi in Antonio et Crasso laude, v. Brut. 44, 162.

Iam Sulpicius et Cotta Crassi disputatione laetati eum ad sententiam de arte et ratione dicendi proferendam illicere cupiunt: paulum tergiversatum tandem movet Scaevolae auctoritas (21, 96 — 23, 107.).

97. *de vi ac ratione dicendi*] *via*, non *vi* scripserunt

Pearc. Muell. Or. Henr.; et Pearcius quidem exemplis utitur ad eam locutionem illustrandam, quibus minime erat opus. Restitui quod codd. omnes habent etiam sententia suadente. Quippe *vis dicendi* hic non est *δεινότης* s. terror et potentia eloquentiae, sed *natura φύσις τρόπος*, quod paulo post dicitur *omne genus dicendi*; cui perapte adiungitur *ratio, μέθοδος*, qua usu ad illam vim pervenias.

98. *date nobis hanc veniam*] id est *concedite nobis, cedite nostris precibus, χαρίζεσθε*; sic rectius explicueris, quam cum Muellero *facite nobis copiam eius rei, quam petimus.* Non rectius idem contulit locum Archianae 2., quo *veniam dare* usitatissimam *permittendi* s. *patiendi* vim habet. Longe rectius comparabis Cic. Q. Fr. III. 1, 4.: *Caesaris consilium probo, quod tibi amicissime petenti veniam non dedit, uti ullum ad illam Furiam verbum rescriberet.* Att. V. 21. *dedi veniam homini impudenter petenti.* de Or. 35, 163: *tu hanc veniam nobis, Scaevola, da.* Rabir. Post. 12, 33: *illius auctoritati eam dedi veniam, quam debui.* Exempla Liviana VII. 12. XXVI. 17. XXX. 12. Terentii. Hec. IV. 2, 29. Virgilii Aen. IV. 435. Ovidii Metam. XI. 400. lexica suppeditant.

XXII. 99. *rerum — inscitia*] paucorum librorum scripturam *inscientia* iniuria probavit Orellius. „Verum non tam *inscientiam* artis profitetur Crassus, cuius praecepta se didicisse fatetur (c. 31, 137. coll. 47, 205.), quam negat se ea, quae ad artem pertineant, ita percepta habere, ut scite et recta ratione explicare possit. Contra infra c. 46, 203. recte legitur *inscientiam* (*inscitiam* Stephanus), cum ibi non de arte loquatur Crassus, sed de divina oratoris vi, quam ab iis, qui de dicendi ratione scripserunt, expositam esse negat. De differentia inter *inscientiam* et *inscitiam* disseruerunt Goerenz ad Fin. I. 14, 46 et (longe sane is melius) Gernhardus in excursu ad Ciceronis Catonem Maiorem.“ *Henrichsen.* Quippe *inscientia* est *inscientis, inscitia* autem *insciti*; illa cognitionis defectus est, haec usus atque iudicii. Pari utrumque iure est de Or. I. 54, 233., ubi Socrates *non aliam ob culpam damnatus esse* dicitur, *nisi ob dicendi*

inscientiam; id est, cum non orator esset, sed philosophus, quod genus dicere nescit; *inscitiam* significaret Socratem dixisse quidem, sed *inscite* s. ad causam suam minus apte. Hoc quo modo Handius ad Wopk. Sult. Lectt. II. 3. p. 185. eo argumento tueatur, ut *inscientiam* cum genitivo dictum dubitabile iudicet nec alia probet exempla, nisi quae consentientes in hac re codd. monstrent, admodum lubricum est in vocabulis ob scribendi compendia saepissime et necessario confusis. — Hunc locum vulgatae scripturae patrocinatus enotavit Nonius v. *insolens* p. 322.

100. *cretionibus*] Gaius Instit. II. p. 164.; *extraneis heredibus solet cretio dari, id est finis deliberandi, ut intra certum tempus vel adeant hereditatem vel, si non adeant, temporis fine submoveantur; ideo autem cretio appellata est, quia cernere est quasi decernere et constituere. Cum ergo ita scriptum sit:* HERES TITIVS ESTO, *adiicere debemus:* CERNITOQVE IN CENTVM DIEBVS PROXVMIS, QVIBVS SCIES POTERISQVE. QVOD NI ITA CREVERIS, EXHERES ESTO. — Cf. Ulpiani fragmenta tit. XXII. p. 27.

nam quod] „h. e. *nihil aliud scire cupimus; nam quod tu* sqq. In transitione et occupatione particulam *nam*, ut Graecorum γάρ, omissae sententiae rationem reddere constat; in primis vero in responsis simpliciter affirmantibus aut negantibus omittitur affirmatio aut negatio et responsi causa per *nam* vel *enim* indicatur; cf. II. 10, 40. Brut. 41, 152. Idem fit, ubi responsum proficiscitur non ex interrogatione, sed ex eo, quod ab altero observatum est: sic de Or. II. 33, 144., ubi Muellerus male putat legendum esse *iam hercle.*“ *Henrichsen.*

102. *atqui, inquit Sulpicius*] corruptum locum Muellerus dicit, idque apparere ex varia eius scriptura. Et miror sane perversum illud *atque* a viro elegantis iudicii Henrichseno tolerari potuisse, quo in *atqui* mutato, ut secundum codd. fecimus, omnia plana sunt. *Atqui* proprie est assumtionis inferendae, ut concludere argumentum possis. Hinc perapte transfertur etiam ad sermonem ab altero inchoatum persequendum, qua utriusque colloquentis opera ad

propositum perveniatur. Cum igitur se paratum ad respondendum Crassus fateri videretur, audacter pergit Sulpicius: *iamiam igitur se rogandi venia usurum. Atqui* igitur hic est Graecorum *δῆτα*. Plane ita dicitur c. 31, 137. Verba sic compone: *hoc primum, de quo modo Antonius exposuit, ex te quaerimus: quid sentias, existimesne artem aliquam esse dicendi;* id est, cum Antonius ea de re suam exposuerit, nunc tuam sententiam exquirimus. Verba *quid sentias* accurate iungenda sunt sequenti *existimesne*, *ἐπεξηγητικῶς*, et posterius prioribus quasi introducitur et praenuntiatur: *τοῦτο πρῶτόν σε ἀνακρίνομεν, τί οἴει, ἆρα νομίζεις εἶναι τέχνην ῥητορικήν;*

103. *Leontinum Gorgiam*] „Cicero idem narrat III. 32, 129. Fin. II. 1. init. Gorgias, unus e celeberrimis sophistis, qui Socratis aetate vixerunt, Empedoclis discipulus fuisse fertur. Ol. LXXXVIII. 2 (a Chr. 427.) Athenas a Leontinis missus, ut Atheniensium auxilium adversus Syracusanos imploraret, non solum mandatum praeclare confecit, sed etiam tantam admirationem eloquentia excitavit, ut, cum scholam aperiret, quamvis magna mercede (centum minis) doceret, multi ad eum audiendum confluerent.“ *Henrichsen.* Cf. Plat. Gorg. p. 447. C. Hipp. M. p. 282. B. Ritter Hist. philos. vet. I. p. 592 sqq. et singularem Fossii de Gorgia commentationem Hal. 1828. editam. Auream homini vano statuam a cuncta, si credi potest, Graecia positam Delphis Cicero narrat de Or. III. 32, 129 et Valerius Maximus V. 2 extr. 2. Sed ipsum fecisse ex quaestu Plinius auctor est HN. XXXIII. 4, 24.

hodieque] hoc scriptoribus aetatis aureae indictum existimabat Scioppius Inf. Famiani p. 55. et in iudicio de stilo historico p. 58. Sed erratum ab eo esse monuerunt Cellarius Cur. Post. p. 63. et Ol. Borrichius Cogitatt. de L. L. p. 275. usi hoc Ciceronis testimonio et altero Verr. Accus. V. 25, 64., item Vitruvii X. 7. et aliquibus Livii, quae videri possunt apud Drakenborchium ad V. 27, 1. Muellerus addidit Cic. Cael. 2. Cf. nostram disputationem ad II. 22, 94.

104. *apud M. Pisonem — Staseas*] *M. Pupius Piso Calpurnianus eisdem temporibus fuit, quibus Cicero, sed tanto aetate maior, ut adolescentulum Ciceronem pater ad eum deduceret, quod in eo et antiquae vitae similitudo et multae erant literae. Orator quoque melior quam frequentior habitus est. Biennio tamen serius quam Cicero consul fuit* (a. 693.) *Triumphavit procos. de Hispanis Q. Hortensio Q. Metello Cretico coss.* (a. 685.) *ante Ciceronis consulatum.*" Asconius ad Pison. 26. — Adoptati a M. Pupio meminit Cic. p. Domo 13. De moribus eius pereleganter disputavit P. Victorius Varr. Lectt. XXII. 23. De doctrina colligas etiam ex libro de N. D. I. 7, 16. Bruto 67, 236. et ex eo, quod Cicero quinto de Finibus libro Peripateticae rationis explicandae provinciam ei tribuit. Quid orator effecerit ex eodem Bruti loco et 90, 310. existimaveris. Magistrum, quo usus erat, Peripateticum Staseam Neapolitanum multos annos apud se habuit; v. Fin. V. 3, 8. 25, 75.

XXIII. 105. *quem tu mihi Staseam — narras*] haec, sive addideris verbum, sive omiseris, formula est alterius sententiam cum indignatione sive vera sive simulata aut miratione repudiantis; plane ad eundem modum Graeci pronomine *τίς* adiectivo *ποῖος* adverbiis *πῶς πόθεν* aliis utuntur: v. Heindorfium ad Plat. Euthyd. t. III. p. 365. Sic infra legitur III. 49, 187: *quarum tandem, inquit Catulus;* scil. *ineptiarum,* quo vocabulo ante usus erat Crassus. Verr. Accus. II. 32, 79: *quem tu mihi Bulbum, quem Staienum?* IV. 39, 85: *quam mihi religionem narras?* Phil. I. 10, 25: *quas tu mihi intercessionis, quas religiones?* Divers. IX. 16, 7. *quem tu mihi Popilium, quem Denarium narras?* Rp. I. 36. p. 146: *quo Iove? aut quid habet illius carminis simile haec oratio?* quo loco sermonis imperiti Creuzerus et Moserus in indoctissimas uterque coniecturas inciderunt.

ex scholis cantilenam] „praecepta, quibus in schola puerorum aures personant; cf. Bibl. Cr. vol. III. p. 2. p. 5." *Mueller.* Idem *domicilium imperii et gloriae* interpretatur *forum et conciones,* cum manifestum sit dici ipsam urbem populi principis sedem et orbis quasi caput.

vestigia persequi cupiunt, eius] rectam huius loci interpretandi viam Henrichsenus, cuius verba in comm. cr. apposuimus, indicavit.

106. *te in dicendi semper putavi deum*] Muellerus affert II. 42, 179: *semper deus videri soles.* Posuerat etiam N. D. II. 12, 32: *audiamus Platonem, quasi quendam deum philosophorum.* Att. IV. 16: *deus ille noster Plato.* Viam vocabuli transferendi et usum proverbialem monstrat Quintilianus I. 10, 5: *qui sit futurus consummatus undique et, ut dicunt, mortalis quidam deus.* — Ceterum ita correxit Becichemus, cum legeretur *dominus.*

Artem Crassus, quae dicatur *φιλοσοφικώτερον*, eloquentiae esse negat. In dicendo autem ingenium valere potissimum, ut ars tamen aliquid limare possit: quaeri enim de oratore perfecto, qui non vulgo solum, sed etiam peritis placeat; qua re timorem quendam dicenti gigni, eumque eo maiorem, quo quis sit perfectior. (c. 23, 107 — 26, 123.)

108. *si ars ita definitur — ex rebus penitus perspectis*] Mirum erat iudicium Schuetzii haec corruptelae suspecta iudicantis, et quod non dicatur *definire aliquid ex* et quod *ita* definitionem logicam exspectari faciens sine causa praemitteretur sequentibus. Et hoc quidem haud male confutavit Muellerus *definire* idem esse dicens quod *constituere*; esse igitur idem atque *constitui ita, ut constet ex rebus penitus perspectis.* Alterum illud non tetigit; facile est autem ad intelligendum *ita* non referri ad *ex rebus penitus perspectis,* sed ad sententiam interiectam *ut paulo ante exposuit Antonius.* Porro etsi Schuetzio non videntur haec cum Charmadae sententia ab Antonio exposita convenire, non video tamen quid accuratius conspirare possit cum illis, quae dicta sunt §. 92.

forensis nostrae dictionis] excludit genus eloquentiae demonstrativum, quippe a potiori sumpto vocabulo. Est enim illud a re publica, quam solam curabant Romani oratores, alienissimum et magis delectationi, quam usui accommodatum. Hanc etiam in Oratore §. 37. a forensi eloquentia secludit, nec multum abest quin idem faciat de Or. II. 11; cuius rei causam reddit l. c. §. 47.

109. *in usu ac tractatione dicendi*] *ratione dicendi*, quem ad modum olim lectum est, perversum esse consentiunt; non enim agitur de *ratione ac via* (*μέθοδος*), sed de ipsa *dictione* sive usu orationis ad dicendum, ut *tractatio dicendi* sit ipsum *dicere*, *τὸ χρῆσθαι λόγῳ* i. e. *τὸ λέγειν;* in qua re quid *observatum* sit ab oratoribus, id est quo modo egerint, quid fecerint ad consilium dicendi assequendum, a peritis hominibus scripto consignatum est; ut poëticam Aristoteles scripsit, postquam perfectissimi Graecorum in omni genere poëtae sese extulerant. Ita *usus et tractatio* oratori tribuitur Or. 18, 59., quo quidem loco de voce exercenda et erudiendo dictum est; item de Or. I. 12, 54., ubi *tractatio orationis* i. e. *λέξις* opponitur *cognitioni rerum*, quae in singulis causis extrinsecus accipitur. *Usus et tractatio* in alia re componuntur Off. II. 5, 17. item *usus* et *tractandi* verbum Accus. Verr. II. 73, 181. Fortasse haec ante oculos habuit Quintilianus, cum scripsit III. 2, 3: *initium ergo dicendi dedit natura; initium artis observatio.*

XXIV. 111. *unus ex togatorum numero*] *togati* cum proprie *palliatis*, Romani Graecis opponantur hique omnes artes invenerint illis ad res publicas et bellicas unice intentis, perapte *togati* hic dicuntur pro indoctis nec nisi crebro quodam usu peritiam assecutis. Eodem vocabulo Romanorum mos a Graecorum doctrina discernitur Rp. I. 22. p. 97 Mr.: *peto a vobis, ut me sic audiatis, neque ut omnino expertem Graecarum rerum, neque ut eas nostris hoc praesertim in genere anteponentem; sed ut unum e togatis patris diligentia non illiberaliter institutum studioque discendi a pueritia incensum, usu tamen et domesticis praeceptis multo magis eruditum, quam literis.* In simili sententia vocabulo *pater familias* usus Cicero est de Or. I. 29, 132. 34, 159.

a me aliquid promisisse] paleas maluit quam fruges Pearcius suam coniecturam *de me* commendando. *A me promisi* est *a mea parte*, *τὸ παρ' ἐμοῦ*, quod dicitur ut *solvere, dare numerare obsonare legare possidere*, quae cum aliis longe diversis uno loco componit vir quamvis *κριτικώτατος* Handius in Tursellino vol. I. p. 16 sqq.; sententiae tamen

Ciceronianae illius non meminit. V. nostra ad c. 13, 55. Qui nuper *prompsisse* multis verbis et perplexis defendit, is intelligendo fecit, nihil ut intelligeret. Qui sponte nec multis precibus moti aliquid pollicentur, hos et bene paratos in disputationem ingredi et provinciae ultro susceptae bene satisfacturos spes esse solet. Huic exspectationi Crassus occurrit dicent ab eo, qui nolens et invitus in fortuitum sermonem illectus sit, minime talia esse speranda.

112. *cum peterem magistratum*] codicum fere omnium scriptura tenenda erat. Ernesti quidem ratio Valerio Maximo nitentis, qui in consulatu petendo rem factam narrat IV. 5, 4., sane non firmissima est nec potest argumento probari *magistratum* dici *κατ' ἐξοχὴν consulatum*, id quod iure obiecit Henrichsen; sed ridiculum est credere Scaevolam quasi nutricem infanti additam in pluribus magistratibus petendis Crassi lateribus adhaesisse. Quidni dicatur de qualicunque magistratu petendo, in primis quaestura aut aedilitate, quas adolescentes Romani gerebant? ut Valerius, cum apud Ciceronem *magistratum* scriptum reperisset, de summo apud Romanos honore interpretatus sit.

ineptum me esse minime vellem] accusativum infinitivo additum editores probarunt propter exempla similis elocutionis ab Heusingero ad Off. II. 22, 9 collecta; quae sunt Off. I. 19, 11. III. 4, 4. 17, 9. de Or. I. 47, 204. II. 41, 176. Or. 25, 83. 33, 117. Divers. I. 9, 44. Interest autem aliquid. Qui dicit *ineptus esse minime vellem* dicit se ineptire s. inepte facere nolle, quod aliquando vel prudentissimorum est; sed qui ita loquitur: *me ineptum esse minime vellem*, is perpetuam aliorum de suis ineptiis cavillationem cavet.

XXV. 113. *naturam primum*] Crassi i. e. Ciceronis sententia tribus rebus ad eloquentiam opus; natura studio exercitatione. De natura agit ad finem usque c. 29.; de studio, cui artem subiicit ab initio c. 30. usque ad finem c. 32.; exercitationem tractare incipit c. 32, 147. Cum hoc loco conferendae sunt Quintiliani Ciceronem sequentis disputationes I. 8, 8. II. 19, 1.

celeres quidam motus] *movendi* et *motus* vocabula, ut Graecorum κινεῖν et κίνησις, ab eis philosophis sumpta, qui quidquid gigneretur mutaretur interiret movendo fieri iudicabant, sine motu enim omnia manere sine vicissitudine, frequentia sunt de vi atque efficacia mentis humanae semper nova ex sese procréante. Cuius rei Matth. ad. Cic. p. Sext. 68, 143. exempla protulit ND. I. 37, 104. III. 28, 71. Or. 39, 134. Off. I. 36 extr., quibus addo Acad. I. 32, 104. II. 15, 47. Legg. II. 18, 46. Hinc *ratio* vocatur *motus celer cogitationis* N. D. III. 27, 69. et *acute moveri* Acad. I. 9, 35. Divers. XV. 21. idem est quod *acute cogitare.*

114. *et si quis est*] totam probo Handii disputationem Tursell. II. p. 509. certissimeque persuasum habeo etiam Klotzium, qui *sed si* probans Qu. Tull. p. 7. et ad Lael. p. 190. de anacoluthi figura cogitat, in eadem futurum fuisse sententia, si optimorum librórum conspirationem cognosset. Veram distinguendi rationem ante *omnia sunt enim illa* Pearcius invenit. *Omnia* dicit inventionem memoriam et explicandi ornandique ubertatem, de quibus locutus est §. 113. Mirum est Ernestum *omnia* tolli voluisse, quod *enim* particulam loco tertio collocari durius putaret.

lingua solutio — latera vires] *linguae solutionem* dicit naturale illud verborum flumen et volubilitatem sermonis haud facile haesitantem. Hac significatione vox semel dicta Ciceroni et nescio an Romanis scriptoribus, qui quidem exstant, omnibus. *Latera* aliquando dici de pulmonum vi et perseverantia vocis indefatigata olim annotavi ad Bruti 55, 202; velut et hic fieri videmus et infra 60, 255. Cat. Mai. 5, 14. Verr. Accus. IV. 30, 67. Plin. Epp. II. 11, 15. Quintil. XII. 5, 5. Nam sic fieri necesse, cum vocabulum illud nec de parte corporis nec de gestu dicitur (ut Brut. 38, 241. Quintil. XI. 3, 16.), sed cum *voce* componitur, pariter atque in locutionibus *bona* vel *infirma latera laterum vires lateribus pugnare lateribus consulere.* Nec iniuria Latinis factum. Qui enim magna voce et elata dicunt spiritum contractis fortiter lateribus ex imo pectore ducunt; qua de

re pulmonum vis non magis pectoris, quam laterum contentione cernitur. Illud memorabile tralato sensu Ciceronem solo numero plurali uti, aetatis argenteae scriptores etiam singulari, sicut Plinius fecit l. c. Quintilianus I. pr. 27. 11, 8. XII. 5, 5. 11, 2. Pearcio, ne membra, sed membrorum qualitas in oratore significaretur, scribendum videbatur *laterum vires*. Non vidit vir alias perspicax *latera* ipsa quoque pulmonum firmitatem significare, cui totius corporis vires apte adiungantur. Muellerus, cum *latera lacertos vires* separatim oratori saepe tribui dicit, erravit de Divers. IV. 7. Cat. Mai. 9.; altero enim loco de corporis vi bellica, altero de athletae Milonis corpore dictum est.

115. *ut ars aliquos limare non possit*] *ut* dictum pro *quasi*, cuius significationis Stuerenburgius ad Arch. 12, 30. praeterea attulit exempla Tusc. V. 28, 81. Rp. I. 40, 62. Scripsi *aliquos limare*, quod ignorantia librariorum in *aliquid* mutaverat. Nam ut hic *ars* dicitur *limare* i. e. expolire, ita *posterior annus de prolixa beneficaque natura aliquid limasse* dicitur Divers. III. 8. De homine, qui eruditione expolitur, *limare* legitur de Or. III. 9, 36: *tantum alteri* (Ephoro Isocrates) *affinxit, de altero* (Theopompo) *limavit*. Quin orator tenue dicendi genus consecutus sese *ad minuta genera causarum limasse* dicitur d. opt. g. or. 3, 9. Quare etiam homines in qualicunque genere eruditos vocari *limatos* videmus de Or. I. 39, 180. N.D. II. 29, 74. Or. 6, 20. Quantum haec scriptura vulgarem elegantia superet propter *μετωνυμίας* figuram non attinet pluribus exponere. Id addo, ut sententia interiecta opposita habeat *quae bona sint — quae non optima*, ita in primaria invicem opponi *neque haec ita dico, ut ars aliquos limare non possit — sed sunt quidam* sqq.

vasti atque agrestes] hoc antestatur Nonius v. *vastum* p. 415. vulgo sine libri nota addita; explicat autem *horrens et asperum*.

117. *C. Laelio*] consul fuit cum L. Domitio Ahenobarbo a. u. 660. De eius eloquentia v. Cic. Brut. 45, 165.

Q. Varium] is Sucrone Hispaniae oppido natus (Quintil. V. 12, 10. Val. Max. III. 7, 8.) propter dubiam civitatem *Hybridae* cognomentum accepit. Italico bello exorto cum ob sociis negatam civitatem nobilitas in invidia esset (testatur hanc etiam Cic. de Or. III. 2, 8.) tribunus legem tulit, ut quaereretur de iis, quorum opera consiliove socii contra populum R. arma sumpsissent; quae Asconii verba sunt ad Scaur. p. 133. Beier. cf. Appian. BCiv. I. 37. Hac lege omnis fere nobilitas in iudicium vocata, absoluti M. Scaurus princeps senatus Q. Pompeius cos. cum L. Sulla a. 666. M. Antonius, sed exsul factus metu damnationis C. Cotta orator (v. ad I. 7, 25.). Ab eodem Vario Drusum tribunum ferro, Metellum Numidicum veneno sublatos esse fama erat; v. Cic. N. D. III. 33, 81. Sed a 664. ipse sua lege damnatus cum in sociorum manus incidisset, summo cruciatu interemptus est: Cic. N. D. l. c. Brut. 89, 306. Val. Max. VIII. 6, 4. cf. Beier. l. c. De eloquentia Varii inspici potest Brutus Ciceronis c. 62, 221. Quod Bakius corrigit *habuerit* pro *habet*, comparans, quod paulo ante de Caelio dictum est, *potuerit*, iniuria fecit neglecto discrimen esse in coniunctis *assequi potuerit*. Quae quis assequi potuit, ea *habet*, non *habuit*.

XXVI. 118. *fastidiose iudicamus*] „i. e. ut propter exiguam rem nobis minus probatam totum opus non placeat. Cf. c. 61, 288. et Gronov. Obss. IV. 10. p. 627. s. p. 415. ed. Frotscher., qui Ciceronis sententiam comparat cum Horatiana ep. ad Pis. 372 sqq.“ *Mueller*.

119. *etiam qui optime dicunt*] vulgata olim ab antiquis editoribus scriptura *etiam quique* librum nullum fundum habet. Non propterea contemno eam, quod apud Ciceronem ad summum bis reperitur positum *que* — *que* pro *et* — *et*, quippe praeter hunc locum Fin. V. 21, 60; nam vix inferiores auctores habet Livium XXIV. 19. Sallustium Catil. 9, 3. Sed adscita illa non intelligo quo modo proxime praecedens *etiam* non misere abundet. *Etiam qui* i. e. *vel qui optime dicant*, *καὶ οἱ ἄριστα λέγοντες* perapte dictum est; sed nec Graeci *καί* iterarunt nec Latini *et*, ut alterum

suam et propriam vim tueretur, alterum autem significaret *etiam*. Facile etiam intelligitur quomodo aliorum librorum scriptura *quoque* in verba Ciceronis sese induxerit. Hoc enim ascripto aliquis interpretaturus erat proximum *etiam*.

120. *exspectationemque hominum*] falsa est vulgaris verborum positura. Genitivus non praecedit nomen regens, nisi sono praeditus aut in figura, cuius hic in tenuissima disputationis simplicitate locus non est. Fuerunt qui genitivum praemissum elegantiorem putarent sermonis legem ignorantes; quin viri nuper in his literis clari non abstinuerunt hoc peccato *Museum antiquitatis studiorum* scribendo.

121. *experior ut exalbescam et — contremiscam*] idem de se etsi adhuc adolescente et minus, quam Crassus tunc erat, in causis versato praedicat Cic. Div. in Caecil. 13, 41., ut nescias Crassine haec natura fuerit, an eius, qui sua maxime placita sub Crassi persona lectori commendat.

adolescentulus] in accusando C. Carbone, cum natus esset annos XXI., a. u. 635.; de qua causa auctores attulimus in Hist. Eloq. R. p. LXXI. *Q. Maximus* videtur esse Q. Fabius Maximus Eburnus cos. a. u. 638., quem tunc praetorem quaestioni de maiestate praefuisse veri simile est. *Consilium* iudicum est, qui in Carbonis causa sedebant.

XXVII. 123. Antonius Crasso assensus duas huius timoris causas affert; unam, quod non semper pari eventu ab oratoribus dicatur, alteram, quod iniquiora, quam ceterarum artium homines iudicia experiantur. Addit recte dici naturam in oratore dominari, idque eo certius, quo maiora ab eo desiderentur. Crassus autem subiicit in tanta rei difficultate minus tamen a plerisque diligentiae adhiberi dicendo quam ceteris artificiis. (c. 27. 28.).

in quoquo — ita maxime is] *is* addi non erat opus, cum tanquam correlativa haec sibi respondeant invicem: *in quoquo oratore plurimum — ita maxime*, nisi perspicuitatis iuvandae causa, quod diversis in duabus sententiis casibus utendum erat. Hoc si tenueris, quanto lectior sit nostra scriptura quam vulgata existimabis. Non dubito, quin pluribus bonis libris accurate consultis ad eundem modum cor-

rigenda sit Cluentiana 19, 52., ubi legitur *ut quicquid ego apprehenderam, statim accusator extorquebat e manibus.* Male Lambinus ad commentarios suos in Lucretium et Ciceronem p. Caecina 27, 89. nos relegans *quicquid* pro *quidque* dici ait. Imo corrigendus locus eiecto *ut* explicandi causa, ut hic, olim addito. Nec moveri debemus illis, quae Lambinus et Manutius ad Divers. VI. 1. et Klotzius ad Tusc. IV. 19, 44. ipse dubitans annotarunt, ut *quisquis* et *quisque* eadem vi praedita esse credamus. Livii locus XXXVIII. 17, 3., quem *quidque* scribendo adiuvandum credunt interpretes, si post *generosius* distinxeris, sanus erit. Ciceronis de Or. II. 83, 339. *si quoquo animi vitio dictum erit* pronomen *quisquis* non pro *quisque*, sed pro *qualiscunque* dictum habet, nec opus erat particula *si*, nisi plura alia sententiae membra praefixam haberent. Ita iudicandum etiam de Liviano exemplo XLI. 8, 10: *liberos suos quibusquibus Romanis mancipio dabant.* Nam *quibusquibus* non est *quibusque*, sed *qualibuscunque*, diciturque cum breviloquentia *aliquibus, qui quidem Romani essent.* Ne Plinium quidem Epp. I. 20, 13., ubi editio Cortiana *quisque* habet, et de Quintilianum VII. 6, 7. satis certum est confudisse quae aurea aetate accurate distinguerentur. Nam in quaestione *an quisquis? an hic* non protinus de *quisque* cogitandum, sed facile subauditur *est, ἄρ' ὁστιςοῦν,* ut nos loquimur *etwa der erste beste?*

eventum dicendi procedere] priora duo verba sine sententiae detrimento eiici posse Gulielmius et Gruterus putarunt. *Procedere* pro *prospere succedendo* dici ostendit Drakenb. ad Liv. II. 44., sed sensu longe diverso; velut *res processit* de praelio dictum significat bene pugnatum esse. Ita hic, si id ageretur, ut negotium orationis habendae prospere cessisse diceretur, cum orator sibi ipse placuisset nusquam haesisset crimina omnia diluisset, haud male diceretur *procedere* absolute. Sed aliud hic significatur. Nam vel optima oratione non semper id impetratur apud auditores, quod orator vult; non ita placet non persuadet non movet saepe nulla nec sua nec clientis culpa. Hoc est quod addito *eventus* vocabulo significatur.

124. *homines spectati*] „i. e. summi artifices. Locutio est translata a metallis, praesertim auro argentoque, quae igni cognoscuntur et probantur; v. Lamb. ad Hor. Epp. I. 1, 3. et Graev. ad Flor. II. 7. p. 331.“ *Mueller.*

Roscius — crudior fuit] *Q. Roscius* actor erat illa aetate adeo clarus, ut quisquis in suo genere perfectus esset, Roscius diceretur; v. infra c. 28, 130. Ars et mores eius a Cicerone laudibus extolluntur Quinct. 25, 78. Arch. 8, 17. et in oratione pro eo habita. Comoedias Roscius, tragoedias Aesopus agebat (Qu. XI. 1, 111), ut tamen uterque etiam in alterutrius arte periculum fecisse colligas ex Cic. Or. 31, 109. *Doctus* i. e. non natura sola, sed etiam arte egregius vocatur Horatio Epp. II. 1, 82. — *Crudos* Acro ad Hor. Sat. I. 5, 50 dicit eos, qui stomachi dolorem patiuntur et tardius cibos concoquunt; addi oportebat etiam eos, qui plus cibi sumpserunt, quam concoquere possint, secundum Cic. Fin. II. 8, 23. Cum ne a coena quidem voce valeamus, qua de re post cibum dicere vetabant veteres (v. Senecam Controv. I. prooem. p. 65. Bip.), minus etiam crudos valere oportet. Schuetzius *crudum* explicans *raucum* errat; nec apud Senecam l. c., Quintilianumve XI. 3, 27., quorum testimonio utitur, ullum eius interpretationis firmamentum exstat.

XXVIII. 126. *mercede doceret*] dissimilis Apollonius Sophistis, qui cum primi illud quaestus genus instituissent, neminem tamen repudiabant, nisi cuius pecuniam hausissent; quod in Nubibus fabula Socratis persona abusus facetissime lusit Aristophanes. Artem oratoriam post Isocratem permulti docuerunt nec quisquam absque mercede; quin sophistae recentiores sub Caesaribus et opus magnas eo artificio et dignitatem assecuti sunt.

non patiebatur — perdere dimittebatque] cum olim distingueretur medie post *dimittebatque*, veriorem rationem docuit Goerenzius ad Fin. I. 12, 41. et II. 14, 44; in eo autem et ipse et qui eum sequitur, Muellerus, erraverunt graviter, quod *que* adversativam vim induere et *imo potius* significare iudicarunt. *Que* particula adiunctiva hic, ut saepe,

rem, ex priore consequentem eaque de causa ab ea suspensam significat. Recte interpreteris *non patiebatur operam eos apud se perdere, ut potius abire a sese iuberet.* Cic. de Or. I. 10, 41: *id — non tulissem multisque praeissem.* 24, 111: *dicam equidem, quoniam institui, petamque a vobis, ne has meas ineptias efferatis.*

127. *facies vultus*] Gellius N. A. XIII. 29. exemplis ex Pacuvio Plauto Sallustio petitis ostendit *faciem* Romanos antiquitus de toto corporis habitu dictum esse. Quod etsi verum est, dubito tamen an huc non pertineat. Dixit quidem ita Cicero Divin. II. 67. et Rosc. Com. 10., sed non est opus hoc loco ad eam interpretandi rationem confugere. *Facies* enim forma oris est, *vultus* faciei conformatio prout varie animus afficitur. Potest aliquis pulchram faciem habere singulis quippe partibus et lineamentis quasi ad regulam a natura fictis, et tamen truculento libidinoso foedo vultu esse, prout animi motus in ore mentis speculo comparent.

128. *actorum*] putida videretur diligentia, si Cicero *actores* a *tragoedis* ita distingui voluisset, ut illo nomine et tragoedos et comoedos significaret. Mihi videntur pantomimi s. saltatores argumenti tragici s. serii dici, in quo genere Augusti aetate Romani insaniverunt. Ceterum haec ante oculos fuerunt Quintiliano XII. 5, 5., ut tamen memoria deceptus *vox paene tragoedorum* a Cicerone scriptum existimet. Conferri etiam potest Aristoteles Rhet. III. 1, 4. 2, 4. p.

130. *itaque ut — dirigamus*] Herelii coniectura *atque* pro *itaque* suadentis ad sententiam minus convenit, quam vulgata lectio. Hoc dicit Crassus: Cum ego oratorem perfectissimum in suo genere artificem esse velim, Roscii absolutissimi actoris, cui nihil in arte sua satis faciebat, recordor; itaque oratorem actoris exemplum sibi imitandum sumere velim. Suspicionem Herelii duabus deinceps sententiis praefixum *itaque* genuisse videtur; quae res propter usum frequentem exemplis non eget.

is in suo genere Roscius] hoc loco utitur Festus p. 237. ed. Lind.; v. interpp. l. c.

XXIX. Sulpicius admiratus artis magnitudinem vix ab homine assequendam a Crasso monetur, ut naturae bona, quae maxima habebat, ad decoris maxime legem excolere velit. Nimis enim vehemens erat. Praeterea rogatus a Cotta Crassus studium et laborem praecipue prodesse dicit ad artem paratumque sese adolescentium rogatu ostendit, ut quid ipse in dicendo sequi soleat explicet (c. 29. 30.).

132. *nec motu corporis*] de bonis naturae Sulpicio copiose datis a natura eadem Cicero de Or. III. 8, 31. Brut. 55, 203. Vox *plena* non, ut Muellero visum, *magnam* significat et ad vim spectat, sed ut Quintiliano varia vocis cum virtutes tum vitia enumeranti XI. 3, 15 — 40. de natura soni dictum est et *plene sonantem* s. canoram significat, quae virtus cum fortitudine vocis iuncta quidem, sed diversa tamen est. Eandem in Bruto l. c. *splendidam* Cicero vocat; de Or. I. 8, 31. autem cum *maximam et plenissimam* coniungat, clarum est non defecisse a communi Romanorum usu.

unus paterfamilias] Handius in libro de stilo latino utilissimo p. 313. *unum* sic dictum significare *plenum et perfectum* (*ganz, vollkommen*) ut *unus paterfamilias* sit is qui personam patris familias totus induerit. Mihi *unus* dictum videtur pro quopiam s. qualicunque, *ἀνὴρ ἰδιώτης ὁποῖος δή ποτε.*

caput esse artis decere] idem posuit de Cicerone sumptum, qui item repetivit Or. 21, 70., Quintilianus XI. 3, 177.

133. *quicquid est istud*] recte monuit Matthiae de anacol. ap. Cic. in Wolfii Anall. lit. II. p. 8. non esse iungenda *ut nobis explices quicquid est istud*, sed ut *nobis explices quid praeterea assumendum putes*, nec adeo excidisse sententia Ciceronem puto, ut, cum scripsisset *ut nobis explices*, deinde colligaret *idque ex te quaerimus quid praeterea esse assumendum putes*. Imo ne potuisse quidem sic loqui videtur, ne in soloecismum incideret. In arte enim multa insunt scitu et observatione dignissima, non *id* igitur, sed *ea* scribendum in tali quidem sententia fuit, etsi interrogativum *quid* sua natura patitur, ut plura spectentur generatim. Non

potest obiici revera deinceps unam rem eamque facillimam a Crasso commemorari *ardorem amoris* §. 134. Iocatur enim Sulpicium et Cottam quasi magni cuiusdam arcani cupidos videns, eorumque quaestionem ambage quadam eludit. Et de hac quidem ratione hactenus. In Matthiae autem explicatione illud improbo, quod sermonem post *ut nobis explices* abruptum verbis *idque ex te quaerimus* resumi dicit. Nam nec opus erat hoc fieri, cum nemo illa verba, si abessent, desideraret, et duplex parentheton *quicquid — contenti sumus* et *ut ne — assecutus es* gravitur displicet. Quare sublatis parentheti signis post *sumus* et *quaerimus* uno tenore haec decurrere fecimus: *te exoremus necesse est, ut nobis explices, quicquid est istud, quod tu in dicendo potes; — neque enim sumus nimis avidi: ista tua mediocri eloquentia contenti sumus idque ex te quaerimus, ut ne plus nos assequamur, quam quantulum tu assecutus es.* — Ita in suavissima ironia de Crasso scilicet mediocri oratore et discipulis magistri praestantiam excedere verentibus perseveratur. *Quaerere* minime significat *rogare*, sed *sibi parare studere*, ut est in *salute re commodis liberis quaerendis. Ex* dictum ut in *crescere ex aliquo* Rosc. Am. 30, 83. *invenire ex imaginibus* Sull. 9, 27., id est usum, s. nixum et adiutum illis. Non tetigit hanc loquendi rationem Handius in Tursellino. Non egemus igitur Bakii correctioni *itaque* scribentis pro *idque.*

XXX. 134. *studium et ardorem quendam amoris*] *studium* Cicero explicat animi assiduam et vehementem ad aliquam rem applicatam magna cum voluntate occupationem Inv. I. 25, 36. Cavendum, ne quis genitivum *amoris* communiter ab utroque nomine suspensum putet. *Ardor amoris* per se dictus est, *ἐρωτική τις μανία*, ut Plato Phaedro scripsit p. 265, 13. Muellero laudatus. Formulam *κοινώσεως* s. communicationis *quid censes?* docte illustrat Heusinger ad Off. III. 26, 8.

nihil quicquam] hoc cum eo, quod statim sequitur, sed diversissimum est, *nihil unquam*, componi et duas negationes pro una Graecorum more positas dici potuisse a Muellero, cum *unquam* negandi particula non sit, miramur. Abun-

dantiae illius exempla tractarunt Drakenb. ad Liv. XXI. 22, 1. Cort. ad Sall. Iug. 13, 5. p. 464: Buenemann. ad Lact. p. 1308., sed diversa commiscentes et cum multa ἀκριβείᾳ. Ciceronianum alterum nemo produxit; Terentii unum addam Hecyr. I. 1, 10: *nemo illorum quisquam ad te venit.* Fons autem usus in Graecorum οὐδέν τι quaerendus.

136. *scriptore et lectore Diphilo*] „servo aut liberto Crassi. *Scriptores* servi literati vocabantur ii, qui dictantis verba stilo excipiebant; cf. Brut. 22, 87 sqq. *lectores* s. *anagnostae* ii, quibus ad libros praelegendos utebantur Romani; cf. II. 55, 223. Divers. II. 9. Att. I. 12. Plin. Epp. I. 15. IX. 17." *Henrichsen.*

non modo videre sed — suspicari] *non modo* pro *non modo non* a nullo scriptore dictum est: quare multi de eo usu acturos sese professi omnia contortiora reddiderunt. Tenendum est *non modo* in sententia tali, qua alterum *non* abesse videatur, non esse οὐ μόνον οὐ (*nicht nur nicht*) sed οὐ δή που, *non dicam* (*nicht etwa*); num sequatur *sed* an *ne — quidem* nihil interest; cuius rei hic, unde egressus sum, locus ipse testimonio esse potest. Vera adverbii *modo* vis his exemplis cernitur. De Or. I. 52, 225: *servire vero non modo te, sed universum senatum, cuius tum causam agebas, ausus es dicere?* 53, 227: *itaque haec — P. Rutilius Rufus — non modo parum commode, sed etiam turpiter et flagitiose dicta esse dicebat.* Enervat locum qui interpretatur *non solum;* non duo de eadem re praedicantur pari dignitate, sed alterum altero longe fortiore plane tollitur. ib. §. 229: *non modo supplex iudicibus esse voluit, sed ne ornatius quidem aut liberius causam dici suam.* Sic enim scribendum ex libris plurimis. II. 1, 5: *neminem eloquentia, non modo sine dicendi doctrina, sed ne sine omni quidem sapientia florere unquam et praestare potuisse.* Pison. 1, 1: *nullum non modo illustre, sed ne notum quidem factum.* N.D. I. 22, 61: *quod non modo philosophia dignum esset, sed mediocri prudentia.* Pars horum exemplorum talis est, ut *non* additurus ineptiret insigniter. Rectam in hac re, ut in multis, viam institerat P. Manutius ad Divers. I. 9.; erravit recentiorum turba,

quam coacervavit Herzog. ad Caes. B. G. II. 17. p. 141., quibus addi possunt Frotscherus ad Cic. p. Sulla p. 27. Kuehnerus ad Cic. Tusc. II. 5, 14.; Klotzius autem ad eundem locum commentatus certe non satis perspicue loquitur.

XXXI. Paucis deinde Crassus de consilio eloquentiae, causarum generibus cum in communi quaestione positis, tum ab ea seiunctis dicit; unde proclivi transitu ad eloquentiae divisionem tripartitam delabitur. Addit ad res accedere oportere ornatum verborum memoriam actionem (c. 31 — 32.).

137. *nam principio, id quod est — dignum*] correxi locum ex libris quamvis paucis nec optimis, qui omnes hic lacunam habent. In vulgata scriptura *principio illud, quod est* scabri quid inest a nullo dum interpretum animadversa. Quid est enim *illud homine ingenuo dignum*? An didicisse praecepta pervulgata artis oratoriae? At sic sententia postulat *illa, quae sunt digna.* Igitur dissimulatione omni abiecta Crassus fatetur se, contra ac vulgo putabatur (II. 1, 1.), sane didicisse de arte oratoria quae vulgo a magistris doceantur, idque non negare dicit homine ingenuo dignum. Sed hac ipsa de causa corrigendum erat *id quod.* Nunquam enim *illud quod* in una eademque sententia ad eum modum colligantur, de quo exposui in comm. cr. ad I. 14, 62., nec significant *ὅ, τι* (*was*) sed *τοῦτο, ὅ* (*das, was*). — Vim et finem eloquentiae in persuadendo positum secundum Ciceronem l. c. et Inv. I. 5. Acad. I. 8. persequitur Quintilianus II. 15, 5. sqq.; memoriter antestatus tamen *apposite*, non *accommodate* Ciceroni dictum tribuit. Aristoteles Rhet. I. 2: *ἔστω δὲ ἡ ῥητορικὴ δύναμις περὶ ἕκαστον τοῦ θεωρῆσαι τὸ ἐνδεχόμενον πιθανόν.* Ipsius Quintiliani sententia a Cicerone et ab Aristotele longe distat.

138. *infinitae rei quaestione*] *θέσιν* dicebant Graeci et exercendi inprimis ingenii causa hoc genus consectabantur a Peripateticis, ut ferunt, repertum; Cic. Or. 14, 45. de Or. III. 30, 120. Top. 21, 79. Quintil. II. 1, 9. X. 5, 11. XII. 2, 25. Hinc ratio oratorem instituendi, quali Cicero utebatur, ab ipso vocatur *θετικώτερον* Q. Fr. III. 3, 4.,

quod non intelligens Cratandrinae editionis auctor in *τεχνικώτερον* corrupit. Certis in personis et temporibus locata *ὑποθέσεις* Graecis vocabantur: v. Cic. Top. 21, 79. Quintil. II. 1, 9. 4, 24. III. 5, 17. Suet. de clar. rhet. I. p. 33. Wolf.

139. *quicquid in controversiam venit*] *τὸ κρινόμενον, τὸ συνέχον, in quo quasi certamen est controversiae,* ut Cicero dicit Or. 37, 126.

aut factumne sit] paulo aliter hoc Cicero reddit Or. 13, 45: *sitne aut quid sit aut quale sit quaeritur* v. Goeller. l. c. p. 135.

140. *controversias ex scripti interpretatione*] v. II. 26. et de Inv. II. 40., ubi haec exempla afferuntur; ambigui hoc: *heres meus uxori meae vasorum argenteorum pondo centum, quae volet, dato;* in quibus verbis ambiguum est *quae volet* ad heredemne an ad uxorem referendum sit; contrarii, cum inter se duae videntur leges aut plures discrepare, hoc: Est lex: *qui tyrannum occiderit olympionicarum praemium capito et quam volet sibi rem a magistratu deposcito et magistratus ei concedito;* altera autem: *tyranno occiso quinque eius proximos cognatione magistratus necato.* Iam Alexandrum Pheraeum occidit uxor; ea filium suum sibi praemium deposcit; sunt qui ex lege puerum dicant occidi oportere: res in iudicio est. Controversiae ex scripto et sententia exemplum est causa Curiana, de qua plurimis locis Cicero: de Or. II. 42, 141. sqq. Brut. 53. cf. Inv. II. 42, 121. Quintil. VIII. 6, 6. Paulo aliter haec exponit Scriptor ad Herennium I. 11, 18.; vide plura apud Goellerum ad Or. 13, 45. p. 135.

141. *causarum — partim*] tralaticia illa est eloquentiae divisio in genus, ut Graeci loquuntur, *δημηγορικὸν δικανικὸν ἐπιδεικτικόν*, de qua plura afferre non attinet. Fons eius divisionis Aristoteles Rhet. I. 3. De *locis* s. argumentorum fontibus scripserunt Aristoteles et hunc secutus Cicero *Topica* composuit.

in quibus aequitas quaereretur] similia de iuris civilis conditi usu et consilio dicit c. 42, 188. Fons disputationis

rursum Aristoteles, qui *aequitatem* sic explicat: *ἔστι δὲ ἐπιεικὲς τὸ παρὰ τὸν γεγραμμένον νόμον δίκαιον*, Rhet. I. 13, 13., idemque triplicem trium eloquentiae generum finem ad eundem modum constituit I. 3, 5.

142. *in quinque partes*] inventionem dispositionem elocutionem memoriam pronuntiationem s. actionem; cf. II. 19, 79. et eius divisionis fortasse auctorem Aristotelem III. 13, 1. Error exstat apud Quintil. III. 3, 7. sive ipsius sive librariorum, cum ita divisisse Cicero *in Oratore* dicatur; quod secus est, etsi quinque partes illas fusius pertractantur eo libro c. 14 — 17.

momento quodam atque iudicio] v. supra ad c. 21, 94.

143. *antequam de re diceremus*] orationis partes h. l. commemorantur sex; exordium narratio partitio s. divisio confirmatio reprehensio s. confutatio conclusio s. peroratio. Cf. infr. II. 19, 79. Inv. I. 14 sqq. script. ad Her. I. 3 sqq.

rem demonstrandam] id est *narrandam;* de qua vi verbi consuli potest Davisius ad Caes. B. G. I. 11, 5.

controversiam constituendam] controversiae constitutio etiam *causae constitutio* dicitur et verbo *causam constituere;* v. script. ad Herenn. I. 11, 18., qui eam definit *primam deprecationem defensoris cum accusatoris insimulatione coniunctam* et triplicem statuit secundum Hermagoram, coniecturalem legitimam iuridicialem; Cicero Inv. I. 8, 10. sic definit: *primam conflictionem causarum ex depulsione intentionis perfectam* et quatuor numerat ex controversia facti nominis generis actionis, unde nascatur coniecturalis definitiva generalis translativa. Sed ut multa in hoc libro post improbavit, ita de Or. II. 25 tria solum constitutionum genera exponit, coniecturale generale definitivum. Graece *στάσις* dicitur. V. etiam Quintilianum III. 6, 3 sqq.

amplificanda et augenda] in natura id rei positum, testis Aristoteles: *ἔτι δὲ περὶ μεγέθους κοινὸν ἁπάντων ἐστὶ τῶν λόγων· χρῶνται γὰρ πάντες τῷ μειοῦν καὶ αὔξειν καὶ συμβουλεύοντες ἢ ἀποτρέποντες καὶ ἐπαινοῦντες ἢ ἀπολογούμενοι.* Rhet. II. 18, 4.

XXXII. 144. *in qua praecipitur*] *in oratione*, certe ut praepositio rem unam altera comprehendi significet, nihil praecipitur; sententiam igitur sic intelligere perversum est. Verius, sed durissimum videtur ex *ornamentis orationis κατὰ τὸ διανοούμενον* subaudire *ornanda*. Non magis proficitur *in quo* corrigendo. *In* videtur adverbiascere *κατά* s. *de* significans, quod reddere solent *quod attinet*, barbare quidem. Sed talem praepositionis vim agnoscentes diversissima miscuerunt, personarum praecipue et rerum significationes, a quo vitio nec Cortius abstinuit ad Sall. Cat. p. 307., quod in viro multae lectionis, sed nullius iudicii non miramur, nec Handius Tursell. vol. III. p. 269 sqq. Maxime autem seiungenda illa exempla, in quibus *in* cum accusativo pari iure dicitur aut certe explicari commode potest *adversus*, ut *facere licere audere in aliquo*, *crudelis in aliquo*, quibus proxime accedunt *insanire peccare exardescere in aliquo:* de quibus quae multi multa annotaverint sciens praetereo. Eorum, quae Handius collegit l. c., comparanda videntur Fin. I. 2, 4. *hoc primum est, in quo admirer*. N. D. II. 48, 124: *in quo admirandum est*. Cels. III. 6: *necesse est aegris in potione, quam in cibo indulgere*. Sed diversa sunt Cic. Divers. III. 8, 22. VI. 12, 2. Q. Fr. II. 2. Catil. II. 2, 3. Tac. Ann. XV. 44., quippe quae etiam *propter* admittant. Mea addo haec. Vell. II. 31, 3: *idem hoc ante biennium in M. Antonii praetura decretum erat*. Liv. XXVI. 2: *hoc idem in Cn. Fulvii legionibus nuper decretum*. Haec Ruhnkenius l. c. et ad c. 43, 3. cum diversissimis commiscet. Legg. II. 7, 17: *in hoc admodum delector*; quo loco quae attulit Goerenzius, Fin I. 11, 39. Att. XVI. 5., eorum posterius alienissimum est. Tusc. III. 18, 39: *in quo haec admiratio fiebat*. de Or. II. 78, 316: *in quo admirari soleo — Philippum*. omnium simillimum est de Or. I. 19, 88: *in animis permovendis non fuisse ignarum quibus ea rebus consequeretur*. Quae Muellerus antestatur exempla ex II. 61, 248., ea diversa natura sunt.

146. *observasse atque id egisse*] suspecta plerisque hominibus scriptura visa, nec facile per *πρωϑύστερον*, ut

dicta illa sint pro *id egisse atque observasse*, nec per hendyadyn *id egisse ut observarent* explicanda. Orellius et Henrichsenus probant Gesneri coniecturam *atque digessisse*, estque ea et ingeniosa et facilis; Muellero placebat Manutii quaedam suspicio *atque delegisse*, iure improbata Pearcio, qui coniecit *atque idem egisse*; sed hoc non minus otiosum est, quam illud. Lambinus scripsit nihil annotans *atque in artem redegisse*; Ernestus proposuit *ad artemque redegisse*. Strebaei denique interpretatio *atque id egisse ut arte comprehenderent* vera esse non potest, quia tanta libertate sententiarum supplendarum concessa quid non possit subaudiendo addi? Mihi in mentem venit explicandi ratio, quam post a Klotzio expositam audivi Qu. Tull. p. 13. sqq. ut *id egisse* significet *ei rei operam dedisse, id dedita opera quaesivisse, studuisse ei muneri satisfacere*. Locutionis *id agere* exempla acervare minime opus erat; id oportebat probari post verbum *observandi* vel simile inculcari, qualia, si abessent, nemo requireret. Simile tamen est *praesens ac sedens*, quod significat *dedita opera* s. *de industria praesentem* de Or. II. 47, 196. Accus. Verr. III. 59, 135.

non eicio] *reiicio* Lambini scriptura verae interpretatio habenda. Dictum est *eicere* de poëtis et actoribus, qui propter carminis aut agendi vitium aliquod spectatoribus displicent et de scena pelluntur; v. Terent. Hec. prol. v. 14. Cic. de Or. III. 50, 196. Hinc transfertur ad qualecunque reiectum. de Or. II. 24, 102: *ubi plus mali, quam boni reperio, id totum abdico atque eicio*; sic enim libri boni omnes. Cluent. 31, 86: *quod tum explosum atque eiectum est*. Att. II. 24: *eoque magis id eiectum est*; componuntur ibi *eiici* et *irrideri*.

147. *ingrediuntur ad stadium*] *stadium* saepius corrigendo ingestum est, cum in libris omnibus *studium* legatur. Sed cautio adhibenda in simili de Graecis moribus sumpto neque satis familiari Romanis. Ita cur Rivii suspicionem in Bruto 64, 230. *me — in stadio eiusdem laudis exercuit* sequamur causa non est. *Exercere in studio* est exercitum tenere, in labore detinere, facere ut aliquis otiosus ne sit, non *ἀσκεῖν*, sed *ποιεῖν πονεῖν τινά*. Plane ita dictum *naturam animi in optimis rebus exercere* i. e. aliquid ei

labore conficiendum dare Somn. Scip. 9. Non rectius Lambinus *in virtutis stadio sint* correxit ad Her. III. 6, 12., quam Pricaeus in Apuleii Apol. p. 203. *in stadio laudis versabatur*, quamvis utramque coniecturam suo assensu extulerit Ruhnkenius ad Rutil. p. 77. *In studio esse* legitur de Or. I. 8, 34. nec minus probum est, quam *in studio versari* Cic. de Or. I. 60, 256.: quo loco qui corrigerent *in stadio*, praesertim cum statim inferatur *spatii* mentio, non defecissent profecto, si dici posset *in recto stadio versari*. Errant etiam qui Att. I. 16. proposuerunt *stadium contentionis*, unde iam addita interpretatio *quem ἀγῶνα Graeci vocant* eos abducere debebat. Omnium autem infelicissima coniectura Spaldingii est praef. ad Qu. vol. I. p. LXXIX. apud Cic. de Or. I. 30, 135. *in isto stadio versari* corrigentis. Non rectius is Klotzium probat apud Qu. I. 10, 2. *stadia disciplinarum ingredienda* corrigentem; quod barbarum esse fidenter pronuntio. Nego igitur *stadium* recte dici, nisi cum ex adiunctis vel consequentibus figura extra dubitationem ponitur. Id eo loco fit, unde egressus sum, praecedentibus verbis *iam pridem estis in cursu*, ut ex continuata imagine exsistat *ἀλληγορία;* fit et apud script. ad Her. IV. 3, 4. cum propter verbum *prodeundi* additum *stadio rhetoricae artis*, tum propter simile a *cursu Olympiaco* sumptum, deinde continuatum locutione *intra carceres standi* et accommodatum ad *curriculum artis*, cuius statim infertur mentio: denique etiam apud Propertium III. 20, 25. recte opponuntur inter se *Platonis stadia* et Epicuri *horti;* ille enim in gymnasio docebat. — Sed differunt *ingredi aliquid* et *ad aliquid*. Non male Muellerus interpretatur illud *esse in via, quae ad stadium ducit;* sed id propriae, non tralatae dictionis sensum refert. Est autem *suscipere, apud se constituisse rem gerere, decrevisse incipere* (*sich entschlossen haben, übernehmen*); velut *ingredi ad genus disputandi* Fat. 2, 4. *ad dicendum* de Or. I. 21, 94. *ingrediar audacius ad ea, quae vultis* 48, 208. Sed *ingredi in aliquid* (rarius abest praepositio, velut p. Caecina 28, 79.) est *incipere tractare* (*sich einlassen*): vide Rp. I. 24. de Or. II. 53, 214. Div. in

Caecil. 12, 40. Sext. 2, 5. Phil. II. 35, 88. Prov. Coss. 17, 40. de Inv. I. 17, 24.

XXXIII. In exercendo oratore stilo primas tribuit Crassus, in primis ut de Graeco vertantur orationes. Sed nec actionem sine summa exercitatione recte excoli et multarum rerum cognitionem acquirendam esse. (c. 33. 34.)

149. *Crassus inquit*] displicebat verbum nomini postpositum Heindorfio ad Cic. N. D. I. 7, 17. isque et hunc locum corrigi voluit et II. 8, 31. III. 24, 90. Sed ne Graeci quidem, quibus Heindorfius et qui eum sequitur Goellerus ad Cic. Or. p. 109. maxime nituntur, alterum positum plane declinarunt, nec quod dici frequenter solet aliquando neglectum non est. Corrigendi essent etiam loci plures, velut de Or. III. 12, 47. 49, 190. Quin nisi vetustiores libri ea parte lacunosi essent, sic scribendum iudicarem I. 47, 207.; v. comm. cr. l. c.

quae vos facere soletis] usitatissimum declamitandi genus significatur, quale sequens aetas *controversias* dixit, Cicero *causas*, quo sensu etsi id vocabulum apud eum nunc non legitur, scimus tamen eius voluntatem ex Seneca Rhet. Controv. praef. p. 63. Bip. Ut causa s. controversia excitando ingenio proposita quam maxime accommodata ad vitae et iudiciorum veritatem deligatur, etiam Quintilianus suadet II. 10, 4. cf. 12. De *veritate* v. ad II. 23, 94.

linguae celeritatem incitant] figura egregia ab equorum cursibus sumpta, quos, si generosa sint indole, aemulatione ad augendam currendi celeritatem etiam non urgente rectore stimulari scimus. Eadem vi dicitur N. D. II. 40, 103., ubi legimus *stellarum celeritatem incitari* i. e. augeri, et de Or. I. 20, 90. *consuetudo celeritatem eloquendi incitare.* Affinis est significatio III. 60, 226: *quanquam ea incitatur in civitate ratio vivendi*, i. e. increbescit, vires nanciscitur. Hinc *incitatio* aliquando *celeritatem* significat, velut de Or. I. 35, 161. Acad. II. 26, 82.

dicendo homines, ut dicant, efficere] Graecum proverbium est ἐκ τοῦ λέγειν τὸ λέγειν πορίζεται.

150. *stilus optimus — dicendi effector*] *perfectorem* Cicero vocat c. 60, 257. hoc ipsum dictum respiciens; nec tamen usquam discrepans scriptura emicat. Dictum Ciceronis calculo suo comprobat Quintilianus X. 3, 1. *effectoris* in eo vocabulum agnoscens, videturque in mente habere Plinius Epp. VII. 17, 13. cum *timorem acerrimum emendatorem* vocat, quod idem de stilo posuerit Cicero. Cf. Heusinger. ad Off. I. 6, 6.

151. *sub acumen stili subeant*] figura sumpta a forma stili scriptorii, qui ab altera parte acutus, ab altera obtusus esset, ut quod scriptum in cera esset deleri posset. *Subeunt* igitur *acumen stili* quae stili officio in cera exprimuntur; id eleganter dicitur propter stilum cerae impositum atque impressum. Nec profecto quicquam abundat, eum proxime additur *succedere:* hoc enim ad verba *deinceps ordine* scribenda refertur. Sed utrique videtur *iudicationis* et *probationis* adsignificatio adhaerere. Praepositio adiecta est ut in *subiiciendo sub hostium libidinem* ad Her. IV. 8, 12. *sub sensus* Acad. II. 23, 74. *sub metum* Cic. Tusc. IV. 7, 16., quod idem ibidem etiam dativo redditur; dictum est autem de rebus singulis generi cuidam suppositis. Porro conferri possunt *sub oculos venire* Qu. V. 9, 14. *sub aspectum* de Or. II. 87, 358. *sub nomen cadere* VIII. 3, 56. *sub sensum* Cic. Acad. I. 33, 105. i. q. *sentiri.*, *sub oculos* Or. 3, 9. *sub eandem rationem* de Inv. I. 30, 46. *succedere sub aciem* Caes. B. G. I. 24. Quanquam haec sane eo dissimilia sunt, quod accusativum solum subrogari non patiuntur.

152. *quae clamores — efficiunt*] clamores sunt oratori plaudentium. Cicero in Bruto 44, 164: *nulla est enim altercatio clamoribus unquam habita maioribus.* 95, 326: *itaque Hortensius utroque genere florens clamores faciebat adolescens.* Or. 30, 107: *quantis illa clamoribus adolescentuli diximus de supplicio parricidarum?* quo loco Quintilianus utitur XII. 6, 4. — Plin. Epp. IV. 5, 1: *Aeschinem aiunt petentibus Rhodiis legisse orationem suam, deinde Demosthenis, summis utramque clamoribus.* Quanquam est etiam clamor *adversus,*

ut qui cum *conviciis* et *sibilis* coniungatur Att. II. 18. cf. Quintil. VI. 4, 11. Permulta de clamore plaudentium exempla collegit Spald. ad IV. 2, 37.

153. *cum remiges inhibuerunt*] *inhibere* non est sustinere remigium s. desinere remigare, sed in contrariam partem remigare. Id cum casu didicisset Cicero, ex aliquo Academicorum loco verbum *inhibendi*, quod de ἐποχῇ Carneadea tralate dixisset tollendum esse ad Atticum scribit XIII. 21, 4. Qua re moti etiam hic Lambinus et Pearcius de Passeratii coniectura scripserunt *sustinuerunt*. Sed recte dicit Henrichsenus, cum epistola illa decem fere annis post editos de Oratore libros scripta sit, eoque demum tempore Cicero de vera *inhibendi* significatione cognorit, scriptorem ipsum, non librarios correcturum esse, si quis etiam hic *sustinendi* verbum reponere velit. *Inhibere* Graeci dicunt πρύμναν κρούεσθαι, Latini vel nude vel addito *remis* s. *remos*, quod posterius cum legatur apud Quintilianum XII. prooem. 4., Gronovius emendatione sublaturus erat Obss. IV. 26. Ceterum etiam Quintilianus *inhibere* manifesto dixit de remigio sustinendo.

XXXIV. 154. *proponere solebam*] lectius videretur *ponere*, quod hic et statim post in plurimis libris legitur; sed nec adest hic veterum et incorruptorum auctoritas nec possum reperire qui *ponere* dixerit de exemplis ad imitandum sumptis. Hoc enim nec ex iis efficitur, quae de *ponenda*, id est reddenda *ratione* Oudendorpius ad Suet. Othon. 7., nec ex illis quae de *quaestionibus* et *praemiis ponendis* Heusingerus annotavit ad Off. I. 10, 2. et III. 22, 2. item Drakenb. ad Liv. XXXIX. 17, 1. Cort. ad Sall. Catil. 20, 14. — De Carbone v. explicatt. ad I. 10, 40.

Ennius — Gracchus] Ennii Rudiensis aut annalium, quibus res praecipuas a Romanis gestas versibus extollebantur, aut tragoediarum partes imitandas sibi sumpsisse Crassum consentaneum est. Natus Ennius a. u. 515., mortuus a. 585. De eo iudicium tulit Quintilianus X. 1, 88. *Gracchus* est C. Gracchus eloquentia fratri Tiberio longe superior. Huius orationes dudum evanuerant, cum Gaii fratris

etiam Antoninorum aetate doctorum manibus tererentur: v. Gell. XI. 13. nos in Hist. eloq. Rom. p. XLV. cf. p. XXXIX.

155. *ut — Graecas orationes explicarem*] haec respicit Quintilianus X. 5, 2. idemque id a Cicerone sua ipsius persona frequentissime praecipi affirmat, cuius rei in libris, qui nunc exstant, memoria nulla reliqua est; laudat eandem exercitationem etiam Plinius Epp. VII. 9. Paulo ante de carminibus oratione soluta reddendis loqui Crassi persona Ciceronem, quod eo solo exercitationis genere Sulpicius usus esse perhibetur, veri simile est: v. Quintil. X. 5, 4. Idem acerrimus artis iudex de Latinis orationibus dicendo imitandis cum Cicerone consentit l. c. §. 5.

quae legeram] nemo uno eodemque tempore legere et lecta alio sermone interpretari potest; ante legitur, post vertitur. Qui *legerem* defendunt, quod ne a libris quidem satis testatum est, fidenter patrocinari poterunt omnibus omnium generum soloecismis.

157. *locorum simulacrorumque*] haec veterum doctrinam de arte memoriae tangunt, quam copiosius exsequitur Antonius libro II. 86 sqq.

medium in agmen] Klotzius ostendisse nescio quo loco fertur *medius* sic tantum praepositionem post se habere, cum notio quaedam opposita vel *initii* vel *finis* aut diserte adiiciatur aut intelligatur saltem. Qua de re ex uno libro contra optimorum fidem corrigit Cic. Planc. 14, 33. Nobis locum potiorem occupare videtur quicquid sono praecipuo praeditum est: idque hic eo certius faciendum fuit, cum *medium* non *agmen* solum spectet, sed etiam *pulverem clamorem castra aciem*. Praemittuntur enim quae pluribus iunctis applicantur. Livius dixit *versari media in mole pugnae* VII. 32. — Nihil autem Romanis familiarius similibus ab *acie* et *pugna* sumptis: V. Brut. 9, 37. de Or. II. 22 extr. Quintilian. X. 1, 29.

subeundus usus omnium] id cum non satis ad intelligendum pateat, corrigendi occasionem dedit Maio *visus omnium* secundum Iulium Victorem Art. Rh. p. 119., Madvigio *visus hominum*, cui suspicioni quidam codd. ex parte

favent. Explicationem petit ex libro II. 10, 41., ubi orator *in foro atque in oculis civium constituendus esse* dicitur. Sed probare non potuit *visum subire* de eo dici, qui ante oculos omnium procedat: eamque causam fuisse puto cur ne haec quidem correctio a duritiei vitio abesse Henrichseno videatur. Et de sententia sine dubio verum vidit Madvigius: illud quaeramus anne ea in vulgari etiam scriptura inesse possit. *Omnium* non est *omnium rerum*, sed *omnium hominum*, *populi universi*. Deinde *usum* interpretor *consuetudinem*, non amicam illam et familiarem, sed qualis est eorum, qui in re publica gerenda multos quotidie convenirent cumque eis versarentur; maxime vulgus in forum confluere solitum et coronae frequentia. Sic et mores populi tractare discebat et fidentior fiebat et iudicia hominum experiebatur orator, quae in usum suum converteret. Hoc dicitur *subire usum*, ut *subire iudicium oculos periculum discrimen*. Totum hoc locum insititium putat Bakius; medium enim interponi exercitationis generibus et significare tamen ea, quae post exercitationem suscipi debeant. Perperam. Primum de *exercendo*, deinde de *periclitando* ingenio loquitur. Quae post addit, lectio poëtarum et scriptorum cognitio iuris et antiquitatis et moris publici et causae imperii, non sunt exercitationis, sed inter agendum accuratius cognoscuntur quotidiano usu; addisci ante non possunt. Ne disputationes quidam de omnibus rebus in contrarias partes magis ad instituendum, quam ad acuendum oratorem pertinent, si quidem Cicero praetor adhuc eo dictionis genere usus est, cum puerilem illam et scholae exercitationem dudum exuisset. Idem *agmen* damnat *turbam* dicendam fuisse ratus. Male, quoniam omne simile a re militari desumptum est; et si in *agmine* non pugnatur, ne in *castris* quidem, nedum in *clamore*.

158. *eligendum*] subaudi *ad futurum usum*. *Eliciendum* per se non improbarem, dum meliores fontes haberet. Sed quae vulgo sequuntur *atque dicendum* ad sententiam ineptissima sunt et vel interpretis inventum per *atque* additum videntur, vel ex perperam lecto *eligendi* s. *eliciendi* verbo orta. Fuit qui explicaret *verbis ornandum*; inepte, cum non

de dictione, sed de eruditione oratoria agatur. Nulla enim tanta esse diligentia potest, ut quidquid in causis utile fore videatur statim dicas vel perscribas elaborate; satis est laboris res eius modi in commentarios coniicere. *Edisserendum* corrigit Bakius verbo, ut mihi videtur, non apto.

159. *perdiscendum*] maximam ante hoc distinctionem sustuli. Haec enim et priora omnia summo cursu verborum nulla nec mora nec interspiratione effunduntur a Crasso eius modi disputationibus adverso. Id et ipse statim dicit et significat Cotta §. 161.

causa imperii] non *quod imperium genuit et auxit*, ut Strebaeo placet, sed *quae imperio tuendo commoda et necessaria sunt* (*das Interesse*). Cic. p. Quinctio 15: *is, quicum tibi affinitas, societas omnes denique causae et necessitudines veteres intercedebant.* Causam civitatis rei publicae senatus optimatium bonorum sic dici pervagatum est. Similia praecipit Aristot. Rhet. Rhet. I. 4, 12. — Idem Strebaeus cur antiquitas ab historia segregetur ambigit, quorum alterum altero maxima ex parte contineatur. Praetervidit ille *historiam* dici omnium gentium, ex qua exempla et documenta ab oratore petantur; *antiquitatem* de sola civitate Romana, quam nisi cognoris, de iure legibus senatoria consuetudine disciplina rei publicae iudicare non possis : ea enim pleraque usu, non scriptis monumentis nituntur. De omni hoc externo et adventitio oratoris apparatu exponitur etiam in Oratore 34, 120.

XXXV. Cum Crassus iusto brevius et celerius dixisse videretur, Scaevola adolescentes hortatus ad plura ex eo requirenda cum pudore impediri illos animadvertit, ipse ex Crasso petit, ut opus inchoatum exaedificare ne detrectet (c. 35.).

161. *sic evolavit oratio*] de celeritate, non dicendi et currente verborum flumine, sed progressu in literis dicitur in Bruto 78, 272: *itaque tantos processus efficiebat, ut evolare, non excurrere videretur;* quo loco quae Meyerus et Bernhardyus conferunt exempla, illud unde egressi sumus et Divers. I. 7, 19. non minus aliena sunt, quam Graecum *ἀναπτεροῦσθαι.* Cum nostra sententia comparari potest de

Or. II. 78, 317: *nihil est denique in natura rerum omnium, quod se universum profundat et quod totum repente evolet.* Nam etiam hoc dicitur cum ratione festinantis in dicendo.

refertam domum] rarius est *refertum* dici casu nominis non addito. Legitur tamen Cic. Accus. in Verr. III. 87, 202: *iam refertius erit aerarium populi Romani, quam unquam fuit.* Acad. I. 4, 17: *disciplinae formulam composuerunt et eam quidem plenam ac refertam.* Muren. 9, 20: *Asiam istam refertam et eandem delicatam sic obiit.* Tac. Hist. II. 56: *refertos agros dites dominos in praedam — destinabant.*

rebus constructis et reconditis] *constructa* significare arbitratus Lambinus ordine posita et suo loco collocata suam emendationem *constrictis* commendare studuit. Velle enim Scaevolam a Crasso petere, ut, quae coarctasset et peranguste refersisset in oratione, ea dilatet atque explicet et propalam collocet. Hunc quo minus sequamur iam unus prohibet locus Cic. Rull. I. 5. a Muellero indicatus, quo legitur pecuniam *construere et coacervare.* Addo Phil. II. 38, 97.: *acervi numorum apud istum construuntur.* Quippe *construere* proprie est *struem facere*, ut *coacervare* acervum. Ita *congeriem saxorum construere* legimus apud Plin. H. N. XVIII, 31. *fenum* XVI. 28. Hinc repetiit Horatius *construere divitias* Serm. II. 3, 96. Igitur *construuntur* quae recondere ac servare velis, non explicare et ad usum exhibere; qua de causa vix *aspicere*, nedum *contemplari* ea licet, quae verba mox sequuntur ipsius Ciceronis.

162. *transennam*] fenestram elathratam. Disputarunt de vocabulo proprie machinulam turdis capiendis significante Salmasius Exerc. Plin. p. 643. 647. et Vossius in lex. etym. s. v. Sumptum proverbium dicunt ex mercatorum consuetudine, qui merces illas, quas contrectari notunt, cancellis claudunt, ut praetereuntibus non liceat nisi constructas videre; nec explicant, nisi emtoribus idoneis. Alias *breviter* Cicero dixit, *praeteriens* Brut. 54, 200. Haec Muellerus. Idem qua vi dictum est *strictim*, id est *cursim*, *leviter* illustrat exemplis Ciceronianis Rosc. Am. 32. Att. II. 1. Addi poterat Cluent. 10., quo loco cum *strictim* et *breviter*

iungantur, alterum certe altero significari non potuit. — *Seponere* et *proferre* opposita illustrat Steinmetz. ad Cic. Mur. 31, 64. — *Transennam* ex hoc loco enotavit Nonius p. 180. et 512., posteriore loco etiam *strictim*.

163. *veniam — da*] v. explicatt. ad c. 21, 98.

164. *mea quoque etiam causa*] abundantiae cum verae tum creditae exempla ex Terentii Hecyra IV. 1. 28. Lucretio III. 293. Plinio Epp. X. 97, 6. Muellerus affert idem plura praeberi annotans a Vechnero Hellenol. ed. Heusingeri p. 155. et Cortio ad Plin. Epp. V. 6, 21. Horum quidem librorum ego possessor non sum. Sed plura Ciceronis et aliorum collegit Wopkensius Lectt. Tull. p. 254., quanquam non *κριτικώτατα*, quod recte animadvertit illum corrigens Handius V. D. Verum etsi illa simile quiddam habent, non significant tamen idem, ut non verior abundantia sit, quam in *olim quondam* et *principio primum*, de quibus Garatotonus egit ad Cic. p. Planc. p. 172. ed. Wunderi, item in *rursus denuo*, quod tractavit Casaubonus ad Suet. Caes. p. 93. ed. Wolf. Quippe *quoque* significat quod aliis pariter ac loquenti tribuendum (*gleichfalls*); in *etiam* inest ascensio a minore ad maius, Scaevola, quod non exspectaret Crassus, desiderium adolescentium iuvante. *Olim* est vel *praeterito*, vel *futuro tempore*, cui additur *quondam* ad incertitudinem rei quoties facta sit augendam, quod nos Latinis feliciores uno vocabulo *einstmals* reddimus. *Principio* rerum, *primum* additum enumerandi nexum et consequentiam significat. *Rursus* est re *ab altera parte considerata, contra, πάλιν* (*anderer Seits*), cui si additur *denuo* rem factam iterari significans, nihil sane abundat. Non magis aliquid abundat de Or. II. 12, 51., ubi cum legitur *Graeci quoque ipsi sic initio scriptitarunt, ipsi* significat non exspectari popotuisse de Graecis, ut ita scriberent, *quoque* autem est *praeter Romanos*.

XXXVI. Cum Scaevola tam lautam suppellectilem oratori tribui miratus audire cupisset quomodo tot tantaque iure ab eloquente desiderarentur, Crassus percallide ab una illarum artium Scaevolae inprimis familiari iuris peritia or-

sus quam ea oratori necessaria sit exemplis demonstrat unum Antonium excipiens. Quippe hunc iuris ignarissimum esse in vulgus notum erat. (c. 36 — 39.) Artis eius neglectum et impudentis et inertis esse, cum et facilis sit ad discendum, si quis dialectica didicerit, et gnaris honorem gratiam dignitatem pariat (c. 40 — 46.).

165. *nostro ipso iure civili*] legitimus pronominis locus videtur aut *ipso nostro* aut *nostro iure civili ipso*, et ad priorem modum invertit Schuetzius. Non sequor. Cic. Off. III. 21, 84: *qui exercitu populi Romani populum ipsum Romanum oppressisset.* Att. IV. 1. *natali suo ipso die.*

166. *potes igitur — oratores putare eos*] de iuris prudentia oratori necessaria Ciceronem imitatur Quintilianus XI. 3, 1 sqq., ipse disputat Cicero Or. 34, 120.

quos multas horas exspectavit] „nimirum, dum perorarent, ab iis sese detineri passus est.“ Matthiae in Misc. Cr. I. p. 677. Ernestus hoc non intellexit, etsi bene explicuit locum consimilem Taciti Ann. II. 69, ubi cum legatur *Seleuciam* (Piso) *digreditur opperiens aegritudinem, quae rursum Germanico acciderat,* recte annotat *intellige eventum morbi.* Eodem modo Horatius dixit *haud animo aequo exspectans comites* Serm. I. 5, 9. Nihil opus igitur Purgoldi coniectura *spectavit.*

Hypsaeus — Octavius] „Hanc causam a. 627. s. 628. actam esse inde concludi potest, quod Cn. Octavius dicitur *homo consularis,* Hypsaeus non item. Cn. enim Octavius cos. fuit a. 626. cum T. Annio, M. Plautius Hypsaeus a. 629. cum M. Fulvio Flacco. Scaevola, qui hic commemoratur, videtur fuisse P. Mucius Scaevola Pont. Max. cos. a. 621., M. Crassus (fortasse is, qui appellatus est ἀγέλαστος, Cic. Fin. V. 30, 92. Plin. H. N. VII. 18.) ex iis, quae supra allata sunt, praetor fuit a. 627. s. 628.“ *Henrichsen.* Iure adversatur Bakius Pighium defendens, qui ex hoc loco M. Crassum praetorem posuit a. 647. Narrari enim rem a Crasso quasi praesens interfuisset; non potuisse autem annos natum tredecim interesse. Octavium autem *consularem* dici, quod in tali turpior videatur ignorantia iuris, et posse

alium Hypsaeum intelligi, quam qui cos. fuerit a. 629., Scaevolam Crassi autem Crassi collegam in consulatu a. 659.

167. *quod alter plus lege agendo petebat*] „Duodecim tabularum lex *actionem adversus tutorem in duplum* decernebat (Digest. XXVI. t. 7. l. 55. §. 1.), hoc est, si quis per tutelam fraudasset quempiam, duplo furtum lueret. Hypsaeus pupilli patronus lege agendo plus duplo postulabat ignorans videlicet ex iure civili eum, qui plus peteret, quam lex permitteret aut quam debitum esset, causa cadere (Cic. Inv. II. 19, 57. Rosc. Com. 4, 10. Gaius IV. 53. Instit. IV. 6. §. 33.). Itaque si Octavius in ius venisset atque actione data probasset iusto plus postulari, tutorem multa et turpi tutelae iudicio liberasset: infamis enim existimabatur, qui tutelae aut societatis aut mandati aut depositi iudicio victus discesserat (Cic. Caecin. 3, 7.). Sed is, iuris civilis non magis peritus, quam Hypsaeus, hoc solum a praetore contendit, ne formulam daret, qua plus peteretur, quam quod esset *in actione* h. e. in ipsius legis formula (cf. Gaium IV. 11.)." *Henrichsen.* Vide etiam interpretes ad Suetonii Claudium 14.

XXXVII. 168. *in tribunali Q. Pompei*] in tribunali satis amplo ad plurima sedilia capienda et consilium s. iudices sedebant, de quorum sententia ius ille dicturus erat, et amici praetoris; v. Brut. 84, 290. et quae Ernestus in clave v. *tribunal* collegit. *Q. Pompeius* sine dubio is est, qui paucis post hoc colloquium habitum annis consul fuit cum L. Sulla a. 666.

postulabat] „petitor *ante diem* postulavit pecuniam alicui creditam; itaque si patronus eius, unde petebatur, iudici probasset pecuniam ante solutionis diem petitam esse (id est Ciceronis *ante quam coepta esset deberi*), causa cecidisset petitor et, cum postea rursus peteret, hac exceptione excludi posset: *quod ea res in iudicium ante venisset;* eandem enim rem bis in iudicium venire non licebat (Dig. XLIV. tit. 2.). Hoc non faciebat debitoris patronus, sed postulabat, ut ei, unde peteretur (i. e. debitori clienti suo) haec exceptio daretur: *ea pecunia ageretur, cuius pecuniae dies fuisset,*

h. e. ut petitori eam tantum pecuniam petere liceret, cuius solvendae nunc tempus esset; neque sciebat hanc exceptionem s. praescriptionem esse *pro actore*, i. e. petitori prodesse, ita ut nunc quidem causa reiiceretur, postea autem, cum dies venisset, in iudicium referri posset." *Henrichsen.* Vide Gaii Inst. IV. §. 131. et Heffteri Obss. ad Gaii librum IV. c. 23. p. 109 sqq. Hinc etiam clarum est cur secundum codd. potiores cum Orellio legendum sit *ne exceptione excluderetur*, cum alii libri *ne* omittant; item ex codd. parte recte scribi *ante venisset*, aliis *antea non v.* exhibentibus.

ille infitiator] Nonius s. v. p. 130. ed. Merc. loco Ciceronis usus inepte interpretatur *falsi criminis obiector:* quod Muellero non dissentiente fieri miror. *Infitiatorem* clarum est hic debitorem s. eum unde peteretur dici, qui negaret *iure a se pecuniam peti.*

169. *afflictos excitet*] v. ad. I. 8, 32.

170. *P. Crassum illum Divitem*] est Crassus Mucianus P. Mucii filius, qui adoptione in gentem Liciniam transierat. Is cum consul cum L. Valerio Flacco fuisset a. 623. anno sequente bello contra Aristonicum periit; Liv. ep. 59. Vell. II. 4. Ascon. ad Scaur. p. 144. Beier. Eloquentiam et iuris peritiam eius extollit Cic. Brut. 26, 98. cf. de Or. I. 56, 239. Eius frater P. Mucius Scaevola Pont. Max. cos. a. 621. pater erat Q. Mucii Pont. Max. Crassi in consulatu collegae a. 659. Horum res et propinquitatem fusius explanat infelicem Gulielmii coniecturam *cum P. Scaevolae superesset* pro *cum P. Scaevolae frater esset* refutans Gronovius Obss. II. 6. p. 131. ed. Frotscher. Iam ante illum *Divitis* cognomen in Crassorum familia fuit; gessit enim id P. Crassus cos. cum P. Africano a. 549.

multis aliis rebus] de hac scriptura consule dicta ad I. 3, 12. Non sustulimus praepositionem in proximis illis *in hoc efferendum et laudandum puto:* dissimilis est enim horum a prioribus sententia. Illae *aliae res*, quae *elegantem et ornatum* efficiebant, sunt causae cur elegans et ornatus videatur; quod sequitur, non laudem ipsam, sed rem et occasionem, in qua laude dignus haberetur, continent. — *Ferri*

pro *laudibus ferri* dictum etsi Ernesto elegantius videbatur quam *efferri*, constat tamen exemplo carere.

satis illi arti facere posse] de hac tmesi dicemus in explicationibus ad II. 65, 271. Qui *illi arti* uncinis inclusserunt, propter iuris prudentiam proximo ante loco commemoratam fecisse videntur. Sed *in iure civili* est *ut de iure civili dicamus* s. *quod ad ius civile attinet*, de quo praepositionis usu copiose diximus ad c. 32, 144. *Ars* perfectam scientiam significat additurque a Crasso, ut Scaevolae placeat; dicitur igitur cum vi. Quaesita videtur Bakii nec vera ratio explicantis *foris eam, non domi tantum, in amicorum periculis defendendis tueri.* Periculum iuris prudentia nullum ab amici capite arcet; ea ad causas privatas solas pertinet. Praeterea sublatis illis membrorum paritas tolleretur. Studiose enim hanc quaesivit Cicero *in iure civili satisfacere illi arti posse* et *causas amicorum tractare atque agere coepisse* inter se opponendo.

171. *ille M. Cato*] huius laudes magnifice exsequitur Livius XXXIX. 40. De eloquentia et ceteris rebus eius egimus ego in prolegg. ad Brut. p. XIX. sqq. et Westermannus in Hist. Eloq. Rom. p. 37 sqq.

XXXVIII. 172. *incredibilis quaedam et prope singularis et divina*] has et similes laudandi formulas bene illustrat Manutius ad Cic. Divers. IV. 3.

173. *in causis centumviralibus*] iudicium centumvirale nomen a centum et quinque iudicibus, quorum ex singulis tribubus terni crearentur, habere Festus ait v. *centumviralia iudicia.* Institutum esse creditur a. 515. Novissime de illo iudicio et causis ab eo tractatis disputavit Zumptius libello a. 1838. edito. Is, cum Bethmann-Hollwegius *actiones in rem* ad centumviros delatas esse putasset, inprimis loco Quintiliani IV. 2, 5. usus et consideratis causis, quas apud illos actas esse constat, hanc eorum fuisse provinciam ostendit, ut, cum de re constaret, de iure apud eos quaereretur.

usucapionum] „usucapio est adiectio (scribe *adeptio*) dominii per continuationem possessionis temporis lege definiti, Dig. XLI. tit. 3. 3. cf. Gaium II. 40 sqq.“ *Henrichsen.*

gentilitatum] gentilium definitionem Cicero ponit Top. 6, 29: *qui intēr se eodem nomine sunt, qui ab ingenuis oriundi, quorum maiorum nemo servitutem servivit, quique capite non sunt deminuti.* Quae de ingenuis et nemine maiorum servo in ea definitione dicuntur pugnant cum eis, quae c. 39, 176. narrantur Claudios patricios libertini hominis hereditatem gentili iure petivisse. Haud inanis est Niebuhrii suspicio hist. R. I. p. 357. contra patricios Claudios esse tum iudicatum eamque causam Ciceroni fuisse cur in definiendo a libertinis gentilitatem abiudicaret.

agnationum] *agnati sunt per virilis sexus personas cognatione iuncti, quasi a patre cognati; veluti frater eodem patre natus, fratris filius neposve ex eo, item patruus et patrui filius et nepos ex eo. At hi, qui per feminini sexus personas cognatione iunguntur, non sunt agnati; itaque inter avunculum et sororis filium non agnatio est, sed cognatio.* Gaius I. 156. cf. editores.

alluvionum] Gaius II. 70: *per alluvionem videtur adiici, quod ita paulatim flumen agro nostro adiicit, ut aestimare non possimus quantum quoque momento temporis adiiciatur; hoc est, quod vulgo dicitur per alluvionem id adiici videri, quod ita paulatim adiicitur, ut oculos nostros fallat. Quod si flumen partem aliquam ex tuo praedio detraxerit et ad meum praedium attulerit, haec pars tua manet.* De *circumluvione* idem haec habet §. 72: *At si in medio flumine insula nata sit, haec eorum omnium est, qui ab utraque parte fluminis prope ripam praedia possident; si vero non sit in medio flumine, ad eos pertinet, qui ab ea parte, quae proxima est, iuxta ripam praedia habent.*

nexorum mancipiorum] Varro L. L. VIII. 105. p. 161. Muell: *Nexum Manilius scribit omne, quod per aes et libram geritur, in quo sint mancipia; Mucius, quae per aes et libram fiant, ut obligentur, praeter quae mancipio dentur. Hoc verius esse ipsum verbum ostendit, de quo quaerit: id est, quod obligatur per libram neque suum fit; inde nexum dictum.* „Igitur h. l. *nexum* strictiore sensu intelligendum est de obligatione per aes et libram facta (cf. III. 40, 159.), qua res ita traditur, ut is, qui recipiat, rei dominus non fiat,

quo in genere est id, quod pignori datum est (Dig. X. 2, 33.); *mancipium* vero de translatione per aes et libram facta atque inde nato pleno dominio (rectius dices *ut plenum inde dominium recipienti sit*); cf. Gaium I. 199. Ut hic, ita in duodecim tabulis apud Festum v. *nuncupata* haec vocabula distinguuntur: *cum nexum faciat mancipiumque* (scr. *mancipiumve*), *uti lingua nuncupassit, ita ius esto.* Saepe vero nexum latiore sensu usurpatur de omni, quod per aes et libram geritur, ut definivit Manilius; v. Cic. Top. 5, 28. cf. Schweppe (Hist. et antiq. Iur. R.) §. 252. p. 370," *Henrichsen.*

parietum luminum stillicidiorum] „haec iura pertinent ad servitutes praediorum urbanorum, de quibus consulendi sunt ICti in Dig. VIII. t. 2., unde haec excerpimus: l. 8. *Parietem, qui naturali ratione communis est, alterutri vicinorum demoliendi eum et reficiendi ius non est, quia non solus dominus est.* l. 4. *Luminum servitute constituta id acquisitum videtur, ut vicinus lumina nostra excipiat; cum autem servitus imponitur* NE LUMINIBUS OFFICIATUR, *hoc maxime adepti videmur, ne ius sit vicino invitis nobis altius aedificare atque ita minuere lumina nostrorum aedificiorum.* l. 20. §. 3. *Si servitus stillicidii imposita sit, non licet domino servientis arcae ibi aedificare, ubi cassitare coepisset stillicidium.* cf. l. 21." *Henrichsen.*

174. *stipulatiuncula*] Dig. XLV. t. 1. l. 5. §. 1: *Stipulatio est verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur, daturum facturumve se quod interrogatus est responderit.* cf. Gaium III. 92 sqq. „*Et cum obsignes*, non fidei causa, ut interpretatur Muellerus et alii, sed metu, ne corrumpantur; quod adversarius facere solebat, non rei patronus. Sic fere explicat Beierus ad Scaur. p. 211. cf. Tusc. V. 11, 33." *Henrichsen.* Illud *in circulo* significat conventum privatum, ut de Or. I. 34, 159. Fin. V. 20, 56. Att. II. 18.

tabellas, quibus in tabellis] de hac iteratione nominis post pronomen relativum multi annotarunt, Cortius ad Sall. Catil. p. 321. Drakenborch. ad. Liv. I. 3, 9. Oudendorp. ad Caes. B. G. II. 18, 1. Heusinger. ad Cic. Off.

I. 31, 2. Bremi ad Cic. Fin. I. 61. Matthiae ad Cic. Rosc. 10, 28. Mil. 20, 53. et in libello de Stilo lat. p. 34. Goer. ad Cic. Legg. I. 1, 2. Beier. ad Cic. p. Tullio p. 49. Moser. ad Cic. Legg. I. 1. p. 5. et ad Rp. I. 26. p. 109. Klotz. ad Tusc. V. 1, 1. Herzog. ad Caes. B. Civ. I. 5. p. 28. Hand. ad Stat. I. p. 269. Kritz. ad Sall. Catil. p. 259. Iahn. ad Ovid. Met. XV. 103. Zumpt. Gr. §. 742., sed ante Paldamum, qui commentatione a. 1836. edita de vocibus iteratis universe egit, nemo accuratius in causam rei inquisivit. Quin Kuehnerus vir non multae lectionis ad Cic. Tusc. V. 1, 1. eum usum Caesari dilectum, rarum apud Ciceronem esse pronuntiavit. Et is quidem cum Zumptio et Paldamo in eo conspirat, ut perspicuitati maxime, sed etiam ponderi et momento sententiae sic consultum iverint Romani. Sed usum eius iterationis equidem a legibus potissimum et iuris formulis repetendum puto. Quippe in his omnia quam accuratissime et vitanda qualicunque ambiguitate enunciantur: cuius rei, ut aliorum multorum, leges in *parlamento*, quod dicunt, Angliae perlatae similitudinem plenissime referunt. Igitur ut non dicebatur *fundus Sabinus*, sed *fundus, qui est in agro, qui Sabinus vocatur* (Cic. Mur. 12, 26.) ita in iuris formulis non *ea res, ea causa, ea lex quae*, sed *ea res, quae res, ea causa, quae causa, ea lex, quae lex* dici solebat. Huius rei testimonium ab exemplis Ciceronianis ducendum arbitror, quorum longe maior pars iuris vocabula sunt. Velut *causa* post relativum iteratur p. Flacco 33. Rab. Perd. 9, 25. Divers. IX. 13. *caput* Rull. II. 18, 46. *civitas* Qu. Fr. I. 1, 8. *dies* Div. Caec. 13, 41. Rosc. Am. 45, 130. Phil. III. 5, 12. Accus. Verr. I. 12, 34. Catil. I. 3, 7. Rab. Perd. 11, 31. Tusc. V. 1, 1. Qu. Fr. III. 3, 1. Att. II. 11, 1. *edictum* Acc. Verr. I. 48, 125. *foedus* Balb. 14, 32. *fundus* Mil. 20, 53. *ius* Acc. Verr. II. 16, 39. *lex* Verr. Accus. I. 9, 26. 51, 134. Balb. 21, 48. Div. Caec. 5, 18. Cluent. 54, 148. 57, 156. Inv. II. 27, 81. *iudicium* Acc. Verr. II. 17, 43. *locus* de Or. II. 61, 248. quod haesitandi causam Ernesto praebuit. Sull. 15, 43. *maleficium* Rosc. Am. 26, 72. *mensis* Acc. Verr. II.

52, 128. *modus* Or. 38, 132. Inv. II. 28, 84. *ordo* Acc. Verr. III. 79, 184. IV. 11, 26. *res* quotiens ita dictum sit enotare supersedeo: abundant enim exempla. *res publica* Legg. III. 18, 41. *senatus consultum* Acc. Verr. II. 16, 40. Catil. I. 1, 5. *tempus* Div. Caecil. 1, 2. *verba* Verr. Acc. II. 46, 118. Vatin. 17, 40. Sunt sane etiam alia vocabula eodem modo affici solita, velut *oppidum* Verr. Acc. V. 11, 28. *lamina* Legg. II. 23, 58., quem locum primus recte intellexit Moserus. *villicus* p. Flacco 35. *quercus* Legg. I. 1, 2. *sermo* II. 4, 8. *pars* N. D. II. 30, 75. *genus* Sext., 45, 96. Accus. Verr. II. 74, 183. III. 96, 224. *bellua* Rp. II. 40. *literae* Sext. 4, 11. *bellum* Divers. IX. 13. Sed haec et pauciora esse et illorum naturae accommodari, quae numero plura sint, facile patet. Apud Caesarem in servato actorum diurnorum et commentariorum more causa eius figurae quaerenda est. His simul respondimus illis, qui id genus dicendi apud Ciceronem rarius exstare dixerunt.

175. *audet accedere*] huius indicativi, quem Ernesto in suspicionem non venisse miror, causam bene egit Handius ad Wopkensi Lectt. Tull. p. 151.

XXXIX. 176. *inter Marcellos et Claudios patricios*] Claudiorum patriciorum familia non una *Pulchrorum*, ut Asconius dicit ad Scaur. p. 188. et sequitur Henrichsenus, sed a tribus Ap. Caeci filiis tres fuere, Centhonum Neronum Pulchrorum, quarum illa prima tenuioris memoriae est et fortasse prima aut altera aetate interiit. Claudiorum plebeiorum praecipua erat Marcellorum familia, nec ignobilior patriciis et longe utilior rei publicae. Causa illa hereditatis in ea tempora referenda videtur, qua soli patricii gentem habere putarentur: v. Niebuhr. Hist. Rom. t. I. p. 357. Hi igitur, cum *Claudius* nomine libertus sine testamento mortuus esset, hereditatem iure gentilicio ad se repetebant. Marcelli autem sibi petebant *stirpe*, quod ex ipsorum familia manumissi hominis, qui sine testamento moreretur, iure patronatus ad se rediret hereditas: v. Gaium III. 17. et similis rei exemplum a Tacito narratum confer Ann. II. 48. *Stirpem* Cicero dixit ut distingueret a *gente*, quam

patricii soli usurpabant. A centumviris iudicatum videri secundum Marcellos Niebuhrium secuti notavimus ad c. 38, 173.

177. *quod certatum esse*] i. e. de quo; v. nostram disputationem ad c. 9, 35.

si se ad — patronum applicavisset] *quasi* additur, quia patroni veri non erant nisi Romanorum. De iure applicationis neque Hugo in Hist. Iur. R. nec Heineccius Antiq. R. I. append. 137. nec Arntzenius in Actis lit. soc. Rheno-Traiectinae t. I. p. 125. quicquam certi protulerunt; Dirksenium autem in Manuali Latinitatis fontium I. R. vocabulum antiquiori tantum aetate usitatum nec obvium in ICtorum libris consulto praeterisse puto. Optime explicuit Vir Maximus Niebuhrius Hist. R. vol. I. p. 360. Cives enim civitatium Latii foederatarum ius habebant Romae exsulandi et, ne omnibus ad iniuriam faciendam expositi essent, civi cuidam ex potentioribus tanquam patrono sese applicandi, plane ut Romani in civitatibus foederatis. — Ceterum ascita facillima emendatione *cum Romam* pro *qui Romam* lacunae signum ab Henrichseno de aliorum sententia positum ante vocem *nonne* sustuli. Verba sic compone: *cum Romam venisset*, (is) *cui Romae, si se ad aliquem quasi patronum applicavisset, exsulare ius esset, intestatoque esset mortuus.*

178. *C. Sergi Oratae — causam*] haec copiosius exponitur Off. III. 16, 67., ubi videndus Beierus. De hominis luxuria docent Val. Max. IX. 1, 1. Macrob. Sat. II. 11. Is a piscibus auratis cognomen eum traxisse ait; Festus ex eo, quod duobus annulis praegrandibus uteretur, p. 546. ed. Lindemann. *M. Marius Gratidianus* calidus et turbulentus homo (Off. III. 20, 80. Legg. III. 16, 36.), sed populo acceptissimus eaque de causa bis praetor (Ascon. ad or. in toga cand. p. 522. Or.). Is Sullae iussu a Catilina crudeliter interfectus eiusque caput abscissum manu per urbem latum est (Ascon. l. c. Sen. de ira III. 18). Huius Gratidiani amitam in matrimonio habebat Ciceronis avus: v. Cic. Legg. III. 16, 36.

servire] v. expl. ad c. 38, 173. *Mancipii lex* sive simpliciter *lex* est venditionis formula: Dig. XVIII. t. 1. l. 68. „Idem valet *in mancipio* infra §. 179., quanquam hoc etiam de ipsa mancipatione s. translatione dominii intelligi potest, ut hac §. *quicquid fuisset incommodi in mancipio.* Cf. Beier. ad Off. l. c. p. 304.“ *Henrichsen.* Mancipium *lex praedii* dicitur Ciceroni Part. Or. 31, 107.

179. *M. Buculeius*] de hoc non constat. *L. Fufius* videtur Cottae et Sulpicii aequalis, cuius diligentia cognita est ex M. Aquilii accusatione, quem Antonius defendit: Cic. Brut. 62, 222. Off. II. 14, 50. Num idem sit Fimbriae imitator, qui amissa etiam voce furere in republica dicitur de Or. II. 22, 91., incertum est.

lumina, uti tum essent] „ad hunc locum illustrandum aliquantum facit lex 23. Dig. VIII. t. 2.: *Si servitus imposita fuerit,* LVMINA, QVAE NVNC SVNT, VT ITA SINT, *de futuris luminibus nihil caveri videtur. Quodsi ita sit cautum,* NE LVMINIBVS OFFICIATVR, *ambigua est scriptura utrum ne his luminibus officiatur, quae nunc sunt, an etiam his, quae postea quoque fuerint.*“ *Henrichsen.* Cautio eo diligentior Buculeio adversus hominem insidiosum adhibenda fuit, quo maior urbis pars ex montibus Palatino Aventino Caelio Esquilino, qui tunc habitationibus frequentissimi erant, conspici potest.

180. *M.' Curi — Marcique Coponi*] causam a claris utrinque viris dictam saepe commemorat Cicero: de Or. I. 57, 242 sqq. II. 32, 140. de Inv. II. 42, 122. Brut. 52. Caecin. 18, 53. Quibus si addideris Quintiliani testimonium VII. 6, 9. et Gaium II. 179., satis de ea licet existimare.

eloquentiam iuris peritissimus] Cum in Bruto 39, 145. Crassus dicatur eloquentium iuris peritissimus, Scaevola iuris peritorum eloquentissimus habitus esse, idemque paulo aliis verbis iteretur c. 40, 148., Schuetzio hic noster locus vitiosus et interpolatus videtur. Iniuria. Illic enim quae communis tunc fuerit hominum opinio refertur; hic, cum idem de se dicere in Crassi humanitatem et modestiam

minime cadat, satis eleganter etiam quod sibi consensu tribuebatur in amicissimi hominis laudem convertit. Perspexit Muellerus.

in suam tutelam veniret] id est sese ipsum tueri posset sine tutore, quod fit, si quis ad annos virilitatis pervenit. Hinc *in suam tutelam venire* dicitur idem quod in bonorum suorum possessionem pervenire. *Veniret* vulgato longe lectius quomodo defendendum sit significari in comm. de enuntt. conditt. formio L. L. p. 40. Mirum est *venisset* tolerari ab Henrichseno, qui et post id correxit atque loci ex Bruto 53, 197. memor fuit.

XL. 181. *C. Mancinum*] „C. Hostilius Mancinus in consulatu, quem cum M. Lepido a. 617. gessit, adversus Numantinos male pugnavit atque, ut exercitum ab hostibus circumventum servaret, auctore Ti. Graccho quaestore ignominiosam pacem fecit. (Huic enim soli propter patris memoriam fidebant Hispani). Sed hanc pacem ratam esse senatus vetuit atque ipse Mancinus tantum abfuit, ut poenam recusaret, ut rogationem suaderet, quam L. Furius Philus Sex. Atilius Serranus sequentis anni Coss. ex S. C. ferebant, ut Numantinis dederetur. Qua perlata per fetiales nudus ac post tergum religatis manibus hostibus deditus est. V. Off. III. 30, 109. ibique Beierum; cf. Rp. III. 18. (De dedendi ritu et formula v. Livium IX. 10., de patre patrato s. primo fetialium eundem I. 24.) Sed cum Numantini eum non recepissent posteaque Mancinus domum revenisset, orta est ea causa, quam commemorat Cicero: qua superior discessisse Mancinus videtur. Cf. Cic. Top. 8, 37. p. Caec. 34, 98.“ *Henrichsen.* Ti. Gracchum tutum praestabant cum ipsius familia, tum Scipionum affinitas. *P. Rutilius M. F.* confundendus non est cum viro clarissimo P. Rutilio Sp. F. Rufo, v. hist. eloq. Rom. p. L. Is enim cum C. Fimbria tribunus fuit a. 639. (Cic. Planc. 21.); consulatum suo anno petiit a. 647., sed repulsa lata duobus demum annis post honorem assecutus est. Igitur a. 617. ne tribuniciam quidem aetatem habuit, nec, si habuit, ad Sullae dictaturam superstes esse potuit, quam ille cepit a. 672.

postliminium] Cic. Top. 8, 36: *in hoc verbo Servius* (Sulpicius) *noster nihil putat esse notandum, nisi* POST; *et* LIMINIVM *illud productionem* (id est *παραγωγήν*) *esse verbi vult. P. Scaevola autem P. F. iunctum putat esse verbum, ut sit in eo et* POST *et* LIMEN: *ut quae a nobis alienata sunt, cum ad hostem pervenerint et ex suo tanquam limine exierint, dein, cum redierint post ad idem limen, postliminio videantur redisse.* Ex hoc et Gaio I. 129. Gellio VII. 18. et Aelii Galli fragm. apud Festum in v. intelligitur *postliminium* esse captivorum aut rerum ab hoste captarum, qui quaeve ad nos revertantur, restitutionem in conditionem pristinam: v. Dirksen Manuale latinitatis fontium iuris R. p. 735.

182. *inferiore ordine*] non potest subaudiri *exemplum* sive *res;* quod si fieret, non *in genere* sed *ex genere* dicendum esset; potest vero mente addi *hominis.* Inferior enim ille ordo est conditio servilis. Haec causa in eo versatur, quod servus, qui postliminio redisse iudicaretur, amittenda civitate Romana rursus in servitutem asserebatur.

183. *qui domini voluntate census sit*] servus aut per vindictam aut per testamentum aut per censum manu mittebatur; v. Cic. Top. 2, 10. Gaium I, 17. De manu missione per censum Ulpianus in fr. Vat. t. I. §. 8. haec habet: *Censu manu mittebantur olim qui lustrali censu Romae iussu dominorum inter cives Romanos censum profitebantur.* „Quaestio in eo versatur, utrum servus ex eo demum tempore liber sit, quo lustrum conditum sit, an iam ex eo, quo inter cives Romanos censum professus sit: nam si non ante lustrum conditum liber erat, quicquid inter professionem et lustrum sibi comparaverat non ipsius erat, sed domini. V. *Goeschen, Bemerkungen in Beziehung auf das ältere Recht der Freilassung bei den Römern,* in: *Zeitschr. f. gesch. Rechtswiss.* vol. III. p. 269 sqq.“ *Henrichsen.* Ernestus ad Tac. Ann. XIII. 27. per calumniam id quaeri potuisse putat, sed iuris recepti id fuisse, ut revocari voluntas domini posset, cum iam census esset servus, sed nondum lustrum conditum, negat.

quod usu — venit, ut paterfamilias] miror in his verbis viro peritissimo Henrichseno aliquid vitii latere visum esse. Verba sic decurrunt: (in eo) *quod usu memoria patrum venit* (venit autem illud), *ut paterfamilias, qui — venisset, neque nuntium priori* (uxori) *remisisset, mortuusque esset intestato, cum uxorem praegnantem — reliquisset Romaeque alteram duxisset:* (tum) *mediocrisne res in controversiam adducta est?* Quippe illa *neque remisisset mortuusque esset* non cohaerent cum illis *qui venisset*, sed pendent ab *ut*. De breviloquentia usu particulae *ut* copiose egimus in expll. ad I. 2, 4. Sed sane tenendum est *non mediocrem rem in controversiam adductam* non esse illam, quae in prioribus exponitur, sed quae deinde sequitur, *cum quaereretur de duobus civium capitibus*. Haec enim est quaestio in iudicio tunc agitata; illa ante narrata non continent nisi occasionem et causam quaerendi. Non videbatur opus signum interrogandi post *adducta est* tolli et post *duceretur* poni. Sic enim persaepe post interrogationem pergitur. Modo aderat §. 182: *quam possumus reperire — causam contentionemque maiorem, quam de ordine de civitate de libertate de capite hominis consularis? praesertim cum haec — in civili iure consisteret.* — Aliter ex anacolutho explicuit Matth. de anacol. apud Cic. p. 22. Bakius corrigit *mortuus esset intestato*, delevit *que*.

certis quibusdam verbis] Gaius in Digestis XXIV. t. 2. l. 2.: *In repudiis id est renunciatione comprobata sunt haec verba:* TVAS RES TIBI HABETO, *item haec:* TVAS RES TIBI AGITO. — Coniunctivos imperfecti *iudicaretur* et *duceretur* non idem quod *iudicatum esset* et *ducta esset* significare exposui in Comm. de enunc. conditt. L. L. p. 40. Sed illud quid esset *in concubinae locum duceretur* interpretes non satis adverterunt. Simplicissima sententia haec videtur: *nova nupta loco concubinae censeretur* s. *concubina esse iudicaretur*. Qua de re olim placebat quorundam librorum scriptura *loco*; ut *esse* subaudiretur. Verba, ut nunc leguntur, hoc maxime videntur significari debere: *in locum concubinae succedere videretur*. Sed adversatur sententia; non enim Hispana, sed

Romana mulier in discrimine versabatur, ne concubina iudicaretur. Sic igitur interpretor: *duceretur* (tanquam uxor) *in eum locum, qui non esset uxoris, sed concubinae,* id est ipsa concubina fieret.

XLI. 185. *et quoniam — segnitatem*] enotavit haec Nonius v. *castigare* p. 251.

o di immortales] de addita interiectione exposui ad I. 10, 40. — De iure civili Romanorum similiter iudicat Cicero Legg. I. 4, 14., utile quidem esse, sed et exiguum et satis in vulgus notum.

186. *expositis a Cn. Flavio actionibus*] is cum patre libertino esset scriptumque fecisset, civile ius repositum in penetralibus pontificum evulgavit fastosque circa forum in albo proposuit, ut quando lege agi posset sciretur: Liv. IX. 46. Is tamen minus distincte loquitur duas res complexus; alteram, quam Cicero tangit, ut formulas certas et constitutas, quibus lege agerent litigantes, proposuerit: nam si in formula errassent, causa cadebant; alteram, quod dierum fastorum et nefastorum populo notitiam fecit, ne homines ruri plerique viventes frustra in urbem ad res suas agendas commearent. Formulas Appio Caeco surreptas ineptus homo et antiquitatis ignarus garrit Pomponius; longe certior testis Plinius H. N. XXXIII. 6. adiutum ab Appio Flavium dicit. De tota re v. Niebuhrii Hist. R. vol. III. p. 369 sqq.; de formulis etiam Gaium IV. 11.

illam scientiam] dialecticae; idque diserte confirmat in Bruto 42, 153., quo loco dicit eo praestitisse Ser. Sulpicium Rufum etiam Q. Scaevolae, quod adhibita illa Graecorum arte olim confusa distinxerit suisque capitibus singula subiunxerit. Nihil enim universe veteres iuris consulti, sed centies iterata via exponebant quid Aulo Agerio aut Numerio Negidio respondissent suasissentve. Confer etiam de Or. II. 38, 157. Mira comminiscitur hic, ut suam quandam emendationem et violentissimam et a veritate sententiae abhorrentem commendet, Bakius. Ceterum hic locus propter crebrius iteratum *ille* Cicerone parum dignus Ernesto videtur. Fortasse idem iudicaturus erat de eis, quae

leguntur Rull. 18: *etsi libente illo, tamen absente illo.* de Or. II. 1, 2: *cum et ab iis doctoribus, quibus ille uteretur, erudiremur, etiam illud intelleximus — illum et Graece sic loqui, nullam ut nosse aliam linguam videretur.* 14, 58: *Xenophon Socraticus ille, post ab Aristotele Callisthenes — ille autem superior leniore quodam sono est usus et qui illum impetum oratoris non habeat.* 38, 160: *inter hunc Aristotelem (cuius et illum legi librum, in quo exposuit dicendi artis omnium superiorum, et illos, in quibus ipse sua quaedam de arte dixit) et hos — magistros hoc mihi visum est interesse, quod ille — haec quoque aspexit.* 68, 276: *ut illud Nasicae, qui cum ad poëtam Ennium venisset eique ab ostio quaerenti Ennium ancilla dixisset domi non esse, Nasica sensit illam domini iussu dixisse et illum intus esse.* His addi alia permulta possunt.

XLII. 187. *ignota quondam omnibus et diffusa late videbantur*] Quod Schuetzius non improbatus Madvigio et Henrichseno argumentis ostendisse fertur *ignota* ad sensum minime aptum esse, in eo niti puto, quod additum est verbum *videbantur:* nam si scriptum esset *erant,* aut si omisso *ignota* ita decurreret oratio: *omnibus diffusa late videbantur,* nemo, puto, haesisset. Coniecit Schuetzius *infinita* et *incondita;* Bakius *ignorata,* quod cum *videbantur* non melius congruit, et mox *aut diffusa,* quo posteriore minime opus est. Tamen vulgatam scripturam verissimam esse existimo. Contraria sunt *ignota videbantur* et *adhibita est igitur ars;* nec coniungi debent *videbantur omnibus,* sed *ignota omnibus.* Ita sententia haec est: *Illa cum viderentur ignota et diffusa late, ab artis peritis ope dialecticae disposita sunt, ut copia fieret intelligendi.*

188. *conglutinaret*] accurate composita iungeret. Lectiorem verbi usum apud Ciceronem illustravit Gronovius ad Ter. Andr. V. 4, 10.

finis hic] dicunt *finem* Ciceroni non significare id quod in aliqua re spectatur (*Zweck*). Tamen neque ὅρον s. *finitionem* hic licet explicare, neque *summum et maximum, quod in re est.* Ita de Inv. I. 5, 6 *officium oratoriae facultatis* esse dicitur *ad persuasionem apte dicere, finis persuadere*

dictione. ib. 9, 12. *demonstratio et deliberatio* suum utraque *finem* habere iudicatur. de Or. II. 34, 145: *huius quidem loci, quem modo sum exorsus, hic est finis, — ut eam materiem — studiosi qui essent dicendi omnibus locis descriptam — comprehenderent.* et Off. I. 39, 138. *domus finis usus* ponitur. Eo sensu Quintilianus locis posuit plurimis.

189. *genus autem est id*] Aristoteles Top. I. 4, 6: *Γένος δέ ἐστι τὸ κατὰ πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ εἴδει ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορούμενον· ἐν τῷ τί ἐστι δὲ κατηγορεῖσθαι τοιαῦτα λεγέσθω, ὅσα ἁρμόττει ἐρωτηθέντα ἀποδοῦναι, τί ἐστι τὸ προκείμενον.* Cicero Inv. I. 22, 32: *genus est quod plures partes complectitur, ut animal; pars est quae subest generi, ut equus.* Haec a Muellero sumpsimus. *Subiici* eadem vi dictum reperitur Tusc. IV. 7, 16. et 9, 20. et quidem modo addita ad casum eadem praepositione, modo cum dativo; quem ad modum etiam exstat Fin. II. 4, 13. Top. 8, 33. Off. I. 27, 96. et saepius apud Quintilianum, de cuius in loquendo usu qui conferatur dignus est Spaldingius ad III. 3, 9. Paulo aliter idem verbum Ciceroni dictum est de Or. III. 30, 118., ubi cum dicatur *illi loco* (de officiis) *omnis virtutum vitiorumque silva subiecta,* significatur eo spectare sive eo referenda esse; quemadmodum post statim sequitur: *huic generi subiectae sunt cohortationes obiurgationes consolationes* etc. Contra *materies subiecta honestati* Partt. Or. 25, 88. est *data ad agendum,* et *materies oratori subiecta* de Or. I. 46, 201. est *quae in tractando aliquo argumento praesto esse debet.* Quo prioribus illis locis dicitur *subiici,* eo sensu Inv. I. 9, 12. exstat *supponi,* et in Top. 8, 33. *subiungi,* quo aliter utitur Quintilianus: v. Spalding. l. c. Idem *subiungendi* verbum Cic. de Or. I. 50, 218. de artibus posuit, quorum quis perfectam notitiam habeat. Ceterum *partem* Cicero dixit quam vulgo Quintilianeo vocabulo *speciem* vocamus; sic enim ille III. 8, 26. Eo loco Ciceronis usum recte advertit praeter hanc nostram sententiam etiam Topicorum c. 7, 31. Inv. I. 22, 31. antestatus Spaldingius. Quanquam in Topicis eos reprehendens Cicero, qui *species*

dicerent, maxime quod *specierum* et *speciebus* displiceant, non recordatus eorum, quae in libris de Inventione et de Oratore posuerat, etiam in *partium* vocabulo contra artem peccari ait mavultque *formas* dici, Graecorum voces *ἰδέα* et *εἶδος* exprimens, quam ipsam alii *speciem* Latine interpretabantur.

190. *haberetur oratio*] Muellerus de Goerenzii (ad Acad. I. 2, 4.) sententia scripsit *habetur;* quod, etsi libri omnes receptum tuentur, sensu tamen verissimum est. De hoc loquendi genere, quo propter secundariam sententiam interiectam iusta temporum ratio negligitur, exposui ad Brutum olim c. 32, 124. Exemplis ibi congestis adde Tusc. V. 7, 19: *profitetur — perfecturum se, qui legibus suis paruisset, ut esset contra fortunam semper armatus.* Debebat dici *sit armatus*, propterea quod infinitivus a praesente *profitetur* suspenditur; sed neglectum illud est, cum interpositum esset *paruisset*, quod ipsum verius erat *paruerit* dici.

eorum generum — membra dispertiat] „id est genera in quaedam quasi membra dispertiat, ut Plato Legg. XII. p. 956. B. loquitur, *μέρη διῄρηται τῆς πόλεως.*“ — Haec habet A. Matthiae ap. Henr. h. l. Simile illud est in Mureniana 35, 74: *Romani homines, qui tempora voluptatis laborisque dispertiunt* i. e. tempus dispertiunt secundum laborem et voluptatem, sive cuius pars labori, pars voluptati assignanda sit.

aut mihi facere licuerit] etiam hic sub Crassi persona de suo consilio loquitur scriptor. Id et ex Gellii testimonio VII. 15. cognoscitur et ex libello quodam, quo prima artis lineamenta duxisse videtur, et cuius quaedam reliquiae exstant apud Gellium I. 22. et Charisium. In Legum I. 3, 10., se morem patrium ex solio de iure respondendi aliquando capessiturum cum multa dignitate affirmat. Cur id consilium abiecerit ignoratur; nisi fecit propter Ser. Sulpicii in eo genere praestantiam: v. hist. eloq. R. p. CV.

dum haec coguntur] *cogantur* Ernesti coniectura, quam Schuetzius sequitur, minime inepta est. Vulgaris scriptura non potest defendi, nisi ita, ut id iam fieri cogitetur, quod

Crassus sese meditari dicit. Nam non minima pars omnis operis in eo inest, ut de colligenda disponenda iudicanda materia accurate mediteris, ante quam ad scribendam accedas.

iusta iuris civilis scientia] *iusta*, quod nec multi nec boni libri exhibent, Pearcius definit *quae nomen scientiae tueri possit.* Ea *perfecta* illa, de qua Crassus modo locutus est, *ars* foret, etsi ab hac ipsa distinguitur. Sed nec *iusta* scientia *perfectae* opponi posse nobis videtur, et doctrinam rudem et indigestam a Crasso negari artem esse; igitur ne *iustam* quidem *scientiam* fore. Nunc explico *idoneam* scientiam, quae usui forensi et communi satis faciat.

XLIII. 191. *C. Aculeonem*] vide explicationes ad II. 1, 2.

haec aliena studia] *aliena* ineptum esse videt quisquis non ad solem caecutit. Nam si quis *aliena ab eloquentiae studiis* interpretatur, quod tamen illo uno vocabulo dici non potuit, non expediet cur antiquitatis potissimum cognitio eo nomine appelletur, cum philosophia, quae statim post commemoratur, artem eloquendi non propius attingat. Utramque enim etsi Crassus oratori necessariam dixit e. 34, 158., tamen plerisque Romanorum neutra ita probabatur, ut operam vel utrique vel alterutri darent. *Aeliana* studia, quae est ingeniosa Madvigii coniectura, a principe literarum Latinarum *L. Aelio Stilone* s. *Praeconino* dicuntur, cive Lanuvino M. Varronis magistro, quem non modo extollit propter doctrinam Cicero in Bruto 56, 205. Acad. I. 2, 8. Legg. II. 23, 59. sed etiam a sese studiose auditum esse addit in Bruto l. c. §. 207. De eodem homine conferri possunt quae suppeditant Suetonius de ill. Gr. 3. et Gellius X. 21. „*Haec* autem studia dicit Crassus, quod hoc ipso tempore vivebat et antiquitatis studiis operam dabat Aelius.“ *Henrichsen.*

193. *verborum vetustas prisca*] hoc vulgo non acute sane pleonasmis sive abundantiae verborum additur, velut Goerenzius fecit ad Legg. III. 9, 21., quanquam quem antestatur Ruhnkenius ad Vell. I. 16, 3. Graecorum *παλαιὸς καὶ ἀρχαῖος* et Latinorum *vetus et antiquus* conferens

nostri loci mentionem non facit. *Priscus* enim est quod ex usu propter vetustatem sublatum est. Perapte igitur dicitur *prisca vetustas*, i. e. vetustas, quae effecit, ut verba ex memoria hominum sublata in desuetudinem venirent. Simillima sententia legitur in Legg. III. 9, 21.: *ea, quae iam prisca videntur propter vetustatem, relinquam;* quo loco cum post *videntur* incidi soleat, sensus perditur. Vide etiam dicenda ad III. 38, 153.

contemplatur] hoc genuinum non esse in comm. cr. demonstratum est nec Muelleri constat explicatio *effigiem ad contemplationem propositam quaerat.* Longe melius convenit *amplectitur*, cuius scripturae inveniendae viam *complectitur* monstrat in Lg. 15. repertum. Plane barbarum est, quod vulgo circumfertur, *contempletur*, in quo corrigendo Orellius et Henrichsenus meam ad Brut. 93, 322. sententiam secuti sunt. Fieri non potest, ut Cicero in sententiis coniugatis coniunctivum indicativis immiscuerit. Id qui nuper eo defendere aggressus est, quod coniunctivo propter apodosin futuro enuntiatam opus esset, ignorasse videtur praesens protaseos cum futuro ἀποδοτικῷ optime iungi si altera actio iam inchoata cogitatur, exspectatur altera. Copiose exsecutus hoc sum in Comm. de formis enunt. condit. L. L. p. 19. Futuro autem uti necesse erat. Nam agitur de *eventu* fontium iuris civilis cognoscendorum. Adiunguntur autem *plurima est antiquitatis effigies* et *hosce habet fontes disputationum*, quia haec artis propria bona et sunt et manebunt, sive experiri tute ipse tentaris sive non tentaris. — *Pontificum libri* non sunt *Annales illi Maximi*, quanquam et hi a pontificibus scribebantur (v. de Or. II. 12, 52.), sed quos *commentarios pontificum* vocat Livius IV. 3., quibus disciplina sacrorum et ius pontificium continebatur. Hi in penetralibus conditi servabantur, illi cognoscere cupientibus publice proponebantur.

ista praepotens et gloriosa philosophia] philosophia de moribus eis nominibus significatur, quia philosophi Graeci ut omnem recte faciendi doctrinam, ita etiam eloquentiam ex artis suae fontibus duci decreverant. De qua re copiosa

Charmadae et Menedemi hoc libro continetur disputatio, cuius summa ponitur c. 20, 93.

XLIV. 195. *legum fontes et capita*] Confert Muellerus Livium duodecim tabulas *fontem omnis publici privatique iuris* dicentem III. 34. et Tacitum Ann. III. 27. *finem aequi iuris* easdem vocantem.

196. *Ithacam in asperrimis saxulis — affixam*] Ithaca enim vocatur κραναή Il. γ. 201. Od. α. 247. τρηχεῖα Od. ι. 27. παιπαλόεσσα Od. λ. 480.; de Ulixis autem sententia videndus Homerus Od. α. 58. ε. 149. ι. 28. et Cicero Legg. II. 1, 3.

197. *cum illorum Dracone*] metonymiam confusis hominibus et quae sunt hominum explicuimus ad I. 4, 15. Cum praecessit *gentium*, Ernestus corrigi cupiebat *illarum*. Usitatum loquendi genus σύλληψιν, quae est pars figurae κατὰ τὸ σημαινόμενον, ignorabat. Cum apud Livium XXI. 20, 1. praecessisset *Gallia*, pergitur oratione *in his* sc. *Gallis*, quod bene perspexere Glareanus et Drakenborchius. Idem XXXI. 16, 5: *Elaeunta et Alopeconnesum tradentibus ipsis recepit* sc. Elaeuntiis et Alopeconnesiis; v. et Drakenb. ad XXXVIII. 29, 9. Eodem pertinet, ut tamen pronomen retro spectans non adsit Liv. XXXIII. 38, 9: *copias Madytum traiecit — et quia clauserant portas, circumdedit moenia armatis*; item, cum ab urbis ad gentis nomen transitur, velut *Gomphos, quae gens* Caes. B. Civ. III. 80., et cum a gentis nomine ad urbis, velut *Sulmonenses, quod oppidum* Caes. B. Civ. I. 8. — Ceterum de Draconis θεσμοῖς cum iure Romano comparatis, quia ignorantur fere toti, pugnare non licet. At Solonis leges et omne ius Atticum Romano et apta praescriptorum definitione et facili perspicuitate longe praestitisse nunc satis exploratum est, ut puerilem actionum subtilitatem diesque fastos et nefastos taceam, quales ineptias Graeci ne fando quidem audierant.

XLV. 198. *homines — qui apud illos* πραγματικοί] de eisdem disertorum hominum ministris minime disertis loquitur Cicero infra c. 59, 253. Iuvenalis Sat. VII. 123. Quintilianus III. 6, 59., quo loco Graecum vocabulum vertit

iuris interpretes. In primis autem memorabilis eiusdem locus est XII. 3, 4., quo cognoscitur decursu temporum eodem, quo apud Graecos, perventum esse etiam apud Romanos, ut non modo homines nobiles respondendo gratia populi parta ad summos honores pervenirent, sed etiam obscuri et ignobiles de iure quaerentibus tenui mercede accepta opitularentur.

a summo poëta] Ennio in Annalibus. Eundem versum Cicero retulit Rp. I. 18. Tusc. I. 9, 18. — *Sex. Aelius Paetus* post etiam commemoratur I. 48, 212. 56, 240. III. 33, 133. consul cum T. Flaminino fuit a. 556. *Cati* nomen ipse propter acumen et prudentiam invenit; sic enim explicat Varro VII. 46. p. 138. Muell., Sabinam vocem esse iudicans. Nec tamen, quae Pearcii et Merulae (ad fr. Ennii Annal. l. X.) sententia fuit, tanquam alterum id Aelio cognomen sive agnomen inditum est nec ad posteros eius pervenit. A Plinio enim (H. N. VII. 31.) eius sententiae praesidium peti non potest. Hunc Pomponius in Digestis I. 2, 7. post Flavium aliis actiones composuisse et librum populo dedisse, qui appellatus sit ius Aelianum, dicit.

ingenio — dignitatem peperissent] *ingenio auctore* soloecum videtur Pearcio Muellero aliis. Ego librorum omnium scripturam plane damnare non audeo, quae non minus recte constare videtur, quam *victricibus armis, ludi Megalesia* (Quintil. I. 5, 52.) *ludi Cerealia* (Liv. XXX. 39, 8.) Uncinis igitur clausi. Sed Ernestus *cum* delendum putabat non animadvertens *ut* significare *exempli* causa, qua vi saepe verbum non subiungitur, velut de Or. II. 75, 305. Fin. II. 6, 19.; nec placebat ei *ingenio sibi reperire*, nec *in respondendo iure*, quod *de iure* dici vellet. Igitur ipsum Ciceronem vituperavit nec exemplorum recordatus est a se ipso allatorum in clave, quibus *ius respondere* Ciceronianum esse probatur, Legg. I. 4, 12. II. 12, 29. Haec pleraque refutavit Matthiae in progr. edito a. 1807., sed non probavit tamen dici *sibi aliquid reperire.* Et in hoc et in illo *auctore*, quod antecedit, plura fortasse videremus, si veteres codd.

hic lacunosi non essent. Non displicet enim Manutii et Matthiae suspicio *auctoritatem* subrogantium *dignitati*.

199. *senectuti — perfugium*] Hunc locum respexit Quintilianus XII. 11, 4. cum in fructu studiorum senectutis monumenta rerum in usum posteritatis consignanda eloquentiae artem componendam philosophiae scriptionem ponat quartum addens: *aut, ut L. Crassus in libris Ciceronis destinat, iura quaerentibus tradet.* Quae verba interpretes quo spectarent ignorasse mirum est; retulerunt autem ad de Or. I. 42, 190. ubi artem iuris a se compositum iri sperat Crassus. Iniuria igitur hic memoria deceptus Quintilianus a Buttmanno dicitur. — *Celebrare senectutem* paulo audaciorem figuram habet a locis celebrandis i. e. frequentandis sumptam, quem ad modum dictum verbum legitur statim §. 200.; illustratur autem a Gronovio ad Tac. Ann. I. 40. et Ernesto ad IV. 62. Significat efficere, ut senex frequentiam hominum apud se congregatam videat. *Istam solitudinem* videtur *odiosam* s. *molestam* dicere. Certe *ista* non potest referri ad iuris interpretationem longissimo hinc intervallo distantem, etsi ita visum Pearcio. Ceterum de nobilibus Romanis in iure respondendo occupatis digni sunt qui inspiciantur loci Cic. Phil. VIII. 10, 31. Mur. 9, 22.

ad causarum usum forensem] contra librorum fidem Ernestus *forensium* scripsit paucas edd. vett. secutus. Pari hypallage s. metonymia *ius legationis liberum* Cicero dixit Phil. I. 2, 6., non minus inconsulto correctum a Beroaldo. de Or. II. 17, 72: *omnium sententiarum gravitate, omnium verborum ponderibus est utendum*, ubi Henrichsenus *omnibus verborum p.*, non tacta altera sententiae parte. Accus. Verr. V. 58, 153: *ad Cn. Pompeium — permulti ex illo Sertoriano numero militum confugerunt.* Tusc. I. 28, 70: *vim divinae mentis agnoscito*, i. e. non dei ipsius, sed hominis, qui illius est quasi particula; libri peiores *divinam*. In SCto apud Cic. Epp. ad Div. VIII. 8.: *si ex eo numero, quos ex S. C. in provincias ire oporteret, ad numerum non essent.* Etiam *leviorum artium studia* ad sententiam verius erat, quam *leviora*, quod posuit Cicero de Or. I. 49, 212. Ita emen-

davimus de Or. II. 15, 64.: *sine sententiarum forensibus aculeis*, cum legeretur *forensium*. Minus certum est Divers. XV. 2, 10., ubi cum legatur *ad se indicia manifestarum insidiarum esse delata*, fuerunt qui *manifesta* corrigerent. Livius I. 9: *maesti parentes virginum profugiunt incusantes violati hospitii foedus*. Sed loci similes a Garatono defensi Phil. II. 6, 13. Planc. 18. secundum libros emendati sunt. Nec plane simile est *quosdam e numero nostro improbavi* i. e. senatorum, Plin. Epp. VI. 5, 5.

200. *testis est huiusce Q. Muci ianua*] Cic. Phil. VIII. 10, 31: *ego, P. C., Q. Scaevolam augurem memoria teneo bello Marsico, cum esset summa senectute et perdita valetudine, cotidie simul atque luceret facere omnibus conveniendi sui potestatem: nec eum quisquam illo bello vidit in lecto, senexque et debilis primus veniebat in curiam.*

XLVI. 201. *iam illa non longam orationem*] his ad ea respondet Crassus, quae Mucius ab eo postularat c. 36, 156., ut diceret etiam de historia antiquitate re publica administranda, quarum rerum cognitionem ipse Crassus c. 34, 158 sqq. necessariam oratori esse decreverat.

202. *non enim causidicum*] non minus magnificam veri oratoris imaginem proponit Quintilianus Ciceronis sententiam secutus XII. 1, 25: *Non enim forensem quandam instituimus operam nec mercenariam vocem nec, ut asperioribus verbis parcamus, non inutilem sane litium advocatum, quem denique causidicum vulgo vocant: sed virum cum ingenii natura praestantem, tum vero tot pulcherrimas artes penitus mente complexum, datum tandem rebus humanis qualem nulla antea vetustas cognoverit, singularem perfectumque undique, optima sentientem optimeque dicentem.* Similia leguntur II. 16, 19. Quanquam ista verborum magnificentia hominem in suspiciosissimi temporis tenuitate positum non tam decet, quam Crassum et Ciceronem maximae civitatis liberae principes. Verbum *conquirendi* de eo dictum, quod accurata quaestione conficitur, dictum est etiam Rp. I. 11., quo loco argutatur Moserus. *Rabulam* ex hoc loco enotavit Nonius p. 60.; perperam enim *in Oratore* scribitur.

tamen † esse deus putatur] Nonnullas de hoc loco recentiorum sententias praeceperat vir elegantissimi iudicii Lambinus ita scribens: „vel aliquid deest post vocabulum *deus*, ut *parens* vel *auctor* vel quippiam simile, vel repetendum *ἀπὸ κοινοῦ antistes*, vel legendum *a deo data putatur*, vel haec ita sunt explicanda: *tamen ea ars esse deus putatur*, quod placet Aurato." Pearcii rationem subaudientis *deus, qui dedit hominibus hanc facultatem* intolerabilem duritiem habet et ellipsin non ferendam. Ernestus et Muellerus *putabatur* corrigentes similiter explent sententiam. Walchius Em. Liv. p. 176. corrigit *deus effector esse putatur;* Madvigius ep. ad Or. p. 106. *deus invenisse putatur*, Mercurium intelligens, de qua sententia consuli interpretes Horatii Carm. I. 10, 2. possunt; Klotzius denique in praef. ad Ciceronis Catonem pro *esse* subrogat *dedisse*, sane lenissima omnium emendatione. Idem tamen in Quaest. Tull. p. 16. ad Aurati sententiam revolvitur *artem* ipsam *deum* dici. Quod quo modo non dici, sed cogitari possit quosque auctores habeat sane discerem libenter. Ego video posse fieri, non ut *ars*, sed ut *artis antistes deus* esse dicatur, dum modo tempora orationis constarent. Nam ab illo *esse putatur* nullo modo suspendi potest *ut et ipsum, quod erat hominis proprium, divinitus ad nos delatum videretur;* oportebat enim dici *quod est proprium*, ut legitur in Lg. 69. 93., et *videatur*. Haec enim regula de imperfecto et plusquamperfecto cum futuro et praesente, nisi narrativo s. historico non iungendo, ne a semibarbaris quidem violata est. Sed etiam sequentia *non partum per nos, sed divinitus ad nos delatum* de deo eloquentiae auctore, non antistite cogitare cogunt. Igitur Klotzii altera vel Madvigi suspicio maxime videtur probabilis.

languentem labentemque populum] Lambini coniecturam *labantem*, quam Schuetzius et Muellerus sequuntur, satis refutavit. Huldricus apud Orellium his verbis: *labi* affine est verbo *errare;* qui *labitur*, non qui *labat*, ab errore deducitur; cf. c. 37, 169. Off. I, 6. Sed *labare* rursum affine est *languendo*, cum prae infirmitate ad deteriora

inclinare significat. Cum igitur utrumque ad sententiam accommodatum sit, codices sequendi fuerunt.

203. *rerum magnitudinem*] de una eloquendi arte cogitans Bakius coniicit *rei*, comparans I. 5, 16. Ego res ab oratore discendas multas variasque dici arbitror, secundum ea, quae leguntur c. 6, 20.

et, ut fieri solet] Ernestus qui hanc omnium librorum scripturam sensu carere putaret, coniecit *ut dici solet*, idque recepit Schuetzius. Muellerus autem ex Herelii coniectura etiam Orellio, quod mirere, probata dedit *ut ferri solet*; quod cum Herelius significari voluerit *ut dici solet*, magnopere erravit. Quippe, ut Henrichseni verbis utar, *ferri* dicitur de eo, quod narratur et fama celebratur, non de eo, quod vulgo dicitur, ut proverbium. Sententiam vulgatae scripturae idem bene explicuit ita: Hoc est, ut mos est eorum, qui alicui viam monstrant, ut eum non ad ipsum locum ducant, sed plerumque tantum modo digitum ad locum intendant. — Poterat et brevius dici et planius: *ut fieri solet* quippe *a commonstrantibus*.

XLVII. Iam suadente Crasso in primis adolescentes ab Antonio petunt ut de arte doctrinam perficiat.

204. *quibus enim — bonos viros*] hunc locum Quintiliano XII. 11, 12. ante oculos fuisse putant eius interpretes. Socratis apud Xenophontem duae sententiae huic similes exstant, sed nulla accurate congruit; Mem. I. 7, 1: *οὐκ ἔστι καλλίων ὁδὸς ἐπ᾽ εὐδοξίαν, ἢ δι᾽ ἧς ἄν τις ἀγαθὸς τοῦτο γένοιτο, ὃ καὶ δοκεῖν βούλοιτο.* II. 6, 39: *ἀλλὰ συντομωτάτη τε καὶ ἀσφαλεστάτη καὶ καλλίστη ὁδός, ὦ Κριτόβουλε, ὅ τι ἂν βούλῃ δοκεῖν ἀγαθὸς εἶναι, τοῦτο καὶ γενέσθαι ἀγαθὸν πειρᾶσθαι.* Hoc Socratis decretum expressit Plinius Paneg. 44, 8. ubi v. Gesnerum.

ab hoc aditu ianuaque patefacta] *ab hoc* Crassum spectat; olim cum *aditu* coniungendum esse putabant. *Patefacta* cum *ianua* sola coniungere ineptissimum nuper nescio cuius inventum prolatum est. Quod si quis putet his idem ita dici, cum praecesserit *si in haec, quae patefecit oratione sua Crassus,*

intrare volueritis, longe secus est. Haec enim conditionem significant, qua impleta quo tenderent perventuri essent, illa resolvenda sunt *quoniam ab hoc Crasso aditus patefactus est*, indicantque quomodo iis potestas intrandi facta sit, qua ante Crassi orationem caruissent.

205. *ea si paulo latius dixeris*] id est *uberius exsecutus dicendo fueris*. Propriam enim *latus* et *late*, cum de oratore dicuntur, eam vim habent, ut argumentum exponendum spectent, quod vel fusius et continuo eloquentiae flumine fieri potest, qui Academiae veteris et Peripateticorum mos erat, vel contracta in rationum (*συλλογισμῶν*) angustias oratione, ut Stoici faciebant: qua de causa illis intuendis oratorem iuvari, horum disputandi genus ab forensi dictione alienissimum esse multis locis iudicat Cicero. Igitur proprie locutus est, cum in Oratore 32, 113. *facultatem fuse lateque dicendi* et *vicinam eius atque finitimam dialecticorum scientiam* coniungendas iudicavit, et §. 114. secutus Aristotelem id inter rhetoricam et dialecticam interesse dicit, quod *dicendi ratio latior* sit, *loquendi astrictior;* item cum *latas et eruditas disputationes*, quae sunt philosophorum, tanquam exempla medii dicendi generis affert 27, 95., quod aliquantum differt a sententia prolata in Partitt. Or. 23, 79., ubi eloquentia *latior et uberior* dicitur philosophorum disputationibus et quasi *copiose loquens sapientia;* etiam cum Academiae et Peripateticorum disputationes *liberiores et latiores* vocat, *quam fori consuetudo patiatur*, Stoicorum orationem *contractiorem et astrictiorem, quam aures populi requirant*, Brut. 31, 120. *Laetus* autem, de frugibus proprium vocabulum, quod sic dictum praeter Intpp. Virg. Georg. I. 1. bene illustrarunt Gron. Obss. II. 3. p. 121. ed. Frotscher., et Zumptius ad Verr. Acc. III. 51, 120., transfertur ad *orationis ornatum* et quasi plenitudinem: v. Drak. ad Liv. VI. 1, 3. Spald. ad Quintil. V. 14, 33. Itaque philosophorum oratio *nitido quodam et laeto genere* esse dicitur de Or. I. 18, 80., quod dictum maxime decet Antonium hominem in dicendo vehementem et plus in vi quam in elegantia verborum fiduciae ponente. A Quintiliano *et laetus et pressus* dicitur Homerus

X. 1, 46. et *sermo laetus et ornatus* V. 14, 33., quem locum recte sic ex Obr. emendatum a Spaldingio puto. *Laetiorem stilum* Plinius posuit Epp. III. 18. et *laetitiam et pulchritudinem orationis* paulo audacius Scriptor dialogi de oratoribus c. 22. Quanquam argentea aetas haec ita confudit, ut Plinius etiam *latitudinem orationis* cum *sublimitate* coniunxerit Epp. I. 10, 5., quod si de Platone dictum a lusu verborum aliquid habet excusationis, non idem cadit in Periclis orationem, quae *lata et magnifica et excelsa* vocatur et *amputatae et abscissae* opponitur I. 20, 19., nisi forte *laeta* scribendum videatur. Sed quod Tacitus Hist. I. 90. genus orandi *ad implendas aures latum et sonans* commemorat, hoc de verborum circuitu pleno et numeroso dictum est, qui ipse astrictae Stoicorum brevitati contrarius habetur. Simili affinium confusione *pressus*, quod proprium est de *brevitate* orationis nihil superfluens habentis vel quod abundet, transfertur ad *tenuitatem* generis dicendi *λιτοῦ* Plin. Epp. I. 8, 5. 14, 3. VII. 12, 4. et *elato* s. sublimi opponitur; quin cum *pura oratione* coniungitur VII. 9, 8., quippe quod *λιτοῦ γένους* decus est *τὸ καθαρόν*.

206. *illa dicendi mysteria*] eadem significatione figurata et ut lenis quaedam addatur irrisio vocabulum legitur de Or. III. 17, 64: *eos* (Epicureos) *admoneamus, ut illud, etiam si est verissimum, tacitum tamen, tanquam mysterium, teneant.* Tusc. IV. 25, 55: *ne rhetorum aperiamus mysteria.* Nec sine sale videtur dici Ep. ad Att. IV. 17.

207. *id nobis — oneris*] *oneris* ne longius abesset a pronomine, ad quod referendum est, post *nobis* posuit Schuetzius. Sed saepius genitivum a regimine longius disiungi exemplis docuerunt Matth. ad. Catil. IV. 8, 16. et Beierus ad Off. II. 9, 34.

XLVIII. 207. Antonius Crasso succedens non statim explicat de arte eloquendi, sed tacite Crassi de oratore sententiam refutat, quod ipse postea fatetur II. 10, 40. Cum enim nisus esset probare plus iusto amplexum illum esse et a philosophorum maxime decretis oratorum opus, quippe popularibus sensibus accommodandum, plurimum

discrepare, vim eloquentiae maxime in cognoscendis et permovendis hominum animis ponit. Deinde ne iuris quidem peritiam, quamvis utilem, pernecessariam diserto esse affirmat: posse enim, si quid tale in iudicium veniat, nullo negotio disci in causis singulis; ita ne impudentiae quidem et inertiae accusandos esse patronos iuris imperitos (c. 48 — 61.).

207. *quod — fugere soleo, ne*] usum loquendi explicui ad I. 2, 4.

209. *oportere censeo*] mos est philosophorum; quem Cicero quoque indicat Fin. II. 1, 3. Off. I. 2, 7. Or. 33, 116.

non idem esse illud — intelligant] *esse*, quod, cum sententiae adversari videatur, ab aliis deletum, ab aliis clausum uncinis est, defendit Klotzius ad Cic. Cat. M. p. 160. Quanquam ita locum interpretatus est: *wenn die, welche etwa uneinig wären, einsähen, das warum es sich handelt, sei nicht dasselbe.* Sed neque interpretatione Germanica in tanta utriusque linguae diversitate res confici potest, et illam ne nostrae quidem in loquendo consuetudini convenire puto. Oportebat enim addi quid sit, quocum conspiret illud, de quo agitur; velut *sei nicht dasselbe mit Jenem*, s. *wie das Andere.* Certe suspectum est illud *esse*, nec potest explicari, nisi desciveris ab usitata vi formulae *quo de agitur* et subaudias *ab utroque.* Ortum puto ex praecedente *idem*, quod eum scribatur *idē*, lectum est *id ce.* Soloecam librorum scripturam *intelligent* recte correxit Ernestus. Ipsa illa exempla, quibus a Klotzio defenditur quod paulo ante dictum est, *de quo disputetur*, velut de Or. I. 15, 65. *quae sint in disputationibus*, in oratione obliqua perseverari persuadent, nec aliter fieri per sententiam potest.

210. *exemplis Africanorum et Maximorum*] recte explicuit Ernestus *virorum, quales Africanus et Maximus fuerunt*, dum ne dixisset *Africanus uterque.* Semper enim ita de uno homine, qui totius cuiusdam generis tanquam specimen et exemplum ponitur, ita dici mos est. Cicero de Or. II. 23, 94. *Itaque Theopompi Ephori Philisti Naucratae multique alii naturis differunt.* 71, 290: *tu Fabricios mihi*

auctores et Africanos Maximos Catones Lepidos protulisti. III. 15, 56: *ab hac similitudine Coruncanii nostri Fabricii Catones Scipiones fuerunt.* Brut. 17, 67: *Hyperidae volunt esse et Lysiae. Sed cur nolunt Catones?* sic enim recte scribitur inde a Lambino, qui tamen minus bene explicat *Hyperidae Lysiaeve similes.* 69, 244: *hoc vero non putabam te usque ad Staienos et Autronios esse venturum.* Or. 9, 32: *germanos se putant esse Thucydidas;* ubi v. Goellerum. Rull. II. 24, 63: *tum, cum haberet haec res publica Luscinos Calatinos Acidinos — et tum, cum erant Catones Philippi Laelii.* Cat. M. 5, 13: *nec tamen omnes possunt esse Scipiones aut Maximi.* Lael. 6, 21: *viros bonos — numeremus Paulos Catones Gallos Scipiones Philos.* Eodem modo locuti sunt Plinius Epp. I. 17. et Quintilianus II. 16, 15. cf. Cortium ad Luc. Pharsal. I. 213. Schmid. ad Hor. Epp. II. 2, 117. Sed hic locus, unde evagati sumus, etiam eo memorabilis est, quod unus apud Ciceronem exstat, quo nomine *Africani* solo posito significetur P. Scipio Africanus *Maior* Hannibalis victor. Solet enim sic *Minor* dici, et aetate coniunctior et Carthagine perpetua Romanorum hoste deleta clarior. Hunc quod mox inter consilii publici auctores commemorat, non aliam causam habet, nisi fortitudinem eius adversus populares et Gracchanam factionem ostensam, de qua inspici possunt Velleius II. 4, 4. Val. Max. VI. 2, 3. Plut. Apophth. p. 201. E. cf. Gronov. Obss. III. 11. p. 260. ed. Frotscher.

211. *P. Lentulum principem illum*] quippe *senatus.* Hunc eundem esse, qui cum Cn. Domitio consulatum gessit anno 592., probavi ad Brut. 28, 108. Nullus enim P. Lentulus inter annos 592. et 695. summum magistratum gessit, quod factum esse necesse erat, ut quis senatus princeps legeretur. Nec pugnat cum hac ratione, quod idem exacta aetate in seditione Gracchana armis captis vulneratus esse fertur Phil. VIII. 4, 14. Catil. IV. 6, 13. De *Ti. Graccho* patre v. ad 9, 38. *Q. Metellus* est Macedonicus, qui ab Andrisco s. Pseudophilippo victo in praetura a. 606. illud cognomen accepit; consul fuit a. 611. cum Ap. Claudio Pulchro. De eius felicitate (mansit enim ab

omnibus cultus ad extremam senectutem et tres filios consules, quartum designatum vidit) testes sunt Cic. Fin. V. 27, 82. Tusc. I. 35, 85. Vell. I. 11., ubi v. Intpp. Propter raram moderationem, etsi cum P. Scipione optimatium propugnatore de re publica dissensit, in civilis peritiae exemplis laudatur. Nam Q. Metellus *Numidicus* a Cicerone significari non potuit, cum nullum hic a vivis exemplum repetatur. De C. Laelio Sapiente uberius exposui in Hist. Eloq. R. p. XXV. sqq.

212. *respondendum — agendum — cavendum*] probabili coniectura Ernestus, quem Schuetzius et Muellerus sequuntur, *scribendum* correxit pro *agendo*, referens sese ad locum in Mureniana 9, 19., quem sic interpretatur A. Matthiae: „*respondere* de iure ICti dicuntur consulentibus, cum iis quid iuris sit exponunt; *scribere*, cum formulas sponsionum stipulationum actionum testamentorum componunt (v. Vict. et Manut. ad Fam. VII. 14. Gronovium de Sestert. p. 644.): *cavere*, cum litigantibus aut aliquid contrahentibus ostendunt, quomodo lis instruenda resque contrahenda sit, ne aut causa cadant aut decipiantur.“ Haec si recte disputata sunt, ut videntur profecto, in Mureniana minus proprie locutus Cicero est, quam in libro de Oratore, et recepta scriptura recte habet. Omne enim responsum de iure aut id spectat, quod quis lege agendo sive lite intentanda observet, aut quo modo sibi ab adversarii insidiis et calliditate caveat suaeque rei prospiciat, idque cum in iure tum in scripto accidere potest. Partes igitur sunt illae responsionum, quas particula *et* aliquando subnecti certum est. Explicuimus ante c. 34, 157: *subeundus usus omnium et periclitandae vires ingeni et illa commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est*; i. e. quo usu et vires ingeni periclitemur et illam commentationem in veritatis lucem proferamus. — Muellerus de ICto causas agente intelligit. Hoc si verum esset, *agere* non interponeretur *respondendo* et *cavendo* medium.

Sex. Aelium] v. ad c. 45, 198. *M.' Manilius* (male non nulli *Nepotis* cognomen habuisse dicunt, quod non intellecta Fastorum lacuna M.' MANILIVS . . . . N. nititur; simili

de causa sunt qui Q. Pompeium cos. a. 613. *Auli* cognomine augent, cum fuerit A. F., i. e. Auli filius) cos. cum L. Marcio Censorino, iuris peritissimus; de qua re aequalium iudicia feruntur Rp. I. 13. III. 10. cf. Fin. I. 4, 12. Tres eius de iure civili libros commemorat Pomponius Dig. I. 2, 39., quibus sine dubio actionum formulae continebantur: v. ad I. 58, 246. — De *P. Mucio* vide ad c. 37, 170.

XLIX. *leviora artium studia*] artes omnes *leviores* Ciceroni dicuntur, in quibus ingenii quidem motu et praestantia opus est, ut tamen in re publica gerenda ne versentur; grammatica poësis musica pingendi fingendique artificium. Vide Bruti 1, 3. ubi de poetis scriptor loquitur. Eaedem artes *minores* vocantur in eiusdem libro c. 18, 70. exemplis a fictoribus pictoribusque sumptis; *mediocrium* cognomento a *maximis* imperatoria et oratoria distingui videntur de Or. I. 2, 6.

rerum divinarum atque humanarum] physica, quam Aristotelis exemplo *metaphysicam* dicere solemus, significatur: post *vivendi ratione tenenda* ethica s. de moribus doctrina. Prudenter omisit dialecticae mentionem, quae cum ad docendi artem et viam pertineat, utramque sibi materiam subiectam habet.

214. *nam et civitatum — gubernacula*] hoc *et* non habet quod ei respondeat; qua de causa Manutio placebat *etiam*. Sed recte Augustus Matthiae in Seebodi Misc. Cr. p. 677. haec scribit: „voluerat addere *et philosophiam*. Sed cum ad priora refutanda abripi se passus esset, illa verba hic omisit et ad quaestionem de philosophia c. 51 demum transit. Sic c. 50, 217. post *et quos φυσικούς* etc. continuandum erat: *et philosophi eidem essent geometrae et musici*, quod nunc alia orationis forma usus adiecit. Lib. II. 11, 48. post *nam et testimonium* etc. debebat sequi: *et mandata exponenda*; pro hoc c. 12. init. ponitur: *Quid? si — mandata sint exp.* c. 78, 319. respondent sibi: *sic et facile reperientur et momenti aliquid afferent*. Sed post parenthesin sensum particulae *sic* repetit voce *ita*.“ His Henrichsenus

addit similium dictionum testes Beierum ad Scaur. p. 144 sqq. et Madvigium de Asconio p. 79. not.

per mihi mirum] de tmesi dicemus ad II. 67, 271.

M. vero Scaurus] de M. Aemilio Scauro cos. a. 639. et in ipso magistratu principe senatus lecto exposui in Hist. Eloq. R. p. XLVI. sqq. De eius in senatu auctoritate videnda sunt Ciceronis testimonia p. Sextio 47, 101. p. Fonteio 7, 14. in Bruto 29, 112. Asconii in Scaur. p. 133. Beier. cf. Beier. ad Off. I. 22, 76. et infra ad II. 64, 257. Quippe etsi minime alienus ab avaritia eius aetatis, quam ei obiicit Sallustius Iug. 15., cum insigni tamen prudentia vultus et orationis severitatem coniungebat et gravissimus optimatum in populares propugnator erat.

loquacitatem] iniuria suspectum erat Schuetzio. Antonius dicendi celeritatem prae scientia rei publicae contemnens vocabulo ignobiliore utitur; loquitur enim ex mente Scauri gravissimi hominis.

215. *in procuratione civitatis egregius*] hanc locutionem, cum et carere praepositione soleat et *ad* subrogari pro *in* patiatur, Ciceroniano exemplo Brut. 21, 84. Gellianis V. 3. X. 11. Liviano XXXVII. 7, 15. illustrant Fabri et Kritzius ad Sall. Iug. 82. 2.

aliquam scientiam] interpretes cum certam quandam scientiam dictam vellent, varias coniecturas proposuerunt; *illam scientiam* Manutius, quem Lambinus Ernestus et Muellerus sequuntur; *reliquam* Gesnerus; Wyttenbachius Bibl. Crit. I. p. 15. *alienam*, quod placuit Schuetzio et Orellio. Mihi recepta codicum scriptura satisfacit. Antonius enim eorum patronus, qui eloquentiam *ἄτεχνον τριβήν* vocarent, adversatus Crasso non *τέχνην* sed *πλῆθος τεχνῶν* effingenti in hac tota disputatione id agit, ut *in facultate dicendi* eloquentiam constare, *rerum scientiam* minime cum ea commiscendam esse doceat. Hoc clarum est ex definitione eloquentiae §. 213. proposita et ex comparata M. Scauri *scientia* rei publicae regendae et *loquacitate* oratoria, quam sibi Antonius solam assignat §. 214. Itaque etiam hic inter se invicem opponuntur consilii publici auctor, in quo *scientia*

inest necessario et orator, a quo nihil desideratur nisi ut *dicere* possit, ut, si quid scientiae praeterea teneat, id ab oratoria facultate seiunctum sit.

L. 216. *Pericles*] Pericles Xanthippi ad Mycalen olim victoris filius et auctoritate et eloquentia et consilio princeps civitatis, quae Ciceronis verba sunt de Rep. I. 16., quadraginta annis praefuit Athenis et urbanis eodem tempore et bellicis rebus (Cic. de Or. III. 34, 138.) Obiit ol. LXXXVII. 4. sive a. 429. a. C. Magnificas eius laudes habet Thucydides II. 65.

eiusdem hominis] Schuetzii infelix coniectura prostat *eiusdem nominis*, quam cum olim probasset Muellerus, post eum facti poenituit. A. Matthiae l. c. quasi brevius dictum explicat pro: *quare non idcirco, ut eiusdem hominis, sic eiusdem artis facultas existimanda est;* quae interpretatio artificiosior, quam verior est. Recte Henrichsenius: „Hoc est ad eundem hominem atque artem pertinere utraque facultas existimanda est.“ Clarum tamen est verbum *esse* zeugma facere, de quo dicendum erit ad I. 57, 243. De homine enim dictum quid eius proprium sit, de arte quid ad eam tanquam pars pertineat, significat. — De *P. Crasso* Muciano egimus ad I. 37, 169.

217. *duodecim scriptis*] ex locis Veterum Ovid. A. Am. III. 207. 363. Cic. ap. Nonium v. *scripta* (Fr. p. 483. Or.) Quintiliani XI. 2, 38., quos disposuit Ernestus in cl. Ciceroniana, intelligitur hunc ludum aliquantum similitudinis cum ludo *damae*, quem vocamus, habuisse. Senis enim lineolis in alveo sive tabula ductis, quae rectis angulis sese secarent, viginti quinque loci exsistebant, in quibus ternis utrobique calculis positis id agebatur, ut adversarius includeretur continuatis calculis, qui eidem *latrones* s. *latrunculi* dicti fuisse videntur, unde ludo illud quoque nomen fluxit. Huius peritiam in P. Scaevola summam fuisse praeter Ciceronem et Quintilianus l. c. testatur, ubi legendus Spaldingius, et epigramma vetus apud Burmannum Anthol. III. p. 77.

Empedocles] Agrigentinus, philosophus et rei publicae regendae peritus Pythagoreis accenseri solet, cum Parmenidis

ex Eleaticorum secta discipulus fuerit: v. Diog. La. VIII. 55. Suid. v. *Παρμενίδης*. Floruit circa ol. LXXXIV. s. 445. a. C. *Carmen* illud est *περὶ φύσεως*, tribus libris comprehensum: cuius reliquias collegerunt Sturzius et Peyronus. Vide Henr. Ritterum in Wolfii Anall. Lit. vol. II. et eiusdem historiam philosophiae antiquae vol. I. p. 506 sqq.

218. *aspersa atque distincta*] „quia ieiuna interdum dicuntur *sicca*, bene opponitur *aspersa*, ut *τῷ* (!) *nuda* apte opponitur *distinctum rerum varietate*, i. e. tanquam insignibus quibusdam ornamentis, quae divitias produnt, vestita.“ *Schuetzius*. *Perspergendi* verbum de lepore atque facetiis orationem gratam auditori reddentibus similiter dictum est c. 34, 159.

ut sua possedisse] *ut* pro *quasi* et *tanquam* exemplis muniverunt Ruhnkenius ad Ter. Eun. I. 2, 37. et Kritzius ad Sall. Catil. I. 31, 5.

tironem ac rudem] non male Schuetzius: „ne quis forte hic inanis verborum copiae idem significantium Ciceronem accuset, observandum est *tironem* esse qui initia tantum et elementa artis didicerit, *rudem*, qui ne haec quidem teneat, *peregrinum*, qui, quia in quibusdam artibus tanquam in domicilio suo versetur, aliarum cognitionem neglexerit, *hospitem*, qui in his aliquantulum tanquam in deversorio commoratus sit, ut nec nihil nec multum in eis profecerit.“ Sed quia sic potius *tironem rudemve*, item *peregrinum hospitemve* dicendum fuisse videtur, ita interpretemur potius, ut *tironis* notio addito *rudi*, *peregrini* autem *hospite* accuratius definiatur ad hunc modum: *tironem*, eaque de causa *rudem*, *peregrinum*, igitur *hospitem* in agendo, id est imperitum. Huius significationis exempla collegit Handius in Tursellino p. 465. Plane ita coniunguntur *peregrinus* et *hospes* Att. VI. 3: *est enim aliquid advenientem non esse peregrinum atque hospitem*; quanquam hoc propius accedit ad primitivam utriusque vocabuli vim.

LI. 219. *istis tragoediis tuis*] a prima significatione *tragici* et *tragoediae* id deflexum est, ut dicatur de rebus verbisque gravibus et grandibus, quales habentur in tragoedia.

Igitur *tragica atque divina* Crassi Brutum accusatorem increpantis verba vocantur de Or. II. 56, 227. deque eadem re *tragoedias agere* ponitur c. 55, 225. et Sulpicius *maxime grandis et, ut ita dicam, tragicus orator* Brut. 55, 203. Hinc exstitit alia translatio vocabuli *tragoedia* et locutionis *tragoedias agere*, ut de rebus aut inepte grandibus aut de industria exaggeratis dicantur. *In nugis tragoedias agere* legitur de Or. II. 51, 205., quod imitatus Quintilianus habet *in parvis litibus tragoedias movere* VI. 1, 36. *tragoediis liberatum Galbam* I. 53, 228., quippe quod is in causa iniustissima artificiose miserationem iudicum movisset. Viam verbi transferendi monstrat Comici locus apud Cic. Tusc. IV. 35, 73. ubi aliquis amoris sui causa omnium deorum opem obsecrans *tragoedias efficere* dicitur *κωμικῶς*. Sumptus enim omnis ille loquendi usus a Graecis, apud quos *τραγῳδία* et *τραγῳδεῖν* similem ineptiarum vituperandarum significationem asciverunt et *παρατραγῳδεῖν* de perverse imitanda tragica grandiloquentia dicitur; cuius verbi usum etiam Plautus tentavit *paratragoediandi* verbo usus Pseud. II. 4, 17.

nisi qui rerum omnium] Schuetzium, qui de sua coniectura correxit: *nisi qui hominum naturam et motus animorum eorumque rationes*, bene refutat Matthiae l. c. „Locus est ad irrisionem comparatus: cum enim supra 18, 84. 19, 85. 20, 93. philosophi contendisse dicti sint philosophiam necessariam esse oratori, colligitur etiam *φυσικὰ* ei necessaria esse.“ Infelicior etiam Ernesti suspicio est, qui paulo post *de motibus hominum* pro *moribus* coniecit, in quo ipso quoque Schuetzium sequacem habuit. Sed quis unquam *motus hominum* pro *animorum motibus* dicere ausus est? Imo ne hic quidem locus levicula quadam irrisione caret, quae inest in iterata eisdem verbis sententia. Bakius corrigendum ratus *omnem naturam moresque hominum* et de physicis ne ab exaggerante quidem cogitare posse ratus redarguitur loco I. 18, 84., quo clare legitur: *nec dubito, quin multo locupletior in dicendo futurus sit, si quis omnium rerum atque artium rationem naturamque comprehenderit.*

quorum ego copiam — cognitionis] duplex genitivus, non ut alter ab altero suspensus sit, sed subiectivus alter, alter obiectivus ab eodem nomine pendeat, etsi non gratissimus est, tamen a scriptoribus brevitatis studiosis defugi non semper potuit. Cic. Pis. 1, 1: *quae sit hominum querela frontis tuae.* Phil. II. 33, 82: *populi Romani libertatis recuperandae cupiditatem.* Cat. M. 14, 50: *quid de P. Licini Crassi et pontificii et civilis iuris studio loquar?* de Or. II. 3, 10: *propter eorum — ieiunitatem bonarum artium.* Ieiuni artium dicuntur ut inanes sive vacui. III. 1, 3. *cuius ordinis — diriperetur patrimonium dignitatis.* Verr. Accus. V. 10, 25: *habetis hominis consilia diligentiam vigilantiam custodiam defensionemque provinciae;* quod tamen facile excusatur cum propter plura nomina interposita, tum quia *provinciae* non cum illis omnibus, sed cum *custodia* tantum et *defensione* coniunctum est. Sic etiam explicanda sententia Rp. I. 25: *eius coëundi causa. Eius* sc. *coetus*, quod active sive subiective dictum, quia is causam habet cur coëat, *coëundi* passive sive obiective. Nihil hic egit Creuzerus sermonis imperitissimus. Caes. B. G. I. 30: *tametsi pro veteribus Helvetiorum iniuriis P. R. ab iis poenas bello repetivisset.* Quae Wopkensius Lectt. Tull. I. 16. p. 122. ed. Hand. et Goerenz. ad Legg. II. 17, 42. Drak. et Liv. XXV. 15, 11. coacervarunt, pleraque genitivum unum ab altero suspensum monstrant, alia ex alio genere sunt, quod statim explicabimus. Sed eorum, quae vir acutissimo iudicio Gronovius collegit ad Liv. XXXIV. 26, 5., sane huc advocari possunt Cic. Phil. VII. 9. *cuius* (Nasidieni) *ego excubias et custodias capitis mei cognovi.* Att. II. 5: *cupio ab hominum satietate nostri discedere.* Sed reliqua aliena sunt. Longe enim alia ratio est, cum genitivus alter cum nomine regente in unam quasi notionem efficiendam coalescit. Cic. Catil. I. 5, 12: *exhaurietur ex urbe tuorum comitum magna et perniciosa sentina rei publicae.* Arctius colligantur *sentina rei publicae*, cui explicandae additur *comitum*, hoc est, *quae constat ex tuis comitibus.* Nihil hic egit Matthiae. Agrar. I. 1. extr.: *populi Romani subsidia belli:* πολεμικὴν παρασκευήν intellige.

Nep. Epam. 5: *Agamemnonis belli gloriam.* Sall. Catil. 2, 3: *imperatorum animi virtus* i. e. *εὐψυχία στρατηγῶν.* Nec magis haerendum; cum genitivus alter non regitur a nomine, sed explicando additus est tanquam praedicata quaedam notio. Caes. B. Civ. I. 7: *omnium temporum iniurias inimicorum* i. e. omni tempore factas s. illatas. Cic. Sext. 6, 15: *superioris anni rei publicae naufragium* i. e. superiori anno acceptum, quod cum disparibus composuit Gron. ad Liv. XXXIV. 26, 5.

220. *fervorne mentis*] Purgoldi coniecturam *errorne* recepit Schuetzius de insania interpretatus, cum *mentem* fervori subiectum esse negaret. Recte ostendit Muellerus *mentem* saepius de animo dici et, cum *mentis permotionem* posuerit de Or. II. 42, 178., etiam *fervorem mentis* facile quis esset intelligi. Significari autem animi perturbationem vehementem, quam *πάθος* vocent Graeci, eamque eodem vocabulo appellari Tusc. IV. 10, 24.

motus negant — esse debere] hoc faciebant Stoici animi statum, qua perturbationibus vacaret, *ἀπάθειαν* dicentes; v. de Or. I. 53, 230. III. 18, 65. Acad. II. 44, 135. Tusc. IV. 17. Sed Peripatetici perturbari animos necesse esse dicebant, sed modum adhibendum, ultra quem progrediendum non esset; v. Tusc. l. c. §. 38. In eadem fere sententia vetus erat Academia; v. Acad. l. c. Off. I. 25, 89., ubi conferenda Beieri annotata. In sententia illa *scelus eos nefarium facere* ex priore negante assumendum *dicendi* verbum, de quo loquendi genere exposui ad I. 13, 59. Manutius addidit *aiunt.*

221. *aut illum ineptum*] Ernesti *illum* non suo loco legi putantis correctionem *aut ineptum illum* secutus est Muellerus. Iniuria, dum memineris *aut* propter opposita in divisione membra voce attolli et cum sono pronuntiari. Legitur de Or. I. 60, 255: *illa summa vis* et *illum Scipionem;* II. 10, 43: *illud tertium;* III. 28, 110: *illud alterum genus.* Prov. Coss. 12, 29: *illas omnes res.* Nam de Or. II. 68, 316. ex libris correxi.

222. *summum illud bonum*] tota veterum philosophorum de summo bono doctrina brevibus exponitur a Cicerone Tusc. V. 30, 84. Erant enim sententiae simplices quatuor; Stoicorum, nihil bonum nisi honestum; Epicuri, nihil bonum nisi voluptatem; Hieronymi, nihil bonum nisi vacuitatem doloris; Carneadis, nihil bonum nisi naturae primis bonis aut maximis uti. Mixta bonorum genera Peripatetici, nec multum ab his dissimilis vetus Academia probabant, tria bonorum genera esse iudicantes, maxima animi, secunda corporis, externa tertia. Deinde Dinomachus et Calliphon voluptatem cum honestate, Diodorus Peripateticus indolentiam cum honestate copulabant. V. etiam Fin. V. 7. sqq.

ut quibusdam visum] Xenophani Parmenidi Empedocli Anaxagorae Democrito Metrodoro; v. Acad. II. 23, 73. cf. I. 12, 44., inprimis autem Pyrrhonis (Diog. Laert. IX. 61. Gell. XI. 5.) et Academiae recentiori: v. Acad. I. 12, 45.

LII. 224. *ne, si quando*] Heerenii coniecturam *nec* secuti sunt recentiorum plerique, quam iam propter tempus praesens coniunctivi *mutuetur* repudiari oportebat. Nec enim id a praecedente *oportet* suspendi potest propter enunciatum interpositum *philosophorum autem libros reservet sibi*, et si sola per se constaret sententia, verius erat *mutuabitur*. Sententia autem haec est. Animorum et sensuum humanorum notitia, qualis oratori opus est, longe differt a philosophorum disputationibus; his in otio delectetur, notitiam illam utilem et necessariam usu et sagaciter pervestigando naturas hominum sibi paret, ne, si quando his rebus in iudicio usurus sit, ea proferat, quae a nostris moribus abhorreant. Similiter sententiam explicatam suspicor a Klotzio, qui de ea egisse dicitur Quaest. Tull. p. 20.; quo libro non utor. Male etiam vulgo sententia inter capita LI. et LII. dividitur et minima distinctio ponitur post *otium*. Quatuor enim membra habet, primum ab *acuto* ad *exspectent*, alterum inde ad *degustet*, tertium usque ad *otium*; quibus quartum adiungitur, quo cum ex prioribus consequentia contineantur, media interpunctione ab illis dirimendum erat.

novam finxit civitatem] eandem sententiam Cicero Rep. II. 11. aliis verbis proposuit. *Princeps ille*, inquit, *quo nemo in scribendo praestantior fuit, aream sibi sumpsit, in qua civitatem exstrueret arbitratu suo, praeclaram illam quidem fortasse, sed a vita hominum abhorrentem et moribus.* Nec ipse Plato ab hac persuasione alienus fuit, cum scripserit in Civ. IX. p. 592. B.: *μανθάνω, ἔφη, ἐν ᾗ νῦν διήλθομεν οἰκίζοντες πόλει, λέγεις τῇ ἐν λόγοις κειμένῃ· ἐπὶ γῆς γε οὐδαμοῦ εἶναι αὐτὴν οἶμαι, ἀλλ᾽ ἐν οὐρανῷ.* Coniungenda igitur *in libris civitatem.*

225. *in maxima contione*] in suadenda lege Servilia, quam Q. Servilius Caepio cos. a. 647. de iudiciis ab equitibus ad senatum transferendis tulit; commemoratur ea suasio etiam de Or. II. 55, 223. Brut. 43, 161. 44, 164. 86, 296., lex autem Servilia Inv. I. 49, 92. Tac. Ann. XII. 60. cf. Klenze frgg. legis Serviliae repetundarum prolegg. p. XV. not. 71. Meam olim sententiam de lege non perlata, cui Zumptius cum Ernesto perlatam quidem, sed paulo post abrogatam opinatus et Klenzius adversantur, bene defendit Henrichsenus his verbis: „nam quod dicit (Klenzius), nisi perlata fuisset lex, Caepionem a Valerio Maximo VI. 9, 13. appellari non potuisse *patronum senatus*, hac appellatione vel ob latam legem dignus erat; inscriptio vero (CCCCLXVIII. 5. Grut.), qua maxime nititur, iam dudum a viris doctis inter spurias relata est; cf. Orelli Inscrr. I. p. 151. 565.“

eripite ex faucibus] Handio in libro de Stilo Lat. p. 242. non videtur discrimen esse inter *eripere* cum ablativo et cum praepositione dictum: cuius rei exempla affert hoc ipsum et alterum Bruti c. 23, 90., ubi legitur *is se hac eripuit flamma.* Sed hoc ita dictum non esset, nisi in *flamma* inesset significatio inclusi et circumdati, ut eius, qui in ignem incidit, sed cum figura; sine figura enim addi licet *ex*; qui *in faucibus* haeret, nondum devoratur, nec igitur circumdatus est faucibus. Praeterea *eripere faucibus* dativo enuntiari videretur. Igitur apte dixit Cicero p. Murena 38, 82: *qui locus — cum ego non ex istorum insidiis ac mucronibus non solum meo, sed multo etiam magis divino consilio eripiar*

atque evolem. Verr. Accus. II. 31, 77: *si ex hoc iudicio aliqua vi sese eripuerit;* videntur enim iudices circumstare et imminere reo damnando, sed singuli sunt, non totum inclusum habent. V. 6, 12: *hos ex media morte eripere ausus es.* Cluent. 26. *si quis eum forte casus ex periculo eripuerit.* Contra *domo eripere* Latinum est, ut *extrahere* et *protrahere,* et iure Virgilius *ensem vagina.* Additur ablativo *a* praepositio, cum de vi manu potestate dicitur; ut *a morte eripere* Cic. Divin. II. 10; quo etiam *de* spectat, sed non alio modo, nisi addito vocabulo potestatem significante: velut *ensem ex manu* proprie, *de manu* translate dictum videmus, idem ut sit atque *adimere utendi potestatem.*

ut illi aiunt] Stoicos pro omnibus philosophis significat; illi enim solum sapientem beatum praedicabant. Eundem ex Crassi oratione locum Cicero Stoicum agens exagitat Parad. V. 3, 41.

226. *libertatem tenere debeat*] ex philosophorum haec opinione dicta esse, quae est Orelli sententia, non videntur, sed sane coniunctivum potentialem monstrant, qui significat Antonio id ex philosophorum, quos impugnat, sententia consequens videri, *ἥτις ἀζήμιόν τινα ἐλευθερίαν διασώζουσα δοκοίη ἄν.*

philosophus tam mollis] Schuetzius de sermonis forma sollicitus coniectabat: *haec quis philosophus tam mollis — ut probare possit.* In explicanda recepta scriptura errabatur ante Henrichsenum, qui recte advertit in sententiis interrogativis et negativis interdum cum breviloquentia dici *quis tam* et *nemo tam* pro *quis* s. *nemo tam — est, ut;* velut hic *quis philosophus tam mollis probare posset* dictum est *pro quis tam mollis fuit ut posset.* Cic. Att. VIII. 4: *nunquam reo cuiquam tam humili, tam sordido, tam nocenti, tam alieno tam praecise negavi, quam hic mihi.* Pis. 5, 10: *quam potestatem minuere — nemo tam effuse petulans conatus est:* Addit alia exempla Deiot. 5, 15. Quintil. IV. 1, 64.

LIII. 227. *P. Rutilius Rufus*] quippe perfectus Stoicus, qua in re non habuit aemulum praeter P. Aelium Tuberonem Scipionis sororis filium: Brut. 31, 117. De illius rebus

exposui in hist. eloq. R. p. L. cf. Madvig. de Asconio p. 110. not. 4. *Servius Sulpicius Galba*, qui Rutilio adolescente inter oratores maxime excellebat (v. Cic. Brut. 22. nos in Hist. Eloq. R. p. XXII. et XXXI.), cum ex praetura Hispaniam ulteriorem regeret, triginta Lusitanorum millia, ut Suetonius tradit in Galba (c. 3.), vel septem millia, ut Valerius Maximus refert IX. 6, 2. contra interpositam fidem interfecit. Anno insequente propter id facinus reus factus a L. Scribonio Libone tr. pl. maxime in damnandum reum nitente M. Catone id fecit, quod hic et in Bruto 23, 89. narrat Cicero; cf. Liv. ep. 49. Quintil. II. 15, 8. Scriptam a Catone relictam esse orationem in Galbam testatur etiam in Bruto Cicero c. 20, 80., in Origines relatam c. 23, 89. De hoc opere optime explicuit Niebuhrius Hist. Rom. vol. I. p. 9.

cum — esset locutus] verius et proprium erat *dixisset*, ut verbum illud de oratorio opere insolitum ad exiguum, qui illa aetate erat, orationis sermoni non dissimillimae cultum spectare videatur, cum de verbis aut puris et Latinis (ea coniunguntur de Or. I. 32, 144.) aut inquinatis proprium sit. Unum locum novi praeter hunc, quo de oratoria dictione positum sit abusive s. καταχρηστικῶς, de Or. I. 11, 48.; ibi oratoris dicitur esse in iudiciis et apud populum et in senatu *copiose loqui*.

228. *C. Sulpici Galli*] is consul fuit a. u. 588. homo geometriae et astrologiae peritus. Cum tribunus militum in exercitu L. Pauli in Macedonia esset a. 586. lunae defectione praedicta ne metu aliquo moverentur, milites monuit: Liv. XLIV. 37. Cic. Rep. I. 15. Val. Max. VIII. 11, 1. *Propinquus* dicitur, etsi non erat nisi *gentilis*.

in procinctu — sine libra et tabulis] hunc ritum praeter Gellium XV. 27. Ulpianumque fr. tit. 20. explanat Gaius II. 101: *Testamentorum genera initio duo fuerunt. Nam aut calatis comitiis faciebant, quae comitia bis in anno testamentis faciendis destinata erant, aut in procinctu, id est, cum belli causa ad pugnam ibant; procinctus est enim expeditus et armatus exercitus; alterum itaque in pace et in otio faciebant,*

alterum in praelium exituri. Accessit deinde tertium genus testamenti, quod per aes et libram agitur. Qui neque calatis comitiis neque in procinctu testamentum fecerat, is, si subita morte urguebatur, amico familiam suam, id est patrimonium suum mancipio dabat eumque rogabat quid cuique post mortem suam dari vellet; quod testamentum dicitur per aes et libram, scilicet quia per mancipationem peragitur. — Eaque res ita agitur. Qui facit, adhibitis, sicut in ceteris mancipationibus, quinque testibus civibus Romanis puberibus et libripende postquam tabulas testamenti scripserit, mancipat alicui dicis gratia familiam suam etc. Haec illustrat Plutarchus in Coriolano 9.: *ἦν δὲ τότε τοῖς Ρωμαίοις ἔθος εἰς τάξιν καθισταμένοις καὶ μέλλουσι τοὺς θυρεοὺς ἀναλαμβάνειν καὶ περιζώννυσθαι τὴν τήβεννον ἅμα καὶ διαθήκας ἀγράφους τίθεσθαι τριῶν ἢ τεττάρων ἐπακουόντων ὀνομάζοντας τὸν κληρονόμον.* Hunc locum Henrichsenius indicavit, et addidit Festum v. *Endo procinctu* et *Procincta*, Velleium II. 5. intpp. ad Cic. N. D. II. 3, 9. — *Commendandi* verbum legitimum est de morientibus suorum curam gerentibus. V. Gronov. Observatt. II. 1. p. 113. ed. Frotscher. et Herzog. ad Caes. B. Civ. II. 41. p. 323.

229. *non modo — voluit*] longe hoc vulgato *noluit* praestat. Quod Henrichsenio videtur *non modo* pro *non modo non* sequentibus *sed ne quidem* sic tantum dici, ut verbum utrique sententiae parte commune in posteriore demum insit, si recte disputavimus de vi particularum *non modo* ad c. 30, 136., probari non potest.

liberius causam dici] Henrichsenus secundum A. Matthiae explicat: *oratione non ad ea, quae proprie ad rem pertinebant, astricta, sed ultra propositum evagante.* Non probo. Quid enim magis ad rem pertinet minusve a proposito evagatur, quam reum insontem damnationi eripere? Non id agitur, sed quomodo quibusve artibus eripere studeas. Melius Stuerenburg ad Arch. p. 36. interpretatur *frei, ungebunden*, sed exsecutus accuratius non est. *Libertas* enim illa ad morem receptum oratorum spectat amplificandi minuendive pro re nata, *αὐξήσεις* et *μείωσεις*. Hanc *a veritatis,*

quasi legis *vinculis libertatem* in sua causa necessariam esse Rutilius indignatus damnari maluit, quam patronos suos illa uti. *Uberius* coniiciebat Bakius paulo insidiosius annotans eloquentiae laudem non solere in *libertate* dicendi poni. Sed *dicendi libertas*, *τὸ παῤῥησιάζεσθαι*, et *liberius dicere* diversa sunt.

Q. Mucius] Q. Scaevola Pontifex M., de quo dictum ad c. 37, 170., consul cum L. Crasso a. 659. Eius legatum consularem fuisse in Asia Rutilium, non quaestorem, quod personatus Asconius tradidit, persuadet nunc, qui totam rem enucleate exposuit, Zumptius ad Div. in Caecil. 17, 57. — Ceterum de Rutilii causa et ab ipso et a Q. Scaevola et a L. Cotta, sed a nullo oratorie defensa idem narrat Cic. Brut. 30, 115., et Socraticum defensionis genus leviter in eo vituperat Quintilianus XI. 1, 12. Vetus mos erat, ut singuli a singulis defenderentur: v. Cic. Cluent. 70., eumque etsi unice probabat Cicero, tamen more sui temporis coactus est, ut causarum agendarum provinciam cum pluribus partiretur. Quin ante legem Iuliam iudiciariam ad duodenos patronos perventum esse Asconius auctor est ad Scaur. p. 234 Sch. s. 127. Beier. Haec olim exposui in Hist. Eloq. R. p. XCI.

230. *pedem nemo — supplosit*] Calidio in oratione gravissimi argumenti omnem gestum animi vehementer permoti testem defuisse Cicero rei patronus ad criminum veri similitudinem infirmandam obiecit: v. Brut. 80, 278: *nulla perturbatio animi, nulla corporis: non frons percussa, non femur; pedis, quod minimum est, nulla supplosio.* Hoc loco usus Quintilianus XI. 3, 123., quae erat illius aetatis dicendi consuetudo sublatis causis gravioribus suavior, quam vehementior, a Cicerone dissentit, femur quidem, sed nec frontem nec pectus manibus caedi licere significans. Miror etiam de femore concedi, cum infra pectus demittere aut ad imum ventrem deducere manum vitiosum illi videatur l. c. §. 112. Pedis supplosio in variis gestibus enumeratur etiam in Bruto 38, 141. 43, 158.

LIV. 231. *Lysias*] Ex Dionysii de Lysia iudicio Plutarchi vitis X. oratt. et Photio bibl. eod. 262. de Lysiae vita haec collegit Henrichsenus, cuius ipsi verba in brevius contracta reddimus. Lysias Cephali Syracusani filius Athenis natus est ol. 80, 2. s. 459 a. C. Anno 445. cum aliis colonis Thurios migravit, ubi cum eloquentiam a Tisia Syracusio didicisset magnasque opes collegisset, post expeditionem Siciliensem infeliciter finitam atticismi reus factus civitate excidit. Athenas reversus cum triginta praetorum saevitiam vix evasisset, cum Thrasybulo Athenas redit factusque est *ἰσοτελής*, quod Cicero significat in Bruto 16, 63.: v. Boeckh. de Oecon. publ. Athen. vol. II. p. 77. Orationum ex CCXXXIII., quas Photius legit, triginta quatuor exstant.

calceos Sicyonios] *σικυώνια ὑποδήματα* mulierum erant, *λακωνικαί* virorum, certe Aristophanis aetate: v. Poll. VII. s. 93. Athen. IV. 155. C. Balduin. de calceo p. 197. Gronov. Obss. IV. 25. p. 530. ed. Frotscher. Socratis responsum Diogenes Laertius habet II. 40: *καλὸς μὲν ὁ λόγος, οὐ μὴν ἁρμόττων ἐμοί.* Aliter rem narrat Stobaeus Serm. VII. 90.; a Socrate orationem cum rosa comparatam esse, qua quamvis pulchra ad coronam uti se non deceret. — Rei et Ciceronis de ea verborum meminit Quintilianus II. 15, 30. XI. 1, 11.

non uterer, — sic illam orationem] dure sane a recta ad obliquam dictionem transitur, quae res non potest nisi Graecorum more imitando excusari. Longe expeditius aliud orationis miscendae genus est, cuius exemplum exstat c. 56, 240., ubi cum narratio coepta esset ab infinitivo narrativo: *Galba autem alludens varie et copiose multas similitudines afferre,* is infinitivus cum modo orationis obliquae confusus est, ut pergeretur: *atque illum ad auctores confugisse.* Haec enim duobus deinceps membris pari dignitate compositis procedit oratio; illo loco una sententia est, cuius protasis recte, apodosis oblique profertur.

et oratoriam] Schuetzii commentum *et ornatam* etiam Muellero placuit, inepte alterum dici iudicantibus. Sed *ora-*

toria oratio est quae oratorem deceat; oratores autem nec forti semper animo sunt et multa indigna faciunt ad blandiendum populo iudicibusve, quibus deterior causa potior videatur. Hoc a se repudiat Socrates.

neque solum primis sententiis] copiose explicatur haec res libro Meieri et Schoemanni, qui inscribitur *der Attische Prozess* p. 171. sqq. 300. sqq. 704. sqq. Socratis *ἀσεβείας* rei causa *aestimabilis* erat s. *τιμητός*, id est talis, in qua, cum poena lege definita non esset, reo condemnato iudices constituerent quid multae solvendum luendumve esset. In tali causa accusator poenam irrogabat iam libello accusatorio definitam (*τιμᾶσθαι τῷ φεύγοντι*), deprecabatur levioremque postulabat reus (*ἀντιτιμᾶσθαι* s. *ἑαυτῷ τιμᾶσθαι*). Quo facto secundis sententiis ferendis iudices decernebant utrius aestimatio rata esset, interdum mediam quandam constituentes (*τιμᾶν τῷ φεύγοντι*).

232. *et ut ei victus — in Prytaneo*] exempla pronominis correlativi pro reflexivo positi attulerunt Goerenz. ad Cic. Legg. I. 7, 23. Matth. ad Rosc. Am. 34, 95. Buechner. ad Rosc. Am. 2, 6. Kritz. ad Sall. Iug. 96, 2. aliique ab hoc collecti, estque causa perspicua. — *Prytaneum* tanquam urbis penetrale a Theseo, cum quatuor oppida in unum *ἄστυ* contraxit, conditum est, Vestae sacrum et perpetuo igni custodiendo constitutum orbiculari forma et concamerata: v. Casaub. anim. ad Ath. XV. p. 700. D. et C. O. Muellerum in encyclop. ab Erschio et Grubero suscepta vol. VI. p. 237. In hac aede publico sumptu coenabant quinquaginta *πρυτάνεις* s. senatores singulis quasi mensibus res civitatis gerentes, legati et cives bene meriti: v. Boeckh. Oecon. publ. Atheniens. Vol. I. p. 265. Annotavit Henrichsenus.

233. *dicendi inscientiam*] v. ad I. 22, 99.

LV. 234. *tum, cum dicebat, videbam*] *non v.* Stephanus et Lambinus. „Quod cur vulgatae lectioni praetulerit Orellius nescio; neque enim quidquam intercessit, quo fieret, ut nunc magis, quam tum, cum Crassus dicebat, Antonius hoc cerneret.“ *Henrichsen.* Quippe *tum* est *iam tum*, et senten-

tia sic constat: statim, cum dicebat introspexi calliditatem tuam, qua putabas fore, ut et Scaevolae benevolentiam retineres et causa, quae te impulisset ad ius perdiscendum, nos lateret. Haec iocose dicta esse ad Crassum leni cavillatione provocandum apparet; Heusingero Schuetzio Henrichsenio Bakio suspecta sententia nobis ad colloquii ingenium aptissima videtur.

incomptam] quod codd. fere omnes addunt *et incomitatam* iure inde a Pearcio a verbis Ciceronis seclusum est. Clarum est enim ex minus probata proximi vocabuli scriptura *incomtam* absurdissimo invento procusum. Nec explicari potest. Nec enim *incomitatam* dici iuris prudentiam par est, quae ipsa inter alias eloquentiae comes adiungitur c. 17, 74. (cf. §. 236.) nec potest eadem esse quae *indotata*, quod ineptum nuperi hominis commentum Ciceroni intolerandam *βαττολογίαν* infert. Maxime laborat autem ab inconcinnitate. Nunquam a se impetrasset Cicero, ut binis verbis ad bina nomina relatis tertium adderet, quod quo referretur non haberet. Cf. elegantissimum virum Handium de Stilo Lat. p. 387 sqq. Quanquam etiam a Nonio lectum est v. *dotatam* p. 450. Merc.

235. *et late patet*] est ubi *late patere* significet *ad multas res gerendas pertinere* s. *convenire, in multis vim habere*, quod Germani dicimus *allgemeine* s. *vielfache Anwendung finden*. Ea vi in nullo Ciceronis libro frequentius legitur, quam in eis, qui sunt de officiis. Vide I. 2, 4: *latissime patere videntur ea, quae de officiis tradita ab illis et praecepta sunt*. 8, 26: *quod enim est apud Ennium, nulla sancta societas nec fides regni est, id latius patet*. II. 15, 54: *non dubium est, quin illa benignitas, quae constat ex opera et industria, et honestior sit et latius pateat*.

suo quoque] *quoque* hic a iusta sua vi, qua significat *pariter atque* (nos *gleichfalls* s. *ebenfalls*) deflexum ponitur pro *adeo*. Eadem legitur I. 30, 134: *cum mihi quoque sitis molesti*. Neminis enim praecessit mentio, cui praeter Crassum molesti esse possent. p. Quinct. 1: *ita, quod mihi consuevit in ceteris causis esse adiumento, id quoque in hac*

causa deficit. Positus declarat significari *καὶ τοῦτό γε δή, adeo.* Caelius ad Ciceronem Divers. VIII. 1, 1: *tametsi tu scio quam sis curiosus et quam omnibus peregrinantibus gratum sit minimarum quoque rerum, quae domi gerantur, fieri certiores.* Plinius Epp. I. 14, 6: *Serrana tamen Patavinis quoque severitatis exemplum est.* Paulo aliter, sed non minus singulari ratione dictum exstat de Or. II. 11, 47: *non enim, si est facilius, eo de numero quoque est excerpendum. Eo* non colligandum est cum *numero,* sed significat *propterea;* sed *quoque* idem est quod *protinus etiam.* Ceterum *novo et alieno ornatu ornare,* quod adeo displicebat Schuetzio, ut correcturus esset *vestitu ornare* colore ducto ex Bruti 95, 327., etsi minime apte defensum est a Goerenzio viro *ἀκρισίας μεστῷ,* qui etiam *vitam vivere* Ciceroni largitum ibat, quod nemo praeter Comicos in imprecandi mali formula dixit, tamen tutissimum est Viri Summi Lobeckii disputatione de Figura Etymol. in Paralipomenis vol. II. p. 501. praecipue p. 523 sqq.

236. *leguleius*] Quintilianus XII. 3, 11: *alii se ad album* (i. e. praetorum edicta in albo proponi solita) *ac rubricas* (i. e. iuris consultorum libros) *transtulerunt et formularii vel, ut Cicero ait, leguleii esse maluerunt;* quem locum bene explicat Spaldingius. Quem *formularium* ille, eum haud paulo elegantius *cantorem formularum* Cicero; i. e. non eum, qui formularum verba (s. *carmina*) semper in ore atque in promptu habet, sed qui eas consulentibus praeit, quasi praecinens quod illi sequantur. Idem *praeco actionum* vocatur, quod quibus quemque actionibus uti oporteat denuntiat quasi imperiose monens pro sua peritia. *Aucupem syllabarum* non recte explicuit Henrichsenius. Est enim is, qui verbi legis et stipulationum insidiose interpretando clienti commodum, adversario detrimentum quaerit. Caecinam defendens, cuius adversarius etiam illo argumento nitebatur, quod illum bonis *deiecisset,* non *eiecisset,* Cicero aptissime *aucupia verborum et literarum tendiculas* exprobrat c. 23, 65.

LVI. 237. *quibus verbis coëmptio fiat*] v. Nonium v. *nubentes* (XII. 50.) ex Varrone de Vita P. R. Serv. ad Virg.

Georg. I. 31. et Aen. IV. 103. Isid. Origg. V. 24.: inprimis autem Gaium I. 113. Is: *coëmptione,* inquit, *in manum conveniunt* (feminae) *per mancipationem, id est per quandam imaginariam venditionem, adhibitis non minus quam quinque testibus civibus R. puberibus item libripende praeter mulierem eumque, cuius in manum convenit.* De ritu et verbis coëmptionis faciundae Boëthius in comm. in Cic. Top. 3, 14. haec habet: *coëmptio certis solemnitatibus peragebatur et sese in coëmendo invicem interrogabant; vir ita: an sibi mulier mater familias esse vellet. Illa respondebat velle. Item mulier interrogabat an vir sibi pater familias esse vellet. Ille respondebat velle. Itaque mulier viri conveniebat in manum et vocabantur hae nuptiae per coëmptionem; et erat mulier mater familias viro loco filiae.*

erctum cieri — erciscundae] Festus in v. *erctum citum: fit inter consortes, ut in libris legum Romanarum legitur. Erctum a coërcendo dictum, unde et erciscundae et ercisci; citum autem vocatum a ciendo.* „Igitur *erctum* (sine dubio a Graecorum εἴργω) *ciere,* quod proprie significat rem coactam loco movere, est patrimonium vel hereditatem dividere; v. Serv. ad Virg. Aen. VIII. 642. cf. *Dirksen,* Uebersicht der bisherigen Versuche zur Kritik und Herstellung der Zwölf-Tafel-Fragmente p. 389. sqq.“ *Henrichsen.* Eadem vi praedita est formula *familiam erciscere,* idem quod *hereditatem dividere* significans; unde dicitur *familiae erciscundae causa, arbiter* (Cic. Caecin. 7, 19.) *actio, iudicium, iudex* (Gaius II. 222. IV. 42. Dig. X. 2. XLIV. 2, 8; v. Dirksen Manuale latin. font. iuris civ. R. p. 326.); item *ercto non cito* pro *patrimonio non diviso,* v. Gell. I. 9. Serv. l. c. *Familiam* de omni hereditate dictam explicat Gronovius ad Ter. Heaut. V. 1, 36.

238. *M'. Curi*] de his causis v. c. 39 et 40.

239. *P. Crassus*] Dives, P. Mucii pontificis maximi frater; v. ad c. 37, 170. De *Galba* dictum ad. c. 53, 227. Eius filius *C. Sulpicius Galba* Crassi gener sacerdos *rogatione Mamilia Iugurthinae coniurationis invidia, cum pro se ipse dixisset, oppressus est,* quae Ciceronis verba sunt in

Bruto 33, 127. De C. Mamilii Limetani tr. pl. rogatione a. 644. perlata aequior Cicerone iudex est Sallustius Iug. 40.

assectaretur] *assectari* est honoris causa candidatum in prensando comitari, ut commendetur. De qua re gravissimus locus est in Q. Ciceronis libro de Pet. Consul. 9. Scripsit etiam singularem librum *de Assectatione* Schwarzius, repetitum cum aliis eiusdem auctoris dissertatt. selectis ab Harlessio, Erlangae 1778.

240. *ille fidenter homo peritissimus*] longe elegantissima scriptura non intellecta pluribus corrigendi causam dedit. Verba non ita componenda sunt, ut *ille homo* colligentur, sed ut *homo peritissimus* pro *quippe homo peritissimus* dictum appositionis vinculo teneatur. Dirimuntur *ille* et *homo* cum vitandae ambiguitatis causa, tum quo Crassi illa confidentia addita peritiae significatione qua in re nixa fuerit ostendatur.

alludens varie] alii *urbane et quasi ludendo disputans* interpretantur, alii secundum Ernestum ita, ut is dicatur *alludere varie*, qui aliquem variis rationibus aggreditur, ut aut de sententia deducat aut in suam adducat. Recte, puto, *aggrediendi* verbo usus est, dum addidisset *magis ludentem, quam serio*, ut significetur *quasi ludentem tentare*. Non habeo alium eius significationis auctorem, sed comparari Graecorum potest *προσπαίζειν*, i. e. *παίζοντα πειρᾶσθαι*.

LVII. 241. *in controversiis*] *his in controversiis*, quod Orellio correctione inferendum videtur, quomodo cum *hac parte iuris* apte conveniat, alius intelligito. Cum *haec iuris pars* sit illa, in qua causae indubitabiles versantur, sane blanditur Lambini suspicio *haec pars iuris incontroversi*, i. e. quae est iuris incontroversi s. qua ius incontroversum continetur. Nam si vulgatam scripturam ita interpreteris: *licet hanc partem iuris* (haud ambigui), *cum in iudicio causam agas, ignorare*, haec exsistit difficultas, quod *controversia* ipsum illud significat, quod inter duos litigantes dissensio est, sed non causam in iudicium delatam, in qua tamen sola oratorium opus cernitur. Rectius autem *non controversi*

suspicatur Bakius; alterum enim latinum non est. Ego verba ad sententiam perversa uncinis inclusi. — Ceterum *agnasci* significat filium post nasci aut adoptari, quam testamentum sit factum: Cic. Caecin. 25, 72. cf. Gaium II. 138.

242. *amentatas hastas*] *amentum* lorum est, quo religatae hastae sunt, ut manu inserta vehementius torqueantur. De alia parte instrumenti oratorii dicitur in Bruto 78, 271: *Hermagorae praeceptis — etsi ornamenta non satis opima dicendi, tamen, ut hastae velitibus amentatae, sic apta quaedam et parata singulis causarum generibus argumenta traduntur.* Rursus de alia Quintilianus IX. 4, 9: *compositione velut amentis quibusdam nervisve intendi et concitari sententiae videntur.* Huius quidem sententiae fons est Cicero Or. 70, 234: *cuius* (Demosthenis) *non tam vibrarent fulmina illa, nisi numeris contorta ferrentur.*

243. *frequens enim te audivi atque affui*] de addito *affui* post *audivi* v. explicatt. ad II. 47, 196. Verum inest in sententia etiam figura zeugma, quam Veterum plerique *σύλληψιν* vocitarunt, *συνεζευγμένον* Aquila Romanus p. 187. Hanc ex Cicerone illustrare non ab re visum est, cum quia pertinet ad hunc locum, tum quia Zumptius Gramm. §. 775. non plus uno exemplo Ciceroniano habet, Mil. 1. Agnosco autem hic figuram, quia scio quidem *frequentem* non raro dici de re saepe facta, sed talis esse debet, in quam facile sermo declinet a *loci* significatione. Sic fit, cum in Cat. M. 11, 38. dicitur *venio in senatum frequens;* Or. 5, 15. *Demosthenes frequens fuit Platonis auditor* i. e. frequens affuit ad audiendum, quod non potuit dici *frequens audivit;* Rosc. Am. 6, 16. *Roscius fuit Romae frequens.* Sic igitur illo nostro loco *frequens affui* commode, *frequens te audivi* duriuscule dictum. Est autem zeugma et *verborum* et *rectionis.* Verborum, ut de Or. I. 62, 264: *quae abs te de officiis praeceptisque oratoris quaesita sunt.* Sunt enim officia, sed non sunt praecepta oratoris. III. 57, 216: *totumque corpus hominis et eius omnis vultus omnesque voces, ut nervi in fidibus, ita sonant, ut motu animi quoque sunt pulsae.* Deleri *totumque — vultus* volebat Schuetzius.

Catil. III. 10, 24: *omnis hic locus acervis corporum et civium sanguine redundavit.* Legg. II. 17, 43: *ardentes cum cupiditate, tum metu, tum conscientia,* durius illud ceteris, quia verbum cum tribus colligatum ad unum solum accommodatum est. Liv. XXII. 6, 3: *agrosque et urbem est depopulatus.* Ita excusari etiam puto *antiquitatis iter mutuabor* de Or. I. 60, 256. ubi v. Alia Liviana habet Drakenborchius ad XL. 42, 11. Sallustiana Cort. ad Catil. p. 106. cf. Kritz. ad Iug. p. 75. Iuliana Oudend. ad B. G. VIII. 5, 2. Tacitina quaedam iudicat Handius de Stilo Lat. p. 423 sqq. Peerlkampus autem, quo acrius versus tanquam non Horatianos exagitare possit, zeugma ignorare videtur plane, cum ad Carm. I. 4, 16. et ad I. 24, 1. ea scripserit, quae mirabundi legimus. — At zeugma rectionis video admitti a Cicerone Accus. Verr. II. 11, 29: *cum amicos in provinciam quasi in praedam invitabat.* Altero enim loco *in* motum aliquo versus, altero consilium motus instituendi significat; cui loco simillimus est ille Tusc. I. 40, 97: *vadit in eundem carcerem et in eundem scyphum Socrates.* ib. I. 1, 1: *percipere philosophiam Graecis literis et doctoribus.* Prior enim ablativus est instrumenti, alter non item. Huic simile exstat de Or. I. 50, 216: *non — eiusdem hominis atque artis utraque facultas existimanda est.* Pars artis est utraque facultas, sed possidet eam homo. Denique medium quendam utriusque generis sedem ea exempla tenent, quae alterum verbum proprie, alterum tralate dictum habent. Cic. Rosc. Am. 29, 80: *sectores collorum et bonorum.* Planc. 10, 26: *Marium e civili ferro atque ex impiis manibus eripuerunt.* Fin. II. 22, 73: *sibi et torquem et cognomen induit.*

ingenium Scaevolae] est Q. Scaevola Crassi in consulatu collega a. 659. filius P. Mucii item pontificis maximi consulis a. 621. Qui paulo ante commemoratur illius patruus augur est, v. ad c. 7, 24. Qui cum et adsit et *bonus vir* dicatur et statim *soceri* nomine accuratius describatur, tam ineptum est nomen eius insuper addi, ut ea res non modo in Latina, sed in nulla utique lingua ferenda sit.

244. *scriptum plurimum valere*] similiter de Crassi in Curiana causa defensione loquitur Brut. 39, 145.

245. *ad Hostilianas actiones*] testamentarias fuisse ex hoc loco intelligitur. Henrichsenus utitur Hugonis auctoritate, in Hist. Iur. R. p. 287. et 307. ed. sextae.

si testamentum defenderes, sic ageres] haec non est enallage temporum, quo vulgo vocabulo utuntur, sed exemplum universe ponitur quomodo Crassus et nunc et omni tempore acturus sit, si talis unquam provincia ei obtigerit. Exposui rem in comm. de formis enuntiatt. conditionall. L. L. p. 39. sqq. aliorumque errores convici. Sed illud sane durius, quod sequitur: *si causam ageres militis, patrem eius a mortuis excitasses.* In una enim eademque sententia a notione generali talis rei, quae et nunc et olim fieri possit, ad eam transitur, quae quasi olim gesta narratur. Antonius enim auditores in mediis rebus collocat vivamque iudicii, quasi adessent, imaginem eis ante oculos constituit; hoc dicit: *si nunc eam causam ageres, dudum id egisses, ut hominem a mortuis excitares; ab ipso enim orationis principio, cum summam rei non in iure, sed in commovendis iudicibus verti videres, ad animos eorum artificio oratorio pertractandos aggressus esses.* — *Ab inferris mortuos excitare* in oratoris gravis et vehementis artibus recensetur Or. 25, 85.

uti lingua nuncupassit] verba legis sunt: VTI LINGVA NVNCVPASSIT (i. e. palam nominaverit s. dixerit), ITA IVS ESTO. Gaius II. 104. Festus v. *nuncupata.* „Haec verba saepius in XII. tabulis scripta fuisse videntur atque haec formula quaecunque sic palam pronuntiata essent rata esse iubebat, etiam in testamentis: cf. Inv. II. 50, 148. Gai. l. c. Beier. ad Off. III. 16, 65. p. 299 sqq. Dirksen l. c. p. 397 sqq.“ *Henrichsen.* Idem secundum Schuetzium proxima sic explicat: ita, ut illa XII. tabularum verba non maiorem habitura fuissent auctoritatem, quam si in rhetoris alicuius formulis scripta essent. Quae ratio ferri non potest. Nec enim rhetor formulas habet nec cum duodecim tabulis ei aliquid commune est, nec *magistrum* intelligere *eloquentiae* omnino licet, cum de ea arte hic nemo loquatur. Nihilo

probabilior Pearcii ratio est de magistro intelligentis, qui bonis sub hasta vendendis praesit et quanto pretio quaeque res vendi debeat suo arbitratu statuat. In hoc enim magistri auctionum negotio formula legis *uti lingua nuncupassit* suum quendam locum et quasi ius non habet. Ingeniosa, sed non verior est Strebaei interpretatio carmina magica intelligentis, quibuscum legum carmina conferantur, ut soleant gravia levibus, vera falsis. In magicis enim carminibus quid sibi vult *magister*? Ego *ludi magistrum* dici puto, qui pueris exercitandi gratia dictet, ut antiquata et deposita carmina Livii Andronici, quem ad modum Horatio Orbilius (Epp. II. 1, 71.), ita legum praescripta et duodecim tabularum formulas: nam etiam hoc in ludis factum esse constat. Haec *carminis* vocabulo dicuntur, ut omnia, quae recitantur vel praeeuntur cum gravitate vel sanctimonia. Nec enim, dum pueros occupatos tenerent, pensi habebant rectene an secus eos exercerent: v. Cic. Tusc. II. 11, 26. Fin. IV. 4, 10. dictata magistrorum ubique contemnentem; cf. Horatium l. c.

LVIII. 246. *nam quod inertiam accusas*] Recte hanc sententiam defendit A. Matthiae in Seebodii Misc. Cr. I. p. 678. Ita enim instituta oratio: *nam quod inertiam accusas adolescentium, primum quod facillima sit, deinde quod sit plena delectationis, iniuste facis: nam primum quam sit facilis* etc. non recte decurrit, quod Antonius crimina illa adolescentibus obiecta non omnia deinceps ponens, sed singula refutanda suscipiens tam multa media inserit, ut paene cogatur ab instituto verborum ordine desciscere. A suspicione vitii deterrere nos iam illud debet, quod eadem sermonis forma tot versibus interpositis iteratur: *quod — accusat —; quae quam facilis sit illi viderint*, et post: *deinde, quod sit plena delectationis, in qua tibi remittunt omnes istam voluptatem.* Admodum similis oratio est N. D. II. 37, 94: *Isti autem quem ad modum asseverant ex corpusculis — concurrentibus temere atque casu mundum esse perfectum vel innumerabiles potius in omni puncto temporis alios nasci, alios interire: quod si mundum efficere potest concursus atomorum, cur porticum, cur templum, cur domum, cur urbem*

non potest? Sic enim oportebat: *non video cur idem concursus atomorum porticum templum domum urbem efficere non possit?* Sed apodosi aliter instituta illud necessarium *non video* plane excidit.

Teucrum — Manilianas] De Teucro Pacuvii v. ad II. 46, 193. *M. Pacuvius* Ennii sororis filius natus Brundisii a. 534. Romae C. Laelii Sapientis familiaritate usus cum ad summam senectutem tragoedias docuisset, prope nonagenarius Tarentum se recepit ibique mortuus est: v. Cic. Lael. 7, 24. Brut. 64, 229. Gell. N. A. XIII. 2. *M.' Manilius,* de quo dictum ad c. 48, 212., *venalium vendendarum leges* i. e. formulas conscripsit, quas *actiones* vocat Varro R. R. II. 5. p. 182. Bip., ad quas mancipationes fiebant et mancipiorum leges conficiebantur; quanquam apud hunc regnat prava scriptura *Mamilius,* quam ne Muellerus quidem sustulit L. L. VII. 105.

247. *ipsas sua vetustate consenuisse*] unde *ipsa* in nuperas editiones venerit nescio. *Ipsas sua vetustate* leges consenuisse non significat *αὐτοὺς δι' ἑαυτῶν,* sed nemine senectutem illam accelerante, non aliena et quasi externa causa eis officiente; v. Wunder. var. lectt. cod. Erf. p. LXX. Infelicissima hic prostat Muelleri coniectura creditae elegantiae specie auctori subnata, *prisca sua vetustate. Priscum* enim cum id sit, quod propter vetustatem de more et quasi memoria hominum sublatum sit, plane balbutiens oratio est *consenescere prisca vetustate.* Confer dicta ad c. 43, 193. et III. 38, 153.

quam sit bellum] vocabulum *commodi* vim cum familiari quadam et paene iocosa festivitate coniungens. Cic. Divers. IX. 2: *mihi in mentem venit bellum esse aliquo exire.* Att. IV. 16: *recordor quam bella paulisper nobis gubernantibus civitas fuerit.* Mur. 11, 26: *cum hoc fieri bellissime posset — noluerunt* (facili et simplici modo litem intendi). Infra c. 60, 255: *subsidium enim bellissimum existimo esse senectuti otium.* Brut. 85, 293: *bella ironia, si iocaremur.*

249. *nunc licet*] Schuetzii coniectura necessaria ascita coactis et non ferendis Muelleri et Orelli aliter, ac vulgo

fit, distinguentium rationibus abstinere licet. Pluribus quam sit necessaria emendatio ostendit Henrichsenius: paucis nos defungamur. Primum enim omnis antiquitas Romana clamat hominibus occupatis, qui vix feriato tempore paucis diebus ruri recreabantur, otium non fuisse praediorum fructus causa invisere: quin vix delectabantur eos obeuntes; nam ne obeundi quidem negotium paucarum horularum erat in ea fundorum magnitudine. Deinde quid sibi vult, ut Henrichsenii verbis utamur, illa affirmatio per interrogationem expressa *cui nostrum non licet?* cum in sequentibus, quae quasi praeparari debent hac interrogatione, id urgeat Antonius, sine exercitatione et sine rei rusticae cognitione se ceterosque quod opus sit efficere posse? Denique quam inepta est haec oppositio: *licet nobis rei rusticae operam dare; tamen nemo tam caecus, tam vecors est, ut nesciat quid sit sementis, quid messis?* Quasi qui rei rusticae operam dent, tam vecordes sit, ut nesciant. Hoc sensit nuperus interpres, *ἀνὴρ οὐχ ὁ τυχών*, et subaudiri inter utramque partem sententiae vult *sed nemo facit.* Sic sane omnia ubique subaudiri licitum esset.

si cui fundus inspiciendus] „*fundum inspicere* est vel arbitri vel advocati vel iudicis exorta forte de finibus fundorum aut alia eiusmodi de causa inter vicinos controversia." *Schuetz.*

procuratori — villico] *procurator* res rusticas quasi domini vicarius curat rationesque domini conficit: v. Columellam I. 6, 7. Petronium 30. ibique intpp. *Villicus* ipse servus familiae rusticae custos operisque faciendi auctor praepositus est: Cato R. R. 142. Colum. l. c. et XI. 1, 3.

Magonis — libri] laudant hos Varro R. R. I. 1, 10. Plin. H. N. XVIII. 5., qui senatum narrat peritis negotium dedisse, ut libri illi duo de triginta numero in Latinam linguam transferrentur, etsi iam ante M. Cato rei rusticae praecepta conscripserat.

conteramur] id est *perpetuo versemur*, addita quidem virium aut aetatis rerum molestia conficiendae significatione. Cic. Fin. I. 21, 72: *aut se* (Epicurus), *ut Plato, in musicis*

geometria musicis astris contereret? Caecin. 5, 14: *defensoris nimium litigiosi, contriti ad Regiam, inepti ac stulti inter viros, inter mulieres periti iuris et callidi.*

250. *in rem praesentem*] ad locum, unde praesentes rem et fines inspicere possimus, quem ad modum interpretatur Beierus ad Off. I. 10, 32., qui contulit Livii XL. 17. pr.: *Eodem anno inter populum Carthaginiensem et regem Masinissam in re praesenti* (i. e. in loco ipso, de quo litigabantur) *disceptatores Romani de agro fuerunt.*

perscriptionibus] „Quaecunque in tabulas praesertim trapezitarum referuntur, sive ut ipse debeas sive ut tibi debeantur, dicuntur *perscribi.*" *Beier* ad Off. III. 14, 59.; et *perscriptiones* sunt literae s. chirographa, quibus creditor ad argentarium vel alium quempiam remittitur, unde pecunia ei numeretur. Iam Lambinus comparavit Att. IV. 18, 2. p. Rosc. Com. 1. pr. Addi possunt Att. XII. 51, 3. Flacc. 19, 44. Phil. V. 4, 11. Liv. XXIV. 18. item intpp. ad Ter. Phorm. V. 7, 30. et Beier. exc. IV. ad Off. III. p. 432 sqq.

LIX. 251. *Roscii gestum et venustatem*] de falsa specie hendyadyos explicui ad c. 21, 94.

Graecorum more et tragoedorum voci serviet] *Graecos* intellige non *tragoedos*, hi enim, cuiuscunque nationis erant, voci serviebant omnes, sed *oratores*, qui in meditando declamandoque varia vocis excolendae artificia adhibebant studioseque vitabant nocitura. Haec exponit Ciceronem secutus Quintilianus XI. 3, 22: *nam neque certa tempora ad spatiandum dari possunt tot civilibus officiis occupato nec praeparare ab imis sonis vocem ad summos nec semper a contentionibus condere licet* (quae Cicero hic *excitare et recipere* dicit) —; *ne ciborum quidem est eadem observatio.* Eodem etiam fistula φωνασκοῦ pertinet, qua C. Gracchus usus est (de Or. III. 59, 225) auctore, puto, magistro suo Menelao; nam consuetudinem illam ut oratori minus convenientem vituperat Cicero Crassi ore ib. 61, 227. Quanquam probabiliter suspicari videor *et tragoedorum* esse interpretis *Graecos* explicaturi. *Vox* enim *tragoedorum* oratori tribuitur c. 28, 128. Uncis igitur inclusi. Bakius solum *et* eiecit, quod

elevavi in Comm. Cr. *Voci servire* est *facere quae voci prosint* s. curare, ut iuvetur. Ita dicitur *valetudini servire* Divers. XIV. 2. *utilitati* Att. III. 16. *vectigalibus* de Or. II. 40, 171. *populo et sibi* Rosc. Com. 8. *rei publicae* Planc. 38, 92. *commodis* Sext. 45, 97. *utilitati et saluti* Q. Fr. I. 1, 9. ipsum nostrum *voci servire* legitur de Or. III. 60, 224. Sed alia sententia sunt *famae servire* Att. V. 10. *rumori* Q. Cic. de Pet. Cos. 13, 50. *temporibus* Divers. X. 3. *iracundiae* Prov. Coss. 1, 2. i. e. parere. *oculis civium* Phil. VIII. 10, 29. de persona principis dictum de civium iudicio solliciti, qui eorum oculos veretur ne offendat. Ad priorem illam significationem referendum est Quintilianeum *memoriae et sono vocis servire* I. 12, 3.; ad alteram *servire decori* I. 6, 18. *metro* 8, 14. Fucata elegantia Plinius in Epp. I. 3. posuit *subiectum et servientem Euripo lacum*, quippe in quem ille defluat et quasi exoneretur; v. Intpp.

paeanem aut † munionem citarimus] clarum est non dici de *pede* paeane, qui rectius *paeon* dicitur, quae ineptissima sententia nuper ab homine nescio quo prolata est, sed de *carminis* vel *modorum genere* ita dicto. Quid enim prodest voci paeones vel anapaestos vel dactylos iterare pronuntiando? Idem *σκιαμαχεῖ citare* dici non posse pro *decantando* multis verbis iactans. Hoc ne in mentem quidem venit Heindorfio locum Horatii geminum cum hoc comparanti Serm. I. 3, 8. et inde significationem verbi illustranti, quod, cum *ciere fletus gemitus mugitum verba* usitatissimum sit, idem etiam in *citare* cadere videatur. Sed sane non est *cantare*, sed *cantare incipere*, *insonare*, quod semilatine dicimus *intoniren* i. e. *anstimmen*. Hoc in Tigellium optime convenit, qui multum rogatus canere recusans, ubi placuerat, crebrius omnium voluntate *carmen ordiebatur*: Iobacchus enim carmen est ab invocato Baccho nomen adeptum: v. Pollucem IV. 7, 53. Etiam in eo bene habet, qui vocem ab acutissimo ad gravissimum sonum ascendendo et recipiendo exercitaturus est. Scholiastae Horatiani rem non intellexerunt, unum si Cruquianum exceperis, quanquam ne is quidem satis perspicue loquitur. — Ceterum *citarimus* coniunctivus est, quo non

minus utendum erat quam paulo ante in illo *ante quam pronuntient*; non tam propter coniunctivos praecedentes, a quibus suspenditur oratio, quam quia de re non facta, sed consilio faciendi cogitata dictum est: v. Kritz. ad Sall. Catil. 4. p. 26. cf. Herzog. ad Caes. B. Civ. I. 41. p. 123.

253. *clarissimorum hominum auctoritate*] Eandem sententiam Crassus posuerat de pragmaticis agens c. 45, 198. Verum quam addit Graecarum rerum cum Romanis comparatarum reprehensionem, ea vana est. Bona enim Atticae civitatis aetate omnes oratores satis callebant ius civile.

LX. 255. *qui iam diu dicis remissius*] ipse Cicero aetate provectior fecit, quod hic Crasso tribuit. Sic enim sese et Roscium, qui senior numeros in cantu remissiores fecisset, comparans loquentem inducit fratrem suum Legg. I. 4, 11: *te ipse mutasti et aliud dicendi instituisti genus, ut, quem ad modum Roscius familiaris tuus in senectute numeros in cantu leniverat ipsasque tardiores fecerat tibias, sic tu a contentionibus, quibus summis uti solebas, quotidie relaxes aliquid.* Feliciter *leniverat* correxit Hermannus Opusc. I. p. 300; legebatur enim *cecinerat*.

sermone paulo intentiore] *sermo* est sedatus loquendi modus, qualis in familiari colloquio esse solet, quem ad modum fere definit Ernestus lex. technol. Lat. rhet. p. 345., sed non recte addit eum opponi *clamori*, etsi ita locutus est ἀκυρώτερον Script. ad Her. III. 12, 21., qui non inepte tamen hanc ponit finitionem: *sermo est oratio remissa et finitima quotidianae locutioni*, III. 13, 23. Rectius *contentionem* i. e. τρόπον παθητικόν opponi dixisset, ut Cicero fecit de Or. III. 45, 177. et Off. I. 37, 132. *Clamor* enim est contentionis comes et signum; qua de re illo, unde egressi sumus, loco perapte dicitur *lateribus et clamore contendere*. De *sermone* in primis inspiciendus est locus Or. 19, 64; ubi de oratione philosophorum: *nihil iratum habet, nihil invidum, nihil atrox, nihil mirabile, nihil astutum: casta, verecunda, virgo incorrupta quodam modo. Itaque sermo potius, quam oratio dicitur.* Via autem vocabuli transferendi facile intelligitur ex eo, quod inter varia dicendi

genera etiam *sermones* ponuntur de Or. III. 55, 211. Qua de re sermoni etiam *oratio* i. e. loquendi genus vehementius opponi videtur Brut. 68, 240., et C. Piso vocatur *orator sermonis plenus* ib. §. 239. i. e. qui sicut Laelius et Scipio, non alia nisi remissa et sedata oratione uteretur. Horum pleraque Ernestus attulit l. c. Addo Cic. de Or. III. 53, 203.: *quae* (dissimulatio, *εἰρώνεια*) *est periucunda, cum in oratione non contentione, sed sermone tractatur.* Quintil. X. 1, 73: *ille contionibus, hic sermonibus melior.* XI. 3, 25: *ediscere — quae et clamorem et disputationem et sermonem et flexus habeant.* ib. §. 64: *in expositione ac sermonibus recta* (vox) *et inter acutum sonum et gravem media.* Comparari etiam potest quod *disserere* pugnando et certando opponitur Div. in Caecil. 13, 44., et quod *disputatio* genus quoddam loquendi disputationibus philosophorum argumenta rerum placide perpendentium simile vocatur: quem ad modum non solum Quintilianus eo vocabulo usus est l. c., sed etiam Cicero p. Caelio 11, 27: *plusque disputationis habuit, quam atrocitatis* (obiurgatio). Ceterum *contentionem* ex nostro loco et III. 45, 177. enotavit Nonius p. 259. Merc.

256. *antiquitatis iter*] sane nemo *iter mutuari* potest, quae causa Henrichsenio fuit, cur locum mendi suspectum haberet; sed hoc figura *ζεύγματος* excusari puto, de qua exposui ad I. 57, 243; eoque modo etiam *labor et iter disputationis*, quod specie simile est, explicari videtur de Or. II. 57, 234. Gravius est, quod idem V. D. animadvertit, vix videri dici posse *iter antiquitatis* id iter, quod quasi per antiquitatem peragrantibus instituitur, quo non solum res gestae, sed etiam situs instituta mores religiones urbium et civitatum cognoscantur, ut ego olim explicui in Brutum commentatus c. 59, 214. Ne ego quidem exemplum habeo, quo genitivus praepositioni *per* subrogetur. Nec dubito tamen ita dici potuisse, qui plurimis praepositionibus id accidere meminerim. Pro *a* non de locis quidem, sed tralate dicto genitivum habes Cic. Lig. 1, 1., ubi legitur *liberatio culpae*; Q. Fr. I. 1. *liberatio molestiae*; Liv. XXXVIII. 49, 6. *defensio criminis*, ubi cf. Drakenborch.; Cic. Fin. V. 17, 47.

exstat *vacuitas doloris;* apud Scr. B. Afr. 48. *terror Caesaris* i. e. ab eo illatus, quod cave confundas cum *amore* s. *caritate alicuius;* quin ne illud quidem simile *eius* (Periclis) *vim terroremque timuerunt* Brut. 11, 44. quippe *δεινότητα.* Tac. Ann. XI. 6. *patris sui defectores.* *De* significatione mentali (*abstractam* nos dicere solemus) cum genitivo confusum est a Cicerone Off. I. 25, 87., cum dixerit *contentionem honorum;* de Or. II. 31, 133. *generum ipsorum universam dubitationem,* cui simile illud Quintiliani *dubitationem utilitatis eximere* I. 10, 28.; Divers. II. 16, 1. *querelam temporum.* Dubitabile est *absolutio maiestatis* Div. III. 10, 10, ubi nomen ad similitudinem verbi dictum videtur. *Ex* proprie s. de locis dictum sibi subrogavit genitivum apud Caes. B. Civ. II. 32., ubi legitur *fuga Italiae,* quem ad modum *fuga Pharsalici praelii* ap. Scr. B. Alex. 42. *In* de locis dici potuit, cum genitivus reperiatur, a Caelio ad Cic. VIII. 1. *in successione Galliarum,* cui simile est *successio provinciarum,* quod ibidem legitur: v. Manutium l. c. Etiam *hospes huiusce urbis* Rab. Perd. 10, 28. ita explicari posset, nisi in hac locutione valuisse videretur similitudo adverbiorum peritiam et scientiam significantium. Pro *in* cum participio rationem gerendae rei indicante genitivum vide Off. II. 17, 58. *repulsa consulatus* i. e. in petendo consulatu; Cluent. 1, 3. *crimina Cluentii* i. e. in eum collata; Lig. 5, 14. *perfugium misericordiae ἡ ἐλέου καταφυγή,* idem quod in misericordia quaesitum, v. Matth. l. c. Porro *pro* aptum erat, cum genitivum reperiamus Divers. I. 9, 3., ubi Cicero dixit *tuam propugnationem salutis meae.* Deinde *contra* s. *adversus* Manil. 13, 39. *in perfugio avaritiae,* quod est quo quis se adversus avaros sive ab avaris tutatur; *propter* Liv. XXI. 16, 2. *pudor non lati auxilii.* XXII. 5, 4. *gemitus vulnerum,* quod excusatur propter coniunctum *ictus corporum* concinnitate quaerenda. Sed exempla Ciceroniana Fin. I. 10. Legg. I. 23. ex tali genitivi usu iniuria defendit Wopkensius Lectt. Tull. I. 20., iure reprehensus ab Handio p. 154. — Ceterum etsi vulgata scriptura, ut feci, defendi potest, posse tamen corrigi satis probabiliter puto *antiqui-*

tatis notitiam, cum iteratio literarum ITATIS et NOTITIAM, quod posterius scribentur *notiam* facile errandi causam praebere potuerit.

257. *exercitationes et — commentationes ac stilus — multi sudoris est*] haud raro verbum singulare, cum plura interponuntur, nomini plurali subnectitur. Cic. Rab. Post. 5, 13: *vos — et senatus frequens restitit.* Divers. VIII. 14, 2: *illi amores et invidiosa coniunctio — recidit.* Qu. Fr. I. 1, 1: *quin multi nuntii fama denique esset ipsa — superatura.* Att. VII. 5, 4: *cum multa mala — tum tyrannus exsistet.* de Or. I. 1, 3: *et quantum mihi — vel causae amicorum vel res publica tribuet otii — conferam.* Accus. Verr. III. 42, 92: *dixit hoc apud vos Zosippus et Ismenias homines nobilissimi.* Non curo exempla, qualia sunt Tusc. III. 3, 5: *cumque — multum ipsa corpora et natura valeat*, alii enim *valeant;* item Inv. II. 3, 11: *ut ex hoc inventa ipsa, ex superiore autem expolitio inventorum petatur.* Sallustiana quaedam eiusmodi collegit Cort. ad Catil. p. 81. cf. eundem ad Lucan. I. 200.; Liviana plurima Gronovius ad XXXVII. 5, 3. A Cicerone hoc σχῆμα abiudicabat Heusingerus ad Off. I. 35, 8.

258. *quendam esse Roscium*] vide Crassi disputationem c. 28, 129 sqq. Ne quis autem hanc Antonii sententiam de oratoribus minus fastidiose, quam histriones audiantur, exceptis pugnare putet cum eiusdem dictis c. 27, illic de apta dictione, hic de sono vocis agi meminerit. Potest aliquis apte dicere et attente audiri etiam dum raucedine laborat; histrio cum irrauserit, exploditur, etsi hoc magis repentina quadam impatientia quam indignatione fit; qua de causa parata est excusatio crudiorem aut ad agendum minus promptum fuisse, quem ad modum legitur c. 27, 124. Veri simile etiam videtur Roscii artem, de qua supra locutus Antonius est, aequiores iudices habuisse, quam Aesopi fortem, sed minus cultam naturam; qui voce, suo et peculiari bono destitutus placere vix potuit.

LXI. 259. *Aesopum*] clarissimus hic tragoediarum actor Ciceroni saepe commemoratus (v. p. Sextio 58, 123. Divin.

I. 37, 80. Tusc. IV. 25, 55. Divers. VII. 1. Q. Fr. I. 2, 8. cf. etiam Quintil. X. 3, 111.) magis natura, quam studio magnus fuisse videtur. Certe eam laudem assecutus non est, quae Roscio artis aemulo contigit, ut omne in suo genere perfectum ipsius nomine diceretur. Qua de re *gravem* vocat Horatius Epp. II. 1, 82., Roscium *doctum*.

260. *Atheniensem Demosthenem*] de Demosthene *τραυλίζοντι* et summo eius labore in vincendis naturae vitiis narrarunt Plutarchus Dem. 6. scriptor vit. X. oratt. 8. Val. Max. VIII. 7, 1. Quintilianus I. 11, 5. Eandem ferme, quam hic, sententiam posuit Cicero Divin. II. 46, 96: *Demosthenem scribit Phalereus, cum* RHO *dicere nequiret, exercitatione fecisse, ut planissime diceret.* Totum locum a verbis *qui etiam* insititium putat Bakius, cum quia putidam priorum iterationem habeat, tum quia illud de calculis ad spiritum firmandam nihil faciat, sed ad expugnandam balbutiem. At Ciceronis verba haudquaquam eo pertinent. Calculos in os sumpsit Demosthenes, ut in summa difficultate pronuntiandi distincte loqui disceret, quod a balbutie diversum est; et, si Plutarchus Dem. 7. ita intellexit, Cicero certe aliter est interpretatus.

261. *contentiones vocis et remissiones*] in pronuntiandis periodis longioribus *contentiones et remissiones vocis* sunt *ἄρσεις καὶ θέσεις φωνῆς*, sive is habitus, quo vox ad summam vim extollitur et ad lenitatem rursus inflectitur. Haec alio loco sic invicem opposuisse Cicero non videtur, etsi *contentionem* ita dixit de Or. III. 61, 227. Nec fecit Quintilianus, etsi ipse quoque *contentionem* solam ea vi posuit XI. 3, 22. *remissionem* I. 10, 25. Longe alia ratione *contentio*, quippe pro *vehementia*, dicitur in Bruto 66, 233. quocum ipso quoque componitur *remissio* pro mitigatione dicta, Brut. 91, 314. Quo modo autem ad illam significationem perventum sit ostendit *contentio*, id est contenta s. vehemens oratio sermoni opposita: de qua egimus ad c. 60, 255.

LXII. 263. *utrius oratio propius ad veritatem videretur accedere*] similis clausula est disputationis de Natura Deorum

III. 40, 95: *ita discessimus, ut Velleio Cottae disputatio verior, mihi Balbi ad veritatis similitudinem videretur esse propensior.*

264. *habitaret in subselliis*] hoc ut tractarem, Zumptius effecit Div. in Caecil. 15, 48., ubi cum subscriptor quidem Caecilii Alienus dicatur *hic quidem a subselliis*, vir doctus hoc dictum toto caelo dissitum cum illo nostro contulit affirmans utrumque significare non rudem iudiciorum, sed admista quadam contemptus significatione. Id in neutrum cadit, quamvis inter se diversa sunt. Alienus ille cum *a subselliis* dicitur, significatur in iudiciis aliquantum tritus et versatus, si cum Apuleio homine in foro plane tironi comparetur. Quod si eum, qui in discendo et literis non indiligenter versatus plane rudi et inculto opponitur, contemptim dici nemo existimaverit, ne Alienus quidem hoc nomine contemnetur. Sed *habitare in subselliis* est nusquam nisi in iudiciis occupari, nihil agere, nisi causas iudiciarias, ut illic sedem fixisse videaris, quod Antonius in eo dicendi genere princeps unum maxime oratori commendat II. 17, 72., cum Crassus de omni argumento ornate dicere posse oratorem decrevisset. Nec tamen propterea Antonius aut eius exemplum secuti vituperantur. Ita *habitare* dicitur *in ratione dicendi* de Or. II. 38, 160. i. e. nihil aliud curare, opponiturque Aristotelis ingenio omnem doctrinam complectentis; pessime igitur Lambinus *laborarunt* corrigendum suasit; *habitare in foro* Mur. 9, 21., cum de iuris consulto dictum sit, elegantius intelligitur sic figurate, quam proprie de eo, qui forum non deserit; simile est quod quidam *in philosophia vitae tabernaculum collocasse* dicuntur de Or. III. 20, 77. Paulo distat hinc rationemque tralate dicendi verbi aperit *habitare in rostris* i. e. quotidie pro rostris concionari Brut. 89, 305., idque ex Graecorum usu fluxit, quorum quidem Isocrates dixerit *οἰκεῖν ἐν τοῖς δικαστηρίοις* Antid. p. 355, 38. de eo, qui ea perpetuo usu terit: Confer Planc. 27, 66: *habitare in oculis populi* i. e. assiduum esse in urbe foro concionibus, Phil. XII. 1: *fautores Antonii, quorum in vultu habitant oculi mei* i. e. eum diligenter ob-

servant. Hinc etiam alius usus verbi translatus oritur, quo *habitare* modo significat *aliquid praecipue curare*, velut de se Antonius dicit argumenta causae percogitante de Or. II. 72, 292: *mea ratio in dicendo haec esse solet, ut, boni quod habeat* (causa), *id amplectar, ibi commorer, ibi habitem*: modo rei perfectam quandam notitiam adeptum esse itaque in ea dominari, ut Legg. III. 6, 14: *Theophrastus vero, habitavit, ut scitis, in eo genere rerum.* Or. 15, 49: *quonam modo ille in bonis haerebit et habitabit suis* (si delectum facere neglexerit). *Contemnendi* in hoc verbi usu multifario ne vestigium quidem cernitur.

265. *nunc et Scaevola*] cur Scaevolam ex colloquio discedentem fecerit ipse Cicero aperuit ad Att. IV. 16., v. introductionem.

vellem non constituissem — Laelio] Lipsius Quaest. Epist. 17. scribendum esse decrevit: *vellem non constituissem in Tusculanum hodie Laelio*, mediis, quae ab aliquo interprete explicandi gratia addita sint, eiectis. Nec ea sane, si non exstarent, ab ullo desiderarentur. Sed Gronovius Obss. I. 1. p. 15. Frotscher. pluribus exemplis docuit dici *constituere alicui* et *cum aliquo*, item utrumque et nude et infinitivo addito; quorum huic nostra similia sunt Cic. Off. I. 10. Quinct. 5. Att. I. 7. Ter. Hecyra a. I. sc. 2, 121. Quae transscripsit Kritzius ad Sall. Iug. 66. p. 360. Sed quis hic *Laelius* sit ignoratur. C. Laelius Sapiens socer Scaevolae esse non potest, qui cum ante annos quinquaginta consulatum gessisset (a. u. 614.), et post repulsam quidem nec suo anno, si vivebat, ab anno centesimo non multum aberat. Orellius in Addendis vol. II. p. I. p. 586. coniecit *L. Aelio*, similem nominum confusionem etiam a Beiero notari fr. Cic. Oratt. p. 172. et 285. addens. Et ea quidem nihil usitatius: v. Reinesium ad Inscriptt. p. 838. Drakenborch. ad Liv. XXXVIII. 35, 1. Sed si significatur *L. Aelius Stilo*, nec veri simile est hominem senem et honoratum et veteris disciplinae cum novitiae doctrinae cultori eoque libertino aliquid constituisse, nec hunc habuisse

praedium suburbanum: si alius, nihil refert ignota ignotum nomen subrogari. In eadem sententia nunc Bakium esse video. Sed quod idem abrupte inferri dicit verba *libenter audirem Antonium*, ut iners et otiosum additamentum *de illis* inferciendum censeat, nón assentior. Illa ex prioribus consequentia indicant, nec ulla nexus significatione opus videtur.

M. TULLI CICERONIS

DE ORATORE

LIBER SECUNDUS.

CAP. I.

1. Prooemium libri a Cicerone sui in scribendo consilii defendendi causa praemissum capita tria priora fere tota complectitur. In quo postquam testibus et rationibus ostendere conatus est et Crassum literatissimum nec Antonium alienum a literis fuisse, addit de ratione dicendi praecepta sese fratri exponere instituisse non artis scriptorum modo, quos ille contemneret, sed qualia viderentur a viris ingenio maximis et in re publica versatissimis edi potuisse.

§. 1. *prima illa puerili institutione*] discebant enim legere scribere calculos subducere et in illarum priorum artium exercitatione paucula de poëtis et antiquitatibus Romanis; Graecarum literarum nihil.

quanquam — arbitrarentur] *quanquam* non alia de causa, nisi propter orationem obliquam et coniunctivos praecedentes cum eodem modo coniungitur: v. ad Brut. 30, 115. de Or. I. 6, 21.

inanis omnis noster esse labor et stultum — studium] sic collocari verba in sententia quamvis paulo longiore et implicatiore oportebat. *Inanis* enim et *stultum* ea sunt, in quibus vis inest sententiae, praeponuntur igitur ceteris omnibus. Deinde ut inter adiectivum cum vi pronuntiatum et

substantivum ceterae partes prioris membri secundariae (*omnis noster esse*) secundum collocandi regulam mediae inseruntur, ita concinnitatis iuvandae causa etiam in altero membro fieri debebat. Praemittuntur autem *in nobis erudiendis*, sequuntur *patris nostri optimi ac prudentissimi viri*, cúm quia haec a nomine *studii* pendent et proxime cum eo colliganda erant, tum quia priora illa sono quodam non carent, genitivi autem sine ulla vi pronuntiantur. Similis verborum ordo quanquam aliis plerorumque formis exstat Phil. V. 16, 42: *advolabat ad urbem a Brundisio homo impotentissimus ardens odio animo hostili in omnes bonos cum exercitu Antonius.* Nam *advolabat ad urbem a Brundisio* vim sententiae continent; *cum exercitu* ab Antonii nomine pendet, ut dux cum copiis iunctus cogitetur. Secundaria est animi, quo Antonius fuerit descriptio, *in omnes bonos* autem leviter et fugiente quasi voce transitur. Liv. XXVIII. 11, 2: *Satricanos haud minus terrebant in aedem Iovis foribus ipsis duo perlapsi angues.* 13, 10: *tamen nunquam aliquot insequentes dies ab excursionibus equitum levisque armaturae cessatum est.* Exspectares *nunquam* et *cessatum est* coniungi. Caes. B. G. VII. 88. *fit protinus hac re audita ex castris Gallorum fuga.*

2. *ut pueri*] „h. e. iis testimoniis s. argumentis, quae nobis pueris suppeterent. Cf. Heindorf. ad Hor. Serm. I. 6, 79. Herzog. ad Caes. B. G. IV. 3. p. 204. aliosque, quos affert Kuehner. ad Tusc. I. 8, 15.“ *Henrichsen.* Ad sententiam bene V. D.; universe tamen et aliis locis rectius convenit *quantum pueri poteramus* sive *quantum in nos pueros cadebat. Ut* enim sic dictum eam vim habet, ut quod de aliqua re enuntiatur non per se, quale est, intelligatur, sed ex natura et condicione eius rei, ad quam comparatio refertur; sic perite Kritzius ad Sall. Iug. 107. p. 579. idemque primus discrimen significationis, quod inter sententiam affirmantem negantemque intercedit, exposuit. Exempla is attulit Cic. Divers. XII. 2. Cat. M. 4, 12. Tusc. II. 27, 65. Brut. 7, 27. Liv. IV. 13, 1. XXIV. 28, 1., quae sunt negantis sententiae; affirmantis haec: Cic. Tusc. I. 8, 15.

Off. III. 14, 58. Liv. XXIX. 1, 22. et nostrum, de quo agitur. Addidit Kuehnerus l. c. de Or. III. 18, 66. Tusc. I. 24, 57. V. 29, 83. 32, 92., quae negantis et restringentis sunt, item Tusc. I. 43, 104., quod in affirmando versatur; quanquam is locum Ciceronis, in quo ipso tractando haec contulit, minime interpretatur. Ipse afferam praeterea Att. XV. 18: *ut ergo in eius modi re tribues nobis paulum operae.* Aliquando *ut* abest. Tusc. IV. 3, 5: *nisi in quibusdam principibus temporibus illis fuissent studia doctrinae.* i. e. qualia pro illorum tempore potuerunt esse, satis exigua. Brut. 27, 106: *hic optimus illis temporibus est patronus habitus.* Non probo eos, qui adverbiascentem formulam distinguendo saepiunt; sed intelligi ad eum modum debet, ne inepte Cicero balbutiat.

C. Aculeone — et L. Cicerone] „pater Ciceronis M. Cicero, Marci, qui II. 66, 265. commemoratur, filius, equestri loco natus (p. Mur. 8, 17.) cum esset infirma valetudine, in villa Arpinate, quam latius aedificaverat, aetatem egit in literis omneque studium in filiis educandis posuit (Legg. II. 1, 3.). Eius frater *L. Cicero* a. u. 651. cum Antonio (v. I. 18, 82.) in Ciliciam profectus una ex hac provincia cum eodem decesserat, ita ut satis diu cum eo versatus et sermonum, quos ille cum doctissimis hominibus vel Athenis vel Rhodi habuerat, testis optime de eius studio et doctrina iudicare posset.“ *Henrichsen.* Recte, in primis si contuleris ab Orellio indicatum locum Arch. 4, 6: *interim* (Archias) — *cum esset cum L. Lucullo in provinciam profectus et cum ex ea provincia cum eodem Lucullo decederet, venit Heracleam.* Clarum est enim una in provinciam profectos una decessisse eos dici, qui perpetui per hoc tempus fuerint comites. Sic etiam causa corrigendi hunc locum tollitur, cum Muellerus coniecisset *praefectus*, quasi *Roma decedere in provinciam* non *ex provincia Romam decedere* legitimum sit (v. Zumpt. ad Div. Caecil. 1, 2. et ad Verr. Accus. I. 35, 89.); ego olim *profecto*, ut *decedere* id quod mori significaret. Quanquam Caelius *decedere* de eunte in provinciam dixit Divers. VIII. 10. v. Manut. ad VIII. 1.

Hanc quidem suspicionem dudum abieceram. — *C. Aculeo* eques Romanus (familia ignoratur) in matrimonio habebat Helviam matris Ciceronis sororem (Plut. Cic. 1.). Eius iuris peritia laudatur de Or. I. 43, 191. Brut. 76, 264. Familiariter utebatur Crasso, a quo adversus M. Marium Gratidianum defensus est (de Or. II. 65, 262. cf. I. 43, 191.). Ex Aculeonis filiis s. privignis potius consobrinis Ciceronis ex priore Helviae matrimonio natis C. Visellius Varro commemoratur in Bruto l. c.

cum essemus eiusmodi] ingeniosa Gulielmii coniectura cum *essemus eius domi* intelligi, etsi aliter videtur Henrichsenio, bene potest. Quippe tolli oportet parentheti signa, ut verba sic cohaereant: *intelleximus quod vel pueri sentire poteramus, cum essemus eius domi.* Magis tamen placet Lambini sententia tria illa verba eiicientis etiam Bakio probata. De nuperi interpretis, si is interpres, commentis praestat tacere.

3. *ex his artibus*] cur ita correxerim vulgatum *iis* exponam infra ad c. 15, 64.

4. *ut Crassus — vellet — Antonius autem — censebat* rectius erat *censeret* a particula *ut* suspensum. Sed haud raro, quae alteri subiungi debet, sententia coniungitur. Gernhardus in excursu de anacoluthis in libris Ciceronis de Officiis p. 446. haec exempla affert: Off. I. 3, 8. 19, 64. et paulo diversum I. 14, 44. Addit Henrichsenius Tusc. III. 26, 63. Fin. I. 13, 45. Possunt adiici Off. III. 10, 45: *Damonem et Phintiam Pythagoreos ferunt hoc animo inter se fuisse, ut cum eorum alteri Dionysius tyrannus diem necis destinavisset et is, qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum causa postulavisset, vas factus est alter eius sistendi.* Oportuit dici *ut — vas factus sit,* sed longior et implicatior oratio prohibuit. Verr. Accus. III. 15, 39: *magnaeque pecuniae coactae sunt: non quo iugerum numerum vere profiteri esset difficile, aut amplius etiam profiteri (quid enim in eo periculi esse posset?), sed causa erat iudicii postulandi, quod ex edicto professus non esset.* Ceterum etiam hic Cicero quae ipse sentiebat Crasso et Antonio

dicenda dedit; ipse enim et dissimulabat quid a Graecis didicisset inprimis consulatum nondum adeptus, ut pro Archia dicens se excusaret, cum de eius doctrina rumor emanasset, et multis locis inculcat, ne philosophorum i. e. Graecorum decreta quis inter orandum admiscere velit (de Or. I. 51, 219. III. 18, 65 sqq. Parad. prooem. §. 3. cf. Spalding. de Or. Marcelliana p. 50 sqq. et Fr. Iacobs *Vermischte Schr.* vol. VI. p. 349.) et aliis Romanorum ingenia Graecis longe praefert: v. Tusc. I. 1, 1 sqq. de Or. I. 44, 197. Ut L. Crassus apud Ciceronem, sic Aper in dialogo de causis corr. eloq. c. 2. fingitur contempsisse potius literas, quam nescivisse, maiorem se ingenii laudem laturum existimans.

hoc populo] recte Henrichsenius Pearcii coniecturam *huic* refutans explicat ex ablativi absoluti lege secundum Orellium conferens *hac iuventute* Att. X. 11. et de sententia comparans, de Or. I. 51, 219. Illis quae huius usus exempla attuli ad Brutum 69, 242 (haec erant: Q. Fr. II. 3. Divers. XI. 18. XII. 13. XIII. 9. Att. V. 21. XI. 3., quibus adieci testimonium Drakenborchii ad Liv. II. 36, 9.) nunc haec addo: Att. XIII. 65: *libentissimis Graecis.* Verr. Act. I. 3, 10: *hoc praetore et hoc consilio.* Accus. II. 77, 189. *tabulas in foro summa hominum frequentia exscribo.* III. 78, 182: *tantis aerarii angustiis.* Cluent. 41 extr: *frequentissimis Apuliae testibus.* Rull. I. 8. *hoc motu atque hac perturbatione animorum.* Rull. II. 21 pr: *hac vestra frequentia.* ib. 37 med.: *hac concione, hoc populo.* Arch. 2, 3: *hoc concursu, hac vestra humanitate.* Mil. 24, 66: *frequentissimo senatu.* Sext. 24, 54: *hac tanta perturbatione civitatis.* Legg. III. 16, 37: *quid hoc populo obtineri possit.* Att. XI. 24: *omni statu omnique populo* i. e. qualiscunque fuisset. Ad eum modum corrigendi duo loci Ciceronis, alter Verr. Accus. IV. 46, 3., ubi ex quibusdam codd. deleto *in* scribendum *hac praedonum multitudine,* et Brut. 90, 311., ubi libri iubent scribi *tumultus interim recuperanda re publica* sublato *pro,* ut sit *cum id ageretur, ut recuperaretur res publica,* plane ut *immolanda Iphigenia* Orat. 22, 74. Pauculis hoc exemplis vindicat Kritzius ad Sall. Iug. p. 26.

Non ago de ablativis tempus significantibus, ut *ludis, gladiatoribus*, nec de iis, qui rem praeteritam significant, ut addi possit *cum* vel *post*, ut *adventu meo, discessu illius*, quae omnia in unum confudit Wunderus ad Planc. p. 80. *Hoc* ad sequentem sententiam condicionalem referri iam propter verborum positum absurdum est.

II. 5. *saepta teneatur*] quippe *eloquentia* sive *ars bene dicendi*, quod intelligitur secundum *σχῆμα κατὰ τὸ νοούμενον*, ut perite animadvertit Henrichsenius. Simili modo Sallustius dixit *de qua quam verissime potero dicam* Catil. 18, 1., cum praecessisset *coniuravere*, unde sumendum vocabulum *coniuratio*. Male, puto, Kritzius scripsit *de quo*, cum alterum non in libris modo plerisque, sed etiam apud Diomedem exstet II. p. 440., et ab eo figurae anaphorae nomine diserte agnoscatur. Cicero p. Murena 13, 29: *deinde vestra responsa atque decreta et evertuntur saepe dicundo et sine defensione oratoris firma esse non possunt; in qua si satis profecissem, parcius de eius laude dicerem.* Nam *in qua* ad *defensionem* oratoris referri non potest, sed ex verbis *defensio oratoris* sumitur *ars* oratoris s. eloquentia.

6. *ingeniis et magna laude*] quid de hoc loco manifesto corrupto sentiam in commentariis criticis significavi nec quicquam insuper adderem, nisi ineptissimum commentum verbo refutandum esset adiectivum *magna* communiter spectare ad nomen utrumque. Lex enim collocandi adiectivi cum duobus substantivis iuncti si quando violatur, non violatur tamen, cum substantivorum diversus numerus est.

8. *alter non multum — alter nihil admodum*] accedo sententiae Gernhardi ad Lael. 4, 16., quam Handius in Tursellino paulo insidiosius interpretandis locis Cic. l. c. et Brut. 9, 35. evertere studuit, *nihil admodum* significare *fere nihil*, contra *admodum nihil* idem esse quod *plane nihil*. Handius enim utrumque eadem vi esse ait nihil referre affirmans Antonius utrum illum libellum ediderit an omnino nihil scripserit: id enim agi scripseritne aliquid, ex quo de oratoria eius facultate existimari possit. Verum id mihi quidem magnopere referre videtur; de viris illustribus enim

ex re quamvis tenui iudicium facere amamus. Nec minus proprie locutus Cicero in illo Bruti loco censendus, cum dixerit Demostheni *nihil admodum* i. e. paene nihil deesse videri. Aliis enim locis significavit ne hunc quidem ubique ipsi satisfacere, v. Or. 29, 104. Alio porro Bruti loco *Curio admodum nihil literarum scivisse* dicitur c. 58, 210.; nam c. 59, 213. ita indoctus fuisse dicitur, ut ne poëtam quidem ullum legerit nec ullam antiquitatis memoriam collegerit. Plane ita Livius. *Equestris pugna nulla admodum fuit* XXIII. 29, 14. et: *Campani nihil admodum viribus suis fidentes* ib. 46, 10. *nullam pecuniam admodum* (in aerarium tulit) XL. 59, 2. — Quid Crassus scriptum reliquerit enumeratur in Bruto c. 43, 44.; omnia ab adolescente profecta sunt, si brevem in consulatu orationem de lege Caepionis iudiciaria exceperis. Nam ne clarissimae quidem in causa Curiana dictionis quicquam reliquum fuisse videtur et altercationis censoriae cum L. Domitio quae acerbe dicta exstant in recenti re memoria excepta et retenta puto. V. hist. eloq. R. p. LXXIII. Westermann. h. el. R. p. 116. Pauca, nec ea iudiciorum Crassi fuisse, nihil Antonii legimus in Oratore 38, 132.

9. *ad probandum*] explicui ad I. 4, 15.

III. 10. *ille pater eloquentiae*] Isocrates in Panathenaico p. 261, 10: *οὕτω γὰρ ἐνδεὴς ἀμφοτέρων ἐγενόμην φωνῆς ἱκανῆς καὶ τόλμης, ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλος τῶν πολιτῶν.* Idem tetigit Cicero Rep. (III. 30) ap. Nonium v. *confidentia* p. 262 Merc. et Plinius epp. VI. 29. *Isocrates* Athenis natus ol. 86, 4. prope centenarius sese fame interemisse dicitur post pugnam Chaeronensem ol. 110, 3., ne patriam servientem videret. Cum adolescens Prodicum et Tisiam, maxime autem Gorgiam in Thessalia tunc degentem (Cic. Or. 52, 176) audivisset, ipse postea ludum eloquentiae aperuit floruitque discipulorum multitudine et laude. Erudivit, ut ferunt, Theopompum Ephorum Philistum rerum scriptores, Isaeum Lycurgum Demosthenem Hyperidem oratores. (Haec Henrichsenus). Sed non propter hanc rem pater eloquentiae dici videtur, sed quia quae peragrans

Graeciam Gorgias fortuita opportunitate docuisset, ipse per multos annos et in ipso literarum domicilio aucta et emendata tradidit; qua de re eius opera eloquentia in artis formam est redacta, et ludus eius omni Graeciae tanquam dicendi officina patuit, quae Ciceronis verba sunt in Bruto 8, 32. Olim ex sexaginta eius, quae ferebantur, orationibus viginti quinque, ab aliis viginti octo verae iudicabantur: nunc exstant viginti et una, nec omnes consensu ad eum auctorem referuntur. Verba *pudore — refugisti* enotavit Nonius v. *timor* p. 228. Merc.

in una familia rhetorem] fuerunt qui *rhetorem* Ciceroni pro *oratore*, *rhetoricum* pro *oratorio* dictum arbitrarentur, velut Heindorfius fecit ad Hor. Serm. I. 10, 12. abusus et hoc loco et Bruti c. 11, 42. Fin. II. 6, 17., quibus addi utique poterat ND. II. 1, 1. Nam hoc loco, quem nunc tractamus, iocus est Q. Ciceronis de Marco fratre, qui nimio adolescentes scribendo docendo exercendo erudiendi studio personam magistri eloquentiae ad exemplum Graecorum induisse videretur. In libro de N. D. l. c. *rhetor quamvis eloquens* non est orator, sed umbraticus de ludo declamator ἐπιδείξεως causa de natura Deorum disputans. Plane ita in Bruto *rhetoribus* concessum esse dicitur in historiis ementiri. Quod si satis animadversum esset tangi Clitarchum Stratoclem Theopompum alios, quorum nullus orator fuit, omnes scholae calamistros historiae non ornandae, sed corrumpendae adhibuerunt, quam ob rem statim dicuntur illud mortis genus in Themistocle *rhetorice et tragice ornare* potuisse, a vero Ciceronis sensu non esset aberratum. Idem existimandum de Fin. II. 6, 17. Et in rhetores enim, qui in ludo declamant, et in oratores cadit, ut latius loquantur, dialectici pressius; est autem Zenonis dictum, cuius etiam illud ibi affertur de *rhetorica palmae, dialectica pugno simili*, in quorum utroque Graecam consuetudinem facile sequi Cicero potuit cum quadam ambiguitate significandi. Ne apud Horatium quidem *rhetor* cum poeta compositus alius videtur esse atque is, qui ostendendi ingenii causa declamat. Klotzius ad Cic. Tusc. III. 26, 63. annotavit rhetorem Ciceroni

significari arte et ratione et ludo eruditum oratorem. Id quam verum sit facile est ad intelligendum.

11. *studiis acerrimis*] illustrat Gronovius ad Tac. Agric. 4.

12. *postero igitur die*] Transitus est a primo exordio ad secundum et a superiore dialogo ad captandam occasionem secundi, ubi primum ex loco et tempore describitur congressus eorum, qui huic colloquio intererunt. Et quia superiore die Catulus et Caesar non affuerant, quorum alter aetate provectior profuturus sit ad moderandum sermonem, alter facetus et urbanus ad disputandum de iocis et facetiis, ne videantur temere irruisse in colloquium, fingitur occasio et ratio cur uterque advenerit (III. 12 — VII. 28.). In toto genere sermonis mirificus personarum decor exprimitur, cum Catulus et Caesar ex Crasso sermonem elicere conentur et Crassus retinendae senilis gravitatis causa totum illud munus in Antonium reiiciat. — Haec ex Talaei commentario expressimus.

cum etiam — sederet] enotavit Nonius v. *apud* p. 68. Merc.

Q. Catulus cum C. Iulio] *Q. Catuli* Cimbrorum cum Mario victoris res exposui in Hist. El. R. p. LV. sqq. Praecipua laus fuit doctrinae eius humanitatis morum suavitatis: v. Brut. 35, 132. Off. I. 37, 133. Arch. 3, 5. *C. Iulii Caesaris Strabonis* historiam enarravi l. c. p. LXXXII. Frater erat uterinus Q. Catuli fere viginti annis maioris, natus ex Pepilia et L. Caesare, aedilis curulis a 664. anno post quam hoc colloquium habitum fingitur; quo in magistratu consulatum petens P. Antistium et P. Sulpicium adversantes habuit: v. Brut. 63, 226. Ascon. in Scaur. p. 146. ed. Beier. Interfectus est cum fratre iussu Marii a. 667. (de Or. III. 3, 10.). In eo plurimum leporis et facetiarum laudabatur: viribus in dicendo carebat. — Ceterum perapte Sulpicium Cicero facit Crasso assidentem, Cottam ambulantem cum Antonio: alter enim Crassi elegantiam sectabatur, a qua longissime abesset, alter Antonii vim, cum ipse esset lenissimus: v. Brut. 55, 203. Tota illa ad

sermonem praeparatio simillima est exordio libri primi de re publica, c. 12.

13. *qui cum — consalutassent*] *consalutare* dici videri reciproce pro *ἀσπάζεσθαι* vi verbi medii apud Graecos legitima, Latinis, qui mediis carent, inusitata, significavi ad I. 22, 90. Huic simillimum est quod Caesar posuit B. G. VI. 8. *cohortati inter se*, *παρακελευσάμενοι ἀλλήλους*, cum debuerit dici *se inter se*; et ipse Cicero Catil. III. 5, 13: *sic furtim non nunquam inter se aspiciebant.*

vides esse ludos] ludi exiguo aut nullo intervallo saepe per dies triginta quadragintave continuati institium efficiebant, ut neque senatus cogeretur neque populi comitia fierent, nec iudicia exercerentur, cum magno imperii et hominum incommodo. Qua de causa Verris amici, cum ad ludorum usque tempus causam extraxissent, tribus fere mensibus anni reliquis inutiliter consumptis nullo sese negotio causam in consularem Hortensii et Metelli annum dilaturos sperabant, v. Act. I. 10, 31.; quam eorum astutiam prudentia Ciceronis elusit.

IV. 15. *vere dicam*] in hac formula Ciceroni semper futuro uti mos est: ostendit exemplis Wunderus ad Plancianam c. 10. p. 94.

16. *tum Caesar*] ineptum hic Caesari dictum tribui putat Bakius: *tam sum cupidus tuae disputationis audiendae, ut vel non audita ea contentus sim futurus.* Sed insidiose *tam* posuit, ubi Cicero *ita.* Mirum est virum et doctum et eleganti iudicio non cogitasse de notissima vi adverbii concessiva cum conditione quadam rem ad certos fines revocante, cuius innumerabilia exempla apud scriptores sunt. Hoc dicit Caesar: *ego te quidem audiendi cupidus sane sum, ita tamen, ut etiam quotidiano tuo sermone contentus futurus sim*; quippe qui tua consuetudine tantopere delecter, nec molestus tibi esse velim.

ut ne Sulpicius — aut Cotta — videantur] hanc scripturam a Pearcio et Ernesto spretam, quibus duo nomina singulari numero posita et particula *aut* dirempta cum verbo plurali iungi non viderentur, vindicarunt Heusingerus ad Off.

I. 41, 10. Schaeferus ad Plin. Paneg. 75, 2. Matthiae ad Eur. Hec. 84. Quanquam quae Heusingerus exempla habet Tusc. V. 9, 26. Off. I. 28, 97. imperfectorum sunt, in quibus cum singularis et pluralis lineola imposita sola distingui soleant, vix ullus locus reperietur, quo non liber unus et alter in numero discrepet. Schaeferus autem Graecis exemplis pugnavit. Verum dubitationem eximunt exempla Off. I. 41, 148. et Liv. V. 8. quae perfectorum sunt; minus etiam ambiguum est Cic. Divers. IV. 5: *quid est quod aut tu aut illa cum fortuna hoc nomine queri possitis*, quo recte utitur adversus Bentleium Heindorfius ad Hor. Serm. II. 1, 65.

17. *multus — ineptus*] Graecorum ἀνάρμοστος, etsi ad originem latino vocabulo simillimum est, sententia tamen differt. Contra ἄτοπος ad eam optime convenire dudum animadversum est, ut hic etiam in Graecos iniquior Cicero fuerit. V. Wyttenbachium in Bibl. Crit. Amstel. vol. II. part. 8. p. 79. — *Multus* hic non de *multum loquente* dictum est, cum iam ante garruli mentio facta esse videatur, sed de eo, qui sese invitis aliis importunius ingerit aut curat quae sui officii non sunt cum inani quadam iactatione, ὁ πολλὰ πράττων, ὁ πολυπραγμονῶν. Plautus Menaechmis II. 2, 41: *heu hercle hominem multum et odiosum mihi.* — Antecedentia a *quem enim* ad *sit aptus* Nonius enotavit v. *ineptus* p. 60. Merc.

18. *ut illi solent, — disputare*] ostentandae in disputando doctrinae sane iusto cupidiores Graeci fuerunt. Talium ineptiarum clarissimum his libris exemplum Phormio proponitur, qui coram Hannibale de officio imperatoris dicere ausus sit: v. de Or. II. 18, 75.; qua de causa delirantis convicium ab eo tulit, qui in armis imperator consenuisset.

V. 19. *qui se inculcant*] id est obtrudunt se nobis non sine molestia audituris, sive ad satietatem usque nostram disputant. Hac significatione rarum est et nescio an semel dictum. Recte autem Catulus, non modo Platonis Aristotelis aliorumque veteris philosophiae doctorum disputationes respiciens, sed etiam Carneadem Critolaum Diogenem Romanis philosophandi auctores factos et Cratetem, qui, cum crus

fregisset, diu aegrotus discendi cupidos grammaticae, quae tunc dicebatur, sive literarum et antiquitatis Graecae notitia imbuit. Verum antiquas loquacitatem illam radices fixisse Sophistarum et maxime Hippiae exemplum docet, qui in conventu Olympiae maximo, si quis audire vellet, qualecunque argumentum extemporali dictione sese exsecuturum pollicitus est.

nec tamen — fugiebant] *tamen* delevimus. Idem mendum sublatum a nobis est c. 15, 62.

20. *importunum tempus*] longe lectior haec scriptura librorum, quam Lambini, qui *importunum* pro *inopportuno* dici non putabat, id quod in viro elegantis iudicii et multae lectionis miramur. Idem vitium sustulimus III. 5, 18. Paulo tamen antiquius videtur, quocirca Sallustius Tacitus Gellius studiose affectarunt. Sall. Iug. 92, 7: *aggeribus turribusque et aliis machinationibus locus importunus.* Tac. Ann. XII. 12: *Armeniam petunt id temporis importunam, quia hiems occupiebat* i. e. rebus gerendis minime commodam. Gell. X. 16: *versus, qui de Pyrrho importune immissus* est i. e. inepte. Vide etiam Gronovium ad Sen. de Beneff. IV. 3. et Duk. ad Flor. I. 8.

vitam nullam] „*insuavem* haec Catuli verba respiciens dicit Crassus 6, 25. De locutione vide Cortium ad Lucanum I. 589. Similiter Graeci vitam iniucundam *ἀβίωτον* vocant; cf. Plat. Apol. 28. Crit. 8. (ubi legitur tamen *ἆρα βιωτὸν ἡμῖν ἐστι*), coll. Cic. Lael. 6, 22: *qui potest esse vita vitalis, ut ait Ennius.*“ *Henrichsen.* Graeci etiam *βιώσιμον* dicunt, v. Fratrem ad Arrian. vol. I. p. 155. et de omni harum formularum genere Valckenarium ad Theocr. Adon. p. 215. — Ceterum plurimorum et optimorum librorum fides sequenda fuit, ut cum Pearcio et aliis scriberemus *vitam nullam esse*, non inverso ordine. Vis enim sententiae ad postremam partem reservatur et accuratius coniunguntur *nullam esse.* Eundem locum id vocabulum tenet Off. II. 4, 14: *vita omnino nulla esse potuisset;* invertitur paulo, ut tamen *nullus* cum verbo iunctum sit, Lael. 23, 86: *vitam esse nullam* (sentiunt).

21. *nam et — coeperunt*] haec exscripsit Nonius v. *garrire* p. 117. Merc.

in media oratione — relinquunt] potest hic locus exemplo esse quam apte Cicero vulgarem verborum in sententia ordinem pro re nata mutare sciat. Legitimus enim hic erat: *omnes philosophum de maximis et gravissimis rebus disputantem in media oratione unctionis causa relinquunt.* Sed praemittitur ceteris *in media oratione*, quia auditorum sic maxime levitas aperitur, cum ne finiri quidem orationem exspectant, quo minus ad levissimam oblectationem festinent. Secundum hoc illud in sententia praecipua vi praeditum est, quod *de rebus maximis et gravissimis* disputans magister relinquitur. Praeterea inter se opponuntur invicem de gravissimis rebus disputans et unctionis causa eum relinquentes: utrorumque enim hoc est negotium propositum. Quae res cum foris quasi loca sua intervenerint, media relinquuntur *philosophum omnes*, quae eum acumine quodam et componuntur et opponuntur. Sic media cum oppositione componuntur, dictum adverbiascens sequitur, omnibus autem praemittitur id, quod cum sono pronuntiatur Ciceroni p. Caecina 4, 9: *causam vosmet ipsi iam vobis saepius prolato iudicio sustulistis.* Caes. B. G. II. 12: *omnis ex fuga Suessionum multitudo in oppidum proxima nocte convenit.* Media cum oppositione coniuncta habent etiam hae sententiae: Cic. Att. XI. 7, 2: *nam ad me misit Antonius exemplum Caesaris ad se literarum.* Legg. III. 10, 23: *est iniqua in omni re accusanda praetermissis bonis malorum enumeratio.* Tusc. I. 4, 7: *ut nuper tuum post discessum in Tusculano, cum essent complures mecum familiares, tentavi.* Script. B. Gall. VIII. 51: *exceptus est Caesaris adventus ab omnibus municipiis et coloniis incredibili honore atque amore.* Iuncta enim de industria sunt *Caesaris adventus* et *ab omnibus municipiis.*

VI. 22. *Laelium — repuerascere*] de Laelio et Scipione amicis otiantibus eadem sine dubio ex Cicerone, ut multa, habet Valerius Maximus VIII. 8, 1. eaque pariter ac Lucilii cum eis familiaritas significantur ab Horatio Serm. II. 1, 71., ubi scholiasta Cruquianus dignus est, qui legatur.

Verbum *repuerascere* hinc enotavit Nonius p. 165. Merc. — *Umbilicos* alii calculos, ad similitudinem umbilici humani rotundos, ut *ocellati* dicebantur ad oculi imaginem, alii cochlearum vel ostreorum genus esse credunt: v. Salmasium ad Solinum p. 496. Illam priorem explicationem antiquam esse Valerii Maximi codd. l. c. demonstrant, in quorum plurimis *calculos* legitur, quam umbilicorum interpretationem esse probabile est. Quod Muellero non displicuit editionum quarundam scriptura *Lucrinum* pro *Laurento*, iniuria factum est. Nec enim Lucrinus multo propius a Caieta, quam Laurentum abest, et intelligi non potest quidni Scipio et Laelius etiam dissitis locis praedia habuerint, et *Lucrinus* non addito *lacu* poëtarum quidem et fortasse familiaris sermonis, sed non operis est elaborati.

23. *negotiis forensibus atque urbano opere*] chiasmi sive ἐπανόδου figuram ex codd. optimis revocavi. Alia substantivi et adiectivi sic compositi exempla collegi haec: Cic. Or. 54, 180: *quarum altera* (via) *est longior, brevior altera.* Opt. g. or. 1, 1: *in tragoedia comicum vitiosum est, in comoedia turpe tragicum.* de Or. II. 24, 99: *monitoris non fatui, quam eruditi magistri.* 81, 331: *infirmandis contrariis et tuis confirmandis.* III. 35, 142: *malim equidem indisertam prudentiam, quam stultitiam loquacem.* Muren. 36, 76: *odit populus privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit.* Scaur. §. 31: *consulem fortissimum atque ornatissimum virum.* Philipp. III. 6, 14: *sceleratus Caesar, Brutus nefarius.* Divers. XV. 4, 10: *tormentis multis, multis sagittariis.* Erf. Crat. Vict. al. contra libri Medicei fidem *multis tormentis.* Q. Fr. I. l. 2, 7. *multae nascuntur iniuriae, magnae contentiones consequuntur.* Tusc. IV. 1, 1: *progressio admirabilis incredibilisque cursus.* N. D. II. 60, 150: *contractio facilis facilisque porrectio.* Cat. M. 2, 5: *opinione vestra nostroque cognomine.* Lael. 7, 23: *quae enim domus tam stabilis, quae tam firma civitas est.* Liv. XXX. 30, 8: *in bonis tuis rebus, nostris dubiis.* XXXI. 43, 4: *incepto forti, non prospero solum exitu.* XLIV. 37, 6: *crimen nullum, nullum probrum.* Plin. Paneg. 2, 6: *formosum alium, hunc fortissimum personat.* Quintil.

II. 2, 5: *non austeritas eius tristis, non dissoluta sit comitas.* VI. 1, 21: *studia fortia et susceptae bello cicatrices.*

24. *mihi enim liber esse non videtur*] hoc dictum cum similibus et cum otio Germanorum olim et Lacedaemoniorum legibus constituto comparat Gronovius ad Tac. Germ. 15. 25. *C. Lucilius* v. ad I. 16, 72. Cum his Lucilii verbis conferre licet Cic. Fin. I. 3, 7: *nec vero, ut noster Lucilius, recusabo quo minus omnes mea legant. Utinam esset ille Persius; Scipio vero et Rutilius etiam multo magis! quorum ille iudicium reformidans Tarentinis ait se et Consentinis et Siculis scribere.* Habemus igitur Lucilii si non verba, at sententiam tantum non integram. Miramur tamen versum ille trochaicum septenarium videri, cum non videatur nisi heroico usus Lucilius: nisi in dedicatione aut introductione operis illos praemisit. *C. Persium* quaestorem a. 606. hominem literatissimum a Lucilio significari etiam in Bruto posuit Cicero. Ab hoc non nulli scriptam credebant orationem C. Fannii consulis a. 632., quae ferebatur, in C. Gracchum: v. Cic. Brut. 26, 99. Quis ille *D. Laelius* fuerit non constat.

nihil ad Persium] *ad* comparationis illustrarunt Gronovius Obss. IV. 6. p. 386. Frotscher. et Steinmetz. ad Cic. p. Deiotaro 8, 24.

VII. 26. *Cotta et Sulpicius exspectat*] singularium verborum cum pluribus nominibus propriis coniunctorum dubia fides est, cum utriusque numeri discrimen ab addita omissave litem *n* pendet. Tale exemplum est ex iis, quae Henrichsenius affert, illud Bruti 17, 68 (*Lysias et Hyperides amatur*); eorum, quibus A. Matthiae utitur ad Cic. Mur. 7, 15., Bruti 50, 189 (*cum esset Cotta et Hortensius*); eorum, quae Zumptius habet p. 320., illud ex epp. ad Att. VII. 3. (*Dionysius et Nicias non rebatur*). Sed relinquitur adhuc satis magnus talium numerus, de quibus ambigi non possit. Velut Henrichsenius affert de Or. I. 62, 263: *dubitare visus est Sulpicius et Cotta.* Alia sunt Brut. 8, 30. *tum Leontinus Gorgias Thrasymachus Chalcedonius Protagoras Abderites Prodicus Ceus Hippias Eleus in honore magno fuit.* 9, 36;

huic Hyperides proximus et Lycurgus fuit. de Or. III. 18, 67: *nam Speusippus et Xenocrates et — Polemo et Crantor — nihil magnopere ab Aristotele — dissensit;* Accus. Verr. IV. 42, 92: *dixit Zosippus et Ismenias,* quod durius ceteris, quia sequitur appositio numero plurali, *homines nobilissimi.* Etiam illud Caesaris B. Civ. I. 2. dubitatione caret: *intercedit M. Antonius Q. Cassius tribuni plebis.* B. Gall. I. 26. *Orgetorigis filia atque unus e filiis captus est.* Recte observavit Billrothius in gramm. p. 209. singulari unum prae ceteris nomen respici. Illud ignoro cur Henrichsenius tanquam usus illius exemplum ponere a se impetrarit Cic. de Or. I. 14, 58., ubi eum legatur: *denique etiam a philosophia profectus princeps Xenophon Socraticus ille, post ab Aristotele Callisthenes comes Alexandri scripsit historiam,* clarum est sententias interposito *post* connexas longe aliter atque illas iudicandas esse, quae per *et* coniunguntur.

27. *atque ista quidem conditione, vel ut verbum nullum faceres, nos teneres*] sententiam interpretes plerique ne tetigerunt quidem; Henrichsenius eam aliis explicandam relinquens Schuetzii rationem ineptissimam iudicat. Eam etsi contortius elocutus est, ineptam tamen esse nego. Clarius sic redderetur: si conditionem eam ponis, ut tuam et Antonii dictionem hodie manendo apud te in Tusculano redimamus, facile me teneres, etiamsi invitandi verbum praeterea non adderes. Fateor tamen paulo durius esse sic interpretari *verbum nullum facere,* quod et *praeterea* addi postulare et dictionem potius quam invitationem spectare videatur. Igitur ita interpretor: ea conditione, ut nos hodie totum diem apud te manere et tua suavissima consuetudine uti iubeas, me teneres, etiam si nec tu nec Antonius de arte oratoria dicturi essetis. Mira et infelix hic Bakii coniectura prostat: *vel ut hic* (Catulus) *verbum nullum faceret, a me teneris.*

28. *hominem de schola atque a magistro et Graecis literis eruditum*] priores interpretes compararunt Cic. Or. 15, 47: *non enim declamatorem aliquem de ludo aut rabulam de foro — quaerimus.* Eodem praepositio modo dicitur apud Quintilianum VII. 1, 41: *unam de schola controversiam.*

Deinde cavendum, ne *a magistro* cum sequentibus *et Graecis literis eruditum* coniungamus. Copulanda enim sunt *hominem de schola et a magistro*, id est eum, qui disciplina magistri usus sit. Genus loquendi ab illo repetendum, quod Graeci praeiverunt *τοὺς ἀπὸ Πλάτωνος* vocantes eius discipulos, quo in genere Cicero dixit de Or. II. 14, 58: *post ab Aristotele Callisthenes.* 38, 160. *erat* (Critolaus) *ab isto Aristotele;* Fin. IV, 3, 7: *ab eo* (Zenone) *qui sunt;* Tusc. II. 3, 7: *qui sunt ab ea disciplina.* Muren. 30, 63: *nostri illi a Platone et Aristotele.* Variavit orationem Legg. III. 6, 14 componens Heraclidem *a Platone profectum,* Theophrastum *ab Aristotele institutum,* Dicaearchum ab eodem *doctum* et Demetrium Phalereum *a Theophrasto*: paulo aliud de Or. III. 15, 56: *ab hac similitudine Coruncanii nostri Fabricii Catones Scipiones fuerunt,* est enim *ab horum* (Graecorum rei publicae peritorum) *similitudine* i. e. a similium rerum studiis *profecti* s. *prodierunt apud nos.* Plura vide apud Handium de Partic. L. L. p. 36 sqq. Beier. ad Off. III. 33, 116. p. 405.

30. Iam ingreditur Antonius disputationem de inventione oratoria. Praemittit autem eloquentem oratoriae artis laudationem (c. 7, 30 — c. 9.).

ars enim earum rerum est, quae sciuntur] *artem* ad modum Graeci vocabuli *τέχνη* ambigue Latini dicunt confundentes quae nos vocabulis *Wissenschaft* et *Kunst* distinguimus; nec dissimile priori est Graecorum *ἐπιστήμη*. Hac significatione eloquentia *ars* non est; si intelligas id, in quo perficiendo summa cernitur ingenii humani sollertia, est. Ceterum haec verba Ciceronis Nonius affert v. *sciuntur* p. 177. ed. Merc. Eandem sententiam Charmadae argumentis copiosius exsecutus est Antonius I. 20. Sequentia cum prioribus inde a verbis *ars enim earum rerum est* refutanda sibi proposuit Quintilianus II. 17, 36. Qua opera supersedere poterat. Etsi enim plurima sibi placita Cicero in his libris Antonio et Crasso assignavit, tamen nec hic nec priore libro hanc de eloquentia, quae ars non sit, disputationem instituisset, nisi veterem illam Graecorum doctorum quaestionem

eloquentia essetne ars an artificio carens quaedam exercitatio inter duos viros lege sermonis Platonici dispertiri voluisset. Non poterat autem magis idoneus alterius sententiae auctor excogitari, quam Antonius literarum aut ignarus aut contemptor. Ceterum *oratoris actio* displicet Bakio, ut dubitanter tamen *dictionem* vel *vim* dici velit. *Actio oratoris* est in qua vis eloquendi ostenditur, *πᾶσα πρᾶξις ῥήτορος*.

VIII. 32. *ad excipiendas eorum voluntates*] scriptura Stephani et aliorum, *captandas*, veram haud male explanat, quae elegantissima est. Dicitur enim *excipere* proprie et venator et miles, qui ex insidiis vel latebris occasionem feram aut hostem commodissime oppugnandi feriendive captat. De utroque consule Burmannum ad Phaedr. I. 11, 6. Oudendorp. ad Caes. B. G. I. 25, 7. plura de militari significatione ex Caesare exempla promentem. De insidiis etiam Cicero posuit Rosc. Am. 52, 151. Catil. III. 4, 8. Att. VIII. 11, 2. Inde transfertur ad oratorem magis captandae benevolentiae tractandaeque voluntati hominum, in qualemcunque partem sese dederint, tribuentem, quam docendo et suadendo. Similia sunt, quod in laude oratoris ponitur *assensionem captare* Inv. I. 31, 51. *favorem* Quintil. VI. 1, 25. Modo dixit Cicero *opiniones hominum et saepe errores aucupari*. Sed longe diversum est, quod Muellerus comparat, *adversarii sententias et verba excipere* de Or. II. 35, 148. — Receptam scripturam tuetur etiam Nonius v. *excipere* p. 293.

toto in genere] et exemplum et locutionem Car. Schmidt ad Iuvenal. Sat. Delect. p. 340. cum dissimillimis praepositionis pro lubitu additae omissaeve exemplis contulit, quae partim sunt locorum, velut *toto orbe* s. *in orbe*, *tota urbe*, partim temporum, ut *toto anno*, tum etiam rerum non mentalium, sed sub sensus cadentium, quale est *tota oratione*. Iam ut non idem est hoc et *tota in oratione*, sic in illa formula addita praepositio perpetuum discrimen facit. *In toto genere* sc. *dicendi* aliquid *facere* s. observare is dicitur, qui id in nulla parte dicendi negligit aut praetermittit; *toto*

genere autem adverbiascit significans *ut de toto genere loquamur, si genus totum spectaveris.* Sic dicitur *toto genere diversus dissimilis alius.* Cic. Brut. 16, 64: *verum est certe genere toto strigosior.*

33. *reperirentur, possem*] Male scripturam *reperiantur, possim* probat Muellerus. „Hoc enim Antonii personae et modestiae vel maxime convenit, ut neget vel desperet fieri posse, ut ea, quae in foro animadverterit, verbis apte explicet.“ *Henrichsen.*

34. *moderata oratione*] manifesto inepta quorundam librorum scriptura est *moderatae orationis pronuntiatione;* nam sic *oratio λόγον* significaret et diceretur talis, qualis ex moderati hominis ingenio fluit, *λόγος μέτριος καὶ σώφρων.* Vulgata scriptura *moderata orationis pronuntiatione* interpretandae verae scripturae, quam nos restituimus, invecta fuit. *Oratio* autem hic dicitur quatenus recitatur s. ore profertur, dictio oratoria, sicut ferme definit Cicero in Oratore 19, 64. Hinc intelligitur *cantum* cum oratione, *carmen* i. e. versus ipsos suis legitimis numeris absolutos cum verbis orationis artificiose structae perapte componi.

acutae crebraeque sententiae] haec non raro coniuncta reperias, velut Or. 24, 79.; eadem de Cicerone sumpsit Plinius Epp. I. 16, 2.

IX. 35. *Huius est*] in simili fere laudandae eloquentiae argumento Cicero versatur I. 8, 31 sqq.; sed huius loci longe superior est cum brevitas, tum vis. Ceterum in *dando consilio explicata sententia* orationes in senatu habendas, *populi incitatio* et *moderatio* contiones, utrumque communiter genus deliberativum spectat; mox *fraus ad perniciem, integritas ad salutem vocata* genus iudicale. Quae sequuntur de communibus locis et disputationibus generalibus in omni orationis genere usitatis dicta intellige. Noli igitur *cohortationes* cum Muellero ad genus deliberativum referre, de cuius duabus partibus senatoria et populari dictione iam antea addita laude expositum est.

36. *historia — vita memoriae*] *vitam memoriae* vulgo interpretantur *μετωνυμικῶς vivam memoriam: memoriam*

alii reminiscendi facultatem, alii ea, quae mandentur memoriae, neutri recte. Sed iniuria Henrichsenius sibi ostendi postulat quomodo latine dici possit *vita memoriae;* quidquid enim recte cogitatur, id in omni sermone etiam dici par est. *Memoria* nihil est aliud, quam recordatio rerum gestarum inter homines conservata. Conservatur autem (longe felicius Graeci *διασώζεται* eleganti figura, qua etiam Ciceronis sermo quo modo intelligi debeat docetur) memoria rerum historia scribenda: quae nisi inventa esset, intra paucos annos in fabellarum incertitudinem abiret. Hac de causa *vita memoriae* dicitur, *ζωὴ μνήμης* i. e. *τὸ διασῶζον εἰς ἀεί.* Finxit, puto, Cicero locutionem felici Graecos imitandi audacia, apud quos *ζωὴ* et *θάνατος* hac vi praedita frequenter leguntur. Quod diverso sensu copulantur *vita memoriae magistra vitae,* alterum tralate, alterum proprie dictum, non erat cur Henrichsenio displiceret. De Or. II. 39, 165.: *aut aliud consilium instituendum aut sua sponte faciendum. Aliud consilium superbum; suum arrogans. Utendum igitur fuit consilio senatus.* Clarum est primum *consilium* dici publicum, *βουλήν*, deinde autem consilium dandum aut accipiendum, *συμβουλίαν.* Quin statim legimus: *ars, quae verborum aut faciendorum aut deligendorum scientiam profiteatur;* in quo *verba deligere* proprie dictum, *verba facere,* quod orationem habere significat, tralate.

alia aliqua] usitatiorem hanc esse harum vocum componendarum rationem Goerenzio concedendum est, unam legitimum esse non credam. Quanquam hic quidem optimis libris firmatur. Sed num Zumptius ex uno Cuiaciano recte ita scripserit Div. in Caec. 6, 22. dubitare licet, et *aliquis alius* distincte legitur Att. III. 10. *Aliusne est aliquis* sane ne potuisse quidem aliter dici videtur p. Sextio 58, 125. Eadem res est in *unus aliquis,* quod et inverso ordine legitur pro natura loci et sono Fin. V. 7, 19. Rp. I. 32. de Or. II. 72, 292.

38. *in qua, quia vis*] rectam distinguendi et intelligendi loci rationem primus docuit A. Matthiae in scripto a. 1807. edito. Coniungenda sunt *multi omnium generum atque artium.*

Eodem modo genitivus dicitur paulo ante §. 37. et I. 27, 124: *ceterarum homines artium spectati et probati.* Incredibile est repertum esse qui repudiata distinctione post *qua* ponenda iungi vellet: *in qua* (eloquentia) *quia vis magna est in hominum ingeniis.* Potestne aliquid absurdius cogitari quam *vim magnam esse in ingeniis hominum in eloquentia?* Et si haec coniunguntur, unde pendet illud, quod sequitur, *aliquid?*

certius esse nihil potest, quam quod] Matthiae in Seebodii Misc. Cr. I. p. 680. similia huius usus exempla attulit. Comparativum enim aliquando sequitur enuntiatum circumlocutionem continens, in quo non infinitivus modo, qui usitatior est, sed etiam particula *cum* reperitur. De Or. I. 37, 169: *quid ergo hoc fieri turpius aut dici potest, quam eum — in minimis tenuissimisque rebus ita labi.* II. 74, 302: *quo quidem mihi turpius videri nihil solet, quam cum ex oratoris dicto aliquo — sermo ille sequitur.* Fin. I. 6, 19: *quo nihil turpius physico, quam fieri sine causa quicquam dicere.* N. D. I. 15, 38: *quo quid absurdius, quam — res sordidas atque deformes deorum honore afficere.*

X. 39. Ingreditur Antonius ad disputationem ipsam, duo maxime genera eloquentiae, deliberativum et iudiciale constituens: tertium enim laudationum et vituperationum etsi in oratorem saepe cadat, non rectius constare, quam si quis testimonii dicendi viam et rationem aut historiae scribendae artem, in quibus magnum sit oratoris munus, quartum aut quintum eloquentiae genus ponat. Nec ut de geometria aut de philosophia dicere possit, ab oratore posse requiri, etsi saepe loci ex altera arte petiti assumendi sint. Hac occasione Catulo respondens, qui causam tertii in eloquentia generis non ponendi sibi aperiri voluerat, paulo declinans ab argumento Antonius de origine et progressu historiae scribendae cum apud Graecos tum apud Romanos disputat (c. 10 — 17.).

ut ait ille in Trinummo] locus Plauti est Trin. III. 2, 7.

quod quidem eloquentem — ut] sententiae post *quod* ad priora relatum ita additae ut res ipsa subiiciatur, quo

particula illa refertur, exempla attulit A. Matthiae ad Cic. Sull. 24, 68. Non opus est in tali epexegesi *ut* poni, potest enim etiam infinitivus ferri. Ille collegit haec: Cic. Or. 62, 110. Off. III. 31, 112. Verr. Accus. I. 26, 67. IV. 42, 91. Mil. 6, 15. 19, 51. Q. Fr. I. 1, 21. Addo Divers. XV. 10: *quando id accidit, quod mihi maxime fuit optatum, ut — omnium vestrum studio tuus consulatus satisfacere possit.* Praeterea eiusdem rei advertentes exstiterunt Wopk. Lectt. Tull. p. 380. Heindorf. ad Cic. N. D. II. 8, 24. Beier. ad Off. III. 31. p. 396.

40. *ut ait Caecilius*] Statius Insuber Gallus, postquam manu missus erat, animum ad comoedias maxime de Graeco Menandri Latine vertendas appulit seseque M. Caecilium Statium dixit antiquo nomine in cognomen verso (Gell. IV. 20. II. 23.). Anno post Ennium obisse fertur, i. e. a. Ch. 168. Male locutum ut peregrinum dicit Cicero in Bruto 74, 258, malum latinitatis auctorem ad Att. VII. 3, 7. Fuerunt tamen qui vim in eo et argumenta bene inventa laudarent: v. Varronem apud Nonium IV. 377. p. 696. Gothofr. Sedigitum apud Gell. XV. 24. Leniter ab his dissentit prudentior iudex Horatius Epp. II. 1, 59. item Quintilianus X. 1, 99.

unius cuiusdam operis — baiulum] respicit ad ea, quae dixerat I. 62, 263: *operarium nobis quendam, Antoni, oratorem facis.* In eandem sententiam dictum est c. 61, 260: *in hoc uno opere, ut ita dicam, noctes et dies urgeatur*, et 18, 83; *Mnesarchus hos, quos nos oratores vocaremus, nihil esse dicebat, nisi quosdam operarios lingua celeri et exercitata.* Quod loquendi genus non sumpsisse a Cicerone Quintilianum alia plurima exprimentem, cum in primis elegans sit, sane miror. Proprio nomine *baiuli et operarii* opponuntur *artificibus* in Bruto 73, 257.

41. *nam Crassus heri*] v. I. 31.

43. *ille ipse Aristoteles — adiunxit*] v. Aristotelem Rhet. I. 3, 1. *ἔστι δε τῆς ῥητορικῆς εἴδη τρία τὸν ἀριθμόν — ὥστ' ἐξ ἀνάγκης ἂν εἴη τρία γένη τῶν λόγων τῶν ῥητορικῶν, συμβουλευτικὸν δικανικὸν ἐπιδεικτικόν.* Hunc secutus ipse Cicero in Topicis c. 24. Uberius hanc quae-

stionem astringendane eloquentia sit tam paucis generum nominibus, an infinitis praedicanda Quintilianus Ciceronis illa verba tacite respiciens tractavit III. 4, 2 sqq.

etiam si opus est] „*opus esse* dicitur quod tempora, quod utilitas, quod vitae commoditas postulat, ut Graecorum ἔργον ἐστί, δεῖ (potius *ut* ἔργον ἐστί *aliquando pro* δεῖ *ponitur*, E.); contra *necessarium esse s. necesse esse* quod evitari non potest. Sic Cic. Divers. I. 9, 12: *Appius dictitabat legem curiatam consuli opus esse, necesse non esse;* Cato apud Senecam ep. XCIV. 28: *emas non quod opus est, sed quod necesse est.*" *Henrichsen.* Ceterorum, quae is attulit, exemplorum unum ad hanc rem facit explicandam de Or. II. 80, 326: *sin tum est brevitas, cum tantum verborum est, quantum necesse est, aliquando id opus est, sed saepe obest vel maxime in narrando,* i. e. etsi aliquando ad consilium propositum assequendum commodum est non uti pluribus verbis, quam quantum ne parcissimus quidem defugere potest, tamen saepius id minime utile est. Addo Off. III. 11, 49: *Themistocles — dixit in concione se habere consilium rei publicae salutare, sed id sciri non opus esse,* id est utilitatem eius in ea re verti, ne sciretur. Minus apta ibi compararunt Heusingeri.

XI. 44. *Popilia mater vestra*] de scriptura nominis v. ad III. 43, 171; de matre Catuli et Caesaris supra c. 3, 12. Viros nobiles et honoribus plenos pro rostris laudare antiquissimo tempore apud Romanos institutum est: v. Cic. Brut. 16, 61. Legg. II. 24, 62. Polyb. VI. 50. Dion. Hal. V. 17. Liv. IV. 16, 4. VIII. 40. Graeci quidem eius moris praestantiam iure ac merito laudibus extulerunt. Sed etiam matronis eum honorem tributum esse post tumultum Gallicum Livius narrat V. 50. Quare more diu intermisso factum esse puto, ut nullius ante Popiliam mulieris pro contione laudatae memoria scripta exstaret.

45. *quam contra collegam censor*] Plinius H. N. XVII. 1: *nobilissimarum gentium ambo Crassus atque Domitius censuram post consulatum simul gesserunt anno urbis conditae* 662. *frequentem iurgiis propter dissimilitudinem morum.* Cu.

Domitius Ahenobarbus vir nobilitati propter sublatum lege tribunicia sacerdotiorum per cooptationem supplendorum morem admodum invisus fuisse videtur, ut inde etiam cum Crasso optimatium patrono dissensionem ei ortam veri simile sit. Consul fuerat cum C. Caelio Caldo anno post Crassum et Scaevolam coss. urbis 660. Orationis in ea altercatione habitae memoria et partes quaedam exstabant: v. de Or. II. 56, 227 et 230. Brut. 44, 164. nos in Hist. Eloq. R. p. LXIX. et LXXIII. — *Positis* intellige quippe *tanquam veris*; hoc ut significetur: si quidem illa naturalia laudationis fundamenta esse ab omnibus credantur. Cic. Fin. II. 31, 101: *hoc ipsum elegantius poni meliusque potuit.* Divers. I. 9, m: *ut paulo ante posui.* Quintil. II. 21, 14: *solet a quibusdam et illud poni.* V. 9, 4: *quo in causis posito.*

se vinci posse aequo animo pati] miror quo modo viro elegantis iudicii Wyttenbachio tam contorta ratio placere potuerit, ut interpretaretur *pati, ut possit vinci*, Bibl. Crit. vol. II. p. 4. p. 72. Longe elegantius verba sic compones *se posse aequo animo pati vinci* i. e. ut vincatur. *Se* facile subauditur ab uno infinitivo ad alterum.

fortunae bona] Lambino placebat *naturae et fortunae bona.* Sed recte annotavit Pearcius una voce illa etiam naturae bona significari. Id comparato loco II. 84, 342. elucere, quo plane ut hic fit fortunae bona in corporis et extranea dividuntur. Ibi enim quae hic paucis et a transcurrente tanguntur uberius secundum artem explicantur. Non rectius mox Lambinus *patienter tulisse* corrigendum suadebat pro *sapienter*, quod longe fortius est, *in ferendo sapientiam* i. e. perfectam hominis sapientis virtutem *ostendisse* significans; quem ad modum *sapienter caruisse* legitur c. 85, 346.

47. *quoniam est in ratione rerum*] *est* pro *inest* secundum fontes scripturae optimos correxi idemque Ciceroni reddidi II. 59, 242. III. 37, 150, altero loco scribendo *in re est item ridiculum*, altero *in verbis plenum quiddam et sonans esse.* Hac vi legitur *esse* p. Rosc. Am. 40, 118. ubi *maleficia esse in aliquo* dicuntur. Sed hoc, unde huc egressus sum, loco sane idem est, quod *contineri*, sed ut

assignificetur *niti, positum esse*, ἐνεῖναι, ἔχεσθαι, κεῖσθαι. Quintil. V. 8, 4: *neque ulla est quaestio, quae non sit aut in re aut in persona.* VII. 4, 37: *plurimum est in eo, quale sit factum.* X. 1, 57: *esse in omnibus utilitatis aliquid.* Proxime hinc abest ea verbi vis, qua significat *rem in aliquo verti.* Infra c. 53, 215: *non commovere* (iudicem), *in quo sunt omnia.* Legg. II. 10, 24: *caste iubet lex adire ad deos: animo videlicet, in quo sunt omnia.*

48. *nam et testimonium*] De oratione ἀνακολούθῳ, quae resumitur §. 49. verbis *quid? si*, Matthiae annotata posui in explicatt. ad I. 49, 214. Fraudem aut sibi aut aliis fecit Goerenzius ad Legg. III. 2, 4., cum illud *etiam*, quae coniectura Schuetzii est, ab eo revocatum quasi ex libris laudat.

in Sex. Titium] is Antonio consule tribunus legem agrariam tulit. Condemnatus est, si fides Ciceroni rem oratorie amplificanti p. Rabirio Perd. 9, 24., quod L. Saturnini imaginem domi suae habuisset. Hominem loquacem et satis acutum Cicero dicit in Bruto 62, 225., sed eundem adeo solutum et mollem in gestu, ut saltatio nasceretur, cui nomen Titius esset; quem locum respicit Quintilianus XI. 3, 128. Commemoratur etiam c. 66, 265. et idem videtur, qui II. 62, 253. III. 23, 88. studiose pila lusisse narratur.

de testimoniis dicendis] secutus in hoc est Aristotelis iudicium, qui Rhet. I. 15. docet quidem quinam testes sint aptissimi, sed testimonii dicendi praecepta nulla ponit. Annotavit Muellerus.

XII. 49. *accidit*] tralaticia fuit opinio ne a Ruhnkenio quidem ad Rutil. p. 4. improbata *accidere* suam provinciam habere in re maxime infausta aut minus optabili. Sed nihil est nisi συμπεσεῖν significatque aliquid forte fieri, ut de causa eveniendi, si sit, non cogitetur. De re prospera dictum vide apud Ciceronem Divers. XI. 15: *coniunctio tua cum collega senatui populoque R. gratissima accidit.* XV. 10: *quando id accidit, quod mihi maxime fuit optatum.* 14 m.: *id cum non accidit* (summe optabat, ut accideret). Att. VIII.

6: *moriar, si magis gauderem, si id mihi accidisset.* De re ambigua, ut nec de malo doleamus, nec de bono gaudeamus, haec dicta. Divers. III. 8, 25: *quod tamen ipsum non me Hercule adhuc accidit me audiente.* VI. 21: *etiam si secus acciderit.* Mali enim significatio inest in addito *secus*, non in verbo. X. 15: *quae postea accidissent scire te ad rem publicam putavi pertinere.* 18: *accidit mihi, quod homini pudenti — accidere solet.* XII. 18: *utrumque contra accidit:* ἔπεσεν ἐναντίως. XIII. 69: *multaque acciderunt, in quibus et benevolentiam eius erga me experirer et fidem.* Att. I. 17 pr.: *admiratione quidnam accidisset.* III. 12: *nunquam accidit, ut cum eo uno verbo concertarem.* VI. 3 pr.: *nil sane habebam novi, quod post accidisset.* X. 1 extr.: *cogitare quid sim facturus, si acciderit, ut legarer.* Inv. I. 21, 30: *quod cum acciderit, membratim oportebit partes rei gestae dispergere in causam.* Etsi enim de eo dictum est, quod causae dicendae officiat, tamen in verbo non inest nisi fortuitae rei significatio. 23, 33: *id quod perraro potest accidere.* 27, 40: *commune* (est), *quod accidit omnibus eodem tempore, ut messis.* 43, 80: *quod in quibusdam rebus aut hominibus accidit.* II. 47, 139: *idem ipsum* (legis scriptorem), *si ei talis res accidisset, facturum fuisse.* Or. 55, 183: *in quo iniquum est quod accidit non cognoscere, si cur id accidat reperire nequeamus.* 57, 191: *contraque accidere in spondeo.* Partt. Or. 23, 82: *si quid cui magnum aut incredibile acciderit.* Deiot. 14, 39: *nec accidere* (oportet), *ut quisquam te timere incipiat.* Exemplum illi simile, quod modo adduxi ex Inv. I. 21, 30., vide Planc. 24, 59: *aculei, si quos habuisti in me reprehendendo, tamen mihi non ingrati acciderunt* i. e. fuerunt. Quod exemplum ostendit quomodo a prima ad tralatam vim verbi perventum sit. Haec, quae olim minus accurate pervestigata effudi, iterum sub examen vocare placuit cum corrigendi tum augendi causa. Iniuria Zumptius ad Div. in Caecil. 1, 2., quo loco legitur: *si quod tempus accidisset, quo tempore aliquid a me requirerent,* cum Ernesto antiquae de illo verbo superstitionis miratori placuisset corrigi *incidisset*, scriptorem excusat significatione nescio qua rei ad-

versae. Nulla est; *si tempus accidisset* est *εἰ γένοιτο*. Cat. M. 19, 67: *quod ni ita accideret, melius et prudentius viveretur.*, Q. Cic. de pet. cos. 12, 47: *ideo se nemini negare, quod saepe accideret, ut is, cui pollicitus esset, non uteretur.* Non plane latuit in hac re veritas Heusingerum ad Off. I. 10, 3., ubi cum legatur: *potest enim accidere promissum aliquod et conventum, ut id effici sit inutile vel ei, cui promissum sit, vel ei, qui promiserit,* eius significationis exemplum excitavit, quo usi ante sumus, Divers. III. 8, 25. et Muretum ad Ter. Andr. I. 5, 29., cuius libri non est inspiciendi potestas. Contraria de verbo *contingendi* est sententia, quod etsi usitatius est in re bona, tamen ne a contraria quidem significanda excluditur omninoque ab *accidendo* sic tantum differt, ut illud ad hominem vel diserte vel tacite referatur, quod in hoc secus est. Cic. Cat. M. 19, 71: *quod idem* (emori) *contingit adolescentibus adversante et repugnante natura.* Divers. XI, 16: *quod* (ut relegaretur a consule) *ante id tempus civi Romano contigit nemini.* In re ambigua dictum exstat Divers. XV. 13: *ita fato nescio quo contigisse arbitror, ut tibi ad me ornandum semper detur facultas, mihi ad remunerandum nihil suppetat praeter voluntatem.* Q. Fr. II. 3, 2: *idque ei perpetua oratione contigit, non modo ut acclamatione, sed ut convicio et maledictis impediretur.*

51. *Graeci quoque ipsi*] horum ne alterutrum abundare putes, cavi annotatione ad I. 34, 164.

ut Cato, ut Pictor, ut Piso] de Catonis Censorii Originibus v. Niebuhrii Hist. R. vol. I. p. 9. *Q. Fabius Pictor,* in cuius familiam cognomen venit picto Salutis templo ab aliquo Fabio a. u. 450., post Cannense praelium Delphos missus est Apollinis oraculum sciscitatum (Liv. XXII. 57.). Antiquissimus rerum Romanarum scriptor dicitur Dionysio VII. 71. Annales eius ab initio urbis ad belli Punici secundi finem pertinuisse videntur: v. Lachmann de fontibus Livii comm. I. p. 26. II. p. 14. — *L. Calpurnius Piso Frugi* est, de quo Cicero in Bruto 27, 106: *tribunus plebis,* inquit, *legem primus de pecuniis repetundis Censorino et Manilio coss.* (a. u. 605.) *tulit.* — — *et causas egit et multarum*

legum aut auctor aut dissuasor fuit; isque et orationes reliquit et annales sane exiliter scriptos. Consulatum gessit cum P. Scaevola a. 621. De annalibus eius iure non sane honorifice iudicat Niebuhrius l. c. vol. I. 261. II. 10 sqq. Deducti erant ad ipsius usque aetatem: v. Lachmannum l. c. I. p. 32.

52. *annalium confectio*] annales Maximos omnium fuisse antiquissimos ex hoc Ciceronis loco sequitur. Plura de eorum ratione Ciceronem partim secutus Servius habet ad Virg. Aen. I. 373: *tabulam dealbatam quotannis Pontifex Maximus habuit, in qua praescriptis consulum nominibus et aliorum magistratuum digna memoratu notare consueverat, domi militiaeque terra marique gesta per singulos dies. Cuius diligentiae annuos commentarios in octoginta libros veteres retulerunt eosque a Pontificibus Maximis, a quibus fiebant, annales Maximos appellarunt.* Cf. Festum v. *Maximi annales* et Macrobium Saturn. III. 2 extr. Ernestumque in Excursu I. ad Suetonium t. II. p. 307. Wolf. Ceterum maxime ad sacra et res divinas pertinentia, solis et lunae defectus pestilentiam prodigia caritatem annonae pontifices advertisse Cato auctor ap. Gell. II. 28. Cicero Rp. I. 16. Perisse antiquissimos incendio Gallico et postea suppletos probavit Niebuhrius Hist. R. I. p. 277. P. Scaevola is est, qui consul cum L. Pisone fuit a. 621.

referebatque in album] Livius I. 32. a. 32. a Pearcio comparatus: *omnia ea rex commentariis regis pontificem in album relata proponere in publico iubet.* Quippe referuntur leges edicta decreta in album tabulas commentarios aerarium. *Efferre* vitiosam scripturam de publice proponendis annalibus interpretari est suam barbariem pro latinitate Ciceroniana venditantis.

53. *Pherecydes Hellanicus Acusilas*] horum *Acusilas* s. Acusilaus Argivus antiquissimus dicitur Suidae. Genealogiarum, quas secutus Hesiodum scripsit, reliquiae Sturzii Pherecydeis adiunctae leguntur. Hic et Pherecydes et Hellanicus e numero λογογράφων erant, quorum plerisque (Hecataeum excipe, E.) carmina veterum epica secuti fabulosi temporis

res soluta oratione persequebantur. *Pherecydis* Lerii s. Atheniensis, qui non satis distingui a Syrio Pythagorae magistro potest, reliquias Sturzius collegit (ed. II. Lips. 1824). disposuit A. Matthiae in Wolfii Analectis vol. I. p. 2. p. 321. Natus est circa ol. LXXV. *Hellanici* Lesbii nati ol. LXXI. 1. duodecim ante Herodotum (Gell. XV. 23.) mortui ol. XCII. 2. anno aetatis octogesimo quinto (Lucian. Macrob. t. III. p. 224 Reiz.) quae supersunt idem Sturzius collegit (ed. II. Lips. 1826). — Haec ex Henrichsenii annotatione excerpsi. Verba *modo enim* — *importata* Nonius enotavit v. *importatum* p. 130. Merc.

XIII. 54. *Antipater*] L. Caelius Antipater hic pro natura Romanorum nemini libenter quicquam meriti debentium *familiaris* Crassi dicitur, in Bruto autem c. 26, 102. eius *magister*; literarum aliquid eum docuisse puta. Idem luculentus pro illa aetate scriptor et iuris peritus vocatur. Iam Gracchorum temporibus floruisse videtur secundum Ciceronem Divin. I. 26, 56. Legg. I. 2, 6. Val. Max. I. 7, 6. Vellei. II. 9. Belli Hannibalici res ab eo scriptas et ex Oratore Ciceronis constat c. 69, 230. et firmatur reliquiis operis; sunt tamen quae et anteriora hoc bello et posteriora tangant, velut quae Cicero Div. l. c. narrat. Historiam illam in breviarii formam redegit Brutus (Cic. Att. XIII. 8.) v. Lachmann. l. c. II. p. 19. — Ceterum aliquid suspectum in sententia est. *Vocis sonus* nec historiae tribui nec omnino dici videtur, nisi propria significatione. *Vocis* igitur uncinis saepsi.

locorum] coniecturam Iacobsii *colorum* receperunt Schuetzius et Muellerus. At Matthiae in Seebodii Misc. Cr. vol. I. p. 680. iure obiicit, cum *color* sit orationis genus, varietate colorum distinguere historiam idem esse, quod vario dicendi genere uti; de dicendi autem genere in proximis demum mentionem inferri, hic quidem de materia operis agi videri. Qua de re *locos* intelligit *argumenta*, quae nos *obiecta* dicamus; quae quam varia sint Dionysium monstrare ep. ad Pomp. p. 783., cum in Theopompo laudat *τὸ πολύμορφον τῆς γραφῆς*. Sed quaenam illa *obiecta* sint equi-

dem non intelligo: illa autem πολυμορφία Theopompi varietatem in tractando argumento quaesitam spectat, in quam eandem sententiam est, quod Dionysius Lysiam oratorem καινόν καθ' ἕκαστον τῶν λόγων dixit. Bakio *loci* proprie dicti videntur, quod Antipater omnia secundum temporum ordinem narrans loca et oras, in quibus bellum gereretur, non distinxerit, ut omnia eodem loco gesta viderentur. Id mihi incredibile videtur. *Locos* intelligo *communes* sive rerum illustrium disputationes, quae Ciceronis verba sunt in Bruto c. 12, 46. Quae disputationes quam sint in ornatu oratorio habiti locus ostendit Bruti c. 93, 322., quo Cicerone adolescente nullus orator fuisse dicitur, qui praeter apparatum a iure philosophia literis antiquitate petendum id haberet, ut laxare iudicum animos et ad hilaritatem traducere, nemo qui dilatare et a definita ad universi generis disputationem traducere orationem, (hi sunt ipsi *communes loci*), nemo denique, qui digredi delectandi gratia parumper a causa posset: unde intelligitur quantum ad delectandum illustres illae locorum disputationes contulerint. Et hae sunt ipsae, ex quibus *consilia primum, quae scriptor probet, et in eventis narrandis causae vel casus vel sapientiae vel temeritatis* explicantur, quae res in historico tanquam necessarias desiderat Antonius infra c. 15, 63. Unum exemplum addo: *novi locum*, inquit Cicero Accus. Verr. V. 1, 2. *de laude imperatoria.* Qui quantum in historia polleat vident omnes. Eo certius autem locorum communium ornamenta in rerum scriptore desiderantur et quod Romani ornatui rerum oratorio tribuebant plurimum, et quod illas disputationes de consiliis et eventis veteres non suis verbis exponere, sed in orationes includere solebant. Eidem loci sunt, ex quibus argumenta probantia sumuntur, sive, ut Cicero loquitur in Partitt. Or. 2, 5., *in quibus latent argumenta*, quam finitionem sequitur Quintilianus V. 10, 20., quos et thesauros argumentorum Cicero dixit l. c. 31, 109. cf. de Or. III. 27. Omnis enim ut causa, ita argumentum causae a definita quaestione ad generalem revocandum est et loci communes cum argumentationibus ceteris ita coniunguntur, ut illi splen-

didius, hi tenuius dicantur: v. Cic. Inv. II. 15, 49. Qua de re nec Quintilianus significationes vocabuli miscuit, cum *communes locos* videatur dixisse *τόπους* illos Aristotelis s. argumentorum sedes, (V. 1, 3.) et iniuria factum est, ut ab Ernesto hae tanquam diversi generis significationes distinguerentur Lex. technol. Rhet. Lat. p. 247.

sicut potuit, dolavit] simile Ciceronis de Antipatro iudicium exstat Legg. I. 2, 6: *Antipater inflavit paulo vehementius habuitque vires agrestes ille quidem atque horridas sine nitore ac palaestra; sed tamen admonere reliquos potuit, ut accuratius scriberent.*

55. *Herodotus*] de Herodoto tam accurate disputarunt Dahlmannus in libro: *Forschungen aus dem Gebiete der Geschichte* vol. II. p. 1. et Heyse *de vita et itineribus Herodoti* (Berol. 1827.), ut sciendi cupidos ad eos libros ablegare satius videatur.

56. *Thucydides*] Athenis natus ol. LXXVII. 2 (471 a. C.) artis oratoriae praecepta ab Antiphonte accepit. In exsilium pulsus est, cum non successisset ei Amphipolin ingruente cum exercitu Brasida tueri ol. LXXXIX. 1 (424 a.C.) Historiam belli Peloponnesii Scaptesulae Thraciae, ubi magna praedia habebat, praeparavit: scripsisse videtur post finitum demum bellum redux Athenas factus. De mortis tempore non constat.

verbis aptus et pressus] propter additum *pressus* in id incidisse videtur Muellerus, *aptum* ut *astrictum* interpretaretur; quanquam eius rationis viam praeiverat Ernestus in lex technol. v. *aptus*. Sed quomodo *aptus* eum, qui pressam quandam in verbis brevitatem consequatur, significare possit non intelligo, nec videtur ex origine et nativa significatione vocabuli effici posse. Ea cum sit *iuncti* et *cohaerentis cum quadam nexus necessitudine*, quo sensu et *inter se apta* dicuntur (Cic. N. D. III. 1, 4.) et *aptus cum aliquo* (Tim. 12.): hinc fit prima illa translatio, ut dicatur illud *aptum*, quod alicunde pendet et consequens est, quo sensu cum *ex* praepositione coniungitur, velut Tusc. V. 25, 70: *causae aliae ex aliis aptae atque nexae.* V. 12, 36: *cui viro*

ex se ipso apta sunt omnia, quae ad beate vivendum ferunt, quod ex Platonico εἰς ἑαυτὸν ἀνήρτηται expressum est Menex. p. 247. E. Hinc altera fit tralatio ad orationem apte compositam, in qua nec desit quicquam nec redundet nec fluat dissolutumve (Cic. Or. 70, 233.) sive dissipatum sit (Or. 71, 235), sed quasi vincta sint omnia, quam eandem *verborum compositorum et coagmentatorum* nomine Cicero commendat in Bruto 17, 68. Ad oratorem ipsum haec laus metonymiae figura non minus eleganter refertur, quam quod idem et *gravis* et *lenis* et *concinnus* et *compositus* dicitur: quorum ultimum Cicero in Oratore 70, 232. posuit ita loquens: *si compositi oratoris bene structam collocationem dissolvas permutatione verborum.* Erit igitur *scriptor* s. *orator aptus* structa et rotunda compositione verborum utens, quae quantopere ornet sententias et per se perspicitur et testatur Cicero Or. 71, 236: *composite et apte sine sententiis dicere insania est, sententiose autem sine verborum et ordine et modo* (i. e. oratione nec vincta nec numerosa) *infantia.* Sed brevitas nec ornat sententias et iam paulo ante a Cicerone in Thucydidis laudibus commemorata est. Ne *pressus* quidem hic est *astrictus* (*gedrängt*) sed in verborum circuitione nec superfluens nec claudicans.

57. *Philistus*] natus circa ol. LXXXVII. (432) Dionysium maiorem in occupanda dominatione suis opibus iuvit (Diod. XIII. 91); sed cum eius fratris Leptinis filiam clam uxorem duxisset, pulsus a tyranno Hadriam migravit. A minore Dionysio revocatus Dioni restitit et cum Syracusanis, qui hoc duce adversus Dionysium arma ceperant classe conflixit, sed victus ol. CVI. 1 (356) sibi mortem conscivit (Diod. XVI. 11. 16). Eius Σικελικά in duas partes divisae erant, quarum altera septem libris res Siculas ad captum usque Agrigentum (ol. XCIII. 3 = 406) continebat, altera libris quatuor Dionysii maioris res complectebatur (Diod. XIII. 103. cf. Cic. Q. Fr. II. 13. Dionys. ep. ad Pompeium c. 5). Duobus praeterea libris Dionysii minoris gesta per quinque annos persequebatur (Diod. XV. 89). De eius dicendi genere Cicero l. c. sic iudicat: *Siculus ille capitalis,*

creber acutus brevis (cf. fr. Hortens. p. 479 Or.) *paene pusillus Thucydides;* doctum idem et diligentem dicit Divin. I. 20, 39. De rebus et reliquiis eius disseruit Goellerus in libro *de situ et origine Syracusarum* p. 103 — 176. Haec de Henrichseni annotatione excerpsimus. Ab eodem sumimus quae de Theopompo et Ephoro addenda videntur, sed in brevius contracta. Igitur *Theopompus* Chius natus anno fere 380 a. C. Laconismi damnatus et urbe pulsus, sed quadraginta et quinque annos natus ab Alexandro restitutus est; post eius mortem in Aegyptum abiit (Phot. cod. 176). Ab Isocrate in arte oratoria eruditus cum Naucrate Theodocte et Isocrate minore in certamine de Mausoli regis laudibus dicendis ab Artemisia proposito congressus superior visus est (Gell. X. 18). Scripsit Hellenicorum duodecim libros res Graecorum a fine Thucydidis ad ol. XCVI. 3 (394) tractantes et Philippicorum libros quinquaginta octo (Diod. XIV. 84. XVI. 3), historiam universalem ad res Philippi et Macedonum tanquam caput spectantem et relatam. Optime de eo disseruerunt Pflugk. (de Th. Chii vita et scriptis, Berol. 1827.) et, qui eius reliquias collegit, Wichers (Lugd. Bat. 1829.). *Ephorus* Cuma Aeolidis oriundus historiam universalem composuit (*τὰ καθόλου πράγματα* Polyb. V. 33. *τὰς κοινὰς πράξεις* Diod. IV. 1. V. 1.) libris triginta ab Heraclidarum reditu ad Perinthi obsidionem (cl. CIX. 4. 341 a. C.). Alia eius scripta philosophica et rhetorica commemorat Suidas. Magnis laudibus elatus est a Polybio exc. Vat. Maii vol. II. p. 402.

XIV. 58. *Xenophon*] natus ol. LXXXIV (344 a. C.) mortuus non ante ol. CVI. 2 (355). De rebus eius gestis videndus Kruegerus in Quaestt. Critt. de Xenophontis vita (Halis Sax. 1822.); de scriptis, quae exstant, memorare non attinet.

Callisthenes] Olynthius Aristotelis consobrinus Alexandri comes et ab eo denique crudeliter interfectus, cuius rei alii aliam causam tradunt, Arrianus IV. 10. Plut. Alex. 53. Curt. VIII. 5, 13. 8, 21. Suidas in v. Scripsit Hellenicorum libros decem a pace Antalcidae (ol. XCVIII. 2. a.

C. 387.) ad templum Delphicum usque a Phocensibus direptum (ol. CVI. 2. 355.): v. Diod. XIV. 117. XVI. 14. Libellum eiusdem de bello Troiano commemorat Cicero Divers. V. 12.

Timaeus] Andromachi f. Tauromenites natus circa ol. CVI. (356) ab Agathocle Syracusis pulsus Athenis historias scripsit, quarum propter maledicentiam *Επιτιμαίου* convicium audivit. Mortuus est annos natus nonaginta sex (v. Polyb. XII. 28, 6. Plut. de exsil. 14. et de morte eius Lucian. Macrob. t. III. p. 224 Reitz). Historiis res Graecorum Siculorum Italicorum ad a. usque 264 a. C. complexus est, ut quinque libris extremis de Agathocle exponeret (Diod. exc. p. 561 Wess. Polyb. XII. 15, 2), Pyrrhi bellum singulari libro narraret: v. Cic. Divers. V. 12. Dion. Hal. Antiq. R. I. 6. cf. Polyb. III. 32. Niebuhr. Hist. R. vol. III. p. 590. Propter sententias concinnas Asiaticum genus dicendi sectatus dicitur Ciceroni in Bruto 95, 325. De vita eius et reliquiis v. Goeller. de situ et orig. Syracusarum p. 177—306.

60. *quid ergo? est, fatebor, aliquid tamen*] hanc distinctionem a Lambino et Pearcio praemonstratam sequor. *Quid ergo est* non est se corrigentis, ut Henrichsenio visum, sed exspectationem audientium erigentis; id quod perite docuit exemplis, quem antestatur, Aug. Matthiae ad Cic. Rosc. Am. 13, 36. cf. Beier. ad Tull. §. 5. p. 11. Sed eadem sententia inest, si distinxeris, ut fecimus. Ita quidem interpungendum videbatur, quia sequentia illa *aliquid tamen* verbo *fatebor* a prioribus, unde pendent, seiuncta, aut verbo *est* carere non posse videbantur aut enuntiari debuisse oratione obliqua sic: *fatebor tamen aliquid esse.* De significatione adverbii *tamen* v. ad c. 22, 91.

ob aliud] quanto verior haec sit, quam vulgaris scriptura *aliam ob causam* in oculis positum est. *Alius* infinite pro *alius quis* centies legitur; velut Cic. p. Cael. 3, 7: *aliud est maledicere, aliud accusare.* Quintil. X. 7, 25: *quando non aliud agimus.*

ad Misenum] Misenum promontorium portus et urbs Campaniae loco nobilium villis plenissimo, quarum etiam Antonii fuisse discimus.

illorum † cantu orationem meam quasi colorari] Ernesti emendatio *illorum tactu*, in quam defendendam advocat N. D. II. 15, 40: *is eius* (solis) *tactus est, non ut tepefaciat solum, sed etium saepe comburat*, nec intelligi nec illo loco explanari potest. *Tactus* enim *solis* paene proprie dicitur, cum radii solis in subiecta demittantur, velut manus tangentis, nec minus sentiantur. Verum *oratio* nec *tangitur* omnino nec in scriptis inest quicquam, quo tangi possit. *Cantus* sane haudquaquam expeditum est ad intelligendum, sed tolerabilem tamen sensum efficit. Dicit Antonius sese clandestina quadam et quasi tacita librorum Graecorum vi orationem suam affici et colorari sentire. Eam *vim cantum* dicit, nove quidem, sed eleganter. Est enim in oratione *cantus quidam obscurior*, ut Cicero ait Or. 18, 57., isque eo certius et inter legendum animadvertitur et post lectionem etiam in animo residet, quo iucundior est ad audiendum oratio et verba numerosiora: quorum utrumque in Graecos in primis cadit. Ita Graecorum suavitate suum animum repleri et orationem tingi Antonius sentiebat. Ceterum de colorando vultu veri simile est animadvertitque Ruhnkenius ad Tim. Lex. Plat. p. 78. obversatum Ciceroni locum Platonis Ep. VII. p. 718 F.: *οἱ δὲ ὄντως μὲν μὴ φιλόσοφοι, δόξας δὲ ἐπικεχρωσμένοι, καθάπερ οἱ τὰ σώματα ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἐπικεκαυμένοι.*

61. *philosophos vestros*] Catulo et Crasso laudatos. Infra III. 47, 182: *Aristoteles, Catule, vester.* 49, 187: *ab eis philosophis, quos tu maxime diligis, Catule.* Contulit Pearcius.

qui orationes scripserunt suas] hac circumlocutione oratores Cicero designat, cum historici orationes quidem libris suis inserere soleant, sed quasi aliorum ore pronuntiatas.

XV. 62. *videtisne*] tritum sane *ne* interrogans aliquando pro *nonne* dici, ut sequi responsum affirmans oporteat, in quam rem plures auctores laudavit Henrichsenius.

Sed cum dicit Ernestum, quem alibi etiam (velut Verr. II. 46, 112. cf. clavem in *ne*) haec particula affirmative dicta male habuerit, iniuria correxisse ex antiquissimis editionibus §. 64. *videtisne ulla esse praecepta*, erravit. Haec enim scriptura et bonos nec paucos testes habet et ad sententiam longe lectior est; v. comm. crit. l. c.

63. *quid actum aut dictum sit*] Muelleri exstat coniectura sane infelix *factum*, cuius firmandae causa utitur loco c. 40, 169., quo legitur *ex aliorum factis aut dictis aut eventis*. Centenos conferre potuisset, quibus eadem aut similia exstant, nec tamen efficeretur inde quod vult. In *faciendo* enim cum id solum spectetur quid a quoque conficiatur et quasi gignatur, in *agendo* autem etiam quo consilio et qua via et ratione et quibus consequentibus, sequitur *facta* dici *τὰ γεγενημένα*, *acta τὰ πεπραγμένα* et utrumque *dictis* bene opponi. Ita *acta Pompeii* i. e. ab eo gesta dicuntur, *acta anni* i. e. quae eo anno facta sunt s. evenerunt, et *ante acta dictaque* iure coniunxit Quintilianus V. 10, 28.

causae vel casus vel sapientiae] id est *in sapientia positae* s. quaerendae. Vide annotata ad I. 3, 9.

64. *fusum atque tractum*] explicabimus ad c. 50, 202.

sine sententiarum forensibus aculeis] de hoc figurae genere dictum ad I. 45, 199.

admonita] v. ad 22, 94. et 74, 302.

in his artibus, quae traditae sunt] legebatur *illis*. Similia plura Henrichsenius ad II. 1, 2. Muellerus II. 11, 45. Orellius cum Manutio et Lambino II. 77, 312 correxerunt cum libris adiuti, tum de coniectura, partim recte partim secus. De omnibus locis, quibus *is* et *hic* in libris confusa reperiuntur, certa constitui non sane possunt, tenendaque ambiguorum ea, in quibus optimi fontes conspirant. Recte sic Buechnerus ad Cic. Rosc. Am. p. 143. Nec male Kritzius ad Catil. II. 5. p. 11. Prisciano nixus XVII. 9, 58. Goerenzio praeeunte ad Legg. I. 9, 27. annotavit *hic* pro *is* poni, cum vel levissima significatione res tanquam praesens cogitari possit. Sed longius progrediendum censeo.

Nam sic etiam *hic* legitimam habet vim et sedem, cum loquenti quaedam cum re, de qua dicit, intercedit necessitudo, ut vel in ea versari studiosius aut ea tangi qualicunque de causa videatur. Bene igitur dicit Antonius *in his artibus*, ut ostendat a se inspectas et tractatas; *in illis* non est nisi correlativi forma relata ad sequens *quae*. De Or. I. 3, 10: *quis huic studio literarum, quod profitentur ii, qui grammatici vocantur, penitus se dedit.* Dixit *huic*, quod ipse amaret, sed *ii qui grammatici vocantur*, quod est genus hominum ipsius dignitati longe inferius. II. 1, 3: *quae quidem esset in his artibus, de quibus aliquid existimare possem.* Male Henr. *iis*. 11, 45: *ex his enim fontibus — licebit etiam laudationem ornare.* Male Muell. Or. Henr. *iis*; sunt enim *qui nobis oratoribus patent et a nobis inspiciuntur.* 30, 132: *non his subductionibus, quas isti docent* i. e. tritis illis, quas a rhetoribus vulgo traditas scimus. 31, 135: *in his ipsis, ubi de facto ambigitur* i. e. in causis iudicialibus, quae oratorem propius attingunt. 39, 162: *edo — si quem nunc plane rudem institui ad dicendum velim, his potius tradam assiduis — qui omnes tenuissimas particulas — in os inserant. His*, quippe rhetoribus vulgaribus, quos quotidie videre licet. *Iis* ne dici quidem potuit. 77, 312: (causae) *quae plurimos exitus dant ad eius modi degressionem, ut his locis uti liceat, quibus animorum impetus — aut impellantur aut reflectantur.* Posuit *his*, quod oratorem studiosius curare oportet, ut moveat, quam ut doceat. Male Or. Henr. *iis*. 84, 341: *sed tamen — sit a nobis quoque tractatus hic locus.* Male vulgo *is*. III. 18, 65: *sed utrumque est in his, quod ab hoc, quem instruimus, oratore valde abhorreat.* 29, 117: *atque hae quidem disputationes, quae ad cognitionem referuntur, sic fere a doctissimis hominibus describuntur. Hae*, quippe in quibus tractandis modo versati sumus. Fin. I. 4, 12: *hanc omnem quaestionem — a nobis explicatam his literis arbitramur.* Recte *his* Ern. Goer. ex codd. quibusdam et edd. vett.; sunt enim quibus operam studiose dedisse confirmat. Dubia res est codicibus bonis non ita consentientibus de Or. II. 25, 108 et 111. 55, 202. 71, 291.

III. 2, 8. 15, 58. 27, 108. Sed recte Henrichsenius aliive *is* pro *hic* subrogarunt de Or. II. 1, 3. 5, 21. 12, 52. propter codd. quidem; 56, 229. Nos correximus I. 1, 3: *in eis vel asperitatibus rerum vel angustiis temporis* i. e. in eiusmodi. Legebatur *his*, quod non deterius est praesentes significans; sed libri sequendi erant.

65. *duo genera ad dicendum dederunt*] id non est *de quibus dicerent*, nam dicendi genera oratione s. disputatione tractare non oratorum, sed oratoriae artis magistrorum est; sed *ex quibus ad dicendum argumenta sumerentur*. Hinc et intelligitur verbis dandi accipiendi curandi nec semper gerundiva, sed etiam gerundia cum praepositione addi, et quod sit utriusque generis discrimen. Cic. Rosc. Am. 21, 58: *quid mihi ad defendendum dedisti* i. e. non *quod defenderem*, sed *quo in defensione uterer*. Male faciunt grammatici plerique rem ne verbo quidem tangentes.

66. *quanta sit solis magnitudo*] haec et lunae multum agitata a physicis est; v. Acad. II. 26 et 41. Fin. I. 6, 20. Wyttenbach. ad N. D. II. 40. p. 761. ed. Moser.

notatae sunt] frustra sunt qui vitiosam scripturam *notae* defendunt. Ut possit hoc intelligi, non dicitur tamen estque ἄκυρον, cum alterum legitimum sit et testatum. Iure Pearcius comparavit Cic. Partitt. Or. 18, 61: *alterum genus* (quaestionum) *nullis neque personis neque temporibus notatum*, et 30, 106: *quae* (controversiae) *sunt certis personis et temporibus notatae;* Muellerus autem de Or. I. 31, 145., ubi eaedem θέσεις dicuntur *designatione temporum ac personarum* carere. Eaedem *certis personis locis temporibus actionibus negotiis cerni* definiuntur Top. 21, 80: quae omnes sunt admodum similes inter se eiusdem rei descriptiones.

XVI. 69. *sic statuo, ut*] periodus longior et varie insertis membris interrupta et corruptelas effecit, de quibus in comm. crit. monitum, et praepostera corrigendi quae sana sunt studia. Quippe Lambino et Heusingero infinitivi displicebant, ut scribendum suaderent *necesse est*, item *potest cuius vis* et post *neque est*. Pearcius infinitivos propter librorum consensum cum retinuisset, postea *neque enim est*

scripsit et haec usque ad *persequuntur* parentheton voluit esse: recte, praeter additum *enim*, quod etsi commode dictum esset, nisi librorum plurium fide addi non debuit. Schuetzio in ed. mai. infinitivis in apodosi tantum opus videbatur, restituit tamen ceteros in editione minore. Henrichsenio, si locus, ut fecimus, scriptus sanus sit, infinitivi protaseos a *statuo* pendere videntur. Id quidem fieri non potest in sententiis plane segregatis. Sed ex apodosi subaudiendum *arbitror*, ut sententia ita cohaereat: *arbitror hunc — qui illam vim adeptus sit — de toto ille genere non plus quaesiturum esse — quam Polyclitum illum: ut* (id est *quem ad modum*) *in ceteris artibus, cum tradita sint difficillima, reliqua tradi non necesse esse* (arbitror); *ut* (i. e. *velut*) *in pictura qui hominis speciem pingere perdidicerit hominem posse cuius vis aetatis pingere* (arbitror) *neque periculum esse* etc.

neque est omnino ars ulla in qua omnia — a doctore tradantur] sententiam a Cicerone sumpsit nec minus eleganter exsecutus est Quintilianus VII. 10, 8 sqq. Idem Ciceronianorum non satis accurate recordatus quae de signo Minervae et minoribus in clipeo operibus a Phidia factis leguntur infra c. 17, 73. ad Iovis statuam ab eodem artifice elaboratam refert II. 3, 6.

70. *Polyclitum*] „Polyclitus Sicyonius vel Argivus celeberrimus statuarius et architectus Ageladae discipulus teste Plinio (H. N. XXXIV. 19.) ol. LXXXVII. (432 a. C.) floruit. Inter eius opera inprimis eminebat Iunonis signum ebore et auro elaboratum in Heraeo inter Mycenas et Argos sito (Paus. II. 17, 4.) et Doryphorus, de quo Plinius l. c.: *idem et Doryphorum viriliter puerum fecit, quem canona artifices vocant lineamenta artis ex eo petentes velut a lege quadam, solusque hominum artem ipse fecisse artis opere iudicatur*; cf. Cic. Brut. 86, 296. Antiquorum artificum severitatem emollire studebat ideoque non tam maiestatem et magnificentiam, ut Phidiae statuae, quam decorem et venustatem referebant eius opera: cf. Strab. VIII. 6. p. 372. Quintil. XII. 10, 7. Eius Hercules cum hydra Lernaea pugnans hoc solo loco commemoratur.“ *Henrichsen.* Plura

de Polyclito suppeditant Winkelmanni Opera vol. VI. 1. p. 47. Meyeri hist. artis fingendi Graecorum I. p. 66. II. p. 61. Silligius in catal. artificum p. 361. sqq. C. O. Muellerus de Phidiae vita p. 49. sqq.

XVII. 71. *posuisse, inquit*] addidi ex libris *inquit*, quod neque addere omnino, nec eo potissimum loco librario ulli in mentem venire potuit: longe enim erat expeditius post *videris* poni. Sed is locus verbi in primis Ciceronianus est. Solent enim verba loqui incipientis ita poni, ut in minuta quaedam membra concidatur oratio. De Or. I. 17, 74: *tum ridens Scaevola: non luctabor, inquit, tecum, Crasse, amplius.* 18, 80: *tum Antonius: probas mihi, inquit, ista, Crasse, quae dicis,* 22, 99: *tum ille: immo vero, inquit, Sulpici, rogemus Antonium.* 23, 105: *quem tu mihi, inquit Mucius, Staseam — narras?* 27, 122: *tum Antonius: saepe, ut dicis, inquit, animadverti, Crasse.* 30, 136: *tum Sulpicius: o diem, Cotta, nobis, inquit, optatum!* II. 7, 26: *tum Caesar: equidem, inquit, Catule, iam mihi videor navasse operam.* 14, 59: *haec cum ille dixisset: quid est, inquit, Catule? Caesar.* 28, 124: *tum Crassus: tu vero, inquit, Antoni, perge.* 74, 298: *dicam equidem, Caesar, inquit, quid intelligam.* 90, 367: *et Catulus: quid? quod dixisti, inquit, Crasse.* III. 22, 82: *tum Catulus: haudquaquam hercle, inquit, Crasse, mirandum est.* ib. 83: *hic Crassus: hoc tibi, inquit, Catule, primum persuadeas velim.* 24, 90: *iamiam, inquit Catulus, intelligo, Crasse, quid dicas.* 33, 132: *tum Crassus: non in hac, inquit, una, Catule, re.* 36, 144: *tum Cotta, equidem, inquit, Crasse, non possum queri.* ib. 146: tum Caesar: *unum, inquit, me ex tuo sermone maxime, Crasse, commovit.*

deduxisti] mirum *diduxisti* potuisse probari viro docto Augusto Matthiae in Seebodi Misc. Cr. I. p. 681. Id significaret, si dictum est ulli, hominis vim et laborem inter plurima genera distineri velle. Sed contra plane Catulus; in Antonio enim illud laudat, quod ab infinita multitudine dictionum oratorem avocet et causarum deliberationumque campo includat. Igitur *deducere in duo genera* est duo sola

genera tractanda assignare; figura ab illis sumpta, qui in locum quendam laboris operisve fungendi causa deducuntur. Haud paulo imprudentius Schuetzius *totum* delevit, non posse enim dimidium hominem deduci. Quasi *totum hominem* (oratorem) *deducere* non sit idem quod totum oratoris munus aliquo includere. Ceterum perapte Catuli personae ab oratoria arte alieni, Graecis literis deditissimi dubitatio tribuitur anne sint causis iudicialibus et suasionibus maiora et graviora dictionum genera.

72. Ad hanc Catuli dubitationem Antonius respondet causarum agendarum munus omnium esse difficillimum. Cuius praecepta cum ex Antonio ille audire cupiat, quod Graeci non satis faciant exspectationi suae, primum Antonius totam Graecorum doctrinam ridiculam esse ait, deinde ne posse quidem eius artis doctrinam cogitari affirmat, sed opus esse ingenio felicissimo literis aliquibus studio indefesso exemplis ad imitandum aptis. Horum autem praestantissima cuiusque imitari decere. Qua occasione data ad id digreditur, ut Graecis documento usus demonstret aetatibus singulis singula dicendi fuisse genera, suis quibusdam bonis conspicua et imitatione digna. (17, 72 — 24, 98.)

cum aut docendus is est] clarum referri *is* encliticum ad iudicem causae dominum futurum; in quo cum nulla esse ambiguitas possit, efficitur, ut abundet. Ea abundantia multis praeterea locis reperitur. De Or. I. 6, 23: *sed cum illa pateant in promptuque sint omnibus neque ea interpretatione mea aut ornatius explicari aut planius exprimi possint, dabis hanc veniam.* II. 6, 22: *saepe ex socero meo audivi, cum is diceret.* 18, 75: *invitatus* (Hannibal) — *ut eum audiret, cumque is se non nolle dixisset;* sic enim ex bonis libris scribendum fuit, cum *is* abesse soleat. III. 45, 178: *terraque ut media sit eaque sua vi nutuque teneatur.* Divers. IV. 3, 3: *quae ego experiens quotidie sic probo, ut ea mihi salutem afferre videantur.* Att. I. 16, 4: *aut cum tabulas Metelli Numidici, cum eae, ut mos est, circumferrentur, nostri iudices aspicere noluerunt.* Recte *eae* Orellius ex cod. Med.; vulgabatur *hae.* X. 15, 4: *saepe enim ascripsit, ut Gallio,*

quantum is vellet, darem. Tusc. IV. 9, 22: *quem ad modum igitur temperantia sedat appetitiones et efficit, ut eae rectae rationi pareant.* Quod vulgabatur *hae*, correctum nuper ex cod. Regio. V. 21, 78: *nunquam naturam mos vinceret: est enim ea semper invicta.* Fin. I. 17, 55: *quod idem licet transferre in voluptates, ut ea maior sit, si nihil tale metuamus.* III. 2, 4: *quin etiam agricultura, quae abhorret ab omni politiore elegantia, tamen ea res, in quibus versatur, nominibus notavit novis.* Acad. II. 9, 27: *quod si omnia visa eius modi essent, qualia isti dicunt, ut ea vel falsa esse possent neque ea posset ulla notio discernere.* Divin. II. 2, 4: *naturales esse quasdam conversiones rerum publicarum, ut eae tum a principibus tenerentur, tum a populis.* 32, 69: *stellas aureas — decidisse neque eas usquam repertas esse dixisti.* Cat. M. 15, 51: *quae* (terra) *cum gremio — semen sparsum excepit, primum id occaecatum cohibet.* Liv. XLIV. 15, 8: *munus tamen legatis in singulos binum millium aeris missum est; quod ii non acceperunt.* Sed excusatur additum *is* perspicuitatis nomine Off. III. 31, 112: *L. Manilio A. F., cum dictator fuisset, M. Pomponius tr. pl. diem dixit, quod is paucos sibi dies ad dictaturam gerendam addidisset.* Spectat enim subiecta sententia ad nomen remotius. de Or. II. 61, 224: *norat hunc gurgitem: metuebat, ne, cum is nihil haberet, nihil esse ei relictum putaretur.* Rosc. Am. 14, 41. cum legatur *quare is patri displiceret, is* significat *is potissimum, ἐκεῖνος μάλιστα,* diciturque cum vi et sono. Non persequor *is qui* paulo gravius quam *qui* dictum, de quo diximus ego in Comm. Cr. ad I. 14, 62. et Buechnerus ad Rosc. Am. p. 142.; nec *is* sequentibus *si quis* dictum, ut fit Phil. VII. 8, 24.

73. *veritatis*] *suavitatis* Muellerus coniectura audaci ac falsa, cuius causas quamvis multis verbis expositas non intelligo. Singulis actionis virtutibus ante memoratis adiicitur tanquam cumulus quidam *veritas*, in quo nemo quicquam desideraret, si adderetur *omnino* s. *denique.* Iure interpretes provocarunt ad *affectus falsos actorum*, quae Quintilianus habet VI. 2, 35., quippe veris oratorum contrarios.

Phidias] summus in fingenda Deorum granditate artifex natus circa ol. LXXIII (488 a. C.) Periclis amicus et in urbe ornanda adiutor; mortuus in vinculis publicis, quod suam et Periclis imaginem in clipeo Minervae inclusisset ol. LXXXVII. 1. s. 432 a. C. (Plut. Pericl. 31.). Minervae in arce Athenarum statuam describit Plinius H. N. XXXVI. 4, 4. cf. Pausan. I. 24, 7. Eius vita ars opera fusius tractantur a Winkelmanno Opp. VI. 1. p. 35 sqq. Meyero Hist. artis fingendi apud Graecos vol. I. p. 59. II. p. 51 sqq. Silligio in catal. artificum p. 332 sqq. et praecipue C. O. Muelleri tribus commentationibus de Phidiae vita et operibus, quae Goettingae prodierunt a. 1827.

quem ad modum, ut in clipeo] *ut* a libris abest, necessaria Ernesti coniectura additum. Pearcius corrigebat: *quem ad modum in clipeo, ut idem ille artifex.* Vulgatam scripturam Orellius ex quadam breviloquentia defendit, quali nemo unquam Romanus usus est: fieri enim non potest, ut, quod ille voluit, sententia ab uno *quem ad modum* suspensa idem significet quod haec: *is non sane quem ad modum minora illa opera facere discat laborabit; quem ad modum neque in clipeo Minervae idem ille artifex quo modo minora illa opera faceret laboravit.*

XVIII. 74. *sententias de manibus — extorsimus*] aliquid audacioris figurae in his verbis inesse concedam Handio de Stilo Lat. p. 286., qualium translationum exempla quaedam congessit Garatonus ad Cic. Rull. II. 10, 25., sed propter duritiem displicere nego. *Sententiam extorquere* per se vix figuram, nedum duram, habet; omnis igitur durities inest in addito *de manibus*, in quo significatio potestatis et iuris retinendi quaesita esse videtur, ut assignificetur tamen imago *teli*, cuius iudicis de capite civis iudicantis sententia sane similitudinem refert. Eadem figura usus Cicero infra c. 25, 109: *etenim definitio primum reprehenso verbo uno aut addito aut dempto saepe extorquetur de manibus.* Affine est nec mitius Or. 37, 128: *vehemens* (orationis genus) *incensum incitatum, quo causae eripiuntur.* Dictum est figurate quod proprie *rei eripiuntur.*

75. *peripateticus — Phormio*] ridiculi hominis memoria etiam ab Stobaeo servata, sed ut Stoicum fuisse significetur, si quidem eandem rem ille et Cicero tangunt, de quo sane dubitare licet. Stob. Floril. tit. 54. vol. II. p. 349. ed. Lips. Gaisfordi: *Ἀννίβας ἀκούσας Στωϊκοῦ τινὸς ἐπιχειροῦντος, ὅτι ὁ σοφὸς μόνος στρατηγικός ἐστιν, ἐγέλασε νομίζων ἀδύνατον εἶναι ἐκτὸς τῆς δι' ἔργων ἐμπειρίας τὴν ἐν τούτοις ἐπιστήμην σχεῖν.* Hannibal patria exsul a. u. 559. Ephesi Antiochum convenit: v. Liv. XXXIII. 49.

76. *de imperio*] de imperio non Africae et Italiae, sed orbis certatum esse bello Hannibalico etsi post vulgo animadversum est, inter bellum gerendum nemini in mentem venit. Quam igitur sententiam Hannibal profert apud Livium XXII. 58.: *non internecinum sibi esse cum Romanis bellum: de dignitate atque imperio certare* — ea scriptori ex rebus postea gestis subnata cum quadam probabilitatis specie Poeno tribuitur.

XIX. 77. *ac mihi quidem — sed tamen est*] Has sententias aliter, ac vulgo fit, distinxi. Verbis *sed tamen est eorum doctrina — perridicula* sermo, qui adhuc de Hannibale et Graeculis fuerat, abrumpitur alioque transfertur: non conveniebat igitur illa cum prioribus continuari. Quare plene distinxi ante *sed*. Rursus quod Graeci illi non adeo molesti sint Antonio et quod ab eo non tam contumeliose dimittantur, quam ab Hannibale, natura inter se connexa sunt; maxima igitur distinctione divelli non debebant.

78. *in causae controversiam et in quaestionis*] Pearcius scribi vult *in causam et in quaestionem*, conferens Inv. I. 6, 8. ubi ea Hermagorae verbis (*θέσιν* et *ὑπόθεσιν* Graeci vocant) componuntur. Rectius Harlessius et Muellerus *controversiam* latiore et angustiore sententia esse monent, in quam rem utuntur Cicerone teste de Or. I. 31, 140. Or. 14, 45. Quippe *controversia* proprie est omnis status ambigendi, isque aut infinitus aut finitus esse potest. Inde nata altera significatio est, qua sua demum aetate dici coeptum vocabulum recte dicit Seneca, ut causam finitam, sed fictam significet: v. praef. Controv. lib. I.; quas signi-

ficationes non distinguens Ernestus in lex. techn. Lat. v. *controversia* p. 96. Senecam iniuria vituperat.

in disceptatione reorum] hanc praestantissimam scripturam si Lambinus et Ernestus cognovissent, coniecturis et emendandi negotio abstinuissent. Nuper fuit qui eam impugnaret eo nomine quod *reorum disceptatio* non sit, nisi in qua rei ipsi in ius venirent. Verum *disceptationem inter reos* significat, plane ut controversia, sive ipsi coram iudice litem habent sive per patronum. Nec profecto eleganter diceretur *res posita in disceptatione rerum. Controversia* autem, quod additur, utique suspectum est de interpretatione per *et* adiecta, de quo genere dixi in Comm. Cr. ad II. 33, 144. — Infra 43, 183: *reos appello non eos modo, qui arguuntur, sed omnes, quorum de re disceptatur; sic enim olim loquebantur.* 79, 321: *reos appello quorum res est.* V. Intpp. Festi in v. p. 657. ed. Lindemann. Idem mendum partem codicum et vel optimos Quintiliani infuscavit VII. 2, 15: *cum vero de re et de facto quaeritur;* dudum correctum ex aliis est *de reo.*

de altera parte dicendi] Lambinus delevit *dicendi;* Pearcio placebat corrigi *divisionis;* Ernestus vel delendum vel ad verba *praecepta dant* transferendum putabat. Schuetzio de veritate suboluit, etsi non simillima sunt quae comparat, *genera dicendi* et *opus dicendi;* haec enim *orationem* spectant, illud autem *dictionem, τὸ λέγειν.* Similia sunt de Or. I. 27, 122: *animadverti et te et ceteros summos oratores in dicendi exordio permoveri* i. e. dicere incipientes. 57, 233: *peto, ut, si tibi videtur, disputes de hoc toto iocandi genere quid sentias, ne qua forte dicendi pars — praeterita esse videatur.* Nam *iocandi genus* non id est, quod solet hoc nomine significari, quomodo quis iocetur, sed *iocus* ipse, quatenus cadit in oratorem; *dicendi* autem *pars* est dictionis genus. III. 14, 52: *partes duae faciles fuerunt latine loquendi planeque dicendi* i, e. quibus de elocutione latina et plana dictione ageretur. 29, 111: *res eandem habet naturam ambigendi* i. e. ambiguitatis s. ut de ea ambigi possit. Verr. Accus. II. 32, 78: *a quo pecuniam ob absolvendum ceperis*

i. e. ut absolveres s. ob absolutionem redimendam. *Ad domandum*, quod *ad domitionem* significet, Nonius v. *equuleus* e Cicerone enotavit, v. fragm. p. 485. Or. Eodem pertinet etiam multorum erroribus tritum *censendi causa* i. e. census, quod qui passive intelligunt, Zumptius in grammatica, Gernhardus in opusculis p. 126. alii, non videntur reputasse in censu duobus opus esse, uno, qui censeatur et altero, qui censeat. Sed aliter intelligo de Or. II. 58, 237., ubi cum legatur *id quod in quarto loco quaerendi posueramus*, non interpretor *τοῦ ζητεῖν*, sed *τοῦ ζητητέου* et participium puto esse.

79. *deinde quinque*] *denique*, quae vulgata scriptura est, ad sententiam accommodatum non est, cum post divisionem materiae oratoriae hoc secundum demum inferatur, postea autem sequantur praecepta de exordio narratione divisione confirmatione refutatione peroratione instituendis. De quinque partibus eloquentiae v. ad I. 31, 142. cf. Quintilianum III. 3, 1 — 15.

quatuor quinque sexve partis vel etiam septem] v. I. 31, 143., ubi sex partes commemorantur; alii septimam addere dicuntur degressionem. „Qui quatuor faciunt partes, exordium narrationem confirmationem perorationem ponunt (Partt. Or. 8, 27.), quibus quinta addi potest aut divisio aut confutatio.“ *Henrichsen*. Iniuria hic haesit Ernestus.

80. *post autem dividere — contraria refutare*] tria membra, inter quae medie distingui solet, ut duo quae antecedunt et exordii atque narrationis praecepta continent, virgulis distinxi. Exordium enim et narratio praecipuo oratoris operi praemittuntur, ut peroratio orationem claudit; illa autem tria, divisio confirmatio refutatio ipsum orationis corpus constituunt et quam brevissime a Cicerone percurruntur. Qua de re medium quod est de tribus (*nostra confirmare argumentis ac rationibus*) particula partitionis sive consecutionis indice caret. Ceterum illa *aut proponere*, cum non contineant nisi *divisionis* explicationem nec tam apte dicatur *aut* quam *ac*, abesse a Ciceronis verbis mallem.

83. *in hoc omnis est error*] tenendum a Cicerone sub Antonii persona non universe vituperari studium eloquentiae docendae viaque et arte tractandae, sed eatenus, quod Graeci rhetores in doctrina illa omnia esse putarent, cum sine maximo et ingenio et usu rerum eloquens nemo esse possit.

XX. 84. *omnia — perpolita assequentur*] verbum parum aptum interpretibus visum est, ut Schaeferus *apiscentur* minus etiam accommodate ad sententiam, Schuetzius *nanciscentur* coniiceret. Cum dicatur *notitiam alicuius rei assequi*, id est consequi quod quaesivimus, velut *aliquid in dicendo assequi* de Or. I. 29, 133. et similia plurima, non intelligo quid prohibeat, quo minus hic quoque *assequi* interpretemur *potiri*, ut sententia haec sit: *qui rhetores audire et libros eorum legere voluerint, nullo negotio ad cognitionem rerum, quae desiderant, pervenient; sunt enim perfecta et elaborata, quantum perfici in his diligentia potuit.* Hoc ut recte perspiciamus, verba sic componi oportet: *assequentur iam explicata et perpolita* (res dudum explicatas et perpolitas) et quidem *omnia* talia; ne putemus in *omnia* subiectum latere.

ludus campusque noster] *campus* Romanis cum praeferentia *Martius* dicitur, in quo adolescentes Romani currendo hastis iaciendis armis equis tractandis sese exercebant; nandi Tiberis praeterfluens opportunitatem suppeditabat. v. de Or. II. 62, 253. 71, 287. Intpp. ad Horat. Carm. III. 12, 6. Serm. II. 1, 8. Beier. ad Cic. Off. I. 29, 104. Vegetius de Re Mil. I. 10: *Romani veteres, quos tot bella et continua pericula ad omnem rei militaris erudiverant artem, Campum Martium vicinum Tiberi delegerunt, in quo iuventus post exercitium armorum sudorem pulveremque diluerent ac lassitudinem cursusque laborem natando deponerent.*

85. *tinctus literis*] nec levissime nec accuratissime literis imbutus; quorum si illud fuerit, magnum oratori vel Antonio teste subsidium decessurum erat, hoc autem secundum eiusdem sententiam Graecos et umbraticos decebat. Haec explicatio et in verbum ipsum convenit ab *imbuendo* paulo diversum, et personatus Cicero eam praemonstrat c. 17, 72. Recte in mulierem cadit, quod Laelia Sapientis

filia *patris elegantia tincta fuisse* dicitur Brut. 58, 211., id est aliquam nec spernendam paternae elegantiae imaginem referebat. Nam non adversatur quod aliquid *totum arte tinctum* dicitur de Or. II. 27, 120. Discrimen enim facit additum *totum;* et ne sic quidem significat *totum in arte positum*, quod ratus Bakius *nixum* corrigit admodum infeliciter, sed *artis quadam specie praetextum* s. artis colorem prae se ferens.

si vir quoque bonus mihi videbitur] Cato oratorem finiebat *virum bonum dicendi peritum:* Cicero Antonii persona hic et sua ipsius de Inv. I. 3, 4. etsi multum videtur emendatis oratoris moribus tribuere, tamen summam eloquentiam etiam in malo cive inesse posse significat; uterque pro seculi sui ingenio. Ad Catonem revolvitur Quintilianus II. 15, 1. cf. XII. 1, 1. Dudum id in oratore postularat Aristoteles Rhet. I. 2, 4. II. 1, 5.

86. *de quodam clamatore*] perversa scriptura *declamatore*, quam iubentibus libris optimis sustulimus, et re et verbo damnanda erat. *Declamare* enim cum proprie affine fuisset *decantando*, sed in peius deflexum, plane ut nostrum *abschreien*, quo sensu legitur Verr. Accus. IV. 66, 149., simili etiam Divers. III. 11, 2. (*est maiestas, ne in quemvis impune declamare liceret* sc. crimina magna voce proferre), facile transitione effectum est ut de excitando praeparatis orationibus, maxime in ludis, ingenio diceretur; de vera oratione, cuius munus in re publica et foro cernitur, dictum non est. Sed qui voce, cum arte non valeat, abutitur, ut vim auditoribus faciat, quia nec docere nec movere eos potest, is *clamare* dicitur et *clamatoris* nomine appellatur, aliquando *rabula*, quam vocem cum a *rabie* veteres duci voluerint, genus inde dicendi quale fuerit perspicitur. Illorum frequens est in libris et scriptis et incuriose editis confusio. Cavendum tamen esse, ne *declamare* et *declamationem*, quae actionem solam significant, de opere ipso et praeparanda ficti argumenti oratione dici putentur, scite monuit Meyerus ad Brut. 90, 310. Male igitur *declamator* hoc Ciceronis loco legebatur. Nec enim erant illo tempore

declamatores scholastici adeo pervulgati, cum leve periculum ludi aperiendi a L. Plotio factum Crassus censor repressisset; et *clamare* hominis est non in ludo se aliosve exercentis, sed in foro et iudiciis inepte desaevientis. Recte *declamator de ludo* opponitur *rabulae de foro* Or. 15, 47. nec minus apte *declamator*, quippe cui ludus est ingenii ostendendi campus, cum *laboris et fori discipulo* ex diverso comparatur p. Plancio 34, 83. *Septendecim dies in Ciceronem declamitasse* Antonius dicitur apud Tiburtinum Phil. V. 7, 18. quippe orationem in eum meditatus, etsi risus movendi causa Cicero addit factum sitis quaerendae gratia: hanc enim illi declamandi causam esse solere. De Hirtio et Pansa, quos aliquando, ut Caesari gratificaretur, in dicendo exercuerat, Cicero ad Att. XIV. 12, 2: *haud amo vel hos designatos, qui etiam declamare me coëgerunt, ut ne apud aquas quidem acquiescere liceret.* Hinc quomodo de philosophia scribere ei *senilis declamatio* visa sit intelligitur, Tusc. II. 11, 26. *Clamatores* autem *oratoribus* opponuntur Brut. 49, 182. quippe mali bonis, dicunturque ex inepta Coracis et similium magistrorum doctrina proditurí *clamatores molesti et odiosi* de Or. III. 21, 81. Sed contrarium illi, unde profectus sum, vitium secundum libros correxi de Or. III. 34, 138. ubi Pericles a doctissimo viro Anaxagora eruditus, non *a clamatore quodam doctus* dicebatur *ad clepsydram latrare.* At *clamatores* omnino neminem docent, igitur ne Periclem quidem potuerunt, sed suam ipsi rem agunt; Cicero autem *declamatorem*, id est rhetorem cum philosopho magistro comparaverat.

testes domestico praeconio colligentis] id est *suo.* Praeconio suo testes stultitiae quam plurimos colligit, qui coram plurimis aliquid cum magniloquentia profitetur; ita clamator corona circumdatus facit, cum oratorem agere invita Minerva vult.

XXI. 88. *verbis effervescentibus*] figura a musto sumpta in lacu fervente; quare etiam *oratio de lacu fervida* in Bruto 83, 288. opponitur *veteri quasi Anicianae notae;* illa enim *de musto* interpolatoris sunt et illis explicandis adiecta.

Eodem spectant quod iuvenilem illum ardorem Rosciana actione ostensam *defervisse* denique Cicero dixit Or. 30, 107. ubi vide Goellerum. Ut hic *verba nimium redundantia*, ita illic §. 108. *iuvenilis* exstat *redundantia*, apud Quintilianum *iuveniliter dictum*, quem ad modum idem lascivientis orationis vitium Graecis vocatur *τὸ μειρακιῶδες, παιδαριῶδες, νεαρόν, νεανιεύεσθαι.* Totam illam, unde evagati sumus, sententiam a fecunditate iuvenili vocabulo Ciceroniano orsus elegantissime expressit et felici imitatione assecutus est Quintilianus II. 4, 6. In eandem sententiam Goellerus l. c. illud Attii apud Gellium XIII. 2. comparavit: *quod in pomis est*, inquit, *itidem esse aiunt in ingeniis; quae dura et acerba nascuntur, post fiunt mitia et iucunda; sed quae gignuntur statim vieta et mollia atque in principio sunt uvida, non matura mox fiunt, sed putria. Relinquendum igitur visum est ingenio, quod dies atque aetas mitificet.*

89. *ludum ad discendum*] quod ineptam scripturam *dicendum* ab Ernesto inde proscriptam restituerunt Schuetzius et Orellius satis mirari non possum. *Ludus ad dicendum* non potest esse nisi *institutus ad dicendum*, id est rhetoris schola et quasi officina. Hanc plane contemnens Antonius totam disputationem sic ab initio informavit, ut homini ingenioso usum et forum et praestantium exemplorum imitationem pro ludo et declamatoria sub magistro exercitatione esse velit. Recte comparavit Heusingerus contra Ernestum disputans illud Bruti 90, 311: *non ut in foro disceremus, quod plerique fecerunt.* Nam quod Antonius commendat, Cicero tacite vituperat quippe *αὐτοδιδάκτῳ* tribuens, non Crasso, quem literatissimum videri vult. Bakius autem verba *ad discendum* damnat tanquam non necessaria. Quam multa sic damnanda essent!

C. Norbanum] de ea causa v. ad c. 47, 197.; acta est a. 660.

ea non satis proficere potuisset] *proficere* progredi significare Quintiliani exemplo I. 1, 36. docuit Ernestus; quo loco quae Spaldingius ascripsit consuli possunt. *Ea* abla-

tivum esse sequentia docent, etsi per se elegantius *natura* dicitur *proficere.*

XXII. 90. *atque ita, ut — persequatur*] haec verba interpolatoris manu ex §. 82. huc transscripta putant Sch. et Matth. in Seebodii Misc. Cr. I. p. 681. eaque causa illi fuit, ut ex Gu. 3 corrigeret *excellent*, quod etiam nos propter codd. optimos fecimus. Reddi quidem ratio sententiae his positae potest. Nam illa *ita ut — diligentissime persequatur* non a verbis *quae imitetur* suspensa sunt, sed a *demonstremus;* ut *ita* sit *ea quidem lege* s. hoc addito monito, *ut persequatur maxime excellentia.* Cui praecepto deinde accedat discentis exercitatio et diligentia oportet. Qui paruerit et adhibuerit in deligendo exemplo imitabili vigilantiam, maxime excellentes eius partes *persequatur necesse est.* Sic igitur sententia recte constat: manet autem scrupulus ille, quod eadem plane verba intra spatium sane exiguum redeunt.

91. *Fufius*] de nomine v. Comm. Crit. ad I. 39, 179. — De illo, quod antecedit, *vitiosi — vitiosum esse* quid mihi videatur in Comm. Crit. indicavi.

nervos — C. Fimbriae, quos tamen habuit ille] *C. Flavius Fimbria* est Marii iterum consulis collega a. 650. De eius dicendi genere truculento aspero maledico, cum tamen virtute animi et vita bonus in senatu auctor esset, inspici potest Ciceronis iudicium in Bruto 34, 129. *Latitudinem verborum πλατειασμόν* dicit, sive vastam oris diductione et plenitate pronuntiationem, quam *rusticitatem verborum* vocat Quintilianus XI. 3, 10. Cf. Cic. de Or. III. 11, 42. 12, 45. In Bruto 74, 259. Graecum *πλατειάζειν literas dilatare* Latine redditur. — Accuratius quae consideretur digna est vis particulae *tamen* vulgari et usitatae paulum dissimilis nec satis animadversa; *ἠθικήν* dixerim. Significat enim concedendum esse aliquid, etiam si nolis sive iudex sis paulo iniquior, nostrum *jedenfalls, δήπου.* Vim dicendi in Fimbrio fuisse dicit Antonius, quicquid de reliqua eius natura et ingenio iudicaveris, sive bene sive iniquius de eo existimaveris. De Or. I. 47, 205: *nam nunc quibus studendum rebus esset accepimus, quod ipsum est tamen magnum;*

quippe plura audire cupiverant, sed qualiscunque eorum fuerat exspectatio, iam tamen auditis contentos esse decebat. 61, 259: *quae si omnia summa non sunt* (*et pleraque tamen magna sunt*) *necesse est ea ipsa, quae sunt, mirabilia videri.* II. 7, 29: *sed quia tamen hoc totum, quicquid est, — nisi accessit os, nullum potest esse: docebo vos, discipuli, id quod ipse non didici.* Sic scripsi ex codd. In vulgata scriptura *sed tamen, quoniam,* plane otiosum est *tamen.* Sed significat *utut est, quicquid dixeris.* 14, 60: *quid ergo? est, fatebor, aliquid tamen;* i. e. sive velim sive nolim hoc fateri necesse est. 48, 198: *vix ut mihi tenuis quaedam venia daretur excusationis, quod tamen eum defenderem, qui mihi quaestor fuisset.* In ea enim necessitudine vel iniquissimi aliquam Antonio excusationem dari concedebant. Inv. II. 19, 58: *in ipsis autem iudiciis rarius incidunt et tamen, si quando incidunt, eius modi sunt, ut per se minus habeant firmitudinis.* Cael. 7, 15: *posuistis enim* (i. e. contendistis) *atque id tamen titubanter et strictim.* Verr. Accus. I. 1, 2: *ne hoc quidem sibi reliqui facit, ut in rebus turpissimis cum manifesto teneatur, si reticeat et absit, tamen impudentiae suae pudentem exitum quaesisse videatur.* in Pis. 19, 44: *sed id tamen esset humanum.* Ligar. 11, 34: *esset eorum similis, quos tu tamen salvos esse voluisti.* Cat. M. 18, 65: *ac morositas tamen et ea vitia, quae dixi, habent aliquid excusationis.* Divin. II. 38 extr: *Etrusci tamen habent exaratum puerum auctorem disciplinae suae: nos quem?* Finitima quaedam annotavit Bernhardy ad Cic. Brut. 30, 114. antestatus Heindorfium ad Hor. Serm. II. 6, 27. et Beierum ad or. p. Tullio p. 40.

93. *quorum quidem scripta constent*] *constare* pro *exstando* dici Ernestus, assignificari genuina scripta fuisse Schuetzius in lex. Cic. v. *constare* putarunt; contra *exstare* dici, ubi *constare* exspectaveris, Brut. 15, 57., Schneideri sententia fuit. Horum omnium nihil verum esse olim in Brutum commentati significavimus. *Exstant* quae vel signis vel documentis certa sunt et quasi praesentia cernuntur, ut scripta, ita memoria, testimonium, res gestae; etiam universe

dicitur, ut in Bruto l. c. in Phil. IX. 3. Divers. I. 8. extr. de Or. I. 16, 72., ubi id verbum et *apparere* coniunguntur. *Constant*, quae consensione plurium aut omnium certa esse creduntur. Periclis scripta constare dicuntur, quia multi erant, quorum sententia Pericli tribuebantur. In Bruto 97, 33. cum Cicero posuerit: *nonne cernimus vix singulis aetatibus binos oratores laudabiles constitisse*, minime dixit non plus binis exstitisse, sed sententiis hominum tot fuisse probatos. Plinius Epp. III. 3, 3: *scholae severitas constat* i. e. in confesso est. — Periclis *quaedam scripta ferri* Cicero in Bruto 7, 27. ait, quae verba respiciens Quintilianus III. 1, 12. tacite eis assentitur, qui scripta illa ab aliis composita esse affirmarent: cf. eundem XII. 2, 22. 10, 49.

Alcibiades] hunc nulla reliquisse scripta, quamvis magna de eo oratore fama fuerit, ex Demosthenis verbis in Mid. 40: *λέγειν ἐδόκει πάντων, ὥς φασιν, εἶναι δεινότατος* rectius videtur colligere Ruhnkenius in Hist. Crit. Or. Gr. p. XXXIX., quam Buttmannus ad Mid. l. c. negare: is hoc argumento usus est, quod Demosthenes ad vulgus loquatur, quod famae confidat, scripta non curet. De Thucydide, qui propter orationes operi insertas oratoribus annumeratur, v. ad II. 13, 56.

Critias Theramenes Lysias] de Lysia dictum ad I. 54, 231. *Critias* Callaeschri f. Socratis olim discipulus, sed sophistarum studiosior, cum triginta praetorum princeps et idem crudelissimus et avarissimus fuisset, praelio contra exsules et Thrasybulum in Piraeeo cecidit ol. XCIV. 1. (404 a. C.) „Non solum orationes, quas commemorant Dionysius Hal. de Lysia iud. c. 2. cf. de Isaeo c. 2., Phrynichus ap. Phot. cod. 158., alii, sed etiam tragoedias elegos aliaque scripsit. Doctum et eloquentem fuisse dicit Cic de Or. III. 34, 139. cf. Brut. 7, 29.“ *Henrichsen.* Eius reliquias collegit Bachius a. 1827. *Theramenes* cum in mutata Pisandro et Antiphonte auctoribus rei publicae forma et mox restituto populi imperio admodum mutabilem et astutum animum ostendisset, post et strenuum belli ducem egit et triginta praetorum iustissimus et prudentissimus fuit, qua de

re a Critia honore privatus et in carcere veneno interfectus est. De huius et Critiae Thrasybulique rebus E. P. Hinrichs librum a. 1820. editum composuit. De eloquentia Theramenis Cicero loquitur infra III. 16, 59. Brut. 7, 29. Quae ab eo scripta memorat Suidas, sine dubio subdita fuerunt: v. Ruhnk. l. c. p. XL.

de Theramene audimus] „praesens usurpatur de re fama et sermone scriptisve celebrata, perfectum autem, ut par est, de eo, quod aliquando auditum est. Itaque recte retinetur praesens de Or. I. 60, 255. Brut. 84, 290., ubi tamen Orellius alienissima comparat, I. Off. 6, 19., ubi v. intpp. Eodem modo Graeci. Plato Gorgia p. 503. C: *Θεμιστοκλέα οὐκ ἀκούεις ἄνδρα ἀγαθὸν γεγονότα καὶ Κίμωνα καὶ Μιλτιάδην καὶ Περικλέα τουτονὶ τὸν νεωστὶ τετελευτηκότα, οὗ καὶ σὺ ἀκήκοας;*“ *Henrichsen.*

94. *meri principes*] propterea quod semel dictum hoc Ciceroni est, abiiciendum non fuisse in Comm. Cr. significavi, sed propter unius Nonii auctoritatem. Quod ut ostendam ita esse, paucis iam agam de vocabulis Ciceroni aut raro aut semel dictis. Et *Nominum* quidem haec enotavi. *Queribundus* semel dictum est Sull. 10, 30. *Exorsus* p. l. Manil. 4, 11. *Immoderatio* Sull. 10, 30. *Disperditio* (urbis) semel Phil. III. 13, 31., ubi in aliis libris est *dispersio*, sine dubio ab interprete. *Inconsiderantia* Q. Fr. III. 9, 2., ubi quod plerosque libros, sed non Mediceum unicae auctoritatis obsedit, *considerantia*, ad sensum absurdum est et propter priora *in uno* facile ita corrumpi potuit: v. Orell. *Candidatorius* (c. munus) Att. I. 1, 2. Ernesto futilissimae coniecturae *candidatorum* occasionem dedit, sed tutissimum est, quia eius formae adiectiva in eodem significatu Ciceroni in deliciis sunt; velut *enumeratio oratoria* Brut. 93, 319. item semel dictum, cum non *collectionem* s. *ἀνακεφαλαίωσιν* sed *enumerationem oratorum* significet; *procuratio quaestoria* Verr. Accus. I. 36, 91. item *ratio* 39, 98.; *labor imperatorius.* Tusc. II. 26, 62. cf. Garatonum ad or. p. Balbo p. 205.; *stupra sororia* Sext. 7, 16. His multa alia exempla adiectivi pro genitivo

substantivi dicti sed alia forma addi possunt, ut *meretricius consularis popularis decemviralis regius aedilitius provincialis notus aequalis,* de quibus olim exponam ad Brutum, 93, 319. — *Obiratio* semel dictum est Att. VI. 3, 7.; de coniecturis illic prostantibus v. Orellium. *Congregabilis* Off. I. 44, 157. ὁμιλητικόν significat, sive eum, qui natura ad congregationem s. vitae societatem factus est. *Incitamentum* Arch. 10, 23. etsi hoc solo loco exstat, non erat tamen cur Ciceronis esse negaret Stuerenburgius. *Noctuabundus* non reperi nisi Att. XII. 1, 2. *Vulticulus* non exstat praeter Att. XIV. 20, 5. *Dextella* de eo dictum, qui apud aliquem multum valet s. potens est, qualem nos dicimus *jemandes rechte Hand,* uno loco videtur legi in eadem epistola. *Lucifugus* de homine difficili et moroso dictum Fin. I. 18, 61. Ernesto coniecturae vero dissimillimae causam dedit, ut corrigeret *lucifugae,* quanquam plane diversa sunt *perfuga* et *transfuga. Elamentabilis gemitus* semel dictum est Tusc. II. 24, 57.; in quibusdam libris minoris fidei *lamentabilis* legitur. *Accusabilis,* μεμπτός semel dicitur Tusc. III. 35, 75. *Circumretitus* Verr. Acc. V. 58, 150. *Attentio* de Or. II. 35, 150. quanquam qui hoc in tota latinitate non amplius legi dixit non videtur Quintilianum nosse. *Accuratio* Brut. 67, 238. *Consitura* ex uno loco Rp. I. 17. p. 79. Mr. enotatur a Nonio III. 30. *Circumiectus* περίβολος uno adhuc eoque poëtae loco legebatur N. D. II. 25, 65., ante quam inventum est Rep. II. 6. p. 218. *Potentatus* dominationem significans etsi Caesaris auctoritate tutum erat B. G. I. 31, 4. et Livii XXVI. 38, 7., apud Ciceronem semel repertum est Rep. II. 8. p. 223. Item *pacis oratrices* Sabinae semel dictae exstant II. 8. p. 225., cum apud Plautum et Quintilianum legi notum esset. *Volutabundus* et *anxietudo* Nonio ex libro de Rep. II. (p. 328.) enotatum est, item ex libro III. (p. 373.), *conventicium* i. e. merces pro habendo conventu (p. 405), *sanctitudo* ex libro IV. (p. 429.); *suaviloquens* ex libro V. (p. 453.), cum ex Ennio solo id constaret Brut. 15, 58. *Extimus* in Somn. Scip. s. Rep. VI. 17. p. 486. legitur non sine discrepanti scriptura *extremus. Flexiloquus*

de oraculorum ambiguitate dictum λοξόν Graecorum referens uno loco legitur Divin. II. 56, 115. *Defenstricem* ex Timaeo apud Priscianum de XII. pr. vers. Aen. c. 2. §. 16. p. 513 Or. novimus. *Novissimum* Gellius X. 21. a Cicerone abiudicat, legitur autem in or. p. Rosc. Com. §. 30. et Oratore 72, 237. cum discrepanti scriptura *levissimi* et *notissimi*, v. Goeller. p. 417. *Segnitas* restituenda Ciceroni de Or. I. 41, 185. ex Nonio p. 174, 20. *Exlex* idem ex uno loco Cluent. 34, 94. idem enotavit p. 10, 27. *Tenebricus* in versibus quidem, sed semel dictum Tusc. II. 9, 22., nec comparari ab intpp. debuit cum *vastificus largificus* aliis plane ab illo diversis. *Alabaster*, ἀλάβαστον s. μυροθήκη ex Cicerone Nonius p. 469. fr. Cic. Orelli. *Tagax* vocabulum Plautinum propter risum familiarem posuit Att. VI. 3, 1., ubi non nulli ex interpretatione *rapax* edidere: v. Lambinum. De *adhaesitatione* annotavit Goerenzius ad Fin. I. 6, 19. *Admonita* pro admonitionibus denique uno loco reperi de Or. II. 15, 64. iniuriaque addubitatum est ab intpp. — Iam ad *verba* semel dicta pergimus. *Fugitare* semel exstat Rosc. Am. 28 extr. *Patescere* Phil. XIV. 6, 16. a Cicerone praepropere abiudicat Orellius. Idem ex cod. Med. iure scripsit *emonere* Divers. I. 7, 9. *Invulgare* Att. II. 1, 3. *Patrare* promissa non exstat praeter VI. 1, 12. *Accredere* nunc iure legitur Att. VI. 2, 3. quanquam non sine discrepantia, ut in verbo raro. *Effligere* bonorum codicum Att. IX. 19, 2. qui dubitabile existimabant, iniuria fecerunt, cum id verbum etiam alios sponsores habeat: v. Orellium. *Pigrari* κατοκνεῖν uno loco exstat Att. XIV. 1, 2. *Subdiffidere* XV. 20. *Subdocere* ὑποδιδάσκαλον εἶναι VIII. 4. *Subdubitare* XIV. 16. *Subaccusare* XVI. 7, 1. *Muginari* cessare s. morari significans (v. Festum p. 502. Lind.) inepte ab Nonio explicatum *murmurare* p. 139., legitur Att. XVI. 12, 1., quem ad modum in his epistolis plurima rara semel dicta antiquata et familiarissimi colloquii vocabula leguntur. *Vanescere* poëtarum alias et Taciti suorum nullius fidei codicum aut ipsius invento *evanescere* cedere iussit Goerenzius Legg. II. 10, 24. *Clepere* non ex poetae alicuius verbis sed a Ci-

cerone ipso dictum Nonius enotavit e Rep. IV. 5. p. 423. Mr. *Edomare* legimus Fat. 5, 10. cum discrepantia non nullorum. *Turpificare* Off. III. 29, 105. *καταισχύνειν*, quod iure Orellius ab hostibus defendit *mollificare* s. *mollificatus* contendens Divin. II. §. 55. *Veterascere* ex fr. ep. ad Hirtium constat p. 465 Or. *Adiutare* ex fr. ep. ad Q. Axium notum non erat ante Frontonis testimonium Exempl. Eloq. p. 493. et Arusiani p. 213. *Abiungere* pro seiungendo dictum Att. II. 1. (Caes. B. G. VII. 57) Orellio quippe orationis quartae Catilinariae hosti cum aliis hanc epistolam a Cicerone abiudicandi causam dedit; orationis enim consulares in ea commemorantur. *Seiugare* legitur Divin. I. 32. De *sessitando negitando interrarescendo* et *petessendo* notavit Goerenzius ad Fin. I. 6, 19. — Iam ad *adverbia* venimus. Igitur *titubanter* uno repertum loco Cael. 7, 15. praeterea scriptor Herennianus habet IV. 41, 53. *Furenter* semel dictum Att. VI. 1, 12. *Syllabatim κατὰ συλλαβάς*, vox hybrida XIII. 25, 3. *Desperanter* XIV. 18, 3. *Dulciter* Fin. II. 6, 18. *Sitienter* i. e. avidissime, quod simili figura reddimus *mit Heisshunger*, Tusc. IV. 17, 37. *Indidem* Rosc. Am. 27, 74. v. Buechner. *Cogitate* Arch. 8, 18. v. Stuerenburg. *Electe* Inv. I. 30, 49. *Quotidiano* enotavit Nonius ex sexto de Republica p. 501. cf. Meyer. ad Or. 34, 120; *desubito* idem grammaticus ex eodem libro p. 517. Sed unum huius generis, quod adolescens iusto fidentior Stuerenburgius ad Arch. 1, 1. illo tantum loco et Tusc. III. 6, 12. Ciceroni dictum ceteris scriptoribus plane inusitatum esse pronuntiavit, hoc, inquam, ex optimo latinitatis fonte vindicabo plenissime. Est adverbium s. locutio adverbiascens *in primis*; quod ille non plus bis apud Ciceronem exstare dixit, ego *undecies* legi, de Or. I. 40, 184. II. 40, 168. 62, 253. 65, 263. 74, 299. 78, 316. III. 1, 4. 5, 17. Or. 51, 172. Brut. 31, 117. Divin. II. 3.; dubioque caret etiam pluribus locis prostare. Sequuntur *formae* verborum rariores, quarum non nullas certe annotabo. *Sordem* singulari numero bis Cicero p. Flacco 3, 7. Att. I. 16, 11. Nam illud in Pis. 26. incertum. *Palatus* ex antiquo proverbio defendit

Goerenzius Fin. II. 8, 24. *Nitito* pro *nititor* dictum ex Cicerone de Rep. (p. 512 Mr.) enotavit Diomedes I. 330. *Criminor* passive semel dicitur Rull. III. 3 pr. *Obita morte* semel Sext. 38, 83. *Puniri* tanquam deponens Tusc. I. 44, 107. Phil. VIII. 2. Mil. 13, 33. *Commentata* oratio *μεμελετημένη* Divers. XVI. 26, 1. *Oscinis* pro *oscen* Ciceroni dictum secundum Plinium apud Servium ad Aen. V. 737. *Balneola* s. *balneolae* ex eo Nonius habet v. balneae p. 194. (fragm. p. 484 Orell.), *quercorum* pro *quercuum* Priscianus VI. 16, 83 (p. 493 Or.). Denique addimus quaedam ex selectiore *sermonis usu.* Civitas *conficientissima literarum*, quae multas confecit, plane Graece dicitur Flacc. 19, 44. *Vitam edere* Fin. IV. 2, 4. extremum spiritum reddere significat. *Praeferre civibus suis vitam ut legem* ad similitudinem facis praeferendae dictum Rp. I. 34. p. 139 Mr. *Afficere aliquem servitute*, quasi poena, legitur I. 44. p. 177. *Adnare* ad urbem de mercibus ab exteris terris advectis unicum est II. 4. p. 213. *Aetas Romuli in id seculum cecidisse* dicitur II. 10. p. 233., quod adeo suspectum Mosero fuit, ut *incidit* corrigeret. *In partes distinguere* pro *dividendo* alias indictum vide III. 2. p. 339. Idem existimandum de locutione *collustrare animo* III. 4. p. 347., etsi *oculis* alibi reperitur. *Ante os esse* III. 9. p. 358. Mosero intolerandum visum, ut *ante oculos* scribi vellet; sed non magis inauditum videtur quam *in ore hominum versari*, quod idem etiam *in oculis* dici solet. *Visum rumpere* pro abrumpendo i. e. finiendo poëticam orationem refert Somn. Scip. 2 extr. *Nutricari*, quod alias *tanquam nutrix fovere* significat, quanquam ne sic quidem dictum Ciceroni reperitur, uno loco *ἀνατρέφειν* significat N. D. II. 34, 86., ex quo tanquam rarum enotavit Nonius p. 478 Merc. Eius significationis paulo obsoletioris exempla plura Nonius ex Afranio et Varrone profert. *Poenas dependere*, quasi pluribus pensionibus pecuniam, bis legitur p. Sextio 67, 140. Divers. I. 9, 9. His, quorum doctrinam inchoavimus, alii alia et fortasse multa addere poterunt. Sed satis ostensum puto vocabulum semel dictum non protinus indignum Cicerone habendum esse.

XXIII. *Philisci*] sic vulgatam et codicum omnium scripturam *Philisti* correxit Goell. de situ et orig. Syrac. p. 110. *Philisti* nomen hic a Cicerone positum non esse eius verba ostendunt 13, 57., quibus Philistus post Thucydidem sed Theopompo et Ephoro prior ponitur, nec sane Isocratis discipulus fuit, cuius aequalis fere esset. „*Philiscus* Milesius Isocratis discipulus (v. Anon. vit. Isocr.) et Timaei historici magister (Suid. v. *Φιλίσκος* et *Τίμαιος*) scripsit artem rhetoricam *δημηγορίας* Lycurgi vitam ab Olympiodoro in comm. ad Plat. Gorg. laudatam alia. cf. Ruhnk. l. c. p. LXXXIII. Goell. p. 114. — *Naucrates* Erythraeus *Ἰσοκράτους ἑταῖρος* a Dionysio Hal. Rhet. VI. 1. dictus in primis orationes funebres composuit (Dion. l. c.); idem de arte rhetorica scripsisse videtur: cf. III. 44, 173. Or. 51, 172. Quintil. III. 6, 3. Cf. Taylor. Lectt. Lys. c. 3. p. 232 sqq. Ruhnk. l. c. p. LXXXIV.“ *Henrichsen.* — Ceterum si, ut fecimus, distinctio tollitur post *illi*, etiam umbra suspicionis evanescit, quae vel Henrichsenium impulit, ut Aldinam lectionem *Theopompus Ephorus* etc. probaret. *Illi Theopompi* sunt illi ex Theopompi genere et quasi affinitate.

Demosthenes Hyperides Lycurgus Aeschines] de Demosthene dici non est necesse. De Hyperide v. ad I. 13, 58. *Lycurgus* Atheniensis Platonis et Isocratis discipulus munera publica integerrime administravit et aerario quindecim annis praefuit (v. Wolf. Proll. ad Dem. Lept. p. LX. sq. Boeck. de Oecon. pol. Ath. I. p. 468). Idem et malos cives liberrime insectatus est et perpetuus Macedonum hostis fuit, qua de re publico funere elatus est. Orationum quindecim, quae ferebantur, una in Leocratem exstat (Pseudoplut. in vit. X. or. 7. et Phot. cod. 268.). — *Aeschinis* nati ol. XCVI. 4. (393) et perpetui Demosthenis adversarii res cum huius vita penitus copulatae sunt. Post contentionem de corona Rhodum discessit, mortuus est autem Sami ol. CXV. 4 (317): v. Pseudopl. vit. X. or. 6. Phot. cod. 61. et 264. Quintil. XII. 10, 18 ibique intpp. Tres eius orationes et olim fuerunt et nunc exstant. — *Dinarchus* Corinthius natus ol. CIV. 4 (361), ut coniicit Dion. Hal. de Dinarcho c. 4.,

Theophrastum audivit et post Demosthenis demum, cum quo graves exercuit inimicitias, mortem orator inclaruit. Postquam Demetrius Antigoni Athenis potitus est (a. 308) quindecim annis exsul annitente Theophrasto denique Athenas revocatus est. Orationum CIX. verae a veteribus existimatoribus iudicatae sunt LXIV.; nunc exstant tres. (Plut. vit. X. or. 10. Phot. cod. 267). Haec ex Henrichsenii annotatione sumpta contraximus.

veritatis imitandae] id est *exprimendae, ἐν μιμήσει τῆς ἀληθείας*. Utrumque vocabulum multis displicuit, ut Pearcius *virtutis*, Ruhnkenius H. Cr. p. LXI. *veritatis tutandae*, Muellerus infelicissime *severitatis imitandae* corrigerent, Schuetzius *imitandae* deleret. *Imitari* plane eodem modo dicitur Brut. 18, 70: *Canachi signa rigidiora esse, quam ut imitentur veritatem.* Horatius ep. ad Pis. 33: *molles imitabitur aere capillos.* Qui haec non meminerant certe legerant de Or. II. 8, 34: *qui actor in imitanda, quam orator in suscipienda veritate iucundior? Veritas* enim est ea rerum forma, qualis in vita et usu hominum cernitur: *Wirklichkeit*; *ἀλήθειαν* et *ἀληθινόν* Graeci eodem vocabulo reddunt, et *τἀληθῆ* opponunt *πλάσμασιν*, quales sunt ludorum declamationes, aut ostentandi ingenii causa scriptae laudationes vituperationesque generis demonstrativi. Ita *ἀληθινοὶ ἀγῶνες* apud Dionysium de Isocr. p. 98. *commissionibus* contrarii sunt. Huius significationis documenta pauca habet Ern. in lex. techn. Lat. p. 417., quippe Herenn. IV. 22., quo loco *in veritate dicere* de eo usurpatum, qui non declamat, sed agit; et paulo infra studia figurarum quarundam *magis ad delectationem, quam ad veritatem comparata* dicuntur; item quae mox afferemus de Or. I. 34. II. 19. III. 56. Or. 12. Alii de eo vocabulo auctores sunt Gronov. Obss. IV. 7. Markland. ad Stat. Silv. V. 5, 39. commemorati a Ruhnkenio ad Rutil. p. 92.; Wyttenbach. Bibl. Cr. I. p. 24. Matth. ad Rosc. Am. 16, 48., sed nullus rem satis accurate tractavit. Sane enim *verus* et *veritas* eo, quem ante posuimus, significatu dicitur in *veris causis*, quae declamationibus opponuntur tacite, Brut. 91, 316., *vera materia* orationum, *si-*

mulata declamationum Quintil. X. 2, 12., *vero actu rei* VIII. 2, 41.; eodem pertinent *vitae veritas* Cic. I. 51, 220. *dicere ad veritatem accommodate* 33, 149., cui simile est, quod Quintilianus X. 5, 14. declamationes quasdam *veritati accommodatas* appellat, et statim subiicit explicationem, ut sint *orationum similes*, qualis erat Bruti exercitatio, cum Milonianae Ciceronis rescripsit; postulat etiam ut ficta ad exercitandum materia *similis sit veritati* II. 10, 12. et ut *adolescens se ad veritatem imitandam componat* V. 12, 22. Porro commentatio oratoria ut *in veritatis proferatur lucem* postulari videmus a Cicerone de Or. I. 34, 157.; rhetores Graeci *homines* dicuntur *veritatis expertes*, quippe causarum ignari II. 19, 81.; oratores *veritatis actores*, histriones eius *imitatores* appellantur III. 56, 214; *veritas causarum μετωνυμικῶς* dicitur pro veris causis Or. 12, 38. plane ut *veritas officiorum* a simulatione differt Off. III. 18, 74.: de honesto ut quaeratur, etiam *veritati*, id est veris causis, accidere posse dicit Quintilianus III. 8, 58. *Veritas* igitur et *imitandi* verbum satis tuta sunt, sed fortasse id interpretibus dubium movit, quod non orator sed histrio et declamator veritatem imitari dicuntur. Quippe aliis locis alia conveniunt. *Orator* ipse quoque in *veritate imitanda versatur*, cum ita dicit, ut oratione quasi speculo imago veritatis reddatur, nullis sententiarum argutiis verbis nec tumidis nec inani volubilitate decurrentibus, quae consectabantur oratores Asiatici (Cic. Brut. 95, 325 sqq.); omnino *λέγων πρεπόντως ἀληθινῷ ἀγῶνι*. — Ceterum duobus etiam aliis modis *verus* dicitur paulo selectius. Nam et *rectum* s. *iustum* significat, ut *vera causa* de Inv. I. 48, 90. Divers. XI. 22, 2. cui simile est *iustus accusator* Partt. Or. 22, 98. i. e. quem convenit accusare (*der rechte*), id quod diversissimum est ab eiusdem libri sententia c. 36, 125., ubi verus accusator opponitur accusationem simulanti sive praevaricatori: et id quod suo nomine dignum est, velut *vera causa* Brut. 63, 226. rem magnam et gravem refert. Sed Bakii iudicium miror, quod *ubertatem* veritati subrogandam censuit, quod nec Theopompus nec ipse Isocrates utpote totus in demonstra-

tivo genere versatus veritatem imitati videantur. Nam Cicero ipse veritatis studium non his, sed iis tribuit, qui causas tractarunt, Demostheni Aeschini Lycurgo.

95. *Demochares*] is domi militiaeque de patria ita meruit, ut ei statua in Prytaneo poneretur (Pseudopl. v. X. oratt. 8. cf. Polyb. XII. 13, 5). Cicero Bruto 83, 286: *et orationes scripsit aliquot et earum rerum historiam, quae erant Athenis ipsius aetate gestae, non tam historico, quam oratorio genere perscripsit.* Historiarum quaedam particulae exstant apud Polybium XII. 13, 9. et Athenaeum VI. p. 252 F. et 253. B. Defensio Sophoclis cuiusdam, qui philosophos Attica exegerat decreto, commemoratur Athenaeo XIII. p. 610. F. Cf. Ruhnk. ad Rutil. p. 7 sqq.

Phalereus ille Demetrius] ol. CXV. 3 (318) a Cassandro Athenis praefectus trecentis et sexaginta statuis positis honoratus est, cum vectigalibus augendis aliisque rebus bene institutis labantem rem publicam sustentasset (Diog. La. V. 75. Cic. Rep. II. 1.). Sed cum Demetrius Antigoni urbe potitus esset (a. 308), ille pulsus in Aegyptum confugit (Diod. Sic. XX. 45. Plut. Dem. 9.), ubi et praeclara multa scripsit (Cic. Fin. V. 19, 54.) et ad leges instituendas et bibliothecam condendam adhibitus est (Aelian. V. H. III. 17.). Propter Ptolemaei Philadelphi odium sibi mortem conscivit (Cic. Rab. Post. 9, 23.). Scripta eius de historia et philosophia, item orationes et carmina perierunt omnia: librum enim de Elocutione huius non esse constat. De eius doctrina multus Cicero est: v. Brut. 9, 37. 82, 285. Or. 27, 92. Legg. III. 6, 14. Off. I. 1, 3. Haec de Henrichsenio breviata sumpsi. — *Phalereus Demetrius* praeposito gentilicio nomine etsi contra rationem pugnat, tamen in hoc homine et Leontino Gorgia legitimum et Ciceronianum est, de qua re Peter ad Cic. Or. p. 82. multis verbis nihil explicuit.

Meneclem — Hieroclem] Asiaticorum oratorum principes: v. Cic. Brut. 95, 325. Or. 69, 230.

96. *luxuries — stilo depascenda*] Plinius H. N. XVIII. 44, 2: *inter vitia segetum etiam luxuria est, cum oneratae fertilitate procumbunt*, et c. 45: *luxuria segetum castigatur*

dente pecoris in herba duntaxat, et depastae quidem vel saepius nullam in spica iniuriam sentiunt. Eandem rem Virgilius tangit Georg. I. 112. De vitibus et arbustis non minus probe *luxuria* dicitur, velut de illis apud Columellam V. 6., et de his apud eundem de Arboribus c. 11. Hic igitur est fons figurae elegantis, quam Quintilianus verbis propriis reddidit X. 4, 1., cum stili munus dicit esse premere tumentia luxuriantia astringere exsultantia coërcere. — Verbum *depascendi* hinc enotavit Nonius p. 339. Merc.

97. *multum scriptitasse*] eo verbo videtur maxime scriptio otii et exercitandi ingenii, non negotiosa et officii significari. Cic. Brut. 46, 169: *qui* (Aelius Stilo) *scriptitavit orationes multis, orator ipse nunquam fuit.* 77, 267. *M. Bibulus, qui et scriptitavit accurate, cum praesertim non esset orator, et egit multa constanter. Egit,* non in foro, sed consul adversus Caesarem fortiter pro re publica annixus est. Tusc. V. 8, 22: *dicebantur haec, quae scriptitavit etiam Antiochus locis pluribus;* veram enim puto Klotzii emendationem. Att. VII. 12 extr: *haec et si quid aliud ad me scribas velim vel potius scriptites.*

ne tabulas quidem conficere] eadem hominum de Antonio opinio tangitur et refutatur Verr. Accus. I. 23, 60. Personatus Asconius ad hunc locum commentatus de M. Antonio Cretico oratoris filio intellexit, quod infregit Lipsius Var. Lectt. I. 7. p. 803. Singulorum mensium accepta et expensa Romani primum in adversaria, deinde diligenter ordine conservato in *tabulas accepti et expensi* referre solebant, qui quidem in suam tutelam venissent (Cic. Cael. 7, 17.) et in re familiari diligentes haberi vellent. Harum tabularum etiam in iudiciis maxime repetundarum usus erat. V. Beier. ad Off. II. 23, 84. p. 159. et excurs. IV. ad Off. III. p. 432. item F. A. Wolfium ad Suet. Caes. p. 176.

98. *leporem quendam et salem*] opinionem de *salibus* facetiarum significandarum vi plurali numero dicendis iam inde ab Acrone ad Hor. Serm. I. 10, 3. vulgo creditam olim refutavi ad Brut. 34, 128., cum non eo loco solo, sed etiam de Or. II. 23, 98. 57, 231. Tusc. V. 19, 55. N. D.

II. 29, 74. singulari numero legatur et *ars salis* dicatur de Or. II. 54, 216., quae eadem *facetiarum* appellatur c. 56, 228. His nunc addo de Or. I. 57, 243. Or. 56, 89. Q. Fr. II. 2. 2, 7. Quintilian. X. 1, 94. Hor. Serm. l. c. — Ceterum parum considerata hic exstat Muelleri coniectura *Caesar et Catule* pro *Caesar et Cotta;* non posse enim in Cotta, qui tanquam discipulus audiat Crassum et Antonium, subtilissimum dicendi genus laudari, Catulum autem et Caesarem etiam aliis locis coniungi, velut III. 8, 29. Sed ipse Catulus sese oratorem non esse fatetur satis aperte c. 18, 74., et illo, quem Muellerus memoravit, loco propter suavitatem oris et pronuntiandi laudatur; Cottae autem tanta tribuitur a Crasso praestantia, ut non cum aequalibus solum, sed etiam maioribus natu oratoribus comparetur de aequalium sententia de Or. I. 8, 30. Et quo modo Curio Catuli potest *aequalis* dici, quorum ille a. 678., hic a. 652. et quinto quidem post legitimum tempus anno consul fuerit, cum bis repulsam tulisset a. 647. et 648 (v. Cic. Planc. 5. Wunder. l. c. p. 74.)? At Cottae et Caesaris sane erat aequalis, quorum ille consulatum adeptus est a. 679., hic ante quadragesimum annum aedilicius occisus a. 667. De *C. Curione* paulo aliter iudicat Cicero Bruto 58. Or. 37, 129. Cf. nostram hist. eloq. R. p. XCVIII. Patris eius eloquentia in Bruto laudatur 32, 122; cuius inprimis nobilis erat oratio pro Servio Fulvio de incestu, v. l. c. — *Fratrum Cossorum* causa plane ignota est.

XXIV. Actori igitur ante omnia diligenti causae, quam acturus sit, cognitione opus esse, deinde perpendendum quo modo agenda sit et haerendum in necessariis (c. 24.).

99. *quem constituimus*] quasi imaginem ante oculos, id est *exhibemus* s. *inducimus*. Non erat igitur cur Ernestus corrigeret *instituimus*.

erit tractaturus] aut interpretis est vulgaris scriptura *acturus*, aut errore oculorum substituta verbo longiori. Cic. de Or. I. 37, 170: *neque se ante causas amicorum tractare atque agere coepisse, quam ius civile didicisset.* De causa penitus cognoscenda praeceptum a Platone sumptum videtur.

Ille enim a Muellero laudatus in Phaedro p. 301 Bip. haec habet: *περὶ παντὸς μία ἀρχὴ τοῖς μέλλουσι καλῶς βουλεύεσθαι· εἰδέναι δεῖ περὶ οὗ ἂν ᾖ ἡ βουλή, ἢ ἅπαντος ἁμαρτάνειν ἀνάγκη.*

100. *tabulae testimonia*] cf. infra c. 27, 116. De *stipulationibus* consule annotata ad I. 38, 174.

101. *susceptis* — *receptis*] mira excogitata sunt de horum verborum discrimine. Ernestus in clave, cuius non meminerat Madvigius de Asconio p. 98. not. 8., cum eandem explicationem proponeret, et hunc secuti alii velut Zumpt. ad Div. Caecil. 8, 26. et Henrichs. l. c. *susceptum* dici aiunt de laboribus, quos sponte nostra facimus, *receptum* de illis, quae aliorum rogatu iussuve. Hanc discriminis finitionem dudum Schellerus in lexico confutavit; quin iam propter unum Oratoris locum 1, 1. improbanda fuit, quo *negare* petenti et *suscipere* inter se opponuntur invicem, cum id *recipere* dicendum esset. Personatus Asconius ad Cic. Div. in Caecil. p. 7., cuius verba sua fecit Popma de Diff. vbb. lib. IV., *suscipi totum, recipi partem, suscipi principale, recipi quod hinc pendeat, suscipi propter se, recipi etiam propter aliud* affirmat. Talaeus ad h. l.: *suscipimus*, inquit, rem, quam nulla interposita fidei obligatione faciendam curamus: *recipimus* vero sanctius in nostram fidem nostrumque periculum. Huic assentitur Pearcius. Lambinus dicit sine pactione et mandato causam *suscipi*, sed *recipi*, cum actor fidem dat se causam aliquam defensurum; quod non verius est ratione Ernestiana. Alii *suscipere* de magnis, *recipere* de parvis, alii *suscipere* causam eum dici volunt, qui gerendam non detrectavit, *recipere* eum, qui sancte promisit se confecturum. Falsa haec sunt omnia. *Recipere* dicitur aliorum ratione habita, a quibus munus nobis imponi patimur; *suscipere* non spectat nisi nos ipsos. Id enim *suscipimus*, quod habita apud nos deliberatione perficiendum constituimus, sive id ab alio mandatum fuerit, sive a nostra voluntate profectum. Sic intelligitur quo modo utrumque verbum in hanc sententiam conveniat. Qui enim negotium *suscepit*, id est gerendum sibi sumpsit, accurate tractandum suscepit;

quod si non facit, negligentiae culpatur; cum accedit, ut id negotium alio rogante susceperit, id est *receperit*, accedit perfidiae crimen. Div. in Caec. 8, 26: *ego in hoc iudicio mihi Siculorum causam receptam, populi Romani susceptam esse arbitror.* Rogaverant enim illi, ipse, cum recepisset, aliud quid ea causa agenda perficiendum sibi sumpserat. Act. I. 12, 34: *ego cum hanc causam Siculorum rogatu recepissem — tum suscepto negotio maius mihi quiddam proposui*, i. e. cum de gerendo decrevissem. Accus. II. 1, 1: *recepi enim causam Siciliae; ea me ad hoc negotium provincia attraxit; ego tamen hoc onere suscepto et recepta causa Siciliensi amplexus animo sum aliquando amplius.* Scr. ad Her. I. 2, 2: *tria sunt genera causarum, quae recipere debet orator*, quippe cum ad eum delatae fuerint. Quintil. XII. 1, 39: *suscipiendi* (causam) *ratio iustissima.* ib. 40: *si tuendum* (reum) *susceperit.*

inertiae — tarditatis] suspecta erat sententia Lambino, qui ambigeret, quo modo inertiae vituperatio maior sit, quam tarditatis, et quid esset inertia, negligentiane an inscientia; si negligentia, maius esse crimen perfidiae, si inscientia, tarditatis crimen culpa contractum maius videri. Itaque corrigi volebat *quae minor est*, aut *quae minor est, et perfidiae, quae maior est.* Non intellexit autem *inertiam;* ea enim sollertiae contraria *imperitiam* significat. Actori causarum, si recte consideraris, nihil turpius est, quam esse imperitum. Sed cum illi, ne tardi videantur, plurimas causas recipiant, post etiam imperitiae crimen contrahunt, cum suscipiunt quibus gerendis impares sunt.

102. *agere adversarii causam*] haec obversabantur scribenti Quintiliano XII. 8, 10.

abdico] qui ineptum *abiudico* explicare conantur *alienum a causa iudicare* sensum tetigerunt, sed quo modo is in verbo illo inesse possit, non curant. *Abdicare* etsi nunc non constat ea aetate cum casu quarto positum esse, in semel dictis quo minus fuerit, non magis prohibet quicquam, quam quominus *reiiciendi* vim habeat, quo Plinius dixit *legem abdicare* i. e. antiquare H. N. VII. 30, 31. et *aurum*

abdicare i. e. amovere ex usu XXXIII. 1, 3. Quippe iam Cicero dicendo *se libertate abdicare* i. e. privare Phil. III. 5. huic usui praeclusit.

104. *sive ex disputatione, ut de ratione vivendi*] cum priora verba *sive ex persona, ut laudis* a Ciceronianis secundum codd. secluserimus, causa non erat etiam illa abiiciendi, ut fecit Schuetzius. Agitur de causa ambigendi eaque constituitur triplex; factumne sit quale sit quo nomine sit. Ambigitur igitur inter reum et accusatorem feceritne an non fecerit, rectene factum sit an secus, nominene aliquo (ut *maiestatis* in causa Norbani, de Or. II. 25, 107.) appellandum sit necne sit; ambigitur inter petitorem et eum, unde petitur, iurene petatur an secus; ambigitur de lege aut accipienda aut antiquanda, ambigitur etiam inter philosophos (haec illa est *disputatio*, velut de ratione vivendi), utrius decreta veriora sint: sed *laudare* et *vituperare* etsi saepe cadunt in oratorem, tamen nunquam id ita fit, ut ambigatur utrum laudare an vituperare aliquem debeat; id enim ante constitutum est. Illud igitur de *laude* aliquis ascripsit, qui sententiam non caperet, sed memor esset trifariam divisae eloquendi materiae. — Quaestionum de statu, quae hic recensentur et I. 31, 139. II. 26, 113. Or. 14, 45., meminit Quintilianus III. 6, 40 — 50., similis sententiae verbis ex M. Antonii libello de ratione dicendi appositis; idem singillatim de statu infitiali, cum quis commissum negat, et *δικαιολογικῷ*, cum recte factum defendit, §. 33.

XXV. Igitur ante omnia statum causae considerandum, infitiando an recte factum defendendo an verbo interpretando plurimum tribuendum sit; quarum rerum exempla adduntur (c. 25. 26).

106. *L. Opimi causam*] cum L. Opimius cos. a. 633. C. Gracchum occidisset secundum SC. ne quid res publica detrimenti caperet, et in eius sectatores crudeliter saeviisset, anno sequente a P. Decio (v. ad c. 31, 135.) tr. pl. accusatus est, quod indemnatos occidisset, sed a populo absolutus est (Liv. epit. LXI. Cic. de Or. II. 30, 132. 31, 134. Brut. 34, 128.). Post, cum a Iugurtha se passus esset

corrumpi, rogatione Mamilia damnatus est (Cic. Brut. l. c. Sext. 67, 140. Planc. 29, 70. Vellei. II. 7.).

eidem Carboni] a. u. 625. Liv. ep. LIX. Cic. Mil. 3, 8. Vell. II. 4. Si Plutarcho credimus, iam in castris circa Numantiam Ti. Gracchi morte audita quid de ea sentiret significavit versu Homerico

ὥς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος, ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι.

Plut. Ti. Graccho c. 21.

107. *lege Appuleia*] L. Appulcii Saturnini tr. pl. a. 652. Ea commemoratur etiam c. 49, 201. Sed nec causa eius nec argumentum satis cognitum est.

108. *uterque definiat*] accusator pariter ac patronus. Veri simile est *uterque* in non nullis libris errore excidisse propter proximum *breviterque*. Nam sane post ad haec verba respicitur, cum negat Antonius aut se aut Sulpicium verbo definiendo operam dedisse (§. 109.). Et ab utroque definitionem exspectari solitam clare ostendunt exempla talis causae apud Quintilianum prostantia VII. 3, 22. et 26. Qui adversario eam legem scribi potuisse negant, ignorare videntur praeceptum artis universe datum, quae adversarios ignorat, quid causa postulet praecipit.

109. *reprehenso verbo uno*] hoc praeceptum, ne quis orator se ad certa definiendi verba astringat, a Cicerone sumpsit Quintilianus VII. 3, 16. addens periculosum etiam esse, cum, si in uno verbo sit erratum, tota causa cecidisse videamur; igitur definiendi viam sic tantum ingrediendam esse, cum finitio sit inexpugnabilis (§. 18.)

XXVI. 110. *ex scripti interpretatione*] haec tractat Quintilianus VII. 10, 2. Ciceronis verba haec et Or. 34, 121. respiciens in scripti interpretatione non posse esse nisi ex ambiguo controversiam. — Quae statim sequuntur, *scriptum a sententia discrepat*, absurda videntur Bakio sane non aptissime interpretato *scriptum a scripti sententia discrepat*. Sed significatur *scriptum a sententia, quam quis inesse defendit, discrepare* s. a sententia mente dicentis praeformata, *τῇ ἐν νῷ ὑποκειμένῃ*. Corrigit ille: *scriptum sententia*, quod nec significare potest quod ille vult, partem scripti

a reliquorum sententia discrepare, nec probatur loco allato Off. I. 40, 145. Ne illud quidem intelligi dicit quid sit *ut referendis verbis praeteritis id scriptum, quodcunque defendemus, suppleatur.* Puto *praeterita* verba interpretatum *tempore priora.* Sunt autem *quae praeterita* s. *omissa a scriptore dicimus;* ea *referimus,* id est addimus quasi ab oblivione revocantes.

superioris generis causa duplicatur] male explicat Pearcius: *causa oritur, quae est altera superioris generis.* Sed cum duo litigantes contraria scripta pro se interpretando afferunt, non magis nova eiusdem generis lis intenditur, quam cum duae leges exstant inter se pugnare visae, sed ea res uno iudicio finitur. Sententia haec est: in una causa petitiones duae litigantium ita iudicantur, quasi uterque pro se petivisset; exsistunt igitur duae ex eodem genere quaestiones.

111. *hi autem nostri — debeant*] rhetores homines plerosque a subtilitate philosophorum remotissimos et unius tantum oratorii artificii peritos notat. Tria genera ambigui Aristoteles posuit in libro σοφιστικῶν ἐλέγχων. — *Debeant* male quidem in *debebant* mutavit Ernestus, sed causalis significatio, cuius plures auctores colligit Henrichsenius, non inest. Modo enim potentiali dicitur significans οὓς οὐχ ἧττον ἂν εἰκὸς εἴη γνῶναι.

112. *iterum autem peccant*] v. Quintil. III. 6, 43. sqq. Is tamen §. 87. sqq. paulo discedit a Ciceronianis.

XXVII. Iam *inventionis* praecepta inchoantur. Ea triplex est, ut probetur vera esse quae defendamus, ut concilientur auditorum animi, ut moveantur. Tamen Antonius omnem inveniendi artem et sollertiam mediocrem esse, plurima autem in vi eloquendi quaerenda affirmans, totam illam de inventione doctrinam declinare et docendi munus in Crassum quippe summum eloquendi artificem conferre conatur. Obnitentibus autem Crasso et Catulo in viam relictam redit (c. 27 — 29.)

116. *quae non excogitantur ab oratore*] haec sunt, quae Aristoteli ἄτεχνοι πίστεις vocantur Rhet. I. 2, 2, Idem

ἐντέχνους vocat in quibus disputatio et argumentatio oratoris cernitur; quae a Quintiliano latine redduntur *probationes inartificiales* et *artificiales* V. 1, 2. *A causa* materiem ad oratorem deferri non placebat Pearcio, ut corrigeret *cum causa*. Sed *a* est ἀπό significatque argumenta a causa ipsa proficisci et per se patere, ut oratoris ingenio ad eruenda illa opus non sit. Igitur advocari a Pearcio Quintiliani auctoritas V. 1, 1. 9, 1. non debuit.

altera est] est anacoluthi genus, cum a sententia pendente ad non pendentem transitur. De eo auctores Henrichsenius attulit Heusing. ad Off. I. 40 p. 332 sqq. Madvigium Emendd. in Cic. Legg. p. 149. et exempla confert de Or. II. 72, 295. Off. I. 6, 19. Fin. III. 21, 72. Liv. XXVIII. 6. XLV. 31. Unum locum addo, quod Schuetzio suspectus fuit hac ipsa, ut videtur, loquendi ratione, de Or. II. 59, 138: *in quo non modo illud praecipitur, ne quid insulse, sed etiam, si quid perridicule possis, vitandum est oratori utrumque, ne aut scurrilis iocus sit aut mimicus.* Ille deleturus erat verba *vitandum est oratori utrumque.* Similis ratio est III. 31, 124., ubi non rectius *hauriamus* correctum a Lambino. De eodem loquendi usu paucis egit Augustus Matthiae de anacol. ap. Ciceronem in Wolfii Anall. vol. II. p. 23.

118. *primum genus earum rerum*] „Hoc est, primum illud genus, quod genus est earum rerum s. quod pertinet ad eas res.“ *Henrichsen.* Is ex his libris plura eius genitivi epexegetici exempla confert, velut II. 29, 128: *una* (ratio) *conciliandorum hominum*, i. e. quae est conciliandorum hominum. 49, 200: *genus alterum — lenitatis* — II. 84, 341: *illud tertium laudationum genus*, ubi *laudationum* omisit Lambinus vir alias sermonis Latini peritissimus. III. 14, 52: *partes eae fuerunt duae — latine loquendi planeque dicendi.* 24, 91: *hae duae partes — illustrandae orationis ac totius eloquentiae cumulandae.* 38, 155: *tertius ille modus transferendi verbi.* Partem horum attuleram ego ad Brut. 34, 135. Heusingeri et Beierus ad Off. III. 2, 6. Madvigius ep. ad Orell. p. 79. Eodem modo dicitur Fin. V. 4, 11:

tertia pars bene vivendi i. e. qua de bene vivendo agitur. de Or. I. 57, 241: *hanc partem iuris non controversi;* si recte ita scribitur: v. explicationes ad eum locum.

separatim] hoc nos vocabulo semibarbaro et ex mediis scholasticorum, qui dicuntur, tenebris petito dicimus *abstract* s. *in abstracto.* Cuius significationis alterum exemplum non videtur reperiri.

119. *certis dicendi luminibus*] hanc vim vocis accurate illustravit Wopk. Lectt. Tull. I. 8. p. 58. ed. Hand.

XXVIII. 121. *in nostros mores induxit*] non intelligit Bakius corrigitque *in nostros aures.* Num potest ornatus orationis in aures induci? In *mores* induxit Crassus, quod rem ante inusitatam ut probarent et sequerentur Romani, effecit.

122. *sperare videor*] hoc est *sperare posse et debere videor* s. iure meo sperare videor. Vide Cic. Planc. 3, 8: *sperare videor tantum afuturam esse orationem meam a minima suspicione offensionis tuae, te ut potius obiurgem.* Act. I. in Verr. 17, 50: *ab dis immortalibus, quod sperare mihi videor, hoc idem, iudices, opto.* Male Lambinus infersit *debere.* Lael. 4, 15: *sperare videor Scipionis et Laeli amicitiam notam posteritati fore.* Iniuria Beierus explicat *spero,* addit etiam infeliciorem emendationem *sperare audeo.* Divers. XIII. 68: *sperare tamen videor Caesari fore curae et esse, ut habeamus aliquam rem publicam.* Annotavit Madvigius apud Henr.

quod non in memoria mea — insederit] haec eo respiciens Cicero Antonio tribuit, quod summam in eo memoriam cum nulla meditationis suspicione fuisse tradit in Bruto 37, 139. *Insidendi* verbum ista vi dictum illustrarunt Matth. ad Cic. Mil. 25, 68. et Steinmetz. ad Deiot. 3, 8.

quantuscunque sum] i. e. *quantuluscunque sive quamvis infirmus sum.* Cic. Arch. 6, 13: *facultas, quae, quantacunque in me est, nunquam amicorum periculis defuit.* Liv. XXX. 10, 20: *laetitia — eo gratior, quod inter assiduas clades ac lacrimas unum quantumcunque ex insperato gaudium affulserat.* Quintil. IV. 2, 86: *me certe, quantacunque nostris experi-*

mentis habenda est fides, fecisse hoc in foro — scio. VI. 2, 36: *haec dissimulanda mihi non fuerunt, quibus ipse, quantuscunque sum aut fui, pervenisse me ad aliquod nomen ingenii credo.*

124. *excitare reum et eius diloricare tunicam*] M'. Aquilius cos. cum Mario V. a. 653. bellum servile in Sicilia prosperis cum Athenione fugitivorum duce pugnis composuit et ovans urbem ingressus est. V. Cic. de Or. II. 47, 195. Liv. epit. 69. Flor. III. 19. Tribus annis post a L. Fufio repetundarum postulatus (Cic. Brut. 62, 222. Off. II. 14, 50. ibique Beier.) cum multis manifestisque criminibus teneretur, M. Antonius scissa in pectore tunica cicatrices eius adversas ostendendo pervicit, ut absolveretur (Cic. Flacc. 39, 98. Acc. Verr. V. 1, 3. Liv. ep. 70., qui Ciceronem solum eius rei auctorem dicit). In ea causa C. Marius collegae advocatus sedit (Cic. de Or. II. 47, 196.). Bello Mithridatico captus crudeliter interfectus est auro liquefacto in os infuso: v. intpp. ad Cic. p. Scauro p. 142. Beier. Errasse Ernestum et Schuetzium putantes hunc Aquilium a L. Lentulo senatus principe tunc dudum mortuo accusatum ostendi ad Brut. 28, 107.; nec verius Muellerus hunc Aquilium M. Perpernae bellum in Asia contra Aristonicum gerenti successorem fuisse dicit. Utrumque M' Aquilium huius, ut videtur, patrem cos. 625. spectat, quo tempore Antonius natus Ap. Pulchro Q. Macedonico coss. (a. 611) annorum quatuordecim erat. — Verbum *diloricandi* ex hoc Ciceronis loco enotavit Nonius p. 101. Merc., narrationem eius respicit Quintilianus II. 15, 7.

cum hominem seditiosum — defenderet] C. Norbanum tribunicium, v. ad II. 47, 197.

quos praestare nemo posset] iniuria hoc sententia postulari Henr. putabat, credo, quod sequatur imperfectum *essent exacti.* Sed haec diversa sunt. Quae sequuntur, exempla sunt ex historia Romana deprompta, quae formis verborum narrationi constitutis exponi par erat; haec autem sententia generalis est et enuntiari coniunctivo potentiali

sane potuit, ut in omne tempus valitura significaretur. Sed *posset* ipse quoque scripsi propter bonorum librorum consensum.

125. *Cn. Malli*] ignobilitati hominis (Cic. Planc. 5, 12.) convenit nominis forma, quam ex bonis libris et titulo apud Manutium in Orthogr. p. 53. reposui; fasti enim consulares hic lacunosi praesidium non praebent. Is cos. cum P. Rutilio a. 649., cum se Q. Caepioni procos. cum exercitu iungere recusasset, a Cimbris victus et exercitu exutus est (Liv. ep. 67. cf. ad de Or. II. 47, 197.). Ob hanc cladem, ut Caepio, in iudicium vocatus et ab Antonio defensus sit oportet; nam in defendendo Norbano, cum omnem culpam in Caepionem reiiceret, Cn. Mallii cladem quasi illo auctore acceptam deploratam esse nec credibile est, etsi visum Henrichsenio, et prohibet vocabulum *commiserationis*, quod nisi de flebili pro aliquo peroratione non dicitur. — *Q. Marcii Regis* causa ignota est, nec ea aetate ullus eius familiae homo summum magistratum gessit praeter Q. Marcium cos. cum M. Catone a. 636., a quo colonia Gallicana *Narbonis Marcii* nomen accepit.

ea semper in te] *πλεονάζει εα*, cuius abundantiae quaedam exempla attulerunt I. M. Heusinger. ad Cic. ad Divers. XV. 2, 2. et eius fratris filius praef. ad Off. p. XLIV. (p. XXXV. Z.) Goerenzius ad Fin. II. 18, 56., item his partim antiquiores Manutius ad Cic. Divers. III. 28. Intpp. Livii XXV. 27. Ruhnk. ad Ter. Eun. V. 4, 6. Sed nubem exemplorum coacervavit Aug. Matthiae in diss. de Anacol. ap. Cic. in Wolfii Anall. lit. vol. II. p. 16. Bakius corrigebat *quae*.

XXIX. 126. *cum — in dicendo dissimillimi sitis*] hanc summorum oratorum dissimilem et tamen admirabilem naturam copiose exsequitur Cicero in Bruto c. 37 — 39.

127. *quibus ex locis — reperiantur*] *ex* non placebat Lambino, et in margine ed. repetitae prostant eius coniecturae *in locis reperiantur* et *ex locis eruantur* vel etiam *depromantur*. His Pearcius opposuit illud II. 36, 152: *Aristoteles — posuit quosdam locos, ex quibus omnis argumenti*

via — inveniretur. Addo Cic. p. Sulla 9, 27: *si quaeris qui sint Romae regnum occupare conati, ut ne replices annalium memoriam, ex domesticis imaginibus reperies.*

128. *quo facilius id a te exigam*] *exiguntur* quae quis alteri debet, aut precibus aut etiam vi minis poena. Cicero Bruto 4, 17: *tum Atticus: ego vero et exspectabo ea, quae polliceris, nec exigam nisi tuo commodo et erunt mihi pergrata, si solveris. Mihi quoque, inquit Brutus, exspectanda sunt ea, quae Attico polliceris, etsi fortasse ego a te huius voluntarius procurator petam, quod ipse, cui debes, se incommodo exacturum negat.* Illa Antonii verba respiciuntur a Crasso III. 5, 18: *an me tam impudentem esse existimatis, ut vobis hoc praesertim munus putem diutius posse debere.*

129. *acumen*] non accurate Ciceronem inspexerat vir alias perspicax Theodorus Schmidius, cum *acumen* hic de exercitatione oratoris futuri in ludo instituta dictum esse vellet ad Horat. Epp. I. 3, 23. Acumine opus est in *docendo*, quia acerrimo iudicio utendum est, ne quid profuturum taceamus nociturumve proferamus. Cf. supra c. 24, 102. Post c. 35, 148. pro *acumine* ingenium dicit.

XXX. Ante omnia igitur naturam causae videndam esse; causam autem omnem in quaestione generali et infinita niti. Quod si teneatur, multitudinem causarum modicam fore et facilem intelligentibus; quod exemplo causarum Mancini et Coponii illustratur. Perdiscendos igitur locos esse, unde argumenta causarum omnium ducantur (c. 30 — 34.) In ea re ingenio primas, diligentiae secundas concedendas esse; arti non multum loci relinqui. Observat Catulus Aristotelis Topicorum similem viam ab Antonio insisti, leniterque eum perstringit propter dissimulatam Graecarum literarum notitiam, cum philosophiam certe civitas Romana aspernata nunquam sit a Numa ad Diogenem Critolaum et Carneadem philosophos, qui nuper suam doctrinam Romam detulissent. Antonius autem se ita defendit, ut doctrinae peregrinae suspicione minui auctoritatem oratoris dicat. Ceterum Stoicos, etsi artem bene disserendi in primis profiteantur, ad oratoris

res longe minus accommodatos esse, quam Critolai copiam et Carneadis vim et varietatem dicendi (c. 35 — 38).

130. *quotiens verbum aliquod*] haec ante oculos erant Quintiliano, cum scriberet X. 7, 11: *est usus quidam irrationalis, quem Graeci ἄλογον τριβήν vocant, qua manus in scribendo decurrit, qua oculi totos simul in lectione versus flexusque eorum et transitus intuentur et ante sequentia vident, quam priora dixerunt.* — Ceterum Cicero sententiam illustravit assumpto simili tali, de quo nemo neget. Affinis ratio loci est III. 10, 38: *neque enim conamur docere cum dicere, qui loqui nesciat* (in hoc enim omnes operam perditam putabunt), *nec sperare, qui Latine non possit, hunc ornate esse dicturum.* Haec ad similem apud Hesiodum sententiarum nexum illustrandum adhibuit vir amicissimus K. Lehrs in libro eruditissimo Quaestionum Epicarum p. 192.

131. *subacto mihi ingenio opus*] figura ab agro ducta, qui aratro et rastro mollitur. Cicero apud Nonium v. *seges* et *subigere* p. 479. Or.: *segetes agricolae subigunt aratris multo ante, quam serant.* Cat. M. 15, 51: *quae* (terra) *cum gremio mollito ac subacto semen sparsum excepit, primum id occaecatum cohibet.* Cf. Plin. H. N. XVIII. 49, 2. *Subactum ingenium* ex illo ipso Ciceronis loco enotavit Nonius p. 400. Merc. Qui si illa, quae secundum libros optimos seclusimus (*novato et*), non ipse quoque referret, sine ulla dubitatione eiecissemus. Sic enim Henrichseni explicatione, agrum *novatum et iteratum* hic dici, qui apud scriptores rei rusticae *iteratus et tertiatus* vocetur, non egeremus. Romani enim etsi agrum durioris glebae etiam tertio inarare solebant, quod ipsum est *tertiare* (v. Varr. R. R. I. 27. et 29. sqq. cf. I. H. Vossium ad Virg. Georg. I. 47.), tamen Ciceronem in media agricolarum natione ortum nec usum sermonis ignorasse nec inutiliter novatorem exstitisse credibile est. Aliter in verbo *inhibendi* accidit mediterraneo homini; v. ad I. 33, 153.

132. *hoc tolle, causa non erit*] quippe *causa* est, de quo possit esse inter homines controversia. Sed nisi rei publicae causa Opimius Gracchum interfecisset, ne ipse

quidem, quo minus damnaretur, recusare potuisset; *causa* igitur tolleretur. De *Decio* v. ad c. 31, 135.

ipsum negat] *id* vulgo additum secutus bonos fideiussores omisi. Multi eius omissionis exempla collegerunt, Gronovius et Drakenborchius ad Liv. V. 43, 4. Bremius ad Cic. Fin. II. 28. Matthiae in Misc. Cr. Vol. I. fasc. 2. p. 96. Wopkensius Lectt. Tull. III. 10. p. 390. ed. Hand. Cui cum imperitius oblocutus esset Moserus, accurate de discrimine additi vel omissi pronominis disputavit Handius l. c. p. 391. docuitque, ubi notio rei non ante concepta commemoretur, *ipsum* pro ea re solum poni non posse. Hinc efficitur illo loco, qui nos huc detulit, codd. bonos verum suppeditare.

in vulgari prudentia sita] eandem paulo ante *naturalem prudentiam* dixit, *communem prudentiam* Fin. IV. 27, 76., *communem mentem* de Or. III. 29, 115. Ergo aliena sunt quae Spaldingius disputavit ad Quintil. I. 2, 20, cf. nos ad de Or. I. 3, 12.

quae argumenta — debent afferri] usitatius erat *quaerendum est quae argumenta debeant afferri* vel *quaerenda sunt argumenta q. d. afferri.* Coniunctivum secundum plurimos bonosque libros sustuli. De loquendi genere contulit Matthiae ad Manil. 12, 34. de Or. II. 60, 243: *in quibus hominum mores ita effinguntur, ut quales sint intelligantur.* Or. 20 extr.: *orator explicandus est nobis qualis futurus sit.* Fin. IV. 6, 14: *quanquam a te diligenter est explicatus finis hic bonorum et quis a Stoicis et quem ad modum diceretur.* Quod si attractionis quoddam genus esse concesserim, etsi omne pendet a verbis personaliter dictis, quae cum accusativo et infinitivo poni alias solent, tamen haec nostra sententia non videtur nisi *συγχύσεως* quodam genere paulo contortius proferri: *quaerenda sunt argumenta, quae ad id, quod in iudicium venit, spectantia* (i. e. quia spectant) *debent afferri.* Alienissimum autem ab hac ratione illud est ex Maniliana, in quo fraudem viro docto fecisse videtur distinctio vulgo ante *quanquam* poni solita. Verba enim

planissime decurrunt: *atque haec qua celeritate gesta sint quanquam videtis, tamen a me in dicendo praetereunda non sunt.*

XXXI. 134. *universa dubitatione*] quod Henrichsenus vulgatae scripturae *disputatione* defendendae advocat c. 32, 138., ubi legitur *referri ad universam disputationem*, non est argumento probando. Nemo enim dubitat, quin hoc dici possit dictumve sit, sed non minus recte dicitur alterum, et exquisitius est. De causa speciali ad generalem quaestionem revocanda infra c. 33, 142. legimus *consultationis aut dubitationis causam fuisse.* In Rosciana 31, 88: *restat, ut hoc dubitemus uter potius Sex. Roscium occiderit* i. e. cum aliqua dubitatione perpendamus; minus recte explicuit Aug. Matthiae. Suetonius Claudio 35: *cum eum Camillus minaci epistola cedere imperio iuberet, dubitavit adhibitis principibus viris an obtemperaret,* i. e. deliberavit. Consimili verbo usus Cicero III. 29, 111, ubi in eadem causa: *omnis,* inquit, *res eandem habet naturam ambigendi,* ἀμφιςβητήσεως, id est ὥςτε περὶ αὐτῆς ἀμφιςβητεῖσθαι: id *disceptationis* vocabulo redditur ib. §. 114. et 30, 118. Eadem scripturae discrepantia invaserat Legg. I. 21, 56., quem locum recte emendavit Goerenzius. Cum genitivo *dubitationem* quanquam alia vocabuli potestate coniunxit Quintilianus I. 10, 28. cf. quae dedimus ad I. 60, 256. Quod paulo ante *ac non* correxi i. e. *ac non potius,* de ea vi particulae consule Matth. ad Rosc. Am. 33, 93. Mil. 12, 33. et Hand. in Tursell. vol. I. p. 474.

135. *P. Decius*] iniuria dubitat Henrichsenius idemne sit, qui Opimium accusavit in tribunatu; hunc enim *Quintum* dici Livio epit. 61. Sed et breviaria illa non admodum certa fide sunt et *Q.* et *P.* in codd. propter simillimam formam (q et p) facile confundi potuere. Si eundem illum videri dicit, de quo Cicero Bruto 28, 108: *M. Fulvi Flacci aemulus P. Decius fuit, non infans ille quidem, sed ut vita, sic oratione etiam turbulentus,* recte iudicavit, sed is ipse est Opimii accusator. Fulvium enim Gracchanorum consiliorum socium et participem fuisse unaque occisum constat; eaque causa Ciceroni fuit, cur Decium eius aemulum vitaque et

oratione turbulentum diceret. Id enim spectat tribunatus eius acta et in his Opimii accusationem, qua dissidia et seditionem in civitate movere voluerit. Eundem esse, qui praetor a M. Scauro cos. (a. 639.), cui transeunti non assurrexisset, male mulcatus dicatur ab Aurelio Victore de V. I. c. 72., verisimilis coniectura est; aetas certe congruit. Ex praetura pecuniae propter rem iudicandam acceptae accusatum suspicor.

136. *criminum multitudo est — infinita*] Lambinus hoc Antonii dictis ceteris non convenire ratus correxit: *sed tamen hominum est multitudo, non criminum aut defensionum a. l. i.*; sequiturque Schuetzius. Male. *Crimina* enim tot sunt, quot res reo obiiciuntur, velut innumera in Verrem congessit Cicero; sed paucis locis avaritiae luxuriae violentiae maiestatis iudicantur et defenduntur.

XXXII. 137. *Mancini causam*] de hac causa postliminio et patre patrato v. ad I. 40, 181.

139. *tantum satis est intelligi*] Ernestus cum aliis ita distinxit, ut *tantum* cum praecedente verbo *debet* coniungeretur, sensu plane nullo. *Tantum* sic in principio sententiae positum non est adverbium, sed nomen. Monuit Goerenz. ad Fin. I. 9, 30., ubi legitur *tantum satis esse admonere.* Verr. Accus. II. 74, 183: *verum tantum inveni, quod apud vos quasi exempli causa proferre possem.* p. Flacco 1, 3: *tantum a vobis petimus, ut — salutem praesentium spem reliquorum in vestra potestate — positam esse et defixam putetis.* Phil. II. 38, 98: *nullius insector calamitatem: tantum queror primum eorum reditus aequatos.* Sull. 22, 62: *de cuius ego virtute et constantia, iudices, tantum dico talem hunc in ista rogatione — fuisse.* 25, 71: *tantum a vobis peto.* Divers. I. 9, 13: *tantum dicam brevi non mihi exercitum, sed duces defuisse.* IX. 18: *tantum video nullius adhuc consilia me huic anteponere.* XII. 29: *tantum velim existimes — gratius mihi futurum.* XIII. 64: *tantum a te petimus, ut agas eam rem.* XIV. 1: *tantum scribo, si erunt in officio amici, pecunia non deerit.* Att. V. 5: *tantum tamen scito Idibus Maiis nos Venusia mane proficiscentes has dedisse.* XV. 2: *tantum enim*

video, non videmur esse victuri. de Or. I. 54, 233: *tantum dico — aliud illud esse atque hoc.* III. 6, 24: *tantum significabo brevi.*

140. *si in personis ponitur*] debebat dici *ponuntur,* quippe *causae;* sed universam *multitudinis* notionem et singulas causas ea comprehensas Cicero hic non minus audacter confudit quam libro I. 34, 154: *oratione aliqua lecta ad eum finem, quem memoria possem comprehendere,* ubi quod Bremius legi vult *quo,* nostro quidem sensui, sed non Romanorum usui convenit, qui in *fine* simul cogitarent orationem, cuius ille finis esset. Similia sunt Tusc. I. 18, 42. V. 37, 108. quibus locis Klotzii annotata conferenda.

causam didicisse] notanda breviloquentia. *Rem* sane a Curio didicerat Crassus, de qua litigabatur; *causam,* id est *quid faceret causam* atque inde etiam quo modo ea dicenda sit, discere ab eo non potuit, sed ipso suo ingenio viam agendi reperit.

141. *cum scriptum ita sit*] illustrantur haec de Inv. II. 42, 122: *pater familias, cum liberorum nihil haberet, uxorem autem haberet, in testamento ita scripsit:* SI MIHI FILIVS GENITVR VNVS PLVRESVE, IS MIHI HERES ESTO. *Deinde quae assolent. Postea:* SI FILIVS ANTE MORITVR, QVAM IN TVTELAM SVAM VENERIT, TV (i. e. persona incerta, quam nos dicimus N. N., iuris consulti autem in libris suis *Gaium* aut *Titium*) MIHI, *dicebat,* SECVNDVS HERES ESTO. *Filius non est natus. Ambigunt agnati cum eo, qui est heres, si filius ante quam in suam tutelam venerit, mortuus sit.* — De causa Curiana v. ad I. 39, 180.

XXXIII. 142. *Catonis et Bruti libris*] „M. Bruto nobilissimo iuris consulto (Brut. 47, 175.) septem libros de iure civili tributos fuisse perspicitur ex Dig. I. 2. §. 39., sed tres tantum a Scaevola veros Bruti iudicatos fuisse testatur Cic. de Or. II. 55, 224. cf. p. Cluentio p. 51, 141.“ *Henrichsen.* Quae ex *M.* cuiusdam *Iunii commentariis* verba affert Varro L. L. VI. 95. p. 113 Muell. non dubito — Bruti iuris consulti esse.

ad artem facilem] haec quorundam librorum scriptura ipsius Crassi verbis I. 42, 190. positis firmatur, ubi legitur: *si enim aut mihi facere licuerit — perfectam artem iuris civilis habebitis, magis magnam atque uberem, quam difficilem atque obscuram.*

143. *acute describere*] *acute* cum Pearcio pro vulgato *apte* restitui, sed minime probo eius interpretationem. „*Crassus*, inquit, *quoniam est tam iuris peritus, quam orator, omnia iuris praecepta acute describet, quod est iuris periti; et ea acute descripta ornatu orationis illustrabit, quod officium est oratoris.* Non propter iuris peritiam, quae maior etiam erat in Scaevolarum familia, acute descripturus erat, sed propter adhibendam artem dialecticam, in qua re quae ipse facere constituerat, Crasso tribuit Cicero; v. ad I. 42, 190. *Acumen* enim maxime dialecticis tribuitur.

in otium — soliumque] in solio sedentes ad focum atrii homines seniores nec amplius prodeuntes in forum consulentibus olim de iure respondebant. V. de Or. III. 33, 133 cf. II. 55, 226. Legg. I. 3, 10. Scriptura vulgata *solitudinemque* manifesto repugnat Crassi verbis I. 45, 199., ubi responsis de iure dandis a solitudine domum suam sese vindicaturum esse dicit. Rarum vocabulum perfacile in tritissimum abire potuit, hoc in illud contrahi, cum nullo compendio scribatur, non potuit. Quanquam repertus est qui etiam hic nugas librariorum tueretur.

144. *sapientiam Scaevolarum*] ipse Scaevola cum quadam gloria dicit *haec iura civilia, quae iam pridem in nostra familia versantur* de Or. I. 10, 39., et *ius nostrum civile* I. 62, 265. Propter eandem peritiam Ser. Sulpicius *homo sapientissimus* vocatur p. Murena 3, 7., quod recte intellexit Ernestus. Nam, ut ait Cicero Off. I. 5, 16. *ut quisque maxime perspicit quid in re quaque verissimum sit quique acutissime et celerrime potest et videre et explicare rationem, is prudentissimus et sapientissimus rite haberi solet;* quam sententiam comparavit A. Matthiae ad Murenianam l. c.

XXXIV. 145. *descriptam instructam ornatamque*] secundum Germanorum sensum quidquid nostri sermonis similitu-

dinem refert minus accommodatum Romanorum usui indicantium non sane latinum videbitur plura verba ita iungi, ut inter duo extrema particula copulativa ponatur. Tamen ea res frequentibus documentis firmatur. Cic. Rosc. Am. 11, 31: *libenter audacter libereque dicere.* Verr. Act. I. 4, 12: *quam* (Siciliam) *iste per triennium ita vastavit vexavit ac perdidit.* Accus. I. 13, 34: *consulem exercitum sortem provinciamque deseruit.* 15, 38: *vitam periculosam insidiosam infestamque reddemus.* II. 21, 51: *istius furtorum iniuriarum uxorumque socios.* 50, 123: *quae erant aetatis ordinis quaestusque.* 65, 159: *moenibus litoribus classibusque suis.* V. 10, 25: *habetis hominis consilia diligentiam vigilantiam custodiam defensionemque provinciae.* Quanquam hic terna et bina arctius nexa videntur. Catil. I. 5, 11: *tam tetram tam horribilem tamque infestam rei publicae pestem.* III. 9, 21: *caedes incendia interitumque.* Mur. 1, 1: *pacem tranquillitatem otium concordiamque.* ib.: *fauste feliciter prospereque.* Sext. 8, 20: *vino ganeis lenociniis adulteriisque.* 24, 53: *cum — furori hominis sceleri perfidiae telis minisque cessissem;* simile illi Verr. V. 10, 25. Att. I. 20, 1: *qua de re cum ad me ita suaviter diligenter officiose et humaniter scripseris.* Tusc. I. 33, 80: *aegritudines irae libidinesque.* V. 14, 42: *tutum inexpugnabilem saeptum atque munitum.* Rp. III. 10: *genera iuris institutorum morum consuetudinumque.* N. D. I. 15, 41: *Orphei Musaei Hesiodi Homerique.* II. 58, 145: *in pictis fictis caelatisque formis.* Off. I. 4, 13: *quod verum simplex sincerumque sit.* De Or. II. 12, 53: *temporum hominum locorum gestarumque rerum.* 38, 159: *genus sermonis — exile aridum concisum ac minutum.* Liv. XXIX. 20, 10: *tacta violata clataque.* XXXVIII. 38, 12: *conquirendi cognoscendi requirendique ius.* Sall. Iug. 77, 3: *a Bestia Albino Metelloque.* Scr. Belli Afr. 54, 2: *meaeque lenitatis modestiae patientiaeque.* Ita correxi de Or. I. 4, 15. Hinc intelligitur et omne genus copulativarum particulam ultimo vocabulo addi, etsi *que* creberrime ita dictum exstet, et ipsum illud *que* minime semper adhaerens quiddam et annexum nec pari dignitate copulatum inferre, etsi visum

Handio de Stilo lat. p. 292. Spaldingius, qui pluribus Quintiliani locis ascripserat latinitatem eam novitiam videri, post ad rectiorem sententiam rediit praef. ad vol. III. p. 12.

146. *ea vi sua verba parient*] Alienum est, quod Heusingerus ad coniecturam suam Schuetzio probatam firmandam advocavit Fin III. 5, 19., ubi si de rebus grandioribus dicas, *res verba rapere* dicuntur. Fit enim natura, ut bonus orator granditate rerum incendatur et consequatur verborum et granditas et quoddam flumen concitatius. Hic vero nihil dicitur, nisi *verborum copiam rerum copia gigni*, quae ipsius Ciceronis verba sunt de Or. III. 31, 125. Animadvertit Muellerus.

147. *intra quas venere*] etsi *venari* pro *appetendo*, ut Graecorum *θηρᾶν*, tralaticium est, tamen ea vi, qua proxime abest a prima significatione, hic apud Ciceronem unicum esse videtur. — Paulo post *usu*, quamvis paucorum nec bonorum librorum scriptura sit, verum puto, nec tamen ea de causa, quam Henrichsenus affert, dici quidem *leges linguas disciplinas percallere*, sed non *usum*. Quippe si *percallere* est multum tractando peritum fieri et *usus* non modo exercitationem, sed etiam usu perceptam prudentiam significat, plane ut nostrum *Praxis* (v. mea ad Brut. 41, 152.), non intelligitur quidni quis possit percallere usum, i. e. peritissimum fieri rerum usu percipiendarum. Sed sententia non patitur. Res, quas percallere orator iubetur, in usu positae dici non possunt, cum paulo ante dubitetur artis ne an animadversionis an consuetudinis sint; accurata autem locorum percogitatione opus esse affirmatur eamque usu adiuvandam.

XXXV. 149. *id tamen dissimulanter facere — prudentia est*] Schuetzium in his interpolatoris manum agnoscentem iure secuti sunt Muell. Or. Henr. Nam primum figura *ἐπιστροφῆς* illis turbatur, quam interruptionem qui nuper lege necessitatis excusavit, praetervidit non illud referre quid adversarius *proficere videatur*, sed quid *proficiat*, et in excipiendis verbis adversarii vultuque perspiciendo omnino dissimulationem nullam cerni, sed attentionem quandam

animi. His addi poterat argumentum longe fortius. Quid enim? Cicero cum hic diligentiam solam laudet ipsique in-ingenio paene aequiparet, nonne ineptissimum est virtutem plane alienam illius laudibus mediam inserere?

ut vires, diligentia est] huic Ernesti coniecturae non modo forma sententiae eodem modo conclusae favet, praesertim cum et quae vulgo leguntur, *haec magna sunt*, et ab optimis codd. absint et magis inepti lectoris admirationem testentur, quam Ciceronis manum referant; sed etiam illud verissime observavit Schuetzius memoriae vocis virium usum in dicendo ad diligentiam referri patere ex I. 34, 156 sqq.

150. *reliqua sunt in cura*] Talaei quaedam suspicio *reliqua, quae sunt*, Muellero viro non κριτικωτάτῳ placuit; qua ascita sententia sic decurrat oportet: *reliqua, quae sunt in cura —, complectar uno verbo.* Ea pluribus partibus falsa est. Nam et *diligentiae* posuisset Cicero, et parum aptè loquentis ita immiscetur iudicium, et longe rectius illud *complectar uno verbo* παρενθέτως infertur, ut inter se invicem opponantur *ars* inveniendas res demonstrans et *cura* reliqua conficiens.

XXXVI. 152. *Est — ut plerique philosophi*] formulam hanc loquendi multis illustravit Matth. ad Cic. Mil. 13, 35., permiscuit tamen exempla, quale hoc est, cum aliis, quibus significatur *est cur.*

Aristoteles — posuit quosdam locos] in Topicis quidem; v. Ciceronis Topica 1, 2. ad Trebatium scripta, quae viam huic ad intelligendum philosophum aperirent.

omnis argumenti via] *omnis* genitivum esse oportet; si nominativus esset, scribendum fuit *argumentandi* s. *argumenti ducendi*, quorum illud in codd. quosdam ex male intellecta scriptoris mente irrepsit. *Argumentum* autem *argumentationem* i. e. rationem argumento utendi (*Beweisführung*) significat; praecise enim dictum videtur subaudiendumque *adhibendi.* Quod *via ac ratio* scribendum putabat Muellerus, causa non erat; nisi credimus quod semel dictum sit semper debuisse

dici. *Via* est *μεθοδικῶς*, diciturque solum sine addita *ratione* etiam in Bruto 12, 46. Divin. II. 1.

hanc orationem] cum *disputare* sit rem ab utraque parte considerando argumentisque exponendis illustrare, etiam oratoribus tribuitur. Quippe sicut sermone uti proprie oratoris non est, sed sunt tamen loci non contentione, sed sermone tractandi, ita cum deliberatione etiam *disputatio* in oratoris officium cadere dicitur de Or. III. 55, 211. Sed id munus cum proprium eius et quasi suum non sit, non potest vocabulum philosophorum dictionibus accommodatum oratoris totum negotium complecti. Fundus emendationis nostrae est Or. 32, 113: *quanquam aliud videtur oratio esse, aliud disputatio, nec idem loqui esse, quod dicere; attamen utrumque in disserendo est: disputandi ratio* (*μέθοδος, τέχνη*) *et loquendi dialecticorum sit, oratorum autem dicendi et ornandi.* Quae verba minus apte Goellerus distinxit.

XXXVII. 154. *tanquam ad aliquem libidinis scopulum*] significari Sirenum, quae Ulixen audiendi libidine pellexerint, insulas secundum Od. *κ.* 133. *μ.* 39, 154. interpretes viderunt. Et sententia sane eius modi est, qualem Talaeus indicavit: Catulum iocari in Antonium, qui, ut nautae timide accedant ad Sirenum scopulos metuentes naufragium, ita philosophiam defugerit. Sed mirum est *libidinis scopulum* dici vocabulo ad intelligendum minime idoneo. Quod sentiens Lambinus in margine ed. repet. coniecturam posuit *aliquem Sirenum scopulum.* Schuetzio placet Strebaei coniectura *tanquam navem ad aliquem libidinis scopulum.* Sed *navem* addi verbo appellendi proprie dicto non est opus; dicitur autem proprie cum *scopulo* coniunctum. Nec satis constaret simile a navigatione petitum, nisi scribatur *tanquam nautae ad aliquem scopulum*, et quid sit *libidinis scopulus* non magis elucescit. Nec ex loco Finium V. 18, 49. aliquid lucis peti licet, quo sapientiae cupiditate illectus Ulixes Sirenum scopulos praetervectus dicitur. *Libidinem* cupiditatem discendi interpretatus Muellerus veram intelligendi viam inisse videtur. *Scopulus* autem *libidinis* non dicitur subiective s. active, sed passive potius pro *scopulo in quo*

libido naufragium facere potest. Sententia igitur haec est: timide es, Antoni, philosophiam aggressus, quasi quae cupiditati tuae periculum minaretur, quod nullum est. Liberius autem sententiam ipsam cum simili commiscuit. Non dispar ratio est loci de Or. III. 19, 69: *haec autem, ut ex Apennino fluminum; sic e communis sapientiae iugo sunt doctrinarum facta divortia.* Nam *divortia doctrinae* tralate dicuntur, ut *mentem ad philosophiam appellere,* proprie autem *fluminum divortia ex Apennino,* sicut *appellere ad scopulum;* porro ut *scopulus libidinis* figuram habet, ita *iugum sapientiae,* mediaque interponuntur utrique membro, cum et *scopulus* et *iugum* rectius ad simile collatum astringerentur.

referta quondam Italia Pythagoreorum] de Pythagora eiusque schola v. ad I. 10, 42. De Pythagoreis in Italia Cicero etiam in Tusc. I. 16, 38. IV. 1, 2. V. 4, 10. conferri potest. Antiquam fabulam de Numa Pythagorae discipulo cum Livius refutavit I. 18. XL. 29. et Dionysius A. R. II. 59., hic quidem Polybii rationes secutus, tum Cicero Rep. II. 15. Ex commerciis Romanorum cum Magnae Graeciae habitatoribus Pythagorae et nomen et disciplinas quaedam capita Romam defluxerunt et magna auctoritate fuerunt; qua re, si reputaveris Pythagoram non certius nosci, quam Numam, non miraberis auctori fuisse ascripta quae eius sectae essent. V. Niebuhr. Hist. Rom. vol. I. p. 264. *In hac gente* i. e. in Italis, de quo genere loquendi quaedam attuli ad I. 19, 85. *Fuit* Magna Graecia in Italis, quia in Italiam habitabant Graeci illi, a quibus pars eius terrae nomen accepit, itaque Italos complectebatur.

cum — ante cognovit] *cum* pro *quoniam quidem, ἐπειδήπερ,* positum aliquando cum indicativo antiquius et in primis Plautino more dici certum est. Exempla a me olim congesta ad Brut. 36, 138. paucis auxerunt Kritzius ad Sall. Iug. p. 547. et Wunderus ad Plancianum p. 101., uterque autem in significatione constituenda errasse videtur, alter, quod *cum* sic dictum pro *quando* poni, alter quod subrogari posse *eo quod* decrevit; neuter tamen exemplorum

delectum habuit, ut admiscerentur, in quibus *cum* significet *quotienscumque* s. ὁπόταν (*wenn* s. *jedesmal*, *wenn*).

P. Africano C. Laelio L. Furio] de P. Africani studiis literarum v. Hist. Eloq. Rom. p. XXVIII. et confer Cic. Off. I. 26, 90. ibique Beierum; Intpp. ad Rep. I. 21. Velleium I. 13. *C. Laelius Sapiens* Diogenem et Panaetium Stoicos audiverat, v. Cic. Fin. II. 8, 24. „*L. Furius Philus* (alii falso *Publii* praenomen ei fuisse dicunt v. Beier. ad Off. III. 30, 109. p. 391., sed *Lucius* etiam in ll. de Rep. vocatur) Laelio amicissimus (v. Cic. Lael. 27, 101) consul a. u. 618. cum Sex. Atilio Serrano de foedere Numantino quaesivit (Cic. Rep. III. 18. Off. l. c.). Latine loqui perbene putabatur et literatius, quam ceteri eiusdem aetatis oratores (Cic. Brut. 28, 108.). Astronomiae studiosum fuisse cognoscimus ex Cic. Rep. I. 11. Horum trium virorum ingenium doctrinamque etiam pro Archia 7, 16. et philosophiae studium p. Mur. 31, 66. Rp. III. 3. praedicat Cicero.“ *Henrichsen.*

155. *de suis rebus maximis*] P. Scipione Nasica II. M. Marcello II. coss. (Cic. Acad. II. 45, 137) a. 599. Athenienses ad deprecandam quingentorum talentum multam ob Oropum direptam a Sicyoniis, qui iudices in hac causa dati erant, irrogatam philosophos Carneadem Academicum Critolaum Peripateticum et Diogenem Stoicum Romam miserunt. Hi dum senatus sententiam exspectant accuratis disputationibus maximo concursu habitis Romanos philosophiae quodam gustu imbuerunt. V. R. Kuehneri comm. de Ciceronis in philosophiam eiusque partes meritis p. 9.

Zethus ille Pacuvianus] hic et Neoptolemus Ennii etiam a Sex. Aelio apud Ciceronem Rep. I. 18. componuntur, ille tanquam nimis agrestis et inimicus doctrinae, hic modicus eius assectator. Zethi res ex scriptore Herenniano II. 27. 43 (cf. Cic. Inv. I. 50, 94.) cognoscuntur; eandemque controversiam Horatius respicit Epp. I. 18, 41. In Pacuvii fabula Antiopa Zethus ex Iove et Antiopa natus cum Amphione fratre musicae studioso altercans inducebatur: *quorum*, inquit rhetor Herennianus, *controversia cum de musica introducta esset, disputatio in sapientiae rationem et virtutis utilitatem*

consummabatur. Eam tragoediam ex Graeca Euripidis expressam significat Cic. Fin. I. 2, 4.; cf. Valck. diatr. in Eurip. p. 7 sqq.

156. *Neoptolemus apud Ennium*] eandem Ennii sententiam tangit Cicero Rep. I. 18. Tusc. II. 1, 1.; Gellius V. 16., qui paulo ante versum Ennii talem affert:

Philosophandum est paucis: nam omnino haud placet.

in quo altera primi verbi syllaba vi numeri producitur. Argumentum sententiae idem his verbis reddit: *degustandum Ennius ex philosophia censet, non in eam ingurgitandum.* Communi nobilium Romanorum more receptam ostendit Tacitus in Agricola 4, 10., antiquam et Graecis tritam Callicles apud Platonem in Gorgia p. 484. C.: *φιλοσοφία γάρ τοι ἐστὶ χάριεν, ἄν τις αὐτοῦ μετρίως ἅψηται ἐν τῇ ἡλικίᾳ, ἐὰν δὲ περαιτέρω τοῦ δέοντος ἐνδιατρίψῃ, διαφθορὰ τῶν ἀνθρώπων.*

XXXVIII. 157. *διαλεκτικὴν appellaret*] perapte *appellaret.* Tum primum illud nomen Romae auditum significat ipsique Antonio in rebus philosophicis tironi aliquid peregrinum sonare videri. Quod nisi Cicero voluisset, *quae dialectica vocaretur* scripturus erat. Eius artis vim accuratius describit Cic. Brut. 41, 152., dicens esse artem, *quae doceat rem universam tribuere in partes, latentem explicare definiendo, obscuram explanare interpretando, ambigua primum videre, deinde distinguere; postremo habere regulam, qua vera et falsa diiudicentur et quae quibus positis sint quaeque non sint consequentia.*

158. *nam et omne, quod eloquimur*] hunc locum emendavimus et quo modo sententia cohaereat docuimus in Comm. Crit. l. c.

quibus — detexta prope retexantur] *retexere* pro *dissolvendo* dictum cum eleganti figura illustravit Gronovius Obss. IV. 15. p. 463 ed. Frotscher.

159. *quae negat ullo modo posse dissolvi*] velut *ψευδόμενον*, quem *mentientem* Cicero reddidit, *φαλακρόν* s. *calvum* et in primis *σωρίτην* s. *acervalem*, v. Cic. Divin. II. 4.

concisum ac minutum] genus dicendi *concisum*, id quod iam ex addito *minutum* clarum est, minime *breve et pressum* est, nec unquam in laude, saepe in vitio ponitur. Est enim fusis latisque disputationibus et copiae Academicorum et Peripateticorum contrarium et de sententiis *minutatim* s. *in brevissima membra divisis* dicitur, quod genus argumentationibus dialecticorum aptum in oratoribus raro ferendum est, qui membratim aut incisim multa dicunt (Cic. Or. 62.), sed ne frustulatim orationem omnem concidant, cavere debent. *Concisa oratio* est igitur *κατακεκομμένη* s. *κατὰ κόμματα τετμημένη*. Cic. de Or. II. 80, 327: *quanquam hoc ipsum concisum est ita, ut non brevitati servitum sit, sed magis venustati.* Nam *ita* non est *adeo*, sed *eatenus* sive *ea tantum lege et consilio.* Or. 13, 40: *nam cum concisus ei* (Isocrati) *Thrasymachus minutis numeris videretur et Gorgias.* 56, 187: *quod si et angusta quaedam et concisa, et alia est collatata atque diffusa oratio*; i. e. alia pauca verba iungens alia longiores circuitus efficiens. Sed *verborum concisio* Partt. Or. 6, 19. cum sit eiectio omnium supervacaneorum ad iustam usque brevitatem, ad primam significationem *caedendi* redit significatque id quod nos dicimus verbo *zusammenstreichen*, quo ipso recidendorum redundantium negotium dicimus. *Partitionem concisam* autem usitata vocabuli vi Quintilianus iusto plures aut minutas partes facientem appellavit IV. 5, 24.; addit enim auctoritatem orationi detrahi instituendis *non membris, sed frustis*; item cum spiritu frequentiore sententiae *concidi* dicuntur XI. 3, 53. Locutio *afferre genus sermonis* pluribus illustratur ab Heusingero ad Off. I. 3, 8.

aurificis statera] hoc loco in explicando *trutinae* vocabulo usus Nonius p. 180. Merc. *artificis stateram* habet, quod propter facilitatem intelligendi etiam Ciceronis codd. plurimos, sed peiores occupavit. *Aurariam stateram* Varro dixit eidem Grammatico commemoratus VI. 41. In talibus fortes esse decebat qui qualescunque vulgaris scripturae ineptias defendunt.

160. *cuius et illum legi librum*] *τεχνῶν συναγωγήν*, quem unum librum fuisse tradit Anon. in vita Aristotelis a

Menagio edita ad Diog. La. V. 35., duos commemorat Diogenes ipse V. 24. Huius libri argumentum exponit diligentiamque una et suavitatem laudat Cicero Inv. II. 2, 6. — Illi libri *quibus sua quaedam de arte* oratoria *dixit* sunt ῥητορικῶν, quos, quia ornandae orationis et agendi artificium leviter tractant, hic contemnit Cicero, etsi de inventione nec ab ipso nec a Quintiliano quicquam acutius excogitatum est.

161. *nullam — rem defendit, quam non probarit*] *quin* et *qui non* enuntiati secundarii, cum praecessit perfectum, aut cum alio perfecto aut cum imperfecto coniunctum tractavit quidem, sed parum feliciter A. Matthiae ad Cic. p. Sulla 16, 46. Perfecto enim opus, ubi res ita confecta dicitur, ut iam nihil absolvendum relinquatur, imperfecto, cum illo tempore nihil reliquum videretur. In plurimis exemplis unum est Brut. 8, 35., quod, nisi ad inauditam in tam brevi spatio praeteritorum oblivionem confugere velimus, correctione egere videatur. Scribendum enim *sit* pro *esset*; in prioribus cum Schneidero corrigi *posset*, cum legatur *possit*, non potest, quia illud antecedenti *viderit* tutum praestatur.

XXXIX. Iam praecepta dantur exemplis illustrata quomodo argumenta ducenda sint aut ex rebus ipsis, et quidem vel totis vel ex partibus rerum vel ex vocabulo rei; aut ex coniunctis, generibus et partibus similibus et dissimilibus, quae rem principalem attingant; aut ex contrariis consequentibus praecurrentibus repugnantibus, ex causis comparatis maioribus minoribus paribus, denique ex eis, quae foris assumantur. Ea invenire, nisi tractare scias, satis non esse (c. 39 — 41, 177.). Plus argumentis autem valere auditorum conciliandorum et permovendorum artificium; illud fieri moribus rebusque gestis hominum, oratione autem leni atque summissa. In movendo iudice multum prodesse, si is permotionem aliquam ad causam afferat, cui orator incitandae operam dare possit. Quae si nulla sit, efficacius nihil esse, quam ut orator ipse odio ira misericordia dolore plenus videatur; idque optimo cuique oratori sponte accidere solere, quem ad modum actores etiam fictis fabularum ar-

gumentis mire incendantur. Huius rei ex causis, quas ipse dixerat Antonius M'. Aquilii et C. Norbani, exempla repetuntur et quomodo in eis orationem suam instituerit exponitur (c. 42 — 50, 204.).

162. *eandem incudem — tundentibus*] metaphora a fabris ducta in incude ferrum tundendo formantibus, velut magistri pueris formandis operam dant inculcandis praeceptis et exercendo ingenio. Monuit Talaeus. Iuvenes studiosos *in ipsa studiorum incude positos* dixit Scriptor dialogi de Oratoribus c. 20.

163. *ex sua vi*] haec prima partitio rerum insitarum et assumptarum Aristotelica est; reliqua non item. Eandem materiem uberius Cicerone tractat Quintilianus quanquam paulo aliter divisam V. 8, 4 sqq.

164. *definitione universa* [*vis*] *explicanda*] ineptus ille, qui *vis* addidit, quod seclusimus, cum a bonis libris absit, ignoravit *universa* nominativum esse referendum ad *rem*; *explicare universam rem* est universe spectatae naturam explicare, *τὸ πρᾶγμα ὅλον* s. *καθόλου ὁρίζειν*. Similibus et sensu et verbis Quintilianus IX. 2, 40: *res non universa, sed per partes* (indicatur). Et Cicero de Or. III. 27, 106: *loci, qui — quia de re universa tractari solent, communes nominati sunt.*

si maiestas] perspicuum est ab hoc capite egressum Antonium in defendendo C. Norbano: cf. ad c. 47, 197. et Partt. Or. 30, 104.

165. *aliud consilium — suum*] sententia duritie quadam non caret, quia *consilium* duobus modis in ea dictum exstat. In verbis *senatus consilio uti συμβουλίαν* significat, in *suo consilio* interpretari licet *βούλευμα*, quae vis cum priore accurate coniuncta est, quia omne consilium a nobis captum quasi instituta nobiscum deliberatione conficitur. At vero *aliud consilium instituere* non potest idem esse quod *inire*, quia in mutando consilio superbia nulla cernitur. Inest igitur in *consilio* zeugma figura et hic significatur *aliud consilium ad rem publicam gerendam instituere sublato senatu*, quem ad modum in concione minitabatur consul

Philippus de Or. III. 1, 2.; quae res cum sit evertendae rei publicae, iure dicitur *superbia*, *ὕβρις*, qualis est contra leges dominantis.

si ex vocabulo] ab hoc principio orsus videtur Carbo consul defensionem L. Opimii; v. ad II. 25, 106.

166. *et quasi praecurrentia*] v. §. 170. Similia Aristoteles habet Analyt. prior. I. 27, 5: *δεὶ δὲ τὰς προτάσεις περὶ ἕκαστον οὕτως ἐκλαμβάνειν ὑποτιθέμενον. αὐτὸ πρῶτον καὶ τοὺς ὁρισμούς τε καὶ ὅσα ἴδια τοῦ πράγματός ἐστιν. εἶτα μετὰ τοῦτο ὅσα ἕπεται τῷ πράγματι, καὶ πάλιν οἷς τὸ πρᾶγμα ἀκολουθεῖ, καὶ ὅσα μὴ ἐνδέχεται αὐτῷ ὑπάρχειν.* Hinc clarum est *praecurrentia* dici *antecedentia* quidem, sed non qualiacunque, sed quae cum re ipsa conciliari possint. Quod ut recte intelligeretur post *contraria* et *repugnantia* medie distinxi; pluribus enim membris divisa sententia est. Iunguntur primum *similitudines dissimilitudines contraria*; nam etsi *dissimilitudo* et *contrarium* opponuntur *similitudini*, tamen inter se differunt. Deinde arctiore vinculo colligantur *consequentia et consentanea*, quae eadem addito vocabulo finitimo *et quasi praecurrentia* explicantur; his tribus communiter opponuntur *repugnantia*. Paulo aliter haec ordinavit Cicero in Topicis 4, 19., cum *antecedentia* (i. e. priora) *consequentia* (non tempore, sed re) et *repugnantia* cf. c. 12, 53.; et haec sequitur Quintilianus VI. 3, 66. unde risus duci possit locos recensent, idem aliter nec minus tamen apte materiem divisit V. 8, 5. 10, 2. 14, 1., *consequentia* et *repugnantia* tanquam genera ponens, quibus subiungantur *ex praeterito tempore petita*, *ex coniuncto*, *ex sequente*; quonam *ex praeterito* ipsa illa sunt *antecedentia*. Spaldingius ad V. 8, 5. commentatus rem non intellexit.

maiora paria minora] Schuetzius duo ultima verba invertit, quod eo ordine leguntur c. 40, 172. item in Topicis 4, 23. (errat Muellerus) et 12, 68. Sed vulgaris exstat apud Quintilianum V. 8, 5.

XL. 167. *Q. Metellum*] is *Pii* cognomen adeptus, quod patris Numidici a L. Saturnino tr. pl. adiuvante C. Mario

cos. in exsilium eiecti gratia post Saturnini caedem et populo supplicavit nec dubitavit ad P. Furii tribuni pedes procumbere. Tamen Metellus Numidicus sequente demum anno (a. u. 655.) lege Q. Calidii trib. pl. restitutus est (Cic. Planc. 28, 69. Sext. 16, 37. Liv. epit. 69. Vell. II. 15. Val. Max. III. 8, 4. Plut. Mario 29, 31. Appian. B. Civ. I. 29 sqq.).

169. *sempiternum tempus spectare*] *in* et plerorumque et optimorum librorum fidem non habet, et sententiae nocet. *Spectare* enim sive significat *intentum esse et propositum sibi habere*, ut hic, sive *respicere* sive *iudicare* sive *pertinere aliquo*, cum praepositione *in* coniungere soloecum est. Qui id nuper loco Ciceronis Off. I. 17, 58. defendere voluit ubi legitur *domus in nos solos spectat*, et interpretatus est *consilia quae in se habent perpetuam utilitatem* (*welche die Bedingungen eines dauernden Nutzens in sich tragen!*) is, cum nullum scriptorem legisset nec, si legisset, iudicare posset, aut lectoribus suis fraudem aut sibi fecit. Quippe *spectare in aliquem* proprie significat *oculos in aliquo defigere*, tralate autem *consilium imperium praecepta salutem ab aliquo exspectare*. Quod quo modo sit nostrae illi sententiae simile nemo intelliget. — De locutione *in diem vivere* cf. Bentl. ad Hor. Carm. III. 29, 43.

170. *Crassus adolescens*] v. ad I. 10, 40. — De Carbone mortem Gracchi deplorante v. ad II. 25, 106.

aliquid quaesisse] v. ad c. 42, 178.

P. Africani necis] is cum a. 625. M. Fulvio C. Graccho C. Carboni triumviris agro ex lege Ti. Gracchi dividundo adversaretur fortisque et validus domum se recepisset (Cic. Lael. 3, 12.), mane in cubiculo mortuus repertus est, ut quaedam elisarum faucium notae in eo apparerent; alii Carbonem Fulviumve, alii Semproniam uxorem insimulabant, nec tamen de tanti viri morte habita ulla quaestio est (Cic. Mil. 7, 16. Liv. epit. 59. Vell. Pat. II. 4.). A Carbone vim Africano illatam rumor a plurimis creditus etiam ex Ciceronis epistolis ad Div. IX. 21. et ad Q. Fr. II. 3, 4. cognoscitur.

eam legem] a. u. 623. de tribunis reficiendis, quam suasit C. Gracchus, dissuasit Africanus tenuitque, ne perferretur; Cic. Lael. 25, 96. Liv. epit. 59. cf. Manut. prooem. ad Cic. Divers. VIII. nos in Hist. Eloq. R. p. XXX. *Ea lex* non est *talis* s. *tam perniciosa reipublicae*, sed *omnibus nota illa;* sed leviore pede rem transiri nec oratorie augeri significat. Inutilis est Bakii coniectura *legem de tribunatu*, ipsa locutione *ἀκύρῳ*.

dissedisti] qui libros non numerant, sed bonitate indicant iam propter hoc plurimorum scripturam *dissensisti* probare non possunt. Praeterea *dissentire* non est mali civis indicium: fit enim saepe inter bonos quoque, ut inter Q. Metellum Macedonicum et P. Africanum. Qua de re cum dicitur *Marius cum Sulla gravissime dissensisse* Cic. Har. Resp. 25. item *cives* Phil. XII. 11., figura *λιτότητος* de industria quaeritur graviori rei lenius vocabulum. Sed ea excusatio in hanc Ciceronis sententiam non cadit; accusator enim acribus et vehementibus verbis usus factiosum hominem et rei publicae hostem fuisse indicat.

172. *hic parvae consuetudinis*] versus sunt ex Terentii Andria I. 1, 83. *Tam familiariter* i. e. tam dolenter, quasi familiaris esset.

XLI. 174. *ut enim si aurum cui*] hunc locum et emendatum et explicatum dedi in commentariis criticis.

176. *animos eorum ita afficiat*] scripsi ex potioribus codicibus *afficiat*, hoc ut pariter ac praecedens *ut talis videatur* a verbo principali *assequetur* pendeat; nec tamen alia de causa, nisi perspicuitatis. Ut *afficiet* legamus, suadere videtur sententia binis membris pariter compositis incedens; *si vero assequetur, ut talis videatur, qualem se videri velit* unum erit et *si animos eorum ita afficiet, apud quos aget, ut eos quocunque velit trahere vel rapere possit* alterum. Haec sententiae forma non modo coniunctivis, sed etiam eiusdem verbi coniunctivis utrobique positis commendatur. Sed obstat, quod alteri membro non praefigitur *si*, quod in tanto intervallo perspicuitatis causa iterandum fuisse videtur. Ceterum *trahere* persuasionem, *rapere* permotionem au-

ditorum spectat. Totam hanc sententiam alienam esse a re iudicat Bakius, quod de conciliandis et concitandis hominibus non ante agatur quam §. 181. Verum hic tractandi viam Cicero sibi praemunit duo oratori necessaria coniungendo, locorum illorum notitiam et persuasionem auditorum de dicentis honestate; quorum alterum alteri cumulum addat.

177. *similitudinis satietate*] id est satietate ex similitudine nata, sive fastidio similitudinis, quo vocabulo in simili sententia usus Cicero est de Or. III. 50, 193: *horum* (pedum) *vicissitudines efficient, ut neque ei satientur, qui audient, fastidio similitudinis nec nos id, quod faciemus, opera dedita facere videamur.* V. ad I. 3, 9. II. 15, 63. dicta.

interdum concludere relinquere alias] Chiasmus est verbi et adverbii. Cic. Quinct. 11 extr: *quem nunc interficere nefarie cupis, eum prudenter appellare nolebas.* Verr. Accus. II. 78, 191: *quod crimina diluere dilucide, quod copiose reorum causas defendere solerent.* N. D. III. 2, 5: *defendam semper semperque defendi.* Livius XXIV. 14, 3: *libertatem tacite mereri, quam postulare palam.* XXVIII. 8, 3: *utrum ab se audacius an fugacius ab hostibus geratur bellum.* Finitima his sunt exempla, quibus dictum aliquod s. casus adverbiascit, velut Cic. Sull. 17, 49: *ut victi in campo in foro vinceretis.* Phil. V. 10, 27: *non est verbis rogandus, cogendus est armis.*

puncta argumentorum plerumque ut occulas] laudat haec Nonius v. *occulere* p. 148. Merc. — *verbis confusa* i. e. coniuncta, consociata. „Sic Off. II. 3, 10: *haec tria genera confusa cogitatione distinguunt;* cf. ibi Beierum p. 22., item Off. I. 27, 95. Tusc. I. 11, 23. Fin. V. 23, 67.“ *Henrichsen.*

XLII. 178. *aut aliqua permotione mentis*] trita est inde a Pearcio ad h. l. commentato multorum assensu opinio *aliquis,* quod manifesta compositi ex *alius quis* vestigia prae se ferat, non nunquam etiam utriusque vocis vim retinere. Quod iam eo argumento refellere licet, quod *aliquando* non significat nisi ποτέ, nunquam ἄλλοτε. Goerenzius certe

vellem quinquaginta locos illos exprompsisset, quibus illam significationem firmari dixit ad Acad. II. 10, 30., cui se facile credere professus Zumptius ad Acc. Verr. V. 28, 72., rectius non credidisset, sed quaesivisset. Quippe exempla, quibus utuntur ad demonstrandum, duorum generum sunt. Alia additum *aliquis* habent numerorum finitionibus; quod cum fit, significatur idem, quod *fere*, plane ut τὶς Graeco. Plautus cum dixit in Menaechmis V. 5, 47: *helleborum potabis faxo aliquos viginti dies*, noluit intelligi *alios aliquos*, nondum enim ille alter biberat omnino, sed *circiter viginti*. Cicero comparans Graecorum Romanorumque viros magnos suisque popularibus principatum vindicaturus Fin. II. 19, 62. haec verba ponit: *Graecis hoc* (ut exempla habeant a voluptate dehortantia) *modicum est: Leonidas Epaminondas tres aliqui aut quatuor*, quippe omnino, non praeter illos. Att. IV. 4: *velim mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos*. Alia male intellecta falsae opinionis causam dederunt. Cic. Brut. 90, 310: *commentabar declamitans saepe cum M. Pisone et cum Q. Pompeio aut cum aliquo quotidie;* id est omnino aliquem habere me oportebat, cum quo declamarem, quisquis esset. Verr. Acc. V. 28, 72: *qui a praedonibus erant capti, cum mercaturas facerent aut aliquam ob causam navigarent* i. e. qui navigarent, sive mercatores sive qualecunque genus hominum: Att. VII. 12 extr: *etiam quid censeas de Terentia et Tullia, Romae eas esse, an mecum, an aliquo tuto loco.* Quippe totius epistolae tenor ostendit nec apud ipsum nec Romae tutum visum. Par. III. 1, 21: *aut temperantem eum* (dices) *qui se in aliqua libidine continuerit, in aliqua effuderit?* ἐν μέν τινι — ἔν τινι δέ, non ἐν ἄλλῃ δέ τινι. Divers. VI, 8: *re aut impetrata, quod spero, aut aliqua ratione confecta.* i. e. qualicunque. Off. I. 7, 23: *nam qui iniuste facit impetum in quempiam, facit aut ira aut aliqua permotione mentis.* Suet. Tiber. 47: *princeps — iis* (spectaculis), *quae ab aliquo ederentur, rarissime interfuit.* Non dici pro *alio aliquo* coniuncta docent. Nam tantum abest, ut ipse hic alii ludorum editori opponatur, ut nunquam edidisse spectacula dicatur. Tale est etiam illud, a

quo egressi huc excucurrimus. Aliquando praegnanti significatione praeditum est *aliquis*. De Or. II. 40, 170. correxi: *simulasse te et aliquid quaesisse perspicuum est;* id est aliquid singulare, reconditum. In emendatione praeiverat Gudianum codicem secutus Heusingerus ad Off. I. 11, 5., sed et illum et hunc locum male interpretatus est. *In delenda Corintho* enim cum Romani *aliquid secuti* dicuntur, non *aliud quid* secuti dici potuerunt, quia quid consilii in Carthagine et Numantia delenda habuerint omnino expositum non est. Addam tertium exemplum. Inv. II. 36, 108: *si beneficia proferet, aut aliqua de causa facta, non propter benevolentiam demonstrabit.* Qui beneficia in alterum conferre dicitur *aliqua de causa*, is aliquid peculiare spectat, quod assequi vult. — Paulo ante *timore aut terrore* (pro *errore*) ex quibusdam libris recepit Schuetzius. Sane Cicero Tusc. III. 8. *timorem* et *terrorem* duas dicit perturbationum species esse; quem locum cum indicasset Pearcius, cupide Schuetzius arripuit. Sed *timor* hic non cum *errore* componitur, sed cum *spe*, cuius modo mentio facta; *error* autem oppositam in sequentibus *veritatem* habet, quod probe perspexerat Pearcius similia exstare monens in Oratore 33, 118, ubi *errores* opponuntur *perturbationibus animi*, et in Partt. Or. 11, 38. ubi in permotionibus animi cum *metu* etiam *error* commemoratur. Bene enim monet Muellerus *errorem* esse eius, qui quid agat nesciat, qua de causa in Divin. in Caec. 14, 45. *aestus error tenebrae* coniungantur. Facile enim falli et errare qui facile sperent, eosque etiam confidentes et audaces et iracundos esse, ut dicat Aristoteles Rhet. II. 12, 8.

180. *quia non noram*] *non memineram* Schuetzio placebat, quod paulo ante dixisset Antonius sibi nisi admonito in mentem venturum non fuisse. Sed Antonius minime negat se omnino nosse, sed non recte se nosse dicit, quippe nescium ubi ponenda esset.

XLIII. 182. *qui agent — apud quos agetur*] inter futura indicativi a relativis suspensa et coniunctivos praesentis cum semper fere aliqui libri distrahantur, saepe et de sensu

existimare lubricum est et editoribus scriptorum, maxime Ernesto corrigendi lubido subnata: qui nisi innumera indicativi exempla maxime cum infinitivis coniuncta praetervidisset, nullum Ciceroni relicturus fuisse videtur. Hoc recte queritur Goerenzius ad Cic. Legg. I. 14, 40; ipse vero a subtilitate iudicii adeo abhorret, ut indicativos sententiae secundariae a *qui* suspensae et primariae a nulla re pendentis discernere operae pretium non ducat: v. ad Fin. II. 7, 22. III. 8, 22. Eam rem igitur horum librorum praecipua ratione habita sub examen vocabo, cum olim parum distincte tractaverim. Omnis indicativus futuri a relativo suspensus rem futuram spectat, cum principali sententia actionis consociatione iunctam; isque inprimis praeceptorum est, quae certis rebus futuris accommodantur. Coniunctivus vel infinitivus insitne in oratione, nihil interest, cum et hic et sententia relativa a verbo sententiae primariae suspendantur. Contra omne tempus praesens a relativo pendens, sive indicativum sive coniunctivum monstrat, aut id tempus, quo loquimur, spectat, aut omnino incerte dicitur, ut de omnibus omnium temporum rebus hominibusve intelligi possit, quae res secundum tempus coniunctum primariae sententiae iudicanda est. Id igitur placitorum aut decretorum generalium maxime proprius videbitur. Velut *qui dicit* s. *dicat* est *orator dicens* aut hoc aut incerto tempore qualicunque; qui *dicet* est futurus orator in aliqua causa, quae aliquando geretur. De Or. I. 11, 48. ex libris scripsi: *dicendi enim virtus, nisi ei, qui dicet, ea, de quibus dicet, percepta sint, exstare non potest.* i. e. non oratori universe cogitato, sed futuro in futuraque re versaturo. Contra ib. 12, 50. bene legitur: *unum erit profecto, quod ii, qui bene dicunt, afferent proprium*; i. e. οἱ εὖ λέγοντες, sive nunc sive olim dicentes dicturive. 52, 223: *teneat oportet venas cuiusque generis aetatis ordinis et eorum, apud quos aliquid aget aut erit acturus, mentes sensusque degustet:* i. e. cum aliquando in agendo aut in meditatione agendi versabitur. Nemo correxit *agat*, credo propter adiunctum *erit acturus.* II. 26, 110. scripsi: *idque aut nunquam diiudicari poterit aut ita diiudi-*

cabitur, ut referendis praeteritis verbis id scriptum, quodcunque defendemus, suppleatur. Vulgabatur *defendimus;* illud longe melius, *τὸ τότε ὑφ᾽ ἡμῶν ῥηθησόμενον.* Coniunctivo *ut — suppleatur* omnino nihil tribuendum; *ut* consequentia indicans ipsum quoque rem futuram significat et a re primaria futura pendet. 41, 176: *si vero assequetur, ut talis videatur, qualem se videri velit, et animos eorum ita afficiat, apud quos aget, ut eos — rapere possit: nihil profecto — requiret. Apud quos aget* i. e. futuros iudices. 42, 178: *nihil est enim — maius, quam ut faveat oratori is, qui audiet;* i. e. auditor futurus; agitur enim de praeparatione ad persuadendum. 59, 242: *orator surripiat oportet imitationem, ut is, qui audiet, cogitet plura, quam videat.* Legebatur contra bonos libros *audiat.* Oratorem surripere oportere imitationem generale praeceptum est ad quodlibet tempus etiam futurum pertinens; sed auditores erunt in aliqua causa, quam orator nondum dicit dixitque. Semper, ut surripiat imitationem, cogitare debet; non semper auditur, sed si quando res inciderit. 71, 289: *itaque imbuendus est is, qui iocose volet dicere, quasi natura quadam apta. ὁ θελήσων εἰπεῖν:* male legebatur *vult:* agitur enim de facetiis recte adhibendis, quod disci potest in usum futurum. 77, 314: *dum illud — teneatur, ut ea, quae excellent, serventur etiam ad perorandum, si quae erunt mediocria — in mediam turbam — coniciantur;* i. e. quae excellentia meditanti videbuntur. III. 13, 49: *quibus rebus assequi possimus, ut ea, quae dicamus, intelligantur: latine scilicet dicendo verbis usisatis ac proprie demonstrantibus ea, quae significari — volemus, ἅττα ἂν σημαίνειν βουλώμεθα.* Fortasse corrigendum etiam *dicemus,* quanquam sane interest aliquid inter dicta et dicendi consilium. 14, 55: *vis, quae — consilia sic verbis explicat, ut eos, qui audient, quocunque incubuerit, possit impellere. Vis* enim consilia explicans semper adesse possidenti cogitatur, sed non semper habet, quos impellat. 41, 163: *fugienda est omnis turpitudo earum rerum, ad quas eorum animos, qui audient, trahet similitudo.* Recte sic ex optimis libris scribitur; praeceptum enim in futuris dictio-

nibus observandum. 50, 193: *horum vicissitudines efficient, ut neque ei satientur, qui audient, nec nos — id, quod faciemus, opera dedita facere videamur.* Par ratio est horum exemplorum, quibus, quia ex aliis libris petita sunt, brevi defungemur: Inv. I. 50, 94: *si non id, quod accusabitur, defendet.* II. 18, 56: *locus autem communis erit defensoris is, per quem indignabitur.* Or. 15, 49: *occultabit quae dilui non poterunt.* 57, 192: *plenam tamen eam vult esse gravitatis, ut eos, qui audient, ad maiorem admirationem possit traducere.* Partt. Or. 23, 82: *neque vero mors eorum, quorum vita laudabitur, silentio praeteriri debebit.* Off. I. 14, 42: *videndum — ne obsit benignitas et iis ipsis, quibus benigne fieri videbitur.* 16, 45: *mores eius erunt spectandi, in quem beneficium conferetur.* 41, 149: *cedere iis* (debemus), *qui magistratum habebunt:* quippe tum, cum cedendum nobis est. 42, 151: *illinc assumes, quae ad hunc locum pertinebunt.* II. 7, 24: *qui se metui volent, a quibus metuentur, eosdem metuant ipsi necesse est.* Recte Gernhardus, quem vide. 21, 74: *omnes, qui rem publicam gubernabunt, consulere debebunt:* *οἱ ἄρξοντές ποτε.* 24, 85: *aberunt ii, qui rem publicam tuebuntur.* Tusc. V. 14, 40: *qui timebit ne quid ex his deperdat, beatus esse non poterit.* Fat. 10 pr.: *causas — quod non habebit, id nec verum nec falsum erit.* Accus. Verr. V. 70, 183: *deliberatum est — non modo eos persequi, ad quos maxime culpa corrupti iudicii — pertinebit,* i. e. pertinere videbitur. Marcell. 9, 30: *id autem etiam si tunc ad te, ut quidam falso putant, non pertinebit, nunc certe pertinet esse te talem* sqq. Wolfius, quippe cuius rei expediret ineptiarum arguere scriptorem, ubi nullae sunt, multis hic verbis nihil egit. *Etiam si,* ut semper, est *selbst wenn, καὶ εἰ*; *tunc,* quippe si mortuus eris; *ut falso putant,* quippe Epicurei animum cum corpore perire existimantes. Quaedam exempla, in quibus infinitivus aut coniunctivus orationis obliquae non inest, suppeditat Wopkensius Lectt. Tull. III. 13. p. 406. ed. Hand. Ex hoc genere male addubitarunt Gesnerus et Spaldingius *gesta erunt* apud Quintil. III. 7, 16.; item *quoties suspicabimur* IV. 5, 18., unde non protinus

in sequentibus corrigi debet *agetur; qui negabit neque defendet* VII. 5, 1., ubi male quidam *negaverit*, sed recte cod. Tur. optimae notae; *cui lati clavi ius non erit* XI. 3, 138. Apud Ciceronem in Off. III. 5, 23. bene *volent* correxit Gernhardus, cum Heusingerus neglecto bonorum plerorumque consensu *volunt*, Ernestus de coniectura *velint* suaderent. Sed recte coniunctivus legitur de Or. II. 37, 156: *opinionem istorum studiorum et suspicionem artificii apud eos, qui iudicent, oratori adversariam esse arbitror*, quippe apud iudices omnes, sive nunc sive olim iudicantes iudicaturosve. 71, 287: *falsum est etiam quaerentibus — lente respondere quod nolim*, qui modus est potentialis: ἅττ' ἂν οὐκ ἐθέλοιεν: sic enim ex codd. scribendum, cum nec certi sint nec futuri quaerentes, sed universi; item propter codd. consensum III. 30, 120., ubi Schuetzii coniecturam *audiunt* male secuti recentiores. *Agetur* an *agitur* de Or. II. 77, 310., hoc quidem secundum optimos libros, scribendum sit dubitari potest. Sed *excellit* 43, 183., non *excellet*, et propter codd. et coniunctum *potest, qui audiunt* qualescunque auditores significans recte tenetur ib. 77, 312., item secundum libros *qui utilitatem defendit* et mox *qui ad dignitatem impellit*, ὁ συνηγορῶν τῇ ὠφελείᾳ, ὁ παρορμῶν πρὸς τἀξίωμα, 82, 335.

vultus pudoris significatio] *vultus* Ernesto delendum visum. Cum pudor etiam aliis rebus significari possit praeter vultum, ut oculis demissis rubore timiditate status et incessus, dubitabile videtur *pudoris significatio* nudene dicatur an cum *vultu* coniunctum. Non male tamen haec altera ratio a Muellero commendatur Aristotelis illud ἐν ὀφθαλμοῖς αἰδῶ comparanti Rhet. II. 6, 18. Idem Ciceronem antestatus est de Or. II. 35, 148., ubi legitur: *vultus denique perspiciamus omnes, qui sensus animi plerumque indicant.* Uberius haec tractavit Quintilianus XI. 3, 72 sqq.

mores effingat] haec usque ad *videantur* de reis intelligit Pearcius, cum clarum sit de oratore dici. Ad verbum posterius subaudiendum *oratores* ex prioribus.

XLIV. 185. *deducantur*] lectius hoc esse vulgato *adducantur* consentiunt. Henrichsenius iure confert c. 45, 189: *ut ad fletum misericordiamque deducatur*, ubi Lambinus *adducatur*, Schuetzius et Muellerus *ducatur*. Pluribus hanc verbi vim firmavit Pearcius. Confundi *adducere deducere ducere* docet Beierus ad Lael. 5, 20. p. 31.

ad eos motus, si qui] *si* omisit Schuetzius de coniectura non sane peritissima. Eius breviloquentiae olim exempla attuli ad Brutum 69, 242; cf. Matthiae annotata ad Sextianam 20, 45. Non est enim ellipsis, etsi Gernhardo visum ad Parad. I. 1, 8.

186. *medico diligenti*] observat Wyttenbachius Bibl. Cr. Vol. I. p. 1. p. 23. hanc comparationem oratoris et medici expressam esse ex Phaedro Platonis p. 270. B.

187. *si se dant*] i. e. si cedunt arti. Etiam haec significatio est ex confiniis verborum *dandi* et *dedendi*, nec confundenda cum illa, quae prostat in formula *sese dare alicui* i. e. χαρίζεσθαι, velut de Or. I. 55, 234: confudit Peerlkampus ad Hor. Carm. III. 24, 20. Similius est *dare se ad lenitatem* i. e. leniorem fieri, Cic. Divers. XIII. 1.; finitimum plane, cum de re venerea dictum *copiam sui facere* significat, item cum de Diis dicitur, qui propitii fiunt, cuius significationis unum exemplum novi poëtae Silii Italici Pun. III. 150.

incumbunt] longe lectius hoc vulgato *inclinant*, quod ab interprete profectum puto. Cic. Att. I. 19: *Pompeius ad voluntatem perferendae legis incubuerat*. Mur. 26, 53: *magna est — voluntatum inclinatio, praesertim cum incubuit ad virum bonum*. Divers VIII. 11. *in quam* (causam) *adhuc incubuisse cum senatu Pompeius videtur*. Additum *adhuc*, ut illo altero ex epistolis exemplo *voluntas*, prohibet, quo minus *incumbere* pro *vehementer velle* s. *studere* dictum putemus, qua vi legitur Phil. VI. 7. de Or. III. 14, 55.

a bono poëta] Pacuvio in Hermione, v. Nonium v. *flexanima* p. 113. Merc.; trochaicum septenarium is habet:

O flexanima atque omnium regina rerum oratio.

Eius dicti fons apud Euripidem latet, qui posuit in Hecuba v. 816 (799.).

Πειθὼ δὲ τὴν τύραννον ἀνθρώποις μόνην.

Pacuvii versu etiam Quintilianus utitur I. 12, 18. poetamque, quem *bonum* Cicero, ille *non ignobilem tragicum* appellat.

187. *inclinantem excipere*] *impellere* Crevieri coniectura Ernesto probata longe minus exquisitam sententiam habet, quam scriptura ab Or. Henr. nobisque secundum libros optimos reposita; vulgata *erigere* prorsus inepta est, cum non de reo, sed de iudice sermo sit, quem permovere aut ad acres aut ad lenes animi sensus orator debet. *Excipere* Orellius explicat *ad se trahere et brachio circumdato quasi amplecti;* non sane apte. Est enim figura a venatorio vocabulo ducta, qua *ferae venabulis* dicuntur *excipi*, v. Burmann. ad Val. Flacc. VI. 422., deinde etiam fugientes ex acie, quibus parantur insidiae, v. Oudendorp. ad Caes. B. Gall. I. 25, 7. et quae annotavi ad II. 8, 32. Is locus huic omnino simillimus. Ut illic dicitur orator *excipere hominum* (i. e. auditorum, inprimis iudicum) *voluntates*, dum occurrit eis itaque dicit ut eorum mentibus maxime videtur consentaneum, ita hic *inclinantem* i. e. ita affectum, ut orator vult, *excipere* significat apte temperanda animi permotione eo perducere paulo insidiosius, quo perducendus videtur, velut fera sauciata mortifero telo excepta conficitur. Huc pertinet in primis, ut observetur *quid ferat iudex quid respuat*, quod Quintilianus faciendum docet VI. 4, 19. Quod addit Cicero, *capere*, ipsum quoque ab insidiis bellicis ductum artem significat quamvis nolentem iudicem pedetentim et quasi insidiose ad eum animi motum adducendi, quo eum praeditum esse velis.

XLV. 188. *digito denique isto tuo*] explicat hoc Quintilianus XI. 3, 94: *at cum tres contracti pollice premuntur, tum digitus ille, quo usum optime Crassum Cicero dicit, explicari solet. Is in exprobrando et indicando, unde et ei nomen est, valet et allevata ac spectante humerum manu paulum inclinatus affirmat versusque in terram et quasi pronus urget.* Horum digiti indicis munerum in primis *expro-*

bandi cum aliqua indignatione et *urgendi* ab Antonio vis significatur; indignatur autem orator et urget, cum aut insonti imminet damnatio aut noxius poenae debitae eripi videtur. Minus tamen vehementem Crassi actionem, quam Antonii, fuisse colligitur ex Cic. Brut 38, 141. et 43, 158. — *Integrae* sententiae sunt quibus nihil deesse videatur; quod quale sit ex adiuncto *tam verae* intelligitur.

189. *ut doleat is*] tritum est oratorem illius motus ipsum plenum esse debere, quem in animis audientium excitare velit. Inculcavit hoc Cicero Or. 38, 132. Horat. Ep. ad Pis. 100. praecipue Quintilianus VI. 2, 26.; quanquam coniuncta eius disputatio tota digna est, quae legatur. Locutionem *motus adhibendi* explicuit Ernestus ad Tac. Hist. I. 71. *Inurendi* autem verbum minus recte a pictura encaustica duci videtur, quam a nota servorum poena. Cic. Harusp. Resp. 25 extr.: *haud obscurum odium atque id insitum penitus et inustum animis hominum.* Catil. II. 9 extr.: *tantus enim illorum temporum dolor inustus est civitati.*

190. *si tu ipse id lente ferre videare*] Muellero *id* referendum videtur ad paulo ante praecedens *ei cui tu velis* (irasci). Sed prohibet lex sermonis. Non potest enim genus pronominis neutrum substantivo rem significante subrogari, nisi nominativo accusativo et ablativo casibus; nec unquam *huius huic* dici pro *huius rei* et *huic rei* potuit. Igitur *ei cui* personam rei spectat oportet, et in illis *si tu id lente ferre videare* subaudiendum est *irascaturne iudex necne.* — *Lente ferre* enotavit Nonius p. 338. Merc.

nulla mens — possit incendi] haec meminerat Quintilianus, cum in simili comparatione a materia incendenda petita poneret XI. 3, 3: *nam cum haec omnia fecerimus, felices tamen, si nostrum illum ignem iudex conceperit.*

XLVI. 192. *sed alia sunt maiora*] sine causa Pearcius *sunt* omittendum putabat. „Interdum ex interiectis verbis nectitur quod cum sententia primaria coniungendum erat, ut h. l. *cum agitur — sed alia sunt* pro: *cum agitur non solum ingeni nostri existimatio, sed etiam fides officium dili-*

gentia." Matth. de Anacol. apud Cic. in Wolfii Anall. Litt. vol. II. p. 6.

193. *tam fictum*] histriones ficto argumento vehementissime motos etiam a se saepe spectatos annotavit Quintilianus VI. 2, 35. Historia Poli actoris apud Graecos celebrati, quam Gellius narrat VII. 5., non simillima est, etsi Spaldingio visum l. c. Flebat enim ille in ficto Electrae casu suum filium paulo ante amissum.

hominis histrionis] Boettigero deleturo *hominis* vocabulum Muellerus iure obiecit *hominem gladiatorem* ex Cic. Divers. XII. 22., poterat etiam *hominem senem mulierem meretricem* vel *ancillam*, qualia quaedam minime distincte coacervavit Cortius ad Sall. Iug. XII. p. 5. 460.; is etiam falsa quaedam, ut illud de *homine hoste* Quintil. IX. 3, 67., in quo *hostis* non apponitur, sed praedicatur.

spondalia] corruptum esse consentiunt. Nec *spondialia*, ut videbatur Turnebo Adv. XX. 17. et Caelio Rhodigino Antiq. lectt. VI. 9., nec *spondaulia*, quod Salmasio in mentem venit, verum esse potest. Nam versus non esse ex cantico cum ipso genere tum ter posito verbo *dicendi* iure collegit Hermannus Opusc. I. p. 304., qui ex corrupta codd. scriptura ingeniose exsculpsit e *sponda illa* dicentis. „Non inepte certe credas Telamonem, cuius corpus, ut ipse in illa fabula de se praedicat apud Nonium p. 159., *annis et aetate putrebat*, cum accepto de filii morte nuntio in lectulo consedisset, e sponda increpare Teucrum, Aesopumque, quod senile corpus ad iram furoremque gestu satis exprimendum vix esse idoneum sentiret, tanto magis sensus istos oculis significasse." Haec ille. Increpabat autem in Teucro Pacuvii ex Graeca Sophoclis fabula expresso Telamo filium, quod fratri Aiaci nec in armorum iudicio nec in morte, quam post desperatione propter insaniam divinitus obiectam sibi conscivit, praecavenda opem tulisset. Exsul igitur factus Teucer in Cypro insula novam Salamina condidit: de quibus rebus legi possunt Soph. Ai. 987. Eur. Hel. 87. Heynius excurs. XXIII. ad Virg. Aen. I. et de Pacuvii fabula Beierus ad Scaurianam p. 146. At nuperus homo Hermanni coniecturam eo

argumento convinci existimat, quod verba *quin mihi Telamo iratus furere luctu filii videretur* talia sint, quae omnem de cubante cogitationem excludant. Quod qua Pythia magistra didicerit non addidit. *Ira furere* mihi certe etiam in senem cadere videtur, qui propter aegrum corpus in lecto cubat.

at idem] Hermanni coniecturam *at* improbavit Orellius exclamationem illam esse annotans. Verum admirandi hic nullam significationem agnosco nec totius loci indoles eam videtur admittere.

Cum aetate] vulgarem scripturam *quem* ita defendit Henrichsenus, ut ex eis, quae praecesserunt, *paternum aspectum es veritus*, ad sequentia subaudiatur *patris*. Hoc verum esse potest, etsi nec probavit, ad quem provocat, Matthiae ad Cic. Mur. 13, 29. nec quos hic testes citat, Gronovius et Davisius. Sed sequenda erat bonorum librorum fides, ex quibus etiam intelligitur quomodo vulgaris scriptura sit orta.

recte agere] Ernestus *recte* uncis inclusit, Schuetzius et Muellerus eiecerunt. „Non video idoneam causam. Si locum Pacuvii affectus plenissimum *sine dolore* i. e. sine doloris significatione lente et remisse egisset histrio, haud dubie vituperatus esset; itaque sine dolore agere illa quidem poterat, sed non *recte*.“ *A. Matthiae* in Seebodii Misc. Cr. I. p. 682.

194. *a Democrito et Platone*] de Democrito cf. Cic. Divin. I. 37, 80: *negat sine furore Democritus quenquam poëtam magnum esse posse; quod idem dicit Plato. Quem, si placet, appellet furorem, dum modo is furor ita laudetur, ut in Phaedro Platonis laudatus est.* Platonis locos hanc sententiam referentes ex Apologia Menone Ione collegit Davisius ad Cic. Divin. l. c. cf. ad Tusc. I. 26, 64.; praecipuus autem ex Phaedro ille legitur p. 245. A. *Caelestem mentis instinctum* interpretatur Cic. Tusc. l. c.

XLVII. *velim — sim*] *vellem* et *essem*, quae legebantur ante nostram emendationem, minime apta sunt ad Antonii mentem. Significarent enim in Aquilii causa Antonium ficti argumenti actorem esse noluisse. At vero non tunc solum nolebat, sed omnino non vult; generatim enim loquitur, cum

orator quilibet non fictos, sed veros luctus dicendo adumbrare sibi proponat. Dicit igitur ὅστις οὐκ ἄν ποτε ἐθέλοιμι μιμεῖσθαι τὰ ἡρώων πεπλασμένα παθήματα, non ὅστις οὐκ ἤθελον τότε.

196. *praesens ac sedens*] interpretes tacent; et illud σχῆμα tamen haud procul abesse ab inani verborum abundantia videtur, ut ipse aliquando coniicerem *praesens assidens*, i. e. ipse assidens (*in eigner Person dasitzend*), aliquando etiam alterutrum tollendum censerem. Sed post rectiora didici. *Praesens ac sedens* enim significat *de industria et quasi deliberato adesse.* Cic. Verr. Accus. III. 59, 135: *ut de suo capite iudicium fieri patiatur praesens ac sedens.* Affine est illud *frequens te audivi atque affui*, de Or. I. 57, 243., quorum verborum neutrum otiosum aut abiiciendum puto, sed *affui* significare *constitueram adesse*, s. *ex proposito affui.*

verbis, quae a me tum sunt habita] locutionem illustravit Kritzius ad Sall. Iug. p. 48.

197. *in accusando sodali*] de Norbani causa copiose disseruit Henrichsenus, ex cuius annotatis haec excerpimus. *Q. Servilius Caepio* cos. a. 648. magnam partem auri in expugnanda Tolosa capti domum suam avertit (Dionis exc. Peiresc. 97. Iust. XXXII. 3. Strabo IV. 188. Gell. III. 9.). Anno sequente cum discordia eius et Cn. Mallii consulis Romani a Cimbris duobus praeliis victi binisque castris exuti essent, Caepionis, cuius temeritati maxima culpa tribuebatur, bona publicata sunt imperiumque ei abrogatum (Ascon. ad Cornel. p. 203 Sch. Liv. epit. 67.). Sed Crasso et Scaevola coss. (a. 659.) C. Norbanus tr. pl. Caepionem simul, ut videtur, auri Tolosani et perduellionis apud populum reum fecit. Cum senatus, cui consul a 648. iudicia reddere studuerat, summis viribus pro eo contenderet intercessissentque rogationi L. Cotta T. Didius tribuni plebis, seditione conflata a Norbano pulsi tribuni de rostris optimates lapidibus foro eiecti M. Scaurus princeps senatus vulneratus est; itaque rogatione per vim perlata Caepio Smyrnam cessit in exsilium (Cic. Balb. 11, 28. cf. Val.

Max. IV. 7, 3.). Quod Henrichsenus sibi ipsum contradicere Valerium affirmat VI. 9, 13., cum in carcere mortuum et corpus in Gemonias coniectum narret, mihi non ita videtur. Potuit enim Caepio conversione rerum facta, ut Numidicus Saturnino mortuo in civitatem restitui et a Mario ab exsilio reduce, qui in omnem nobilitatem saeviret, mortuus ludibrio foedari; cuius rei non exstare memoriam in illa condicione fontium historiae Romanae nemo mirabitur. Postea Norbanus a P. Sulpicio Rufo tum adolescente lege Appuleia de maiestate (v. ad. II. 25, 107) reus factus est; sed testium auctoritatem et accusatoris eloquentiam Antonii oratio vicit.

lapidationem] inest significatio hominum lapidibus coniectis occisorum et vulneratorum: v. Sylvium ad Cic. p. Sulla 5, 15.

pulsum e templo] id est a rostris, quae eodem nomine sanctiore appellantur etiam a Cicerone in Vatin. 10, 24. et Livio VIII. 14. Erant enim in comitio loco inaugurato; *templum* autem Varro L. L. VII. 8. p. 119. ed. Muell. *omnem locum augurii aut auspicii causa quibusdam conceptis verbis finitum* interpretatur.

XLVIII. 198. *tu haec adolescens*] invaluerat enim illo tempore mos ille pessimus et rei publicae perniciosus, ut adolescentes fere soli accusandi munus susciperent, senes et honorati aut defenderent reos, aut, si defendi propter culpam manifestam non posse viderentur, certe tacerent. Quanquam post Hortensius et ipse Cicero, ut potentibus amicis gratificarentur, ne nocentissimis quidem defendendis abstinuerunt. Ante accusandi provincia ne summis quidem et honoratissimis viris indecora visa, velut M. Catoni L. Lentulo principi senatus P. Africano: v. Quintil. XII. 7, 3. Cic. Off. II. 14, 49. Div. in Caecil. 21, 70. nos in Hist. Eloq. R. p. XVII. et p. XC. *Censuram* cum L. Valerio Flacco Antonius gesserat a. 657 (Val. Max. II. 9, 5.).

quod tamen — quaestor fuisset] haec Nonius affert v. *sodales* p. 173., ut tamen *sodalis esset* pro *quaestor fuisset* apud eum legatur, quae memoriter locuti et §. 197. dictorum recordati esse puto; *sodalis* enim quod Norbanus

Antonii fuisset, iudices movere non potuit, quod *quaestor*, potuit. Est enim dignitatis vocabulum simul sodalitatem tecte significans.

199. *omnium seditionum*] Schuetzius de suo scripsit *omnia*, non potuisse omnes seditiones, quae unquam fuissent, ab oratore colligi ratus. Muellerus adverbiascere putat *omnium* pro *omnino* usurpatum, in quam rem minime sunt, quae dixit ad II. 17, 72.; est enim ibi potius metonymia s. hypallage: v. nostra ad eum locum. Quidni interpretamur ita: *collegi genera vitia pericula omnibus seditionibus communia?*

consularem potestatem minui] ea non tam plebiscitis minuta, quam ipsorum patriciorum, quos artificiose Antonius cum nobilibus confundit, ambitione. Hi enim et iuris dictionem, ut soli per aliquot annos praeturae honore fungerentur, et censuram a consulari munere seiunxerunt.

dolorem — refricabam] *refricantur* proprie vulnera et cicatrices, id est fricando rursus aperiuntur et excitantur, ut doleant. *Vulnera* autem cum et corporis dicantur et animi, facilis est prima ad aliam corporis aegritudinem, altera ad omnem doloris causam tralatio. Quarum inveniendarum viam ostendunt haec exempla: Cic. Att. V. 15: *Appi vulnera non refrico*, quod etsi de malis provinciae illatis dictum est, verba coniuncta tamen fontem figurae monstrant; pariter ac XII. 18: *quae res forsitan sit refricatura vulnus meum.* Flacc. 23 pr.: *cum illud Castricianum vulnus dicendo refricuisset.* Rull. III. 2 pr.: *ne refricare obductam iam rei publicae cicatricem viderer.* De oculorum dolore proprie dictum est Att. X. 17.: *crebro refricat lippitudo* i. e. recrudescit cum molestia. De memoria et qualicunque re ingrata p. Caelio 30, 71: *ut illa vetus Afraniana fabula refricaretur.* p. Sulla 6, 19: *cum civium cruor, cum cinis patriae versari ante oculos atque animum memoria refricare coeperat.* De re simili, sed nullo certo vocabulo Att. XII. 45: *nec haec, quae refricant, hic me magis angunt.* Praeterea legi potest Heinsius ad Ovidii Rem. Am. 729.

quo erant — abalienati] *abalienare* sine praepositione dicitur etiam Cic. fr. Cornel. 22. p. 450 Or.: *ut omnino ne illius potestate abalienemur*, ubi excidere *ab* vix potuit. Nep. Ages. 2.: *quod Tissaphernes periurio suo homines suis rebus abalienaret.* Similia ut taceamus *abire absolvere absistere absterrere*, maxime omnium singulare videtur *pecore aberrare* Livii XLI. 13, 2. v. Drakenborch.

XLIX. 200. *constitisse*] hoc, ut *status* et *statarius*, pugnae verbum de eo dictum est, qui firmo pede et stabili vestigio hostis impetum excipit; et militum igitur et gladiatorum est. Inde eleganter ad forensem contentionem transfertur. V. Beierum ad Cic. p. Tullio p. 47. Infra c. 72, 294: *confiteor me — consistere in meo praesidio sic, ut non fugiendi hostis, sed capiendi loci causa cessisse videar.*

genus — lenitatis et mansuetudinis coepi] *coepi* ab infinitivo pluribus verbis interpositis separatum Stuerenburgius exemplis illustravit ad Archianam p. 46.

in liberum loco] quaestores a consulibus praetoribusve et proconsulari propraetoriove imperio praeditis ad rei publicae recte gerendae provinciam usu et exemplo instituendos sortis praesertim sanctitate accedente velut liberorum loco haberi solitos esse multis locis a Cicerone scribitur; v. Div. in Caec. 19, 61. Verr. Act. I. 15, 40. Planc. 11, 28. Divers. XIII. 10 et 26. Qua de causa et Cato vituperatur a Nepote (Cat. 1.), quod cum P. Africano consule *non pro sortis necessitudine* vixerit, et Caecilio crimini dat Cicero, quod Verrem accusare susceperit, et in Verrem ipsum graviter invehitur, quod Cn. Dolabellam non modo omni genere perfidiae impedivisset, sed etiam testis in eum exstitisset.

ad existimationem] i. e. ratione existimationis habita. *Ad* adverbiascit; cuius usus Augustus Matthiae ad Cic. Rosc. Am. 30, 85. ex his libris exempla affert I. 25, 113. 32, 146., et N. D. II. 34, 87. 60, 151., quibus legitur *ad memoriam ad cognoscendum* (paulo ab illo diversum) *ad speciem*, quod etiam ablativo enuntiari potuit, *ad ornatum*. Longe plura ipsi attulimus ad I. 4, 15.

201. *deprecatum*] *deprecari* est precibus ab aliquo aliquid impetrare velle. Quocirca duas significationis partes habet, prout de assequendis fugiendisve rebus dicitur. Ad illam, quae selectior est, spectant *vitam deprecari ab aliquo, salutem, praemium, mercedem:* eaque Cicero usus est de Or. III. 3, 9: *Q. Catulum — cum sibi non incolumem fortunam, sed exsilium et fugam deprecaretur;* ad hanc *poenam, mortem exitium deprecari.* Haec cum Graecorum παραιτεῖσθαι congruit, illa non item. De lectiore et glossematico verbi usu, non tamen ut accurate significationes distingueret, docta est disputatio Gellii VI. 16.

perquam breviter perstrinxi] non iniuria Muellerus Antonii pro Norbano dictionem cum ea ratione confert, qua Demosthenes in clarissima illa de corona contentione usus est. Verissimum enim utrumque leges, in quibus causa vertebatur, breviter perstringendo partem dictionis maxime lubricam, quantum facere potuit, devitasse. Sed atrocitatem illam et impetum orationis, quo Antonius statim post absolutum prooemium usus est, Demosthenes in altera demum dicendi parte deprompsit. Cic. Or. 8, 26: *itaque hic, quem praestitisse diximus ceteris, in illa pro Ctesiphonte oratione longe optima summissus a primo, deinde, dum de legibus disputat, pressus, post sensim incendens, iudices ut vidit ardentes, in reliquis exsultavit audacius.*

L. 202. *haesitatio tractusque verborum*] Ernestus in lex. technol. p. 399 de tarditate timore quodam genita explicat, et sane potest fieri, ut *haesitatio* addito *verborum tractu* accuratius finiatur. Sed cum consideramus genus orationis *fusum atque tractum* de Or. II. 15, 64. i. e. cum lenitate quadam aequabili profluens *forensium sententiarum aculeis* et *asperitati iudiciali*, et in Or. 20, 66. *contortae atque acri orationi* opponi, ut εἰρομένην λέξιν antiquorum τῇ κατεστραμμένῃ ab Aristotele Rhet. III. 9, 2.: *placida* quaedam et *sedata oratio* intelligenda videtur, qualem nos simili vocabulo appellamus *gehaltenen Stil, ruhige Haltung des Ausdrucks.*

initio] cavendum, ne proxima *quod tibi unum homines dabant* cum *initio* coniungamus. Sunt enim suspensa a verbo *tenuisti*, ut sententia sit haec: *postquam in uno illo excusandi tui argumento, quod tibi concedebatur, vicisti.* Quippe *initium* non dicitur pro *exordio*, quod fieri necesse esset, si haec coniungerentur: *initio, quod tibi unum dabant:* sed notionem mentalem (abstractam) ἀρχῆς refert. Ita de Or. I. 26, 121. cum legamus *initio accusationis exanimatus sum*, non significatur *in prooemio statim recitando*, sed cum *dicendi initium fecissem.* Hac de causa recepta scriptura in Bruto 53, 197. *hoc in illo initio consecutus* vera esse non potest; quod cum Ernestus vidisset, male tamen et ipse et nuperrime Meyerus explicuit *hoc illo faceto initio consecutus.* Minime: oportuit *primo dicendi initio hoc consecutus.*

204. *ipsam tamen istam*] ascitum ex omnibus optimis libris *tamen* pro *enim* sententiam multo lectiorem suppeditare videtur, modo medie distinguatur post *desiderabam.* Sic enim prius dicta quodam modo finibus quibusdam coërcentur, ut ipsa artis praecepta Sulpicius non desideret quidem, ita tamen, ut praestantissimi oratoris exemplum ipsi praeceptorum vim aequare videatur.

LI. Igitur oratori ante omnia considerandum esse postuletne causa, ut animi iudicum moveantur. Deinde in *amore* quidem *conciliando* maxime videndum esse, ne laudibus nimiis invidiam efficiamus; ex contrariis autem locis *odium* effici. Pergitur ad *timorem, spem, laetitiam*; omnium autem animi motuum potentissimum esse *invidiam*, quae quo modo excitetur sedeturve ostenditur; postremo de *misericordia* movenda agitur (c. 51. 52). Saepe autem genus acre et lene orationis miscendum et nec statim ad illud genus dicendi assiliendum nec festinanter relinquendum esse; tolli autem animorum permotiones excitandis motibus contrariis, ut benevolentia odio, invidia misericordiae succedat (c. 53 — 54, 217.).

206. *nam quoniam*] *iam* Madvigius, quod nec praecedentis nec omissae sententiae ratio reddatur, sed transitus

fiat ad tractationem accuratiorem. Dissentio. Quippe *nam* quoniam rei mentionem perfunctoriam et a transeunte factam significat, etiam sic dicitur, ut rei prioris mentionem factam abrumpat et ad sequentia velut properare videatur. Ita *nam quoniam* idem est fere, quod *quoniam igitur*, sive *porro quoniam*. Similiter dicitur bis deinceps N. D. III. 15, 38: *nam iustitia — quid pertineat ad deos? — Temperantia autem constat ex praetermittendis voluptatibus corporis, cui si locus in caelo est, est etiam voluptatibus. Nam fortis deus intelligi qui potest?* ubi virtutum illorum cardinalium nulla perfunctorie aut in transitu ad rem graviorem memoratur. Off. III. 6, 32: *nam quod ad Phalarim attinet, perfacile iudicium est.* — Paulo ante *adordiamur* suadebat Drakenborchius ad Liv. XXXV. 51, 8.; omnibus enim locis id reponendum esse, quibus *adoriri* cum infinitivo poni videatur. Assentiebat Oudendorpius ad Apul. Met. I. p. 35., uterque verbum aurea aetate inauditum Ciceroni obtrudentes. De loquendi ratione v. Heins. ad Ov. Pont. II. 2, 16. Bremium ad Nep. Thrasyb. 2, 5.

Namque haec res — commemoratio] hunc totum locum violentissime refingit Bakius non animadverso *hanc rem* dici illud laborare pro viris iudici utilibus, *illam virtutis defensionem μετωνυμικῶς* de defendendis viris bonis.

208. *odium in alios struere*] de cumulandis rebus odium gignentibns dictum. Illustrat comparandis similibus *opes, vim sollicitudinem struere* Gronovius Obss. I. 14. p. 65. ed. Frotscher. Posterius etiam Ciceronis est, Att. V. 21.

invidiae aut odii non dissimilis offensio] *invidia* suspectum Schuetzio bene defendit Muellerus; *invidiam* enim et *offensionem hominum* eodem modo coniungi c. 83, 339. et p. Cluentio 25. Nec negari potest *invidiam* minus vehementem animi affectionem esse, quam *odium*, quanquam paulo post *omnium* dicitur *acerrima*, quippe maxime efficax ad hominum animos regendos: odium enim paucorum et in paucos est, invidia plerorumque. Sed cum negari non possit et odium et invidiam genera *offensionum* esse, restituenda fuit scriptura fere omnium librorum *invidiae*. Ad sententiam

conferri potest Aristoteles Rhet. III. 9, 3: *δόξειε δ' ἂν καὶ ὁ φθόνος τῷ ἐλεεῖν τὸν αὐτὸν ἀντικεῖσθαι τρόπον, ὡς συνεγγὺς ὂν καὶ ταὐτὸν τῷ νεμεσᾶν, ἔστι δὲ ἕτερον.* Ciceronem non accurate inspexerat Gronovius Obss. III. 2. p. 217. Frotscher., *invidiae offensionem*, pro *invidiae simili offensione* legi ratus.

interior est ille proprius] a vulneribus intro penetrantibus sumpta translatio videtur et accommodata ad id, quod nos proxime tangat. Ita *interior societas* dicitur Off. III. 17, 69. et *interius est eiusdem civitatis esse* I. 17, 53.

LII. 209. *aut inferioribus*] non videtur *inferioribus* invideri posse. Defendit Muellerus *paulo inferiores* significari arbitratus secundum Aristotelem Rhet III. 10., qui *φθονεῖσθαι* ait *τῇ κτήσει μικρῷ ὑπερέχοντας ἢ μικρῷ ἐλλείποντας*, pergitque *τοῖς γὰρ ἐγγὺς καὶ χρόνῳ καὶ τόπῳ καὶ ἡλικίᾳ καὶ δόξῃ φθονοῦσιν.* Non probo. Accurate colligantur *invident inferioribus, cum se relictos sentiunt illosque dolent evolasse.* Hinc efficitur ut *inferiores* dicantur qui *adhuc inferiores fuerint* aut honore aut opibus aut ingenio, sed repentino quodam et celeri impetu eos vincant, qui ante superiores fuerant. Praetor v. c. non invidebit aedili; at faciet fortasse, cum ipse repulsa lata illum ex aedilitate consulem factum viderit. Sic invidebit *inferiori, a quo se relictum sentiet.*

non esse tanti ulla merita] non potuit dici propter sententiam *tanta*; non comparatur enim insolentia cum meritis, sed insolentia dicitur ferri non posse, etiam si quis merita hominis plurimi faciat. Eorum quae Cortius ad Sall. Iug. 1, 5. p. 411. contulit, unum simile est Cic. Divers. VI. 9: *tantus cumulus accedat commendatione mea, quanti me a te fieri intelligo.*

210. *tamen etsi — tamen*] *tametsi*, quod legebatur in tanta vicinia particulae *tamen* Cicerone indignum iudicavit Ernestus; idem tamen multis aliis locis intactum reliquit, quos indicat A. Matthiae ad Cic. Mur. 7, 16. Contra quod restitui, *tamenetsi*, non Ciceronis, sed Sallustii dixit Orellius. Legitur autem apud illum etiam ad Divers. IV. 15. Att. V. 17., ubi *tametsi* de suo Ern., sicut p. Quinctio 21. extr. ex

quibusdam codd. a Graevio repositum est; multo pluribus etiam locis repertum iri auguror, si libri accuratius excussi fuerint. Etiam Q. Cicero dixit de Pet. Cons. 14 extr. et Asinius Pollio ap. Cic. Divers. X. 33.

perpetuum] longe hoc elegantius dicitur, quam Ernesti emendatio *pervagatum*, dum ne de tempore intelligatur, quod antiquitus loci fuit et translationem etiam eam patitur, qua ad res et acta hominum refertur ἠθικῶς. Ita dicitur *perpetuum ius* Cic. de Or. II. 33, 141. non quod semper valet, sed quod in qualicunque re generatim; *perpetua quaestio* Or. 36, 126., quae statim explicatur qualis sit adiecto *de universa re; aliquid perpetuum praecipere* Plin. H. N. XVII. 2., non quod per omne tempus ratum sit, sed quod ad omnem similem, quoties recurrat, rem. *Vitium* igitur *perpetuum* dicitur τὸ διηνεκές, quod per omnes quasi permeat s. pervadit, id est ad omnes pertinet.

211. *aut tulerit — aut timeat*] bene Muellerus comparat Arist. Rhet. III. 8, 13: ὅλως γὰρ καὶ ἐνταῦθα δεῖ λαβεῖν, ὅτι ὅσα ἐφ᾽ αὑτῶν φοβοῦνται, ταῦτα ἐπ᾽ ἄλλων γιγνόμενα ἐλεοῦσιν. Et de *afflicta et prostrata virtute* idem c. 8, 16: καὶ μάλιστα τὸ σπουδαίους εἶναι ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς ὄντας ἐλεινόν.

LIII. 213. *et exitus tamen spissi*] paulo ante *sunt*, quamvis Orellius vir prudens defendat, aptum non esse dictum est in commentariis criticis. Sed a Lambino Ernesto Madvigio *tamen* damnantibus et *item* vel *etiam* (hoc Madvigius) suadentibus plane dissentio. Hoc dicit Cicero: *cum tarda principia esse oporteat, tum, quod vix exspectes, etiam exitus non abruptos, sed lentos esse necesse est.* Nonius v. *spissum* p. 392. Merc. male interpretatur *densos exitus*, quod nemo intelligit. Optimus sui interpres ipse Cicero est, cum paulo infra dicat §. 214., *multa et varia et copiosa oratione* in iis utendum esse. Brut. 36, 138: *quam multi enim iam oratores commemorati sunt, cum tamen spisse atque vix, ut dudum ad Demosthenem et Hyperidem, sic nunc ad Antonium Crassumque pervenimus?* quem locum cum nostro illo minus recte explicat Manutius ad Cic. Divers. II. 10., *spisse* idem

quod *sero* significare ratus. De Or. III. 36, 145: *etiam si est aliquanto spissius — nunquam conquiescam*, i. e. si lentius negotium. Quod utrum a liquoribus viscidis et tarde fluentibus, ut Muellero visum, an a densis virgultis et frutetis, per quae viam sibi facere arduum est, ductum sit, iniudicatum relinquo.

214. *argumentum ratio ipsa confirmat*] quomodo Klotzius hunc locum explicuerit Quaest. Tull. p. 25. incertus sum. Dicitur enim (ipso libro non utor) sana omnia putasse et *rationem* interpretari *argumentationem* (die Beweisführung). Ignoro autem quo modo *argumentum* confirmari possit *argumentatione*, nec *ratio* emittitur, sed *argumentum*. Ascita Wyttenbachii emendatione *emissum* opus non videtur pro *quae* ex eiusdem coniectura scribere *cui*, nec cum Schellero *quod — emissum*. Figura sumpta a telis maxime uncos habentibus, quibus haereant firmius, qualia ignita sunt ad incendium faciendum. *Ratio*, id est cogitatio rationalis, confirmat argumentum sive persuadet esse rei probandae idoneum; *adhaerescit* enim simul atque emissum est, quippe menti auditoris infixum. *Haerere* similiter dictum paulo infra 54, 219.

216. *inferenda sunt*] *efferenda* plurimorum librorum Pearcius Schuetzius Muellerus *vincenda* s. *superanda* interpretantur collato versu ex Oreste Euripidis a Cicerone Tusc. IV. 29, 63. latine reddito:

Quod non natura humana patiendo eeferat.

Sed in Graeco versu est ἄϱαιτ' ἄχθος, ut *eeferre* ibi significet *ferat* s. *perferat*. Augustus Matthiae in Seebodii Misc. Cr. I. p. 682. coniicit *inferenda*, quod interpretatur: *cum contrariis commotionibus ita miscenda, ut ex altera in alteram aliquid influat*, coll. §. 212. Sed non de *miscendis* permotionibus, sed *tollendis* eis, quae ab adversariis excitatae sunt, agi manifestum est. Walkerus *infirmanda*, Heusingerus *evertenda*, Henrichsenius *elevanda* coniecerunt, possis etiam *infringenda*; sed huic et aliis quibusdam coniecturis illud obstat, quod *inferenda* tenuissima fide est, *efferenda* s. *exferenda* optimos et plurimos testes habet. Qua de causa non inepte

corrigi possit *excipienda*, tralatum illud ab excipiendo impetu, telo, vulnere, aut *eludenda* i. e. vitanda; quod nos dicimus *pariren*. Ceterum *inferenda* video explicari satis bene posse. *Inferuntur* aliis, quae subsequuntur; a patrono contrariae permotiones inferuntur contrariis, cum accusatoris dicta oppositis infringit. Quae nuperus editor de hac sententia dixit, inepta sunt.

LIV. De iocis et facetiis dicendi provinciam Antonius C. Caesari imponit, ut qui oratorum eius aetatis in ea re plurimum valere crederetur. Caesar et Graecorum libros de ridiculis inscriptos sicubi artem iocorum tradere conati sint, insulsos videri nec omnino eorum artem proponi posse dicit; naturae potius existimandum esse et perpetuum genus iocandi, quae *cavillatio* vocaretur, et acutum illud ac breve, cui *dicacitas* nomen sit. Utriusque generis exempla ex Crassi maxime actionibus depromuntur, eaque occasione usus Caesar omnem eam disputationem declinare et in Crassum avertere studet. (c. 54 — 57). Sed rogantibus ceteris tamen rem aggressus primum ostendit oratoris sane esse risum aliquando movere; causam autem eius in aliqua turpitudine aut deformitate latere, sed diligenter videndum esse, quatenus ridicula oratori tractanda sint, maxime ne scurrilis aut mimicus iocus videatur (c. 58 — 59, 239). Esse autem facetiarum genus unum in re, alterum in dicto; quorum in primo mimorum imitationem, in altero scurrilem dicacitatem fugiendam, cuius utriusque exempla ponuntur; maxime autem re verboque coniunctis risum moveri. Sed alienum ab oratoris persona esse mores hominum et naturas ipsas ad risum traductas proponere, alienam etiam oris depravationem obscenitatemque, quin raro concedi, ut vultus et vox alicuius ab oratore rideatur imitando (c. 59, 240 — 62, 252). Iam eorum, quae in *verbo* posita sint, *ambiguum* rideri maxime, deinde *τὸ παρὰ προςδοκίαν παρονομασίαν* nominis interpretationem versus apte ad rem describendam interpositos, proverbiorum usum; porro cum alterius dictum ad verbum, non ad sententiam accipere videare, immutatam orationem s. *ἀλληγορίαν* tropum inversionem verborum denique res

contrarie relatas s. *ἀντίθετα* (c. 62, 253 — 65, 263). Iocorum ex *re* quaesitorum primum genus esse narrationis ridiculae; sed trahi etiam aliquid ex historia, collationem aut imaginem poni, rem ridicule augeri, dissimulatione quadam s. *εἰρωνείᾳ* aliud dici ac sentiri, quo pertineat etiam, cum ex alterius oratione aliud excipiamus atque ille velit, item cum simulata stultitia dicantur subabsurda, cum intelligere adversarium non videare, cum eodem in genere eum rideas, quo ipse dixerit; porro rideri ambigua in re posita submorosa ridicula salsam stultitiae reprehensionem res coniectura contra veritatem explicatas familiarem reprehensionem et admonitionem contra exspectationem dicta optata, quae fieri non possint, alia (c. 66, 273 — 71 fin.).

Quae hac parte librorum de Oratore disputantur de iocorum et facetiarum generibus singulari libello illustravit Adr. Turnebus. Is inscribitur: *Explicatio loci Ciceroniani, in quo tractantur ioci, lib. II. de Oratore, Lutet.* 1555. 4. Multa tamen obscura sunt et ambigua, cum propter vetustatem temporum, ut in eis, quae ex Catonis *ἀποφθέγμασι* petita videntur, tum quod plurima Ciceronis aequalibus facilia ad intelligendum erant, quae a nobis ignorari necesse est; insunt etiam quae nobis frigere videantur, ut Luciliana quaedam, v. c. 62, 253. Alia denique propter mendosam scripturam intelligi non possunt. Ceterum in his multifariam expressit Ciceronem Quintilianus, cuius libri VI. caput 3. totum conferendum.

217. *inscriptos libros — de ridiculis*] *περὶ γελοίων.* V. Schneiderum ad Demetr. de eloc. p. 153. et Spald. ad Quintil. VI. 3, 11. Interciderunt et Aristotelis praecepta de ridiculis (v. Rhet. I. 11, 29. III. 18, 7.) et Theophrasti liber *περὶ γελοίου,* quanquam haec certe insulsa non erat appellaturus Cicero. Alios scriptores recenset Vavassor de ludicra dictione Sect. III. c. 1. p. 257 sqq. In *artibus,* quae deperditae nunc sunt, veri simile est eum locum dedita opera tractatum, quod de Gorgia certe prodidit Aristoteles l. c.

nam et Siculi] Verr. Act. IV. 43, 95: *nunquam tam male est Siculis, quin aliquid facete et commode dicant.* Cf. III. 8, 20. Caelium apud Quintil. VI. 3, 41. C. O. Muelleri librum de Doriensibus vol. II. p. 360. Siculorum quaedam dicta referuntur c. 69, 278 et 280. Haec Henrichsen. — Paulo post *insulsitas* enotata est a Nonio v. *insulsum* p. 33. Merc.

218. *duo genera facetiarum*] facetias maxime narrandi, dicacitatem in iaciendo esse Ciceronis iudicium est in Oratore 26, 87., cuius meminit Quintilianus VI. 3, 42.

220. *a Philippo*] de L. Marcii Philippi rebus dicendi genere facetiis v. nostra in Hist. Eloq. R. p. LXXVII. Beier. ad Off. II. 17, 59. Cic. Brut. 47, 173. cf. 45, 166. 50, 186. de Or. III. 1, 4. In consulatu cum in optimates gravissime inveheretur (v. ad I. 7, 24), Catulus illa de fure in largitiones eius et depeculationem aerarii dixisse videtur; quam Turnebi suspicionem iniuria elevat Henrichsenus. Nemo enim illo tempore popularis fuit sine crimine aut culpa effundendae pecuniae publicae. Dictum Catuli etiam Quintilianus habet VI. 3, 81.

accusatorem Brutum] factitare accusationem, quam vitae viam Brutus ille non petitis honoribus tenuit, omni tempore inhonestum Romanis visum, quanquam homines turpes aliquando in iudicium adducere nondum corrupto rei publicae statu minime improbabatur: v. ad II. 48, 198. Inde Brutus homo etiam moribus (v. de Or. II. 55.) contemnendus, in quo Iuniae genti dedecus magnum fuisse Cicero dicit in Bruto 34, 130., cognomentum ignominiosum traxit. In dicendo vehementem ac callidum fuisse idem confirmat in Cluentiana 51, 140. *Cn. Plancius* ita vocatur etiam a Quintiliano VI. 3, 44., etsi liber Turicensis cum aliis *C.* aut *Caium* habet: corrigendum est igitur *L.* praenomen in Cluentiana l. c.

222. *flammam — opprimi*] simile Petronii de secretis dictum fragm. XXVIII. 1. enotavit Pearcius:

Nam citius flammas mortales ore tenebunt,
Quam secreta tegant.

„Ennius autem *bona dicta* bonas sententias intellexerat, quas sapiens tenere se non posset quin loquatur; at homines faceti idem de dicacibus usurpare solebant et aliter versum interpretari.“ Turnebus l. c. p. 6. Bakius, cum sententiam non recte perspexisset, coniecit: *non insulsi interpretantur dicere Ennium* etc. Sed sic intellige. Homines difficultatem dicti tenendi non insulse interpretantur, quippe utentes sapientis poëtae auctoritate: hoc enim dicti genus aiunt Ennium significare voluisse, cum diceret flammam a sapiente facilius in ore ardente opprimi, quam bona dicta. Igitur *dicere* est *σημαίνειν*, non *λέγειν*.

dicta — proprio iam nomine] Cicero in epp. ad Cornelium Nepotem libro II. ap. Macrob. Sat. II. 1: *itaque nostri, cum omnia, quae dixissemus, dicta essent, quae facete et breviter et acute locuti essemus, ea proprio nomine appellari* DICTA *voluerunt.*

LV. *in illo altero genere*] *causam disputationemque ludere altero genere ioci* quid sit me ignorare fateor. Ernestus in clave explicat *deludere, ridere*, quod in Crassum verecundiae in Scaevola conservandae studiosissimum minime cadit. Muelleri ratio interpretantis *iocose et festive tractare* s. *ludendo causam agere* ad sententiam unice apta est, sed cum significatione verborum conciliari non potest; nam *causam ioco ludere* non potest esse aliud, quam *deludere, irridere.* Sensit Lambinus et correxit *elusit*, quod significaret Scaevolae disputationem in iure tutando nixam iocis elusam non valuisse, ut causa vinceret. Quod scripsi *in illo altero genere causam lusit* significat pertractasse causam ita, ut totum se contineret in illo genere ludendi, s. facete dixisse totam causam. Virgilius Ecl. I. 10: *ludere quae vellem calamo permisit agresti.* i. e. ludentem pangere. Georg. IV. 565: *carmina qui lusi pastorum.*

223. *modo enim existi de balneis*] salse dictum ex ambiguo; verbum enim *existi* et lotum egredi et vendidisse balneas Brutum significare potest.

duos lectores excitasset] hanc rem copiose exponit Cicero p. Cluentio 51, 140. In colonia Narbonensi Crassus

adolescens aliquid popularis causae attingere voluit, ut Cicero dicit in Bruto 43, 160. Veri simile est senatum coloniae M. Porcio Q. Marcio coss. deducendae (a. 636., cum Crassus vicesimum tertium annum ageret) obstitisse, ne aerarium reditibus ex agro publico privaretur. In ea causa igitur Crassus in senatum invectus est, ut Cicero fecit in Verrinis; sed cum consulatum gessisset uterque optimatibus sese addixit, qua de re Crassus legem Serviliam iudiciariam suadens summis senatum ornavit laudibus. — Huius totius narrationis capita suae disputationi intexuit Quintilianus VI. 3, 44.

patris Bruti] de hoc v. ad II. 33, 142 dicta.

224. *in balneis locutum*] „loci sententia utramvis lectionem admittit; sed cum h. l. non de lavatione ipsa, ut putavit Schuetzius, sed de colloquio inter patrem et filium de iure civili in balneis, si fieri potuisset, habendo agatur, *locutum* praeferendum videtur. In Cluentiana 51, 141. est: *quod si potuisset honeste scribere se in balneis cum id aetatis filio fuisse, non praeterisset.* De re vide Cic. Off. I. 35, 129: *nostro quidem more cum parentibus puberes filii, cum soceris generi non lavantur;* et quos auctores ibi affert Beierus. Adde Cic. Rep. IV. 4. Val. Max. II. 1, 7.“ *Henrichsen.*

225. *imagines duci vides*] qui magistratus maiores gessissent ius imaginis ad memoriam posteritatemque prodendae (Cic. Verr. Accus. V. 14, 36) assequebantur. Hae imagines ex cera expressae in atriis collocari cum honorum titulis solebant et gentilitiis funeribus praeferri: v. Polyb. VI. 53. Plin. H. N. XXXV. 2. Statim Schuetzius correxit *illis — quorum imagines duci vides, maioribus tuis?* deleto *quid* ante *maioribus;* sine dubio quod ipsorum maiorum erant, quae ducebantur, imagines. Sed nihil mutandum. Incisa illa *quid maioribus tuis? quid Bruto* inter se arctius iungenda sunt et amplificationem sententiae praecedentis continent; in maiorum enim imaginibus etiam L. Bruti erat, qui propter insignem virtutem nominatim commemoratur.

non est nobilitatis] senatorio ordini nullus quaestus honestus putabatur, sola praediorum cultura permissa erat.

V. Cic. Parad. VI. I, 43. Liv. XXI. 63. De quaestibus illiberalibus universe v. Cic. de Off. I. 42 ibique Beierum.

226. *in rutis — et caesis solium — recepisse*] Q. Scaevola in Digestis L. tit. 16. l. 242: *in rutis caesis ea sunt, quae terra non tenentur quaeque opere structili tectoriove non continentur.* Confer Festum in v. *ruta caesa.* Ex Ciceronis Topicorum c. 26, 100., cum emtori a venditore liberali in rutis caesis aliquid solere concedi dicatur, quo fundus ornetur, non solum, quae propria vis eorum verborum est, *arbores excisas lapidesque erutos*, sed etiam supellectilem maxime ornandi causa comparatam, velut statuas, illo nomine significatam esse perspicitur. *Recipere* legitimum est in venditionibus item dote marito danda de iis, quae *excipiuntur* s. potius *retinentur:* v. Gell. XVII. 6. Nonium in v. *recepticium servum* p. 54. et v. *recipere* p. 384. Merc. Cic. Top. l. c., secundum quos id verbum explanavit Gronovius ad Terent. p. 116. ed. Frotscher.

imagines — quibus non modo imitandis] haec est vera assonantia, quam nos, s. *παρονομασία*, quam veteres dicunt; de qua figura recentiorum quidam mira monstra excogitarunt: v. ad II. 63, 256.

LVI. 227. *contione — contentio maior*] haec Schuetzii coniectura in paucis illius viri ad sententiam necessaria etiam aliquam a libris fidem habet; quod in comment. crit. annotavi. Nec tamen ab inventore satis acute defensa est. Est autem ea opus cum propter miram balbutiem *ex una contione* (si hoc retineas, quod pars codd. suppeditat) — *nec enim contio maior fuit*, et rursus *nec apud populum gravior oratio*, quasi in concione alia possit haberi, quam ad populum; tum propter ineptissime additum *contioni* vocabulum *maior.* Quid enim refert ad vehementiam altercandi et acerbitatem dictorum, magna sit an parva hominum in foro multitudo congregata? At ad *contentionem* hoc permultum refert; gravitas enim conviciorum in adversarium congestorum ex *magnitudine* demum *contentionis* intelligitur. Magnum fuisse plausum populi in hac censoria Crassi cum Domitio collega altercatione intelligitur ex Bruto 44, 164.

229. *hic cum arrisisset ipse Crassus*] *ipse* multis offensioni fuit. Defendit Orellius comparando loco III. 12, 46: *hic cum arrisisset ipse Sulpicius*, et addens: Crassus laudes suas in aemuli et amici festiva invidia agnoscens non potuit non arridere. Haec Orelli dicta non minus apte in eorum rem converti posse, qui eiiciant *ipse*, iure dicit Henrichsenus, sententiae ab Orellio collatae plane aliam rationem esse addens; significari enim Sulpicium a Crasso vituperatum adeo non offensum esse reprehensione, ut *ipse* arrideret. Muelleri coniecturam *cum arrisisset ipse et Crassus* iure dicit ab inventore ridicule explicari: *Antonius, qui praecedentia verba ironice dixisset, ipse arridet idemque facere Crassus coactus est, qui ea iocose dicta esse bene sentit.* At neque ironice loquitur Antonius nec ita rusticus erat, ut dicta sua cum risu proferret quasi festivitatis ipse suae admirator. Ego pronomen *ipse* retinui et ea quidem de causa, quod Crassum arridere, qui natura esset paulo severior (Brut. 38, 143. 41, 148. coll. de Or. II. 71, 289.) et leporis quidem plenissimus, sed minime ad iocandum proclivis, rarum omnibus videri oporteret: eamque severitatis cum comitate coniunctae personam etiam in hoc sermone ita sustinet, ut non risisse dicatur nisi hoc uno loco.

230. *quae lacessiti dicimus*] hoc Quintiliano obversabatur, cum scriberet VI. 3, 13: *occasioni vero et in rebus est tanta vis, ut saepe adiuti ea non indocti modo, sed etiam rustici salse dicant in eum, quisquis aliquid dixerit prior. Sunt enim longe venustiora omnia in respondendo, quam in provocando.*

tanta in Domitio gravitas] „*Cn. Domitius Ahenobarbus* in tribunatu a. u. 651. pontificibus offensior, quod alium quam se in patris sui locum cooptassent, legem tulit, ut sacerdotes, quos antea collegae cooptabant, populus crearet (rectius ut, quem minor pars tribuum creasset, eum pontifices cooptarent, E.); v. Vell. II. 12. Suet. Ner. 2. cf. Cic. Rull. II. 7, 18. Consulatum gessit a. u. 658. cum L. Cassio Longino, censor fuit cum Crasso a. 662. Satis in eo fuisse orationis atque ingenii, quanquam non fuerit in oratorum numero, Cicero iudicat in Bruto 45, 165.“ *Henrichsen.*

LVII. 231. *tamen multo*] singularis res Ernesto in mentem venit, ut *tamen* ante *non explicare* posito sic scribendum putaret: *qui quanquam Crasso facetias concedit et multo in eo studio magis ipse elaborat, tamen non explicare nobis totum genus hoc iocandi.* Quid enim sibi vult illud *et multo magis ipse elaborat?* Quo modo conciliari potest cum proxime praecedentibus, quae desiderant *et tamen elaborat,* cum manifesto inter se contraria sint alteri facetias concedere et ipsum tamen in eiusdem rei possessione omnibus confitentibus versari?

232. *observatio quaedam est, ut ipse dixit*] v. II. 8, 32. Sed non hanc, sed illam, quam nunc tractamus, sententiam spectat Quintilianus II. 17, 5., cum dicit: *quidam naturalem esse rhetoricen volunt et tamen adiuvari exercitatione non diffitentur, ut in libris Ciceronis de Oratore dicit Antonius, observationem quandam esse, non artem.* Sed erravit memoriter, ut in multis, Antonium, non Crassum nominando. Quod non animadvertit Spaldingius, cum *observationem* et *artem* apud Ciceronem non opponi inter se affirmabat.

233. *collectam — exigis*] „hoc est *quoniam me quoque ad hanc disputationem aliquid conferre vis.* Similitudo ducta est a coena collatitia (ἔρανος), in quam unumquemque convivam symbolam s. collectam (συμβολή) conferre oportebat.“ *Henrichsen.* De Graecorum ἐράνοις v. Turnebum Advers. III. 6. Wyttenbach. ad Plutarchi Moral. vol. VI. p. 1. p. 355. Boeckh. de Oecon. publ. Athen. I. p. 264.

sus, ut aiunt] cum proverbium integrum esse constet *sus Minervam* i. e. imperitissimus peritum, ita correxit de suo Schuetzius, idemque contra Goerenzium, qui sic obliterari loci venustatem nec integra saepe afferri proverbia annotaverat ad Acad. I. 5, 18. Fin. III. 4, 16., haec scripsit in editione secunda: „etsi me non fugit proverbia interdum non plene enuntiari, hoc loco tamen ineptum esset supprimere vocabulum *Minervam*, quia verba sic sonarent, ac si proverbium fuisset *sus oratorem.*“ At sic minime constat sententia, quippe praefracte illatis *Minervam oratorem cum*, quasi Minerva orator sit. Si proverbio integro uti

Cicero voluisset, scripturus erat: *quem ad modum sus, ut aiunt, Minervam, ita oratorem ego.* Post *aiunt* facta interspiratione omnia recte fluunt: *docebo, nostis illud de sue proverbium, oratorem illum, quem* etc. De ipso proverbio v. intpp. Festi p. 680 ed. Lindemann. — Frigidissimam sententiam coniectura sua *primum loquar, tum de facetiis docebo* effingit Bakius. Is non magis quam Schuetzius perspexisse videtur verba ita inter se connexa esse: *ego nunc primum loquar de facetiis,* quippe quod antea Crasso quidem praesente nunquam sim ausus.

fenum alios esse oportere] „significavit alios videri Crasso comparatos pecudes esse, proinde feno pascendos.“ *Turnebus* l. c. p. 15. Non miramur nuper repertum qui *esse* pro verbo substantivo haberet et ipsos oratores feno comparari diceret; illud miramur, quid in tali sententia sibi velit verbum *oportere.*

LVIII. 235. *viderit Democritus*] non solum quia semper ridebat, ut Ernesto visum, sed etiam quia diligentissimus naturae scrutator fuit eoque ad naturam rei in intimis animi humani secretis positae indagandam aptissimus.

236. *turpitudine et deformitate*] etiam hoc ab Aristotele Cicero. Is in arte poetica c. 6. init. dicit: *ἡ δὲ κωμῳδία ἐστίν, ὥςπερ εἴπομεν, μίμησις φαυλοτέρων μέν, οὐ μέντοι κατὰ πᾶσαν κακίαν, ἀλλὰ τοῦ αἰσχροῦ, οὗ ἔστὶ τὸ γέλοιον μόριον. τὸ γὰρ γέλοιόν ἐστιν ἁμάρτημά τι καὶ αἶσχος ἀνώδυνον οὐ φθαρτικόν.* Dicti Ciceroniani meminit Quintilianus VI. 3, 8. Quae §. 237.; quae de miseria iocis non agitanda traduntur idem sua fecit VI. 3, 28. XI. 1, 86. cf. Cic. Or. 26, 88.

est autem — oratoris movere risum] non male ad sententiam *est enim* multi libri; quae confundi perpetuum est. Eorum, quae in his libris exstant, exemplorum pauca enotabo. I. 39, 179. pro *Fufius autem,* quo opus est, Lg. XX., in quibus boni sunt 13. 36., *Fufius enim.* 58, 237. *parcendum est enim* Lg. 2. 3. 4. 6. 13. 32. 36. non deterius fortasse, si quidem miseri magis quam felices diligi solent. Paulo ante *quatenus enim haec* pro *q. autem* Lg. 4. 32. alii; boni ceteri *autem* omittunt et *haec* habent. II. 59, 241.

est enim haec huius generis virtus pro *est autem* Lg. XIX. et Gu. 3., in quo additur *licet;* non tamen Lg. optimi. III. 38, 154. *novantur enim verba* pro *autem* Lg. optimi duo 4. et 32. Contra I. 54, 231. cum recte vulgo legatur *erat enim Athenis,* Gu. 1. *autem,* plane ut II. 71, 289. Alia exempla habent Handius in Tursell. II. p. 376. et 382., item ad Wopkensium p. 89.; conferri etiam digni praeter ipsum Wopkensium Heusingerus ad Off. I. 8, 1. et Wunderus in Varr. Lectt. codicis Erfurtensis p. XIX. et XXXIX.

est plane oratoris] hoc alterum *est* minime placet, et omisissem, dum unus modo et alter liber addiceret. Figurae anaphorae locus esse non videtur, cum in disputatione minime commota affirmandi tanta cum gravitate causa non sit.

quod frangit adversarium] totam sententiam ante oculos Quintilianus habuit, cum scribebat VI. 3, 8: *rerum autem saepe maximarum momenta vertit, ut — odium iramque frequentissime frangat.* Verba sensu affinia non omnia bene explicuit Ernestus. Acumen iocorum adversarium *frangit,* quod eius impetum retundit, *impedit,* quod docendo persuadendoque eum proficere non sinit; *elevat,* quod pondus orationis ipsiusque auctoritatem et fidem apud auditores minuit; *deterret,* quod ostendit ingenium accusatori superius.

LIX. 239. *vitandum est oratori utrumque*] Schuetzio suspecta fuerunt haec verba, ut ea in editione secunda etiam deleret. Rectius Walchius in Emend. Liv. p. 123. vix ait abiici posse, quae antiquissimus testis Nonius agnoscat v. *scurrilis* p. 169. ed. Merc. Schuetzium illud videtur turbasse, quod per genus quoddam anacoluthi ab sententia a *ne* suspensa transitur ad eam, quae suo iure constat, de quo genere loquendi dictum ad II. 27, 116. — Cur *scurrilis et mimicus* iocus oratori defugiendus sit, nemo interpretum operae pretium duxit explicare. Ipse sui interpres Cicero in Oratore 26, 88: *illud admonemus tamen ridiculo sic usurum oratorem, ut nec nimis frequenti, ne scurrile sit, nec subobsceno, ne mimicum.* Idem docet Quintilianus VI. 3, 29.

240. *in Memmium*] *C. Memmius* orator mediocris, sed accusator acer et acerbus multos in iudicium vocavit; in

his Calpurnium Bestiam, qui consul se a Iugurtha corrumpi passus erat, anno post tribunatum cum gravissima nobilium insectatione gestum (Cic. Brut. 36, 136. de Or. II. 70, 283). A. u. 654. cum consulatum peteret a competitore Glaucia et tribuno Saturnino interfectus est. Cf. Hist. Eloq. Rom. p. LX. Placuit sibi sine dubio Crassus ioco mordacem naturam inimici optimatium omnium perstringens.

242. *per tuam nobilitatem*] sunt haec ex Crassi altercatione cum collega Domitio. Et nobilis enim gens Domitia erat et in aliis vitiis etiam vanitate insignes protulit: v. Suet. Ner. 2., qui non male *ita Neronem* dicit *a suorum virtutibus degenerasse, ut tamen vitia cuiusque quasi tradita et ingenita retulerit.* In primis autem salsum Crassi dictum, quod is, cuius familia plebeias omnes nobilitate superaret, dignitatem longe infra se positam mirari videretur.

Tibi ego, Antipho, has sero — senium est] verba sunt senis arbores serentis filioque dicentis se non sperare tam diu victurum, ut earum maturitate gaudere possit, sed id filio aliquando datum iri. „Tum quod addit Iulius: *senium est, cum audio,* hoc vult: ita perfecta est illa Rosciana senis decrepiti et fracta voce ac tremula utentis imitatio, ut non histrionem, sed ipsam senectutem videar audire.“ *Pearcius.* Hoc sane sententiae aptissimum videtur, et tamen dubitari possit, an non senilem morositatem et taedium potius, quam imaginem senectutis Cicero significare voluerit. Quin Wolfius *senium* pro *maerore* et *afflictatione* scenicorum esse, a prosariis autem abiudicandum paulo cupidius censuit ad Or. de Harusp. Resp. 18, 39. Legerat enim orationem pro Milone, in qua scriptum exstat c. 8, 20: *civitas confecta senio est,* quam locutionem docte explicat Garatonus. Quanto certius igitur ille vocabulum propric dictum et manifesto quidem ἅπαξ εἰρημένον ex Cicerone exempturus erat! Grammatici non norunt nisi tralatam vim; Festus p. 260. Lind. Nonius p. 1. Charisius p. 195. Et Nonius quidem *taedium et odium, dictum a senectute, quod senes omnibus odio sint et taedio;* Charisius paulo prudentius *morbum senilem* interpretatur. Ciceroni videtur ex lectione veterum haesisse,

quorum Ennius est in illius Catone 5, 14. Sequentis aetatis scriptoribus paulo usitatius est. Tacitus Ann. I. 34: *curvata senio membra*, II. 42. *fessum senio*, VI. 38: *fluxam senio mentem* habet. Suetonius Calig. 44: *plerisque centurionum maturis iam — primos pilos ademit causatus senium cuiusque et imbecillitatem.* — Ceterum non inepta suspicio Lambini est verba illa esse ipsius Antiphontis adolescentis, qui patris senectutem et tremula verba ridicule imitaretur. Quanquam dici potest Crassum, qui Domitii vanitatem imitatus eius statum et gestum riserit, quod eum perfectissime expresserit, cum Roscio summo scenae artifice comparari.

mimorum — ethologorum] ἠθολόγοι βιολόγοι ἀρεταλόγοι genus quoddam actorum erant, qui minus verbis, quam vultu et habitu mores et facta aliorum maxime risus causa imitarentur: v. Diod. Sic. XX. 63. Iuvenal. XV. 16. cum intpp. Suet. Aug. 74. ibique Casaubonum. Qui ab hoc cum aretalogis iunctim memorantur histriones, pantomimi sunt.

LX. 244. *Granium aut Vargulam*] *Q. Granius* praeco homo dicacissimus, cuius mentio fit etiam in Bruto 43, 160., ubi Crassum cum eo satis familiariter vixisse significatur, 46, 172. Divers. IX. 15. et in oratione Planciana 14, 33. Altero Bruti loco Lucilius saepe eius meminisse (puto multa eius dicta retulisse) dicitur; cf. versus Lucilii apud Gell. IV. 17. *Vargulae* hominis non aliunde noti dictum narratur §. 247.

ne, quotiescunque potuerit dictum dici] idem praeceptum et verbis fere Ciceronis habet Quintilianus VI. 3, 30.

245. *quaesitor*] „est qui quaestioni capitali praeest, sive praetor est sive non est. Cf. Cic. Verr. Act. I. 10, 29. Vatin. 14, 34. Sall. Iug. 40. Asconius in argumento Milonianae.“ *Henrichsen.*

perpusillum rogabo] iocus ex eo oritur, quod *perpusillum* et perexiguam interrogationem et hominem statura brevissimum significare potest; simulabat Philippus se de interrogatione dicere, sed malitiose, ut et brevem testem et breviorem iudicem auditoribus videretur designare. Ceterum

aliter haec, ac vulgo fit, distinguendo fecimus, ne illa sententia: *visum est totum scurrile*, sola per se poni videretur. Clarum est enim haec sic cohaerere: *sed cum sederet iudex ipso teste brevior, omnis risus in iudicem conversus est, ut Philippi dictum scurrilitatis reprehensionem non effugeret.* *Ἀμφιβολίας*, quae inest in *perpusillum*, figuram illustravit Manutius ad Divers. VII. 32.

246. *Appius*] non constat quinam Claudiorum sit. Appii maioris quoddam in Lucilium nescio quem dictum commemoratur c. 70, 284., sed ne hic quidem noscitur. Locutionem *se dicacem velle* illustravit Kritzius ad Sall. Catil. p. 98. Cicero Fin. V. 5, 13: *Strato physicum se voluit.*

C. Sextio] is idem Ernesto videtur, quem Cicero in Bruto 34, 130. propter ingenium et sermonis elegantiam laudat, sed propter crebros pedum dolores causis dicendis non tantum operae tribuisse dicit, quam desiderabatur ab hominibus, consilio tamen profuisse multis.

uni enim locum esse video] solebat umbris s. convivis non invitatis locus relinqui in convivio. Plautus Sticho IV. 2, 37. a Turnebo laudatus: *edepol tibi etium, opinor, uni locum conspicor, ubi accubes.* Id scurriliter ad vitium oculi convertit Appius. Frigidum videtur Schuetzio. Recte fortasse, sed minus videbitur, si aspexisse Sextium ille existimetur.

manus lava et coena] utrum in immundum, an in avarum dictum sit ambigitur. Fortasse nihil aliud notavit Sextius, nisi sordidos et illiberales Appii mores, iam inutiliter lacessendo ostensos.

247. *quod nos — illi totum*] quod editiones quasdam veteres et nuper etiam Schuetzianam et Orellianam occupavit, *id illi totum*, inventum eius est, qui *quod* pronomen esse putaret. Sed quid distinguat oratorem a scurra primum per nomina exponitur, deinde sententia causam continente.

puer abige muscas] non inscite molestam petentium et prensantium familiaritatem et blanditias cum muscarum impudentia comparavit. De prensantibus v. ad I. 56, 239.

LXI. 248. *in re habere — facetias*] id indictum visum Ernesto Schuetzio Orellio, qua de re varias corruptelas aut coniecturas pro Ciceronianis in ordinem receperunt. Iure Henrichsenus dicit *habere facetias in re* vel *in verbo* non minus Latinum esse debere, quam quod legatur c. 62, 252. *in verbis habere leporem omnem*, quod item de iocis dictum est. Similia sunt quod orationis quaedam pars *commendationem habere* dicitur de Or. II. 49, 201. i. e. continere, *oratio argumentationem* p. Flacco 10 med. *res iniquitatem* Catil. IV. 4, 7. Quanquam haec universe aliquam virtutem significantia diversa esse contendit Bakius, scilicet ut suam emendationem *haberi facetum* commendaret. Cum Gellius dixit *facetiam sermonis*, in quo formae, non sententiae novator exstitit, tum ne Cicero quidem ab hoc vocabuli sensu alienus putandus, qui in Oratore 26, 87. posuerit: *duo genera sunt* (salium): *unum facetiarum, alterum dicacitatis.* Nam cum *dicacitatis* vocabulo non dictum, sed dicti virtutem significaverit, ne *facetias* quidem aliter dixisse videtur.

ex iisdem locis] idem praeceptum verbis plerisque Ciceronianis retentis Quintilianus habet VI. 3, 37. Mox plane barbaram scripturam *in iisdem verbis*, ex male lecto pronomine (*īisdem*) ortam eo argumento defendit Orellius, quod id etiam cum verbo *iocandi*, quod sequitur, coniungendum sit. Quasi quis mortalium dixerit *in verbis iocari*! *In verbis laudare aliquem* ipsa barbaries est.

severe] uncinis clausi quod nec intelligi potest nec in altero membro oppositam quicquam habet. *Poni* gravitatem in rebus honestis idem significare videtur quod *quaeri*. Audax est et sententiae infesta Bakii coniectura: *gravitas in honestis rebus, si verae sunt, iocus in turpiculis — agnoscitur.* Nonne de honestis rebus graviter dici potest etiam cum mendacio?

Neronianum vetus] veri simile est hoc ex Catonis apophthegmatis petitum et a C. Claudio Nerone profectum esse, qui consul cum M. Livio a. 547. rem contra Poenos bene gessit Hasdrubalemque Senensi praelio vicit: v. Liv.

XXVII. 34. Turnebi suspicio *Naevianum* scribendum, ut poëta Naevius significetur, Quintiliani testimonio, qui ipse quoque VI. 3, 50. Neronem dicti auctorem prodidit, redarguitur. Idem Catonis verba Cicerone fidelius refert *clusum* et *signatum* habens pro *occluso* et *obsignato*.

249. *Sp. Carvilio*] Turnebus ad illum refert, qui bis consul fuerit cum L. Albino a. 520. et cum Q. Maximo a. 526., eundemque videri affirmat, qui primus Romanorum uxorem dimiserit. Sed ut claudicantem ex vulnere vix ad summos honores aspiraturum fuisse probabile est, ita illa de repudio misso narratiuncula Valerii Maximi II. 1, 4. Gellii IV. 3. et XVII. 21. et ipso Valerio auctore II. 9, 2. refellitur et a Niebuhrio elevatur Hist. Rom. III. p. 414. Ne nomine quidem tenus illa de Carvilio repudii auctore et eodem consule opinio constat: ille enim *Rugae* cognomen habuisse fertur, hunc *Maximum* fasti consulares vocant.

Glaucia claudicanti] *C. Servilium Glauciam* Cicero Brut. 62, 224. omnium post homines natos improbissimum, sed peracutum et callidum cum primisque ridiculum vocat. Interfectus est seditione gravissima a. 654, cum ex praetura contra leges consulatum petens aemulum C. Memmium sicariis immissis trucidasset. V. Cic. Rab. Perd. 7, 20. Catil. I. 2, 4. Liv. epit. 69. Appian. B. Civ. I. 28. Sed mira est Turnebi horum explicatio: „*num claudicat?* Sic loquebantur veteres, cum in re vel homine nihil esse vitii significare volebant. Nam *claudicare* pro *vitiosum esse et non rectum* dicebant. Glaucia ergo significavit improbum esse Calvinum, qui non tantum pede, sed etiam animo claudus esset.“ Nihil horum inest in verbis. *Clodicare* non potuit nisi de sectando imitandove aliquo *Clodio*, quod aut huic aut Sextio turpe esset, dici; idque recte intellexit qui in Lg. 76. ascripsit explicationem *Clodium imitatur i. e. adulterat*, modo *adulterare* ne addidisset. Insidebat enim menti memoria P. Clodii Pulchri famosi illius Ciceronis inimici.

quid hoc Naevio ignavius] putant P. Africani maioris esse, quem a Petiliis tribunis plebis alii, alii a M. quodam Naevio accusatum ferunt: v. Liv. XXXVIII. 50. et 56. Val.

Max. III. 7, 1. Gell. IV. 18. Sed ab Africano minore etiam et in alium hominem dici potuit.

video me a te circumveniri] Ernestus, quod dixisset *circumveniri* pro *conveniri*, ridiculum dicit *παρὰ προσδοκίαν*. At nec ridiculum hoc est, nec contra exspectationem. Qua re ex Strebaei coniectura Stephanus Lambinus Pearcius *video me a te non conveniri sed circumveniri* scripserunt; quod iure refutat Schuetzius et eo argumento, quod sic non literae, sed syllabae immutentur, quae non est *παρονομασία*, et quod iocus ille quo modo ad male olentem pertineat non intelligatur; necesse enim esse ex immutatis literis aliquid exisse, quo foetor alarum perstringeretur. Itaque lusisse Philippum putat in vocibus *circum* et *hircum*. Recte sine dubio; non addidit autem cui vera explicatio debeatur. Is est Eichstadius in Append. Crit. ad Ommereni praelectiones duas, quibus Horatii vita publica et privata defenditur, Germanice redditas (*Horaz als Mensch und Bürger von Rom*) p. 220. Cogitandum enim Romanis *circum* dictum *kirkum*; quod si cum sono nasali pronuntiabatur, *kirkonveniri* et *hirco conveniri* satis videbuntur similia.

250. *caput enim magnum*] „ambiguum est, significatur enim et magnitudo partis et amplitudo hominis.“ *Turnebus.* — *P. Licinius Varus* aedilis a. 544 (Liv. XXVII. 6.) praetor duobus annis post (Liv. XXVII. 22.), in quo magistratu ad populum tulit, ut ludi Apollinares in statum diem in perpetuum voverentur. Verba *Africano — accommodanti* enotavit Nonius v. *accommodat* p. 71 Merc.

Calvus satis est] non liquet de sententia, quae varie distinguendo non sublevatur, sive sic feceris: *Calvus, satis est, quod dicit, parum*, sive sic: *Calvus, satis est, quod dicit parum*, quod de malo oratore dictum putat Pearcius: „*si plura diceret*, inquit, *minus bene diceret; iam istud, quod dixit, satis est, quia parum s. paucis verbis dixit.*“ Muellero severe dictum ex ambiguo videtur; quod quomodo intelligat non addidit, nec sane cum Ciceronis verbis congruit, quae ridiculum potius aliquid significant laudabili illi et honesto Vari dicto contrarium, sed ex eodem fonte ductum. Henrichseno

calvus non proprie solum, sed etiam tralate dici posse videtur, velut *calvam orationem* pro *iciuna*; qua re ambiguum esse. Nobis deploratus locus videtur.

251. *quam sannio*] *sanniones* a *sannis* nomen habent fueruntque quasi exemplaria exprimendis personis ridiculis, quae nunc Italorum sermone *Arlecchini* sive *Pulcinelli* appellantur. Enotavit ex hoc loco Nonius p. 61. Merc., explicans: *qui sunt in dictis fatui et in motibus et in schemis, quos moros* (scr. *μωρούς*) *vocant Graeci.*

LXII. 252. *convivio liberorum*] „Cf. Off. I. 29, 104: *alter* (ingenuus iocus) *est, si tempore fit, remisso homine dignus; alter* (illiberalis) *ne libero quidem, si rerum turpitudo adhibetur aut verborum obscenitas;* ubi torte admodum Beierus post alios *liberum* dicit esse eum, qui non verecundetur suo quamque rem nomine appellare, qui omnia apertissimis verbis agere audeat. *Liber* utroque loco simpliciter opponitur *servo.*" *Henrichsen.* Haec recte dicta esse intelliges, si cogitaveris servos foedissimis dominorum libidinibus expositos plerosque omni genere turpitudinis fuisse commaculatos. Contra eos, qui ex loco illo Officiorum Ciceronem de Oratore emendari vellent, diximus in Comm. Criticis.

253. *qui cum — pila luderet —, excusavit*] attractionis genus, quicquid de eo dixerit Madvigius ep. ad Orell. p. 106., non agnosco. Potest enim verborum ordo simplicissime expediri subaudiendo *eum* ad verbum *excusavit*, quo pronomine illic uti Cicero non potuit, quia proxime idem sequitur in verbis *quod eum brachium fregisse diceret.*

Vespa Terentius] Ciceronis aetate legitimus mos is erat, ut nomen praecederet, cognomen sequeretur, isque, cum homo in legis aut senatus consulti tenore aut honorifice nec familiariter et perfunctorie nec ea lege, quam iam expositurí sumus, nominatur, violari non solet. Sed iam Livii quaedam contraria exempla sunt, quod dudum observarunt Drakenborchius ad III. 1. Dukerus ad Florum II. 2, 11. Ruhnkenius ad Vell. II. 26, 2. Niebuhrius vir Summus Hist. Rom. vol. III. p. 428. Praeterea pauca collegerunt et fortuita Manutius ad Cic. Divers. II. 8. Reinesius in Inscriptt.

p. 605. et alii, quorum nomina ascribere otiosum est. Unum Cortium notamus ad Sall. Catil. p. 1., propter gravem errorem in *Agrippa Menenio* cognomen inesse rati. Apud Sallustium ut antiqua, ita ante non audita studiose captantem vetus mos magis etiam negligitur, et qui sunt argenteae aetatis scriptores, hi quo magis ab antiquorum sanitate desciverunt, eo cupidius etiam in his minutiis novi esse voluerunt: qua de re Quintilianus perraro, Plinius non saepe, omnibus paginis Tacitus novitiam consuetudinem sectatur. Inde factum, ut postea etiam ex usu amoverentur praenomina subrogatis in eorum locum cognominibus. In inscriptiones hoc penetravit quidem, sed parce; *Paulus Aemilius* exstat p. 518, 8. Graev. *Cosso Cornelio L. Pisone* (a. u. 753.) p. 597, 3. Quae apud Ciceronem exempla sunt, ea aut familiaris sermonis sunt aut iustam excusandi causam habent. Et haec quidem ea dicimus, quae cognomen cum sono praemissum monstrant. Talia sunt *Ahala Servilius* in Miloniana 3, 8. Att. II. 24, 3., distinguitur enim ille plane ut *Mures Decii* ab ignobilibus Phil. XIII. 13, 27. Libertini homines aut peregini civitatem adepti nomen Graecum praepositum Romano aliquando iure habent; *Artemidorus Cornelius* Verr. Accus. III. 49, 117. *Phrygio Pompeius* de Or. II. 70, 283., in quo appellativum in proprium nomen versum est, *Chrysippus Vettius* Divers. VII. 14, 1. Eadem lege soni augendi tenentur *Caesonino Calventi* Prov. Coss. 4, 7. *Magnus Pompeius* Phil. XIII. 4, 8. 21, 50. *Maluginensis Scipio* de Or. II. 64, 260. *Pullus Numitorius* Fin. V. 22, 62. quippe civium suorum proditor, ut a Numitoriis Romanis discerneretur; *Superbus Tarquinius* Divin. I. 22, 43. Contra ignobilitatis et contemptus causa dicuntur *Mustela Tamisius et Tiro Numisius*, fortasse ut aliquid praeterea in pariter finito quaereretur, Phil. II. 4, 8., *Barbae Cassii* Longinis puto et Parmensibus oppositi XIII. 2, 3., *Apulus Domitius* XI. 6, 13. Etiam de Livianorum exemplorum parte ita iudicandum, velut *Antias Valerius* XXIX. 3., *Felicis Sullae Magnique Pompeii* XXX. 45. Hinc illud pendet, quod *Sullam Cornelium Galbam Sulpicium* haud raro dicta

reperias, sed vix *Caesarem Iulium* aut *Ciceronem Tullium*, quippe quod non erant praeter illos alii Iulii aut Tullii nobiles, a quibus Caesares et Cicerones distinguerentur. Sed in *Vari Attii* nomine ita iudicando magnopere errat Herzog. ad Caes. B. Civ. II. 33, p. 303. Ex altero genere elocutionis familiaris fere omnia ex epistolis deprompta enotavi haec. *Calvus Licinius* legitur Divers. VII. 24, 1. *Flaccus Volumnius* XI. 12, 1. *Strabo Servilius* XIII. 64, 1. *Severus Antistius* Q. Fr. II. 1, 3. *Gallus Fabius* Att. VIII. 12, 1. *Balbus Cornelius* XII. 11, 2. *Sabinus Albius* XIII. 14, 1. *Gallus Caninius* XV. 13., quod emendatione assecutus est Lambinus. Incertum est propter scripturam *Q. et Cn. Postumis Curtiis* Verr. Accus. I. 39, 100. Sed Zumptius ad hunc locum agnomen (potius cognomen) nomini gentilitio apud Ciceronem non fere postponi quam recte dicat vides.

brachium frègisse] potuit enim brachium et ipsius et statuae ab eo fractae intelligi, ut sit iocus ex ambiguo.

Quid? Decius] versus Lucilii intelligi a nobis, etiam si certa scriptura esset, non posset. Heusingerus existimat respexisse Lucilium ad ludum illum, qui nucibus ludebatur, cuius mentionem facit elegiae auctor, quae *Nux* inscribitur: *quas puer aut rectus certo dilaminat ictu.* Alii *confixum facere* simpliciter significare putant *configere.* Ernestus cibi genus ex frustulis carnis confectum (*Fricassé*) dici putat. Quod si placeat, etiam in *Nuculae* nomine edulii quoddam genus significari videtur Schuetzio. Sed ne sic quidem quicquam proficitur.

254. *non esse sextantis*] rectius Pearcio, qui ambiguitatem esse in *sextantis* (sextans est sexta assis pars, igitur res minimi pretii) et *sex tantis*, quod quid sit nemo intelligit, rem exposuit Turnebus: „*non esse sextantis* dicitur et quod pluris est, id est, quod est magni pretii; et *non esse sextantis* etiam dicitur quod minoris est, id est, quod nullius prope pretii.“

LXIII. 255. *Novium*] *Novii* et *Naevii* nomina adeo saepe in libris confunduntur (v. Santen. ad Terent. Maur. p. 233. Gernhard. ad Cic. Cat. 6, 20.), ut, nisi quid aliunde

firmamenti accesserit, singulis locis non sint nisi codices spectandi. Hic quidem et c. 69, 279. 70, 285. Schneideri suspicio (in ep. ad Langerum Bruto a Wetzelio edito praemissa p. XVIII.) de restituendo *Novii* nomine libris firmatur. De *Q. Novio* Atellanarum scriptore v. Gronov. ad Gell. XV. 13. cf. Macrob. Sat. I. 10.

quanti addictus] qui solvendo non erant mancipatione coram testibus facta cum re tum corpore pro debito cavebant creditori, et appellabantur *nexi*. Qui si intra tempus lege constitutum creditori non satisfecerant, servilibus ministeriis faciendis a praetore addicebantur. V. Niebuhr. Hist. Rom. vol. I. p. 638. sqq. Ante hunc enim *nexi* quid ab *addictis* differrent minime exploratum erat. *Nexum* lege Poetelia a. u. 428. sublatum est, solutique omnes qui bonam copiam iurarent, id est satis sibi rei esse ad solvendum aes alienum; *addictio* etiam post usitata fuit in male fidis debitoribus, ut tamen, nisi qui propter scelus vincti essent, carcere et vinculis ne coërcerentur. V. Niebuhr. l. c. vol. III. p. 179 sqq.

nihil addo; ducas licet] qui quaerebat *quanti addictus?* spem faciebat pecuniae solvendae quasi miseratus addictum; quae spes fallitur, cum pergit *ducas licet*, *παρὰ προσδοκίαν*. Ambiguum est autem *nihil addo:* quippe aut *verborum* aut *pecuniae* intelligi potest, quorum hoc sane ridiculum, quia ille specie misericors quasi servum insuper addita pecunia empturus loquitur. *Ducere* et *trahere* de damnatis dicta illustravit Cortius ad Lucanum II. 201.

a Catulo in Philippum] v. c. 54, 220.

256. *παρονομασίαν*] hoc nomine s. *annominationis* veteres et quam *alliterationem* et quam *assonantiam* vocamus appellant. De qua quae scripserunt Naekius in Museo Rhenano ann. III. fasc. 3. p. 324. Cadenbachius in programmate, quod vocant, a. 1837. edito, ad manus non sunt, nec id agimus, ut eam doctrinam exhauriamus exponendo. Poetarum quaedam collegere cum alii tum Car. Schmidtius ad Iuvenal. p. 315. Iacobus ad Lucilii Aetnam p. 114. et 194. Wolfius in prolegg. ad Plauti Aulularium editis Num-

burgi a. 1836. Alia Ciceronis Caesaris aliorum notarunt Frotscher. ad Cic. Sull. p. 91. Herzog. ad Caes. B. G. VIII. 48. Beierus ad Lael. 23, 88. Kuehnerus ad Cic. Tusc. IV. 17, 38. Goellerus ad Cic. Or. p. 120. et multis locis Tusculanarum disputationum Klotzius. Is autem non magis quam Kuehnerus lubidine diversa miscendi abstinuit, ut et parisosin s. similia composita, velut *alter alterum*, et pariter finita pariterque cadentia (*ὁμοιόπτωτα* et *ὁμοιοτέλευτα*), in his etiam ea, quae defugi non possunt, velut *his moribus atque temporibus*, colligeret, quae tamen et a Quintiliano distinguuntur IX. 3, 80. et finitionibus Rutilii Lupi p. 12. et Aquilae Romani p. 170. diserte excluduntur. Nec anadiplosis (Sacerdos p. 35. ed. Endlicher.), qua una finitur, altera incipitur eodem vocabulo sententia, velut in illo Virgiliano *pulcherrimus Astur, Astur equo fidens*, in hunc numerum ac censum intrat, quod perspexit Herzog l. c. Quod si quae Klotzius cum aliis eo nomine appellat alliterationes essent, ne unum quidem versum scribere sine illa figura possemus. Nam *videri video* alliterationem vocat Klotzius l. c. ad I. 19, 42. quin *coteris excellere* ad II. 18, 43. *semper secum* ad III. 14, 30. *reliquorum remedia* ad 33, 81. *avelli ab avaritia* IV. 11, 24. *vita virtute* ad V. 16, 48. Igitur ne illud quidem sine figura erit, cum dicimus *nemo negotium facit* aut *iam satis terris nivis atque dirae grandinis misit Pater*, quod prudenter iudicat Peerlkampus ad Hor. Carm. I. 2. p. 9. Nec probari potest figuram quaeri in originatione vocabulorum, qua necessario componuntur similia, ut Cic. Tusc. II. 18, 43: *appellata est enim a viro virtus*. Sed sunt sane exempla certa, quibus ea figura adhibita aliquid quaesitum dedita opera videatur. Talia sunt ex Terentio expressum illud Tusc. III. 27, 64: *nec verbis solum, sed etiam verberibus*. Cat. Mai. 11, 38: *sensim sine sensu*. Acad. I. 1, 2: *nec tamen istum cessare, sed celare*. Verr. Accus. IV. 5, 10: *putabant ereptionem esse, non emptionem*. Divin. in Caecil. 9, 28: *literas non deportare, sed asportare*. Quinct. 2: *tantisque difficultatibus affectus atque afflictus*. ib. 11: *fervet ferturque avaritia*. Pis. 1, 2:

moribus, non maioribus meis. Crassus apud Cic. de Or. II. 55, 226: *quibus non modo imitandis, sed ne collocandis quidem tibi locum ullum reliquisti.*

Nobiliorem mobiliorem] *M. Fulvius Nobilior* cos. a. u. 565. Aetolos vicit et de his et Cephallenia duobus annis post triumphavit: v. Liv. XXXVII. 48 sqq. XXXIX. 5. Censor a. 575. quo die magistratum suscepit cum collega M. Lepido sibi ante inimicissimo rogante senatu in gratiam rediit: v. Liv. XL. 45. Cic. Prov. Coss. 9, 20. Cato aut ambitionem Fulvii dicto notavit, qui milites levissimis de causis coronis donasset, quod Gellius tradidit V. 6., aut levitatem, quod poëtam Ennium in provinciam duxisset (Cic. Tusc. I. 2, 3.) et e manubiis templum Musarum exstruxisset (Cic. l. c. et p. Archia 11, 27. Brut. 20, 79. Plin. H. N. XXXV. 36, 4.); id enim a veterum Romanorum severitate artes leves ut Graeculorum contemnentes abhorrebat. — Haec exempla ambigui ex verbo paulum immutato, quod παράγραμμα dicunt, illustravit Manutius ad Divers. VII. 32.

257. *Nummium divisorem*] *divisores* sunt, qui tribubus candidatorum nomine pecuniam distribuebant, suffragiorum corruptores: v. Cic. Verr. Act. I. 8, 22. Planc. 19, 48. Q. Cic. de Pet. Cons. 14. Male confundi cum *diribitoribus* docuerunt Wunderus in Varr. Lectt. cod. Erfurtensis praef. p. CXXVI. sqq. et Madvigius de Asconio p. 134. not. „Caesar Nummium a nummis in campo distributis appellatum esse iocabatur, quem ad modum Neoptolemus Achillis filius Troiae, quod adolescens ad bellum profectus esset.“ *Henrichsen.*

LXIV. *Statius Scauro*] versibus illis videtur ignobilitas Scauri carpi. Is enim ex patricia quidem, sed ignobilissima et egentissima gente ortus, cum tribus supra eum aetatibus eius domus iacuisset et pater adeo carbonarium negotium factitasset, initio aetatis incertus fuisse fertur argentariamne faceret an honores peteret. V. Ascon. ad Scaur. p. 135. Beier. Plut. de fort. Rom. c. 4. Val. Max. IV. 4, 11. Aurelius Victor de Viris Illustr. c. 72. nostram Hist. Eloq. Rom. p. XLVI. Quanquam si de Statio Caecilio comico

cogitaveris, admodum blanditur Bakii coniectura ipsum Scaurum illis versibus ad perstringendam peregrinorum audaciam usum esse suspicantis itaque locum refingentis: *ut Statii a Scauro stomachante.*

tuam legem de civitate] „legem *Liciniam Muciam de civibus regundis* a. 659. a. L. Crasso et Q. Scaevola consulibus latam, qua lege cautum est, *ne quis esset pro cive, qui non esset civis*, Cic. Off. III. 11, 47. ibique Beier.; cf. fragm. or. Cornel. p. 21. Sch., ubi Asconius: *cum summa cupiditate civitatis Romanae Italici populi tenerentur et ob id magna pars eorum pro civibus Romanis se gererent, necessaria lex visa est, ut in suae quisque civitatis ius redigerentur.*

in Caelio] referunt hoc ad Antonii causam a Duronio ambitus accusati (de Or. II. 68, 274.), sed non docent quomodo testis, qui pecuniam Antonio ad corrumpenda suffragia dederit, contra eum processerit, ut tali dicto perstringi posset. Ergo causa illa ignota putanda est. Duronius autem ille postea ab Antonio et Flacco censoribus senatu motus est, quod legem de coërcendis conviviorum sumptibus tribunus abrogaverat; v. Val. Max. II. 9, 5.

sentin' senem esse tactum] significaturus erat Antonius pecuniam illam a Caelio profectam in meretriculas et vitae luxuriem insumptam a filio delicatiore. *Tangi* comicorum est pro fallendo, maxime de auferenda ab aliquo per dolum pecunia; v. Plaut. Epid. V. 2, 40. Poen. prol. 101. Sed versus illius auctor ignotus est.

258. *agas asellum*] Turnebus de Graeco proverbio *εἰ μὴ δύναιο βοῦν, ἔλαυνε ὄνον* sive *agas asellum, si bovem agere non queas* (v. Apostol. Prov. VII. 53. Zenob. III. 54.) explicat, quod proverbium huius loci non est. Probabiliter Talaeus et Lambinus ita supplent:

Agas asellum, cursum non docebitur.

de Asello v. ad 66, 268.

259. *Tutor*] nihil de eo mimo traditum reperitur. Sed vocabulum *oppido* pro *satis* dictum, etsi nomen Ciceronis non addidit propter modestiam, tanquam obsoletum abiicit Quintilianus VIII. 3, 26.

molestus non eris] est enim haec formula cum sperantis tum concedentis non fore aliquid. Illo sensu Crassus, hoc cliens intelligit.

260. *Maluginensem illum Scipionem*] Scipionibus alias inusitatum illud agnomen. Veri simile est significari M. Cornelium Scipionem Maluginensem, quem praetorem commemorat a. u. 578. Livius XLI. 14. et 47. — Subaudiendum *dixisse* ex eo, quod sequitur, *inquit*.

cum renuntiaret Acidinum] *L. Manlius Acidinus* videtur is, qui cum Q. Fulvio consul fuit a. 575. Liv. XL. 43. Maluginensis suae centuriae rogator, id est is, qui primus suffragium ferret et de centuria etiam renuntiaret, fuisse videtur. Mos erat autem de singulis petitoribus et quaerere praeconem et rogatorem referre quo modo centuriae decrevissent. Cum igitur a Maluginense exspectarent renuntiatum iri consulem Acidinum, contra atque opinati erant, quasi de moribus eius sententia proferenda esset, locutus est.

ex tui animi sententia] sic quaerebant censores, ut interrogati vere ac fide quid sentirent pronuntiare adigerentur; v. Lips. Var. Lectt. I. 1. Gronov. Obss. IV. 14. p. 450. Frotscher. cf. Gellium IV. 20. et Cic. Acad. II. 47, 146. de significatione formulae universe disserentes. Sed ea locutio etiam significat placere aliquid sive cum desiderio convenire. Qua re cum Cato quaereret haberetne uxorem re vera, Nasica respondit eisdem verbis, sed ita, ut significaret habere quidem, sed quae sibi non placeret. Quaerebant autem censores ex singulis civibus uxoremne haberent, eratque curae illis, ne cives caelibes essent: v. Cic. Legg. III. 3, 7. Liv. epit. 59. Gell. I. 6. Metellus quidem Numidicus populum ad liberos quaerendos eodem fere argumento hortatus est, quo Susarionem usum ferunt, cum diceret

κακὸν γυναῖκες, ἀλλ' ὅμως, ὦ δημόται,
οὐκ ἔστιν οἰκεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ.

v. Gell. l. c. Caelibes pecunia multabantur: v. Val. Max. II. 9, 1. Festum v. *uxorium*. — Narratiunculam illam de Catonis in Nasicam severitate omissis nominibus etiam Gellius habet IV. 20.

LXV. 261. *ex immutata*] sic ἀλληγορίαν interpretatus Cicero est; eandem *inversionem* dixit Quintilianus VIII. 6, 44., quod vocabulum Cicero hic de ironiae quodam genere posuit. Certe enim ironiae exemplum est, quod hominem deformem *pulchellum*, nullo ingenio (ita certe suspicari propter similitudinem oportet) *disertum* dixit Crassus §. 262. Hanc *illusionem* vocat Quintilianus VIII. 3, 54.

Rusca] et is et M. Servilius ignotus est; nec aliunde constat *Ruscas* fuisse in gente Pinaria. Qua de causa *Posca* non nullis placuit; *M.* enim *Pinarius Posca* praetor apud Livium exstat XL. 18. a. 573. — *Leges annales* constituebant quot annos nati quemque magistratum peterent caperentve, quae Livii verba sunt XL. 44. cf. Cic. Phil. V. 17, 47. Beier. ad Off. II. 17, 59. p. 117. Legem annalem primum latam a L. Villio tr. pl., qui etiam *Annalis* cognomen inde traxerit, Livius narrat l. c., sed adeo securus est de antiquitate scrutanda, ut neque Villiae legis argumentum accuratius tradat neque memor fuerit ex suis ipsius verbis (XXV. 2.) colligi iam ante de honoribus petendis cautum esse. — Ceterum simile metaphorae continuatae exemplum Aristoteles habet Rhet. III. 3, 4: *σὺ δὲ ταῦτα αἰσχρῶς μὲν ἔσπειρας, κακῶς δὲ ἐθέρισας*. Horum pleraque Henrichseno debentur.

262. *turmales displicere*] *turmales* sunt eiusdem turmae equites. Cum diceret Scipio turmales displicere, indignabatur se vulgaribus et gregariis imperatoribus aequari.

M. Perpernam] videtur is, qui consul cum C. Claudio Pulchro a. 662, censor cum L. Marcio Philippo fuit a. 668 (v. Cic. Verr. Accus. I. 55, 143.). De *Aculeone* v. ad II. 1, 2.; de *Gratidiano* ad I. 39, 178. De *Lamia* nihil aliunde constat.

263. *verba relata contrarie*] *quae Graeci ἀντίθετα nominant, cum contrariis opponuntur contraria*; Cic. Or. 50 pr.

cum iudices — ferret] ad clarissimam Galbae propter Lusitanos crudeliter interfectos perduellionis postulati a L. Libone causam haec referri non possunt; illa enim causa populum iudicem habitura erat. „*Iudicem ferre* dicuntur ii,

qui sponsione facta adversariis iudicem unum pluresve proponunt, qui rem, de qua disceptetur, dirimant. Cum sponsio sit promissio cum condicione SI aut NI per stipulationem sollennibus verbis ultro citroque facta, vel is, qui rem ita esse affirmat (is sponsione provocat *NI res ita sit*), vel is, qui negat (*SI ita sit*), iudicem ferre potest. Cf. infra c. 70, 285. Rosc. Com. 15, 45. Liv. III. 24, 56. VIII. 33. De tota spondendi ratione v. Rostii de usu vocabulorum SI et NI in sponsionibus commentationem, Lipsiae a. 1820. editam. Iudex utrique probatus *inter adversarios convenire* dicitur: Cic. Cluent. 43, 120. Val. Max. II. 8, 2.; qui iudicem ab adversario latum reiicit *iniquum eierare* dicitur: cf. 70, 285. Verr. Acc. III. 60, 137. Phil. XII. 7, 18." *Henrichsen.*

quando — de triclinio tuo exibis] id est, quando mihi iudices amicos tuos et convivas ferre desines? Galba contra Liboni adulteria exprobrat.

villam in Tiburte] Pearcius explicat: villam habes ornatissime exstructam ruri in Tiburte, Romae vero in Palatio domum vilem et cortis sive tugurioli instar aedificatam. At nec *cors* tugurium significat nec quid in tali dicto salsum aut ridiculum sit intelligitur. Longe verius Schuetzius partim Strebaeum secutus: „asseclas igitur Metelli *pecora* vocabat, quorum *cortem* in Palatio haberet. — De *Glaucia* dictum ad c. 61, 249. de Metello Numidico ad c. 40, 167.

LXVI. 264. *ut brevis sim*] cum Henrichsenio ascivi Orelli coniecturam, cuius similes habent Manutius et ed. Med. 2., ille *ut breves simus*, haec *ut brevissimus sim.* „Ut omittam illud de Memmio non nimis excellere brevitate, narrationis ipsius brevitas h. l. nihil ad rem facit; neque enim quicquam narratur, sed Caesar, ne in re iam antea commemorata longus sit, narrationem de Memmio supra allatam (c. 59, 240.), quam repeti non necesse est, exemplum sumit." *Orellius.*

Cassandram] homo seditiosus querebatur se Cassandrae similem, quippe cuius verissimis praedictionibus a nemine fides haberetur. Antonius respondens impudicos hominis

mores insectatur, cum Cassandrae ab Aiace post expugnatam Troiam vim illatam fuisse constet. De *Titio* v. ad II. 11, 48.

in ventre abstulisse] significat abligurivisse illum omnem pecuniam. *Piso* fortasse est L. Calpurnius Piso Caesoninus consul a. 642. De Scauro nota omnia sunt, de ceteris non magis, quam ex quo genere praefectorum Magius fuerit.

M. Cicero] avus Ciceronis oratoris sane non ignotus magnis viris, qui colloquentes inducuntur; qua de re lubens occasionem scriptor arripuit, ut hominis municipis memoriam dicto narrato servaret. Idem etiam Legg. III. 16, 36. commemoratur.

Syrorum venalium] Syri Cappadoces Thraces vilissima mancipia; ad quorum barbariem si diuturnae apud Graecos servitutis fructus veteratoria calliditas accessisset, omnium improbissimi putabantur. Ea cum magis servitutis quam Graecorum culpa sit, horum tamen moribus tribuit vir antiqua severitate Catoni Censorio non absimilis. Similiter explicat Turnebus p. 55.

266. *imagines — ducuntur*] *duci* imagines *in deformitatem* videntur, quae deflectuntur s. detorquentur. Dura tamen locutio est, nec absimilis veri Bakii suspicio *imagines* delentis et scribentis *dicuntur*.

pictum Gallum in Mariano scuto] *tabernae erant circa forum*, inquit Quintilianus VI. 3, 38. eandem rem narrans, *et scutum illud signi causa positum*. „Marianum autem scutum Cimbricum vocat, propterea quod Cimbris nuper a Mario victis dominus tabernae in memoriam victoriae scutum suspenderat tale pro tabernae signo. Solebant etiam ad pompam triumphi ornandam multa huius modi scuta traduci et in foro poni. Livius (IX. 40.): *Dictator ex SCto triumphavit: cuius triumpho longe maximam speciem captiva arma praebuere. Tantum magnificentiae visum est in iis, ut aurata scuta dominis argentariarum ad forum ornandum dividerentur.* Buccas autem *fluentes* dicit pendentes et solutas (cf. Cic. Pis. 11, 25.). Plinius H. N. XXXV. 8. hunc iocum non Iulio, sed Crasso tribuit nec scutum, sed tabulam nominat.“ *Tur-*

nebus p. 56. Drakenborchius ad Liv. VII. 10, 5. et Spaldingius ad Quintilianum l. c. a Pighio (Ann. ad a. u. 392.) decepti hunc Gallum fuisse illum putant, quem Manlius Torquatus vicerit; cuius imago quo modo in Mariano scuto Cimbrico pingi potuerit non dixerunt. Recte Henrichsenus affirmat Cimbros, quibus multi Galli (addo Tigurinos et Ambrones, ut Helvetiorum gentem omnem inter Gallos et Germanos ambiguos, una cum Cimbris bellum Romanis intulisse) se adiunxerint, haud raro *Gallorum* nomine vocari. Cic. Prov. Coss. 13, 32: *C. Marius influentes in Italiam Gallorum maximas copias repressit.* Sall. Iug. 114: *adversus Gallos a Q. Caepione et M. Mallio male pugnatum.*

sub Novis] Varro L. L. VI. p. 95. Muell.: *sub Novis dicta pars in foro aedificorum, quod vocabulum ei pervetustum, ut Novae Viae, quae via iam diu vetus.* Tabernarum enim iam a Tarquinio Prisco circa forum factarum (Liv. I. 35.) quae a. 544. incendio consumptae essent postea *Novas* dictas Livius ait XXVI. 27. — Mancia videtur idem, qui c. 68, 274. commemoratur.

mentum in dicendo intorquenti] puto esse *deorsum torquere,* qui est gestus similis eorum, qui nuces duriores frangunt; sic fit vultus veluti nitentis, qualem Vespasiani fuisse tradit Suetonius c. 20. Affinis enim quamvis in alia re significatio est in *ramulis intorquendis* i. e. defringendis ut tamen in arbore pendentes relinquantur, Colum. V. 10 post med., et in *caulibus intorquendis* Plin. H. N. XIX. 16.

267. *caput — demitteret*] de homine vano; mirum Quintiliano VI. 3, 67. de praelongo dictum videri. De *fornice Fabiano* personatus Asconius ad Verr. Act. I. 7, 19: *fornix Fabianus arcus est iuxta Regiam in sacra via a Fabio censore constructus, qui devictis Allobrogibus Allobrogicus nominatus est.* Cf. Wunder. ad Planc. p. 83. Fabius consulatum gessit a. u. 633.

C. Metello] quartus is Macedonici filius fuit agnomine Caprarius, qui consulatum gessit a. 641. De Metellorum stirpe v. Burmann. ad Velleium II. 3.

268. *C. Fabricio P. Cornelius*] ille consul Pyrrhi bello a. u. 472. et rarum abstinentiae exemplum; hic cum M' Curio a. 464. et iterum a. 477. Etiam dictatorem fuisse tradunt scriptores et a Fabricio et Papo censoribus senatu motum, quod decem pondo argenti facti haberet; v. Liv. ep. 14. Excc. Dion. Hal. XX. 1. Val. Max. II. 9, 4. Plut. Sulla 1. Gell. IV. 8. XVII. 20. Flor. I. 16. Quod hic Cicero, id etiam Quintilianus XII. 1, 43. et Gellius IV. 8. narrant; cf. Dionis Cassii fr. Peiresc. XXXVII. Haec Henrichsenus. Idem recte annotavit *consulem facere* de singulis civibus suffragia ferentibus dici: quam in rem attulit Ciceronis exemplum Mur. 21, 45: *alium faciam* (consulem), *quoniam sibi hic ipse desperat,* et Senecae Benef. IV. 31: *tu cum Mamercum Scaurum consulem faceres.* Hoc et *reficiendi* verbum maxime de senatu et patriciis dictum tam frequens est apud Livium in libris decem prioribus, ut lectores ad indices Drakenborchii amandare satis sit; significat autem *consulem destinare*, et idem Gellius pluribus verbis reddit circumloquendo *summa opera anniti, ut consulatus deferatur.*

Asello Africanus] tetigit hanc rem Lucilius, cuius versus Ennius servavit IV. 17:

Scipiadae magno improbus obiiciebat Asellus
Lustrum illo censore malum infelixque fuisse.

Cur *infelix* dicatur, non constat. Repetunt a discordia Scipionis et collegae L. Mummii Achaici, de qua sane iam inde constat, quod Mummius hominem a collega notatum ignominia exemit. Sed discordes censuras apud Romanos permultos fuisse scimus, nec ulla tamen infelix propterea dicitur. Huius discordiae meminit etiam Festus p. 235. Lindem., sed loco lacunoso.

qui te ex aerariis exemit] „qui a censoribus ita notabantur, ut reliquo civium iure privati pro capite suo tributi nomine aera penderent, hi dicebantur *aerarii fieri* s. *in aerarios referri*, eorumque nomina censores lustro condito ad aerarium deferebant. Cf. Liv. IV. 24. XXIX. 37. falsus Asconius ad Div. in Caecil. 3. intpp. ad Cic. Off. I. 13, 40.“ *Henrichsen.* V. et ad c. 67, 272. dicenda. Idem annotavit

ex Gellio constare equum Asello ademptum (III. 4.), sed fortasse utraque nota affectum, quae res certe tradatur saepius apud Livium XXIV. 18. XLII. 10. XLIV. 16. Censorum alteri licuisse collegae acta rescindere, ut neque senatus lectio neque variae notae et castigationes ratae essent nisi utroque consentiente, ostenditur Ciceronis Cluentiana 43, 122. et Livio XL. 51. XLII. 10. XLV. 15. auctoribus. Diem dictam Scipioni post censuram ab Asello tribuno plebis ex Gellio constat, videnturque haec Scipionis verba ex altercatione pro contione habita sumpta esse: v. nostram Hist. Eloq. R. p. XXX.

lustrum condidit] id est sacrificium lustrale bove sue ove condidit, de quo negotio censores sortiri mos erat: v. Varro L. L. VI. 87. p. 109 ed. Mueller. Liv. I. 44. XXXVIII. 36. Dion. Hal. IV. 22.

tanta suspicio] felix et apta videtur Schuetzii coniectura *tacita* corrigentis, inutilis et sensu cassa Bakii *iacta:* Klotzius vulgatae patrocinatus in Quaestt. Tull. p. 30. et ad Tusc. III. 12, 26. quid probaverit non video. Quid enim proficitur, cum docetur Ciceronem ita loqui solere, ubi suam sententiam cum admiratione quadam eis addat, quae ab alio dicta sint? Non id agitur quid Cicero saepius dixerit, sed aptumne sit ad sententiarum tenorem. Igitur illo Tusculanarum loco cum poetae carmine scelus Thyestae verbis gravissimis exaggeratum esset, apte Cicero subiicit: *tanta vis sceleris in corpore haeret!* Ipse enim Stoicum agens Thyestae luctum damnat et indignum sapiente putat. Sed nostro illo loco quid cogitari potest, cur Cicero de Scipionis dicto miretur aut indignetur? Non erat enim nisi explicatione opus, cur talia ille dixisset. De latinitate correctionis Schuetzianae non dubitabit qui *certum verum falsum verisimile rectum aequum est ut* et alia similia dici meminerit.

LXVII. 269. *Septumuleio*] L. Opimius consul populo ad arma vocato a. 633. sese caput Gracchi auro repensurum dixit. Qui cum se vinci videret cervicem Emporo servo praebuit, caput autem a Septumuleio per urbem latum et cava parte plumbo repletum esse dicitur, quo gravius esset.

V. Valer. Max. IX. 4, 3. Plut. C. Graccho 17." Scaevola severe ludens Septumuleium hortatur, ut Romae maneat et ex malis potius civibus, quorum ibi magna copia esset, quam rapinis provincialibus locupletari velit." *Henrichsen.* Tanto aptius autem dictum illud in hominem avarum, quod eodem anno Scaevola praetor in Asiam profectus est, quo Gracchus est occisus: v. ad I. 17, 75.

270. *Fannius*] de C. Fannio M. F. eiusque annalibus v. Ciceronem Bruto 21, 81. 26, 101. In epitomen eos redegit Brutus: Cic. Att. XII. 5, 4. Laelii num ille gener fuerit, etsi in Bruto Cicero dixit, dubitari potest, cum ex illa epistola constet Ciceronis sententiam ab Attico improbatam esse.

dicit fuisse] haec non videntur recto talo stare. *Esse in aliquo genere* nec significat *habitare* s. *regnare*, quod et ipsum ab Africani persona videtur alienum, neque comparari potest cum eius modi locutionibus, quales sunt *esse in officio in magistratu in bonis*, et quae alia sunt ab his, *in aere alieno in luctu in odio.* Illorum enim alia ius et possessionem, alia condicionem quandam et habitum significant. Hic autem dici oportuit Africanum aut studiose multumque in eo urbanitatis genere versatum aut insignem eo et conspicuum fuisse. Qua de causa aut *multum fuisse*, i. e. in orationibus saepe usum, aut *floruisse* corrigendum puto, quod posterius perfacile in librorum scripturam abire potuit. Nunc in eandem suspicionem incidisse video Bakium. Purgoldi coniectura *cluisse* verbum Ciceronis aetate dudum obsoletum infert. Goerenzius autem ad Acad. I. 30, 95. hunc locum ex Graecorum locutione ἐν γένει τινὶ εἶναι explicare conatus nec vidit Academicorum illam sententiam plane aliam esse, in qua *esse* significet *contineri aliquo* s. *pertinere* ad, nec ostendere potuit Graecum illud dici adiectivo non addito. Quis enim dixit Πλάτων ἐν τούτῳ τῷ γένει ἦν, pro ἦν λαμπρός ἐπιφανής πολύς?

appellat εἴρωνα] idem de Socrate et huic simili Africano Cicero tradidit Acad. II. 5, 15. et Brut. 87, 299.

271. *apud Catonem*] Cic. Off. I. 29, 104: *quo genere* (iocandi) *non modo Plautus noster et Atticorum antiqua comoedia, sed etiam philosophorum Socraticorum libri referti sunt; multaque multorum facete dicta, ut ea, quae a sene Catone collecta sunt, quae vocantur ἀποφθέγματα*: v. ibi Beierum.

per mihi scitum] de eius modi tmesi, quae cadit in praefixa, velut *per*, et suffixa, quale est *cunque*, dudum observavit Scaliger ad Lucilii Aetnam v. 5., quaedam poëtarum et scriptorum, sed Ciceronis perpauca exempla collegerunt Cortius ad Sall. Catil. p. 329. Herzog. ad Caes. B. G. I. 1. p. 9. Muellerus ad Cic. Sext. 31, 68. Cortius habet ex Cluentiana 6: *cuius modi cunque mater sit.* In Sextiana legitur: *quod iudicium cunque*, cui Muellerus comparat de Or. II. 23, 97: *quantulum id cunque est.* III. 16, 60: *quam se cunque in partem dedisset.* Divin. II. 72 med.: *quo te cunque verteris.* Fin. IV. 25, 69: *quod erit cunque visum agens.* Ex eodem genere addimus Legg. II. 18, 46: *quod ad cunque legis genus.* Tusc. II. 5, 15: *quo ea me cunque ducet.* Ex altero, quo *per τμῆσιν* patitur: de Or. I. 49, 214: *per mihi mirum visum est.* Att. I. 4: *per mihi gratum est.* I. 20: *per mihi, pergratum feceris.* X. 1: *per enim magni aestimo.* Q. Fr. II. 9: *per mihi benigne respondit.* Divers. III. 5: *per fore accommodatum tibi.* Excusatius est propter coniuncta de Or. I. 47, 205: *pergrata perque iucunda.* Illo loco autem, a quo egressi sumus, Cicero fere coactus ita locutus est; *perscitus* enim dictum videtur nemini. Longe his durius est propter plurima interposita et additum *superque*, quod in causa plane alia est, de Or. I. 47, 204: *satis superque abs te videtur istorum studiis, si modo sunt studiosi, esse factum*; lenissimum contra *ante non ponere* p. Sulla 8, 25. Sed minime numeranda quae vel in parathesi sunt vel rectius disiuncta scribuntur: velut *etiam subito si dicat* de Or. I. 33, 152. *senatus etiam consulta* Phil. V. 4, 12., cui coniunctum *plebis etiam scita* Liv. XXXV. 20, 9. *rei totius publicae* Cic. Divers. I. 8.

P. Mummium cuiusvis temporis hominem] *Sp. Mummium* correxit Lambinus, ut dictum ad notum hominem L. Achaici

fratrem pertineret, quem doctum Stoice fuisse scimus, facetum fuisse nemo tradidit. „Simile dictum de Asinio Pollione refert Quintilianus VI. 3, 110: *ut de Pollione Asinio seriis iocisque pariter accommodato dictum est esse eum omnium horarum.*“ *Turnebus* p. 62. *Omnium horarum amicus* legitur etiam Suet. Tib. 41., idque locutionis genus non minimum argumentum est bene correxisse Lambinum *cuiusvis temporis*, cum scriberetur vulgo *cuivis tempori.* — De nexu sententiae dixi in Comm. Crit.

272. *tribu movebat*] ex honestiore s. rustica in minus honestam sive urbanam transferebat: v. Liv. XLV. 15. Plin. H. N. XVIII. 3. Sunt tamen qui *tribu movere* dicant idem esse quod in Caeritum tabulas referre i. e. suffragio privare: v. Gell. XVI. 13.; quod si verum est, omnes aerarii etiam tribu moti sunt, sed non omnes tribu moti eidem aerarii. V. *Jarcke, Versuch einer Darstellung des censorischen Strafrechts der Römer, Bonn* 1824. 8. *Niebuhr,* Hist. Rom. vol. II. p. 448 sqq.

Pauli pugna] haec si illa Pydnensis est, qua Macedonum imperium corruit, nec sane alia eo nomine videtur dici posse, Scipio ignaviam hominis post sextum et vicesimum annum punivit. Ad Pydnam enim pugnatum est a. u. 586; censor Africanus fuit a. 612.

273. *Salinatori Q. Maximus*] eandem rem Cicero tangit in Catone 4, 11. et copiosius tractat Livius XXVII. 25. Eum M. Livium non *Salinatoris,* sed *Macati* cognomen habuisse ex Livio ostendit P. Wesselingius Obss. II. 5. nec dubium videtur Ciceronem in historia hic, ut aliis locis, errasse. Fortasse hoc praetervidit Atticus castigator rerum Romanarum peritissimus; fortasse intercidit castigationis memoria. Igitur de *M. Livio Salinatore* bis consule a. 535. et 547., quo anno collegam habens C. Neronem Poenos Senensi praelio vicit, cogitari nec potest, nec convenit in eius res aut aetatem.

274. *est emortuus*] *emori* solet tarde et paulatim moriendi aut pereundi vim habere; nec tamen apud comicos solum, sed etiam apud Ciceronem aliquando nihil a *moriendo*

differt; quare Lambini emendatio propter versum necessaria eo certior fit. Non numero, quod pro *mori cum cruciatu* dictum videtur in Cluentiana 14., pro *plane mori, exstingui funditus* in libro IV. de Rep. 1., quae significatio Forcellino in lex. et Cortio ad Sall. Catil. p. 134. legitima et Kritzio ad Sall. Iug. 14, 24. p. 90. sola videtur, cum Gernhardus ad Cic. Cat. 19, 71. et Peerlkampus ad Hor. Carm. III. 24, 24. *mori* et *emori* solo sono differre iudicaverint. Sed ut illum Iugurthae locum taceam, in quo nihil nisi *vitae finis* videtur ad sententiam aptum esse, Ciceroniana alia habeo, ut mihi videtur, manifestissima. De Or. I. 57, 243: *cum admirarere ingenium Scaevolae, qui excogitasset nasci prius oportere, quam emori.* Off. III. 32, 114: *aut vincere aut emori;* cod. Heusingeri unus *mori.* Tusc. I. 41, 97: *quid lucri* (Socrates loquitur) *est emori.* Male Ern. *mori* dedit ex fontibus minimi pretii. Divers. II. 15, 3: *emori Caesarem honestum esse cupio.* IX. 6, 3: *vel emori vel cum spe, si non optima, at aliqua tamen vivere.* Planc. 37, 90: *ego vero ne immortalitatem quidem contra rem publicam accipiendam putarem, nedum emori cum pernicie rei publicae vellem.* Consulto praetereo locos Tusculanarum I. 40, 96. 41, 98., qui videam ibi intelligi posse *lente et cruciatum mori.*

quam diu ad aquas] recte explicuit Schuetzius de fatuitate eius, qui desideraret alterum diutius ad aquas manere: non enim fuisse moriturum; idque stulte dictum augetur etiam addito *nunquam* mortuum ad aquas esse, quasi quis saepius moriatur.

LXVIII. 275. *tuum negotium agere*] id est res tuas agere: v. Off. I. 9, 29. ibique Beierum, de Or. II. 6, 24. Ridiculum est, quod Antonius alias in defendendis aliis officiosus iam in se ipse experiri posse dicitur, quid in eloquentia praesidii sit.

per dissimulationem non intelligendi] Pearcius delendum *non* vel cum Harl. 1. *simulationem* scribendum censuit. Prius probabat Ernestus idem *intelligendi* suspectum habens. Nec sane negari potest verba *non intelligendi* interpretis videri posse, qui explicare voluerit quaenam esset illa dissimulatio.

Sed nihil muto. Significatur enim dissimulatio, quae cernitur in non intelligendo, id est ut non videaris intelligere quae intelligas. Video Bakium similiter explicare comparantem illud Quintiliani XII. 9, 7. 1, ubi cum dicatur *fastidium non agendi causas minores*, significatur id, quo quis motus causas minores non agat.

tardum] a Cicerone desumpsit Quintilianus VI. 3, 87. *Pontidius* non potest esse ille, qui in Bruto 70, 246. commemoratur, quia hic cum viris ipso Cicerone minoribus T. Torquato Q. Metello Celere Q. Metello Nepote Cn. Lentulo C. Memmio coniungitur. Non rectius Metellum illum, qui in delectu oculorum excusationem ab Antonio non acceperit, Numidicum putat esse Turnebus, quem Henrichsenus sequitur; minus etiam recte Wetzelius et Muellerus Metellum Nepotem cos. a. 656. dici existimarunt. Potest enim fieri, ut magnificentiam villae Tiburtinae Antonius exprobrare voluerit, quanquam Glauciae dictum c. 65, 263., ut inimici, non in testimonium sumam cum Henrichseno; sed potest etiam, ut nihil aliud dixerit, nisi se magnum illud aedificium sane videre, sed iniquum esse oculorum excusationem a caecis solis accipere. Luxuriae enim exempla in Metello certe Numidico plane incomperta sunt: v. Hist. Eloq. Rom. p. LIX. Sed videtur aliquis Metellorum, qui multi fuerunt inter annos 611. et 645. consules, significari, aut Q. Balearicus cos. a. 631. aut L. Diadematus cos. a. 637. aut M. Metellus cos. a. 639., Q. Macedonici filii; aut L. Metellus Dalmaticus L. F. cos. a. 635. Nam Antonius natus Ap. Pulchro Q. Metello Macedonico coss. a. 611. Numidico consule a. 645. tribuniciam aetatem habuit et stipendia haud dubie emerita; anno autem ante Nepotem consulem ipse eum magistratum gesserat. Et erant multorum nobilium villae Tiburtinis collibus impositae.

276. *illud Nasicae*] fortasse is est P. Scipio Nasica Optimus cos. a. 563. De Ennio v. ad I. 34, 154.

277. *Q. Opimius*] pater est L. Opimii, qui Gracchum interfecit (v. ad II. 25, 106.), consul a. 600. De eo versus Lucilii servavit Nonius v. *fama* p. 305. Merc.:

Quintus Opimius ille Iugurthini pater huius
Et formosus homo fuit et famosus, utrumque
Primo adolescens; posterius dare rectius sese.

Dictum Opimii enotavit Nonius p. 198 Merc.; sequentia *non pol audeo* et reliqua idem v. *fama* p. 305. De genere hominis appellati cum turpitudinis significatione mutato vide Ernestum ad Tac. Ann. VI. 5. et Heindorfium ad Hor. Serm. I. 8, 39.

LXIX. 278. *illud Siculi*] dictum a Cicerone sumpsit Quintilianus VI. 3, 88. verbis quidem paululum mutatis. Burmannus ad Quintil. Decl. 13. t. III. p. 274. pro *seram* mavult *feram*, inepto ingenii lusu.

279. *non cum a moroso*] Ernesto placebat *cum non a moroso*, eumque secutus in ed. II. Schuetzius, qui olim Heusingeri disputata ad Off. II. 24, 1. probasset. Is enim Sanctio Min. IV. 7. p. 702. et Drakenborchio ad Liv. I. 25, 3. testibus usus illum negationi locum ab optimis scriptoribus eligi ostendit. Descivisse a priore sententia Schuetzium calidissimi quidem consilii, sed elegantis iudicii virum propterea puto, quod illorum exempla plurima dissimillima esse intelligeret; in Officiis Heusingeri errorem nunc correxit Zumptius. Ne nostro quidem illo loco idem valet quoquo loco negationem posueris. Praeposita enim et vim sententiae in se recipit et condicionem infert: sensus est *non tamen ita, ut a moroso dicantur* s. *ita tamen, ne dicantur a moroso.* de Or. II. 72, 292: *mea ratio haec — esse solet, ut — a malo autem vitioque causae ita recedam, non ut id me defugere appareat, sed ut — obruatur.* i. e. recedam quidem, ita tamen ut etc. II. 87, 356: *haec ars — habet hanc vim, non ut totum aliquid — pariat et procreet, verum ut ea — educet atque confirmet.* Div. in Caecil. 1, 3: *venisse tempus aiebant, non iam ut commoda sua, sed ut vitam — totius provinciae defenderem.* Divers. V. 15, 4: *itaque sic literis utor —, non ut ab his medicinam perpetuam, sed ut exiguam doloris oblivionem petam.* XV. 6, 2: (causa) *hanc tamen habet rationem, non ut nimis concupiscendus honos, sed tamen — minime aspernandus esse videatur.* Simile

exemplum de Or. II. 22, 90. commemoravit Muellerus. Sed alia sunt quae Zumptius collegit ad Verr. Accus. III. 76, 178.

apud Novium] v. ad II. 63, 255.

mirum ni cantem] sententia sic supplenda: *mirum te iudice fuerit, nisi cantem* s. *me non cantare;* quasi id eius sit, qui litem perdidit.

num quid aliud ferret] simile Diogenis Sinopensis apud Laertium laudavit Schuetzius: *πρὸς τὸν ἐντινάξαντα αὐτῷ τὴν δοκὸν εἶτα εἰπόντα, φύλαξαι· πάλιν γάρ με, ἔφη, παίειν μέλλεις;*

280. *deinde mihi neminem dederis*] infelix coniectura Muelleri ad Sextianam p. 35. exstat: *deinde mihi non neminem dederis.* Non vidit coniunctivum paulo leniore significatione quam futurum *non dabis* praeditum pro imperativo esse; *οὐκ ἂν δοίης* s. *οὐ δώσεις* i. e. *μὴ δίδου.*

Scaurus accusaret Rutilium] de his viris v. ad I. 49, 214. et 53, 227. Ex Bruto Ciceroniano 30, 113. discimus Rutilium a Scauro in petendo consulatu superatum ambitus illum postulasse; qua causa cum absolutus esset Scaurus, ipse eandem accusationem in illum retorquendo se ultus est; sed absolutus etiam Rutilius, et iure quidem. In Scaurum enim virtutis simulatorem id crimen cadit, non in Rutilium hominem omnium sanctissimum. Hinc intelligitur quam bellum sit C. Canii dictum. Is videtur idem, qui a Pythio deceptus narratur Off. III. 14, 58.

in eius tabulis ostenderet] de tabulis accepti et expensi v. ad II. 23, 97. „Scaurus literas, quas repererat in tabulis Rutilii, ad suspicionem criminis interpretabatur, quod istud obscuris notis Rutilius scripsisset a sequestribus et divisoribus ceterisque campestribus operis divisam per tribus pecuniam Rutilii fide sumptam. Rutilius dicebat ante factum fuisse, sed postea in tabulas relatum et in commentariis rationum domesticarum caput illud esse perscriptum serius.“ *Turnebus.*

LXX. 281. *discrepantia*] id est quae componuntur, tanquam similia sint, cum sint dissimillima. Fit inde figura illi, quae *praeter exspectationem* dicitur, affinis. Talia aliqua apud Germanos in proverbii usum cesserunt; velut cum de

muliere dicitur *pulchram quidem non esse, sed stultam*, quasi defectus ille sic sarciatur. Hoc dictum etiam Quintilianus retulit VI. 3, 84.

cum obiurgavit Albius Granium] locus hic interpretes valde torsit. Igitur Ernestus facete dictum excidisse putabat ut lacunae signum poneret post *iudicatum*, in quo Schuetzius eum secutus est. Orellius *et* ante *valde* uncinis inclusit. Sed id iure defendunt Muell. et Henr., ut cum sequenti *neque* coniungendum esse dicant, cuius relationis inter illas particulas exempla attulerint Beierus ad Off. I. 21, 72. et ad III. 4, 20. item Elberlingius Obss. crit. ad Caes. p. 112. Praeterea ex *Albio* sine ulla necessitate *Albucium* Orellius secundum Schuetzii et Beieri coniecturam fecit. Sed *Albium Granius* necessario correximus cum propter librorum vestigia, tum quod illa obiurgatio rectius in notam illam Granii festivitatem cadit, tum maxime, quod omnino fieri non potuit, ut Granius Crasso et Scaevolarum familiae addictissimus tabulis suis Scaevolam impugnari pateretur. Postulare enim tabulas adversarii ius erat, aliorum si in iudicio proferrenter, voluntate testis factum esse par est. His mutatis sententiam recte intelligemus secundum Pearcii explicationem: „Albucius Scaevolam (Augurem) de repetundis accusavit, ut dicit Cicero in Bruto 26, 102.; ad probanda vero ea, quae Scaevolae obiecerat, Granii (lege *Albii*) tabulas protulit. Scaevola iudicum sententiis absolutus est; Granii (lege *Albii*) igitur tabulas falsas fuisse iisdem sententiis iudicatum est. Albius (lege *Granius*) igitur quidam ex iis, qui aderant, obiurgavit Granium (lege *Albium*), qui et gauderet Scaevolam absolutum esse et non videret contra suas tabulas iudicatum esse.“ Addere debuit id iudicium turpe fuisse Albio, qui falsas tabulas in sanctissimum hominem Scaevolam fabricatus esse iudicaretur.

ab Albucio] id est *quod Albucio prodesset*, v. Handii Tursell. I. p. 55. Is locum de Or. I. 13, 55., ut ibi significavimus, perperam videtur interpretari, sed aptiora exempla comparat cum aliorum tum Ciceronis Cluent. 34, 93. Inv. II. 48, 143. Rosc. Am. 30, 85. 36, 104. Cf. Intpp. ad

Rosc. l. c. et Buechnerum p. 259. — *T. Albucius* Graece doctus (Brut. 34, 131. de Or. III. 43, 171.) ex praetura cum Sardiniam obtinuisset a C. Caesare Strabone reus repetundarum factus damnatusque Athenas concessit. Ante idem Scaevolae crimen intentare ausus erat; v. Hist. Eloq. R. p. LXXIII. intpp. ad Cic. Scaur. p. 202. Beier.

mulsum] *οἰνόμελι* ex vino novo et melle decocto fiebat: v. Columellam XII. 41. ibique intpp.

283. *reo Bestiae*] *L. Calpurnius Bestia* homo optimatibus acceptissimus, quod P. Laenatem C. Gracchi vi pulsum rogatione restituerat (Cic. Brut. 34, 128) consul pecunia corruptus cum Iugurtha pacem fecit (Sall. Iug. 27 sqq.). Qua de re anno sequente rogatione Mamilia cum aliis postulatus a C. Memmio et damnatus est (Sall. Iug. 40 sqq. cf. Cic. Brut. l. c.). Scaurus Bestiae legatus fuerat. *Phrygionis* nomen a negotio in proprium degeneravit; enotavit ex hoc loco Nonius p. 3. Merc.

284. *de lege Thoria*] hunc in tribunatu agrum publicum vitiosa et inutili lege vectigali levasse auctor est Cicero in Bruto 36, 136. Huic opponitur Appiani auctoritas B. Civ. I. 27., qui impositum ab eo vectigal affirmet; quanquam, qui *Borius* apud hunc vocabatur, emendatione demum *Thorius* factus est. *Lucilius* ille qui sit ignoratur: v. comm. crit. Bakii explicationem *Lucilii pecus* plebem dici putantis, cui vectigal agri publici lege Thoria concederetur, non intelligo. Nec magis probari potest Ciceronem errore memoriae Lucilium dixisse qui Thorius fuerit, quod uterque *Balbi* cognomen habuerit.

285. *Scipionis illius*] *P. Cornelii Scipionis Nasicae Serapionis*, consulis a. 616. cum D. Bruto Callaico. De hoc T. Gracchi interfectore satis nota omnia. Post annum, ut invidiae populari subtraheretur, specie legationis in Asiam ablegatus Pergami mortuus est. V. Cic. p. Flacco 31, 75. Val. Max. V. 3, 1. Cic. Rp. I. 3. *M. Fulvius Flaccus* post Ti. Gracchi mortem triumvir agris dandis cum C. Graccho et C. Carbone creatus plebem seditiosis contionibus concitavit (Liv. epit. 59. Plut. C. Graccho 10. Appian. B. Civ.

I. 19). In consulatu (a. 629.) cum seditiosas leges ferret, a senatu eas impedituro Massiliensibus adversus Salluvios Gallos auxilio missus est devictisque iis gentibus triumphavit. (Val. Max. IX. 5, 1. Liv. ep. 60.). Romam reversus una cum C. Graccho occisus est a. 633.

qui C. Gracchum perculit] miror hic vitium nuper defensorem non reperisse. *Perpulit* et *perculit* confunduntur de Or. I. 10, 40. *pertulit* et *perculit* praeter nostrum locum etiam p. Milone 24, 64. p. Sulla 16, 46. Inprimis autem saepe commutantur in libris *perculsus* et *percussus*, aliquanto rarius, ut saepe tamen fiat, *perculit* et *percussit*, reliquae verbi partes vix unquam. Multi sunt interpretes scriptorum in hac re: v. Drakenborch. ad Liv. III. 30, 5. XXV. 9, 11. XXXV. 27, 16. Bentleius ad Hor. epod. XI. 2.; sed in constituendo discrimine *percutiendi* et *percellendi* admodum vacillant. Burmanni et Drakenborchii, deinde Bentleii et Bremii rationes, quarum postremam ipse sequitur, exposuit Kritzius ad Sall. Catil. p. 33., quem non magis probo, quam Ernesti dicta ad Tac. Ann. I. 12. et 28. Suet. Tib. 11. Cortii ad Lucan. I. 486. VII. 468. Sall. Iug. p. 610. Matthiae ad Cic. Deiot. 6, 17. Zumptii ad Verr. Accus. III. 57, 132. De corpore quidem utrumque, quamvis longe saepius *percutere* dici contra veterem doctrinam satis demonstravit Bentleius l. c. Cum autem significatus transfertur ad res cogitatas, quam vim *moralem* dicere solemus (ad animum ea non semper refertur, sed etiam ad facta res gestas condicionem et habitum rerum) hoc discrimen esse existimo, ut *percutere* sit *ἐμπαίειν*, *κινεῖν*, deque primo rei animum afficientis et moventis impetu dicatur; qui impetus cum durat vel altius penetrat aut propter vehementiam aut propter consequentia, *percellere* ponitur. Igitur *probabilitate percuti animi* dicuntur Tusc. V. 11, 33., cum probabilis res quasi in oculos incurrere videtur; *cogitatione percuti* Mil. 29, 79. cum cogitatio repente ingruens perterrefacit; *imagines* mnemonicae *animum percutiunt* de Or. II. 87, 358, cum impressionem quandam se animo offerentes fecerunt. Ex eodem genere sunt *suspicione percuti*, quae cogitanti sese

obtrudit nolenti Deiot. 6, 17. (male explicat A. Matthiae) Cluent. 38 med.; *literis percuti* Divers. IX. 23., quas quis graviter fert; quin absolute aliquid dicitur *animum percutere*, cum molestam aut terrentem cogitationem suscitat, Cic. Att. IV. 8. Terent. Andr. I. 1, 98. v. Ruhnkenium. Dubitari igitur non potest, quin recte Bentleius animum Horatii *amore gravi percussum* esse voluerit Epod. XI, 2.; dicitur enim incidisse amor in animum et sauciasse veluti telum. Contra *percellere* primum transfertur ita, ut prosternendo profligando pessum dando affine sit et cum illis verbis coniungatur aliquando, quippe cum de homine in exitium dando aut opprimendo dicuntur. Ita legitur de Or. II. 70, 285: *Scipionis, qui Ti. Gracchum perculit* i. e. interfecit. Mil. 21, 57: *Martemque communem, qui saepe spoliantem iam et exsultantem evertit ac perculit.* Marcell. 6, 17: *quos amisimus cives, eos Martis vis perculit.* His cognatum, sed dissimile est tamen Livii illud XL. 40, 1: *quo tantum valent genere pugnae, ut, quacunque parte perculere impetu suo, sustineri nequeant*, i. e. perfregerunt hostium aciem. Altera significatio est, ut aliquis de statu deiici suo, affligi damnatione exsilio contumelia dicatur. Talia sunt de Or. I. 10, 40. ubi Crassus *Carbonem perculisse* i. e. damnasse dicitur; Cael. 32 extr.: *ne — adolescentiam plenam spei maximae non modo non aluisse vos, sed etiam perculisse atque afflixisse videamini.* p. Sextio 67, 140: *ceteri repentina vi perculsi ac tempestate populari per populum tamen ipsum recreati sunt*, i. e. cum aliquando gratia populi excidissent. Tusc. III. 29, 72: *diis immortalibus se facilius satisfacturos, si eorum plaga perculsi afflictos se et stratos fateantur* i. e. graviter afflicti; si legeretur *percussi*, non esset nisi acceptae plagae significatio. Divers. IV. 4, 3: *tanta perturbatio et confusio est rerum, ita perculsa et prostrata foedissimo bello iacent omnia.* i. e. calamitate cladis afflicta. p. Flacco 7 pr: *ut hanc Graeciam, quae iam diu suis consiliis perculsa et afflicta est, omittam.* Catil. II. 1, 2: *se perculsum atque abiectum esse sentit.* Tac. Ann. XIV. 57: *perculso Seneca promptum fuit Rufum Fenium minuere*, i. e. gratia eius perdita. Horum quaedam similia

maxime Sallustiana Kritzius habet ad Sall. Catil. p. 34., sed non peritissime cum tertia verbi significatione confusa. Ea haec est, ut graviter aliquis commoveri et quasi exanimari metu sollicitudine terrore mentem angente dicatur. Verr. Accus. III. 57, 132: *haec te vox non perculit? non perturbavit?* Non optime interpretatur Zumptius. Mil. 24, 64: *quae* (crimina) *quemvis etiam mediocrium delictorum conscientia perculissent*, id est afflixissent graviter; *percussissent* significaret crimina conscientiam ante actorum refricatura fuisse. In hoc genere omnium clarissimum exemplum Mur. 24, 49: *quam turbam* (Sullanorum ad Catilinam confluentium) *dissimillimo ex genere distinguebant homines perculsi Sullani temporis calamitate* i. e. propter Sullanorum temporum clades gravissimo metu pleni. Si scripsisset *percussi*, sensus nullus exiret; sed exiret aptissimus, quamvis longe diversus, si scripsisset *percussi Sullani temporis memoria*. Hoc enim significat visis illis veteranis latrocinantium habitu in Catilinae castra se conferentibus calamitosi temporis recordationem in animum rediisse. Igitur *metu terrore sollicitudine percussus* et *perculsus* dici possunt, sed sensu longe differunt; unde iudicari licet ea, quae Cortius ad Lucanum I. 486. VII. 468. coacervavit.

eiero, iniquus est] de iniquo eierando vide ad 65, 263. Significavit autem Scaevolam reipublicae in Ti. Graccho desertorem omnium se hostem praestitisse, idque sui excusandi causa adiecit, cum propter Scaevolae integritatem omnibus acceptissimam senatus eum iniquum eierari indignaretur. Minus bene Schuetzius de iudice propter severitatem omnibus iniquo viso cogitabat; quod magis in Cassii tristitiam, quam in Scaevolae aequitatem cadit.

Silus] Ernestus C. Sergium Oratam Silum putat esse, qui a. u. 649. quaestor provincialis fuit.

plenus Novius] v. ad 69, 279. „Cum ita dicitur: *Sapiens si algebis*, exspectatur magnum aliquid contra frigus; at praeter exspectationem subiicitur *tremes*, ridicule.“ *Turnebus*. Simile est nescio cuius comici:

ὑμῖν παραινέσαι τι βούλομαι σοφόν·
ἐὰν φακῆν ἑψῆτε, — μὴ ᾽πιχεῖν μύρον.

LXXI. 286. *Laelius*] v. ad I. 48, 211. Ceterum hoc Laelii inimicum redarguentis persimile est illi Themistoclis cum Seriphio altercantis.

M. Cincius] a. u. 550. M. Cincius legem tulit, ne quis ob causam orandam pecuniam donumve acciperet, quam legem Q. Fabius Maximus exacta aetate suasit; v. Cic. Cat. 4, 10. Tac. Ann. XI. 5. Festus v. *muneralis*. Contumelia Centonis inest in forma nominis deminutiva; erat enim tribunus Cincius. Illud *ut emas, si uti velis* Turnebus ita explicat: „ducta est haec sententia ab iis, qui, cum nolunt vicinis commodare vasa utenda, respondent: eme, si uti vis; quam ad dona et munera patrociniorum, quibus ditatus erat Cento, traduxit Cincius illius perstringens operam venalem; sese enim ait laturum, ne quis ei quid donet.“ Hac explicatione nihil profici facile est ad perspiciendum. Nam nec mutuum sumendo Cento ditari potuit nec Cincius legem tulit, ne quis alteri aliquid commodaret mutuareturve. Longe melius Ernestus, quanquam obscure: *ut ea, quae soles pacisci pro causis agendis, dona, quae soles accipere causarum agendarum causa, non posthaec gratis accipias, sed emas.* Quippe *emere* hic significare oportet *redimere.* Qui legem Cinciam violaret, eam licentiam (hoc est illud *si uti velis*) in iudicium adductus multa per legem irrogata redimebat, idque factum iri Cincius Centoni minatur.

287. *censor Lepidus*] *M. Aemilius Lepidus* pontifex Maximus cos. a. 567. censor a. 575. cum M. Fulvio Nobiliore, v. Liv. XL. 45 sqq. Cic. Prov. Coss. 9, 20. *Pyrgensis* non est cognomen sed ab urbe natali datum, ut hominis prosapia significaretur, velut in Bruto 46, 169. et 68, 241. equites Romani diserti Q. et D. Valerii Sorani C. Rusticellus Bononiensis T. Betucius Barrus Asculanus L. Papirius Fregellanus T. Tinca Placentinus L. Octavius Reatinus alii enumerantur populari, non gentili nomine.

289. *imbuendus est — natura quadam*] plane absona est Schuetzii coniectura *induendus.* Etsi enim alienam quis

naturam ipse induere potest, non potest tamen ab alio indui natura quasi veste. Sed *imbui* potest, i. e. assuescere multum tractando. Ita *usu imbutus* dicitur de Or. II. 39, 162. i. e. qui aliquid usu didicit, *οὐδετέρως*, ut Quintiliano XI. 3, 24. *vox imbui consuetudini*, i. e. assuescere. At Bakius corrigit *atque* pro *itaque*, nihil hic ex prioribus consequens proferri affirmans, quod plane contra est, et post scribi vult *his — si sit natura quadam aptus.*

290. *hoc diversorio*] respicit ad illa, quae Antonius dixerat c. 57, 234: *requiescam in Caesaris sermone, ut in aliquo peropportuno diversorio.* Propter hoc dictum etiam nostro loco Schuetzius *in* infersit de coniectura. Sed ut illic praepositio abesse non potest, quod *acquiescere* ibi ita dictum est, ut de iis, qui itinere fessi diversorium intrant, ita hic ea opus non est, cum *hoc sermonis diversorio* absolute dictum habeat pro *tali sermone tuo requiescendi opportunitate oblata.*

in Pomptinum] agrum, paludosum illum et aestate pestilentem.

LXXII. Antonius sermonem resumens pergit argumentis causae et locis percogitatis illud primum iudicandum esse quid causa quaeque boni quid mali habeat; in illo haerendum ornandoque operam dandam, mala s. infirmas partes clam evitandas, interdum etiam molesto adversarii argumento nihil respondendum esse; omnino magis elaborandum causae ne obsis, quam ut prosis (c. 72). Cum a Caesare et Catulo significatum esset Crassum aliquando improbi patroni esse iudicasse clienti nocere, Antonius respondit illum pro ipsius ingenii praestantia, se pro sui mediocritate locutum; exsequiturque fusius quibus modis causae noceatur (c. 73—75). Deinde de *disponendis* argumentis agit. Leviora enim plane removenda; docendo certis locis operam dandam, conciliandi autem et permovendi iudicis munus per totam orationem aequabiliter tuendum esse. Igitur saepe post narrationem permovendi causa degrediendum esse, vel nostris argumentis positis aut contrariis refutatis aut utroque loco. Firmissima autem argumenta prima et ultima poni placere,

infirmiora media esse; de exordio se quidem postremo cogitare. Nam accuratum verbis sententiisque et causae proprium esse debere, idque tota demum perpensa recte intelligi. (c. 76—78). Fontes exordiorum aut a reorum aut adversariorum persona aut ex re ipsa repeti. Iam narrationem non tam brevem, quam distinctam et festivam requiri, dum omnino narratione utendum sit; post poni causam debere et videri quid veniat in controversiam, sequi argumenta probandi aut refellendi (c. 79—81, 332).

292. *mea autem ratio haec esse in dicendo solet*] similis adverbiascentis dicti locus est in Rosciana 5, 11: *hanc quaestionem te praetore de manifestis maleficiis quotidianoque sanguine haud remissius sperant futuram.* Exspectes *hanc de manifestis maleficiis — quaestionem.* Verr. Accus. III. 26, 64: *tot homines nocentes et improbos accusatos et vestra et superiorum memoria scitis esse.* Pis. 8, 17: *cui nimis videtur senatus in conservanda patria fuisse crudelis.* Att. I. 19, 1: *nullam a me epistolam ad te — sine argumento et sententia pervenire.* Livius XXII. 42, 9: *maioris partis sententia ad nobilitandas clade Romana Cannas urgente fato profecti sunt.* XXXIV. 52, 3: *senatus extra urbem Quinctio ad res gestas edisserendas datus est.* XLIV. 2, 1: *eo et C. Marcius praetor a Chalcide classe accepta venit.*

293. *summa denique*] id est universe ut dicamus, summa est, sive ut breviter illud complectamur, in quo tota res sita est, haec summa est. In enumerandis cum sententiae membris tum rebus singulis *denique* principem locum tenet, nisi aliquod vocabulum vim et sonum sententiae in se recipit, ut hoc praeponendum sit. p. Fonteio 10: *omnes legati — omnes equites Romani — omnes negotiatores — denique omnes — socii P. R.* p. Caecina 18, 52: *denique imperium domesticum nullum erit.* 25, 71: *non tabulae falsae, non testis improbus, denique nimia ista — potentia.* Cluent. 2 pr.: *dominetur in concionibus, iaceat in iudiciis, valeat in opinionibus — vehementes habeat repentinos impetus; — denique illa definitio — retineatur.* Rull. II. 6: *dari vobis nihil, condonari certis hominibus omnia; ostentari — agros, eripi etiam libertatem;*

privatorum pecunias augeri, publicas exhauriri; denique etc. Etiam sic principem sibi locum deposcit, cum rem post alias factam infert. Phil. IX. 17, 35: *denique usi liberalitate Antonii milites imperatorem reliquerunt.* Sed plena omnia exemplorum sunt. Sonus autem est in alio vocabulo, etiam particula, cum ea saepius in coniunctarum sententiarum principio iteratur per anaphorae figuram. *Non denique* Quinct. 22 pr. Verr. Act. I. 15, 47. Cael. 14, 34. Rab. Perd. 1, 2. Catil. II. 1, 1. et saepius. de Or. I. 28, 127. *quid denique* II. 11, 46. *ii deniqne* Sull. 8, 25. Legg. II. 30, 97. *quantam denique* Div. in Caecil. 13, 42. Arch. 6, 13. *nulla denique* Verr. Act. I. 15, 43. *aut denique* Accus. I. 39, 101. *quod denique* II. 21, 5. *qua denique* Caecin. 25, 71. *si denique* Cluent. 2 extr. Flacc. 38, 96. Balb. 17, 40. Prov. Coss. 18, 43. Mil. 2, 4. *hoc denique* Arch. 2, 3. *quos denique* Catil. IV. 7, 16. *qui denique* 8, 17. Rp. I. 17. II. 26. *ne denique* Sull. 15, 43. *tantum denique* Q. Cic. de Pet. Cons. 3, 10. *ut denique* 5, 17. Sed etiam extra sententias aut verba membratim cum anaphora cumulata vocabulum aliquod cum sono praeponitur. Legimus Verr. Act. I. 15, 45: *ipse denique Cn. Pompeius.* Accus. II. 3, 9: *hunc denique ipsum pertulissent.* 5, 14: *tota denique Sicilia.* 6, 17: *si cuiquam denique.* IV. 51, 127: *fas denique.* Rull. II. 9 f. *reus denique.* 15 f. *totam denique Asiam.* 36 pr.: *terrarum denique orbem.* Rab. Perd. 4, 13: *tu cuiusquam denique hominis.* 5, 16: *more denique.* Scaur. 43: *ignoscent denique.* Pis. 12, 26: *numerandus est ille annus denique.* Mil. 19, 50: *tota denique.* Phil. I. 1, 2: *pax denique.* XIII. 17, 36: *ipse denique fatetur.* Divers. I. 9, 16: *omnibus denique viribus.* His addi plurima possunt. In eundem censum venit, cum *denique* significat *demum*; quod si ita est, etiam locum huius adverbii necessario occupat, ut p. Caecina 14, 41. Flacc. 36, 91. Planc. 2, 4. 20, 50. Cael. 8, 19. Prov. Coss. 13, 33. 15, 37. Mil. 13, 34. 18, 48. Phil. I. 13, 32. IX. 4, 8. Divers. IX. 20. V. 12, 5. X. 10, 1. XIII. 2, 3. Q. Fr. III. 1. 1, 2. 9, 1. Att. IX. 3, 2. XIV. 13, 1. XVI. 5, 5. Legg. II. 4, 10. Fin. I. 19, 64. III. 22, 76. Tusc. I. 13, 29. 31, 75. Divin. I. 32, 82. Liv. XLII.

14, 1. Sed haec quasi surrepto iure et precario. At legitimum locum in sententia post alia vocabula habet, cum non enumeratis pluribus ultimum comitatur, sed si prioribus consideratis breviter summa additur, ut *breviter* s. *ut verbo dicam*, etiam *ut universe dicam* significet, aut si gradationem infert pro *quin etiam* s. *adeo* (*ja*) dictum, postremo si cum leni irrisione contrarium affertur eius, quod iure exspectaveris, ut reddas *quippe, quod mirere* (nos *am Ende gar*). Ex prima significatione haec sunt: Verr. Acc. II. 51, 127: *fas denique negant esse.* Cluent. 53 med.: *legum denique idcirco omnes servi sumus.* Rull. I. 7 m.: *eum denique nos agrum P. Rullo concessisse.* II. 26 pr.: *perdere iam denique illos agros ratione aliqua velint.* Rab. Perd. 7, 21: *cum denique omnes clarissimi viri cum consulibus essent.* Praecedit enim multorum enumeratio. III. 11, 26: *nihil denique eiusmodi.* Sull. 7, 22: *nullas a me opes P. Sullam, nullam potentiam, nihil denique praeter fidem defensionis exspectare.* 8, 25: *sin te potentia mea, si dominatio, si denique aliquod dictum arrogans aut superbum movet.* Mur. 40, 87: *obiicitur enim contionibus seditiosorum insidiis coniuratorum, telis Catilinae; ad omne denique periculum — opponitur.* Addi possunt Flacc. 14, 33. 38, 96. Sext. 11, 25. 21, 47. Vatin. 14, 34. Pis. 18, 41. Rab. Post. 12, 35. Phil. I. 22, 55. V. 6, 15. Divers. VIII. 11, 4. Ex altera parte ascendendi ad maiora haec brevibus pono. Caecin. 11, 31. Rab. Perd. 1, 2. 7, 21. Catil. II. 1, 1. Sull. 11, 33. Mur. 29, 61. 37, 78. Arch. 9, 22. Planc. 15, 36. Sext. 8, 20. Cael. 20, 47. Prov. Coss. 18, 43. Balb. 5, 12. 8, 21. Mil. 2, 4. 26, 69. Lig. 5, 12. Deiot. 2, 6. Phil. VII. 2, 5. IX. 21, 49. Divers. XII. 15, 2. XIII. 4, 4. XV. 8. Att. I. 20, 7. VII. 11, 4. Legg. II. 17, 42. Tusc. IV. 19, 43. V. 6, 15. Divin. I. 17, 31. Ex tertio genere irrisorio et dissimulationis significante haec sunt. Rosc. Am. 29, 81: *ii denique, qui tum armati dies noctesque concursabant, qui Romae erant assidui, qui omni tempore in praeda et sanguine versabantur Sex. Roscio temporis illius acerbitatem iniquitatemque obiicient.* Verr. Accus. II. 3, 9: *in nominem civitates ante hunc testi-*

monium publice dixerunt; hunc denique ipsum pertulissent, si humano more — peccasset. Est mirantis tanta illos patientia fuisse; nec significat *ut brevi complectar* nec *quin etiam,* sed *quin, quod quis incredibile dicat* (nos *am Ende gar,* gallice *enfin* et *au comble*). Livius XXVIII. 27, 13: *denique ego sim, cuius imperii taedere exercitum minime mirandum sit.*

deducere animos a contraria defensione] hoc non est simpliciter *abducere,* quae vulgata scriptura erat, sed efficere, ut sensim aut clam a contraria defensione avertantur, veluti quis non sentiens a via declinat. Verr. Accus. I. 6, 17: *me magna pecunia a vera accusatione esse deductum* i. e. clam descivisse ab officio propter pecuniam. De Or. II. 83, 340: *nihil enim tam facile quam multitudo a tristitia et saepe ab acerbitate commode et breviter et acute et hilare dicto deducitur.*

294. *ne reiecto quidem scuto*] abiiciunt scuta effuse et sine pudore fugientes, reiiciunt qui post terga gestant, quod abscedentium est et a conspectu hostium abeuntium. V. Intpp. Horatii II. 7, 10. Dicit igitur se ita cedere adversarii argumentis, ut nulla victi species appareat. In eadem plane sententia oratio Antonii dicitur *honeste cedens acriter insequens,* de Or. III. 9, 32. De verbo *consistendi* v. ad II. 49, 200.

LXXIII. 296. *in dicendo — tectissimum*] figura a milite ducta, qui armis et maxime scuto prudenter utitur, ne quam corporis partem hostium telis patefaciat. Cum de consiliis dicitur, apte interpretamur *cautum prudentem providum.* Cic. Deiot. 6, 16: *quis consideratior illo? quis tectior? quis prudentior?* Phil. XIII. 3, 6: *cautioribus utitur consiliis, in posterum providet, est omni ratione tectior.* Quid sit, quod legitur apud alios, *protectior* non intelligo. Huic affinis de mente significatio est, cum *tectus* pro *obscuro* et *dissimulatore verae sententiae* dicitur; nos *verschlossen.* Cic. Att. XIV. 21, 2: *et nosti virum, quam tectus: sed tamen Antonii consilia narrabat.* Hoc a *providi* significatione abesse videbis, si considerabis, postquam quae Balbus dixerit

narrata sunt, haec sequi: *quid quaeris? nihil sinceri.* Rosc. 40, 116: *tecti ad alienos esse possumus.* Or. 42, 146: *ac fortasse alii tectiores; ego semper didicisse prae me tuli;* i. e. alii magis dissimulatores doctrinae sunt. *Obscurus* alias talis vocatur; v. Zumpt. ad Verr. Act. I. 2, 5.; etiam *occultum* Cicero dixit Divers. III. 10, 8. Coniunxit opposita *obscurum* et *intectum* Tacitus Ann. IV. 1. de Seiano: *mox Tiberium variis artibus devinxit adeo, ut obscurum adversus alios sibi uni incautum intectumque efficeret,* i. e. efficeret, ut consilia sua non tegeret. Pro *improvido* dictum putare additum *incautus* et Taciti breviloquentiae studium non patitur. At ubi de factis et re gerenda dicitur, ita interpretor, ut sit *munitus adversus insidias,* cuius loquendi rationis viam aperit Ciceronis dictum p. lege Manil. 24, 70., ubi legitur *pericula facile innocentia tecti repellemus.* Igitur *tectum esse* de oratore dictum interpretor *sicher gehen.* Falsum est, quod Muellerus dicit, in Phil. II. 43 extr. ex opposito dici *apertiorem in dicendo.* Sententiae enim tenor docet *apertum* esse nihil dissimulantem, omnia incautius profitentem. Etiam hoc de Antonio dictum aliis postea verbis Crassus reddit III. 9, 32., *dicendi genus* ei *praemunitum et ex omni parte saeptum* tribuens. Haec non satis reputaverat Stuerenburgius, cum Gruterianae scripturae *rectissimum* patrocinabatur ad Archianam p. 34. Nec id usquam nisi de moribus dicitur.

LXXIV. 299. *disputabam*] longe lectiorem, quam restitui, scripturam non ita defendam, ut dicam spectari Antonii paulo ante prolatam de officio oratoris sententiam; oportebat enim *dicebam* s. *loquebar* dici, non *disputabam.* Sed *disputabam* est *adhuc disputabam;* hoc enim dicit: *in quibus explicandis huc usque versabar, ea omnia ex mea mediocritate deprompta erant.*

Themistocles] idem de hoc viro traditur Acad. II. 1, 2. Fin. II. 32, 104: *Themistocles, cum ei Simonides (an quis alius?) artem memoriae polliceretur: oblivionis, inquit, mallem. Nam memini etiam quae nolo, oblivisci non possum quae volo.* De Simonide v. ad II. 86, 351.

300. *oblivisci posse potius*] *potius* aliquando comparativis et verbo *malle* addi constat; cuius rei exempla praeter illud Zumptius in Gr. §. 747. attulit Ciceronis p. Ligario 2, 5. N. D. II. 13, 36., quibus quartum addo p. Balbo 7 extr. Quocirca miror eundem Zumptium ad Verr. Accus. II. 66, 160. tam severum fuisse in formula *maxime remotissimus*, quam cum similibus secundum Ruhnkenium ad Vell. II. 27. tanquam sordes obsoletas a scriptorum nitore seiungendam diceret. Damnabit igitur etiam *maxime gravissimum* Liv. XLI. 23, 6. et *perdifficillimum* Liv. XL. 21, 23. et *praealtissimum* Apuleii Metam. VIII. p. 168., ut *magis suspensiorem animum* auctoris de B. Afr. 48, 3. taceam. Horum ea, quae *potius* aut *maxime* non habent, sane dura sunt et minus probanda; illa non item, quod in *potius* iam annotavit Augustus Matthiae ad Ligar. 2, 5. Nusquam enim *potius* cum comparativo colligandum esse ex loco apparet, quem tueri solet; iungendum enim semper est cum alio vocabulo nec significat alterum altero superari sed plane tolli et everti. Cum Cic. N. D. l. c. dixit *nec vero — non sit deterior mundi potius, quam humana conditio*, coniunguntur *mundi potius*, *κόσμου μᾶλλον ἢ ἀνθρώπου φύσις*, et hoc dicitur, hominis naturam cum mundi natura comparatam eam esse, quae perfecta potius et mendo carens videatur. De Or. l. c. *oblivisci potius* coniunguntur et sententia est Themistoclem adeo non cupivisse omnium meminisse, ut contra oblivisci maluerit. Ita de ceteris exemplis iudicari potest. Lambinus locum modo tractatum emendatione adiuturus rem non intellexerat. Ne *maxime* quidem *remotissimus* et *gravissimus* *ταυτόλογα* sunt, sed *maxime* est *praecipue* s. *prae ceteris*, et *remotissimum* etiam *valde remotum* dici posse ab omnibus, puto, conceditur.

Themistocli] v. explicationes ad I. 19, 88. Mox verba *neque illa — neglegenda est* Nonius habet v. *timor* p. 228.

302. *responso aut rogato*] sane *rogatum*, *τὸ ἐρώτημα* praeter hunc locum non legitur. Sed videtur, quod Madvigius apud Henrichsenum scribit, simili loco tutum praestari Verr. V. 53, 139.; ubi cum legatur *promisso vostro ac*

recepto, non magis *receptum* substantive dictum alibi ostendi potest, sed aliorum participiorum ea vi praeditorum naturam sequitur. Idem Madvigius similia exempla indicavit Cic. Sull. 26, 72. quo *factum* et *commissum* copulantur, item de Or. II. 15, 64., *praecepta* et *admonita*. Nuperrimus vulgaris scripturae patronus ἀγραμμάτευτος ante omnia docere debuisset *rogatu* aliud quid significare, quam *aliquo rogante*, s. postquam rogatus fueris, ut *iussu monitu vocatu*.

occidit] eleganti translatione de *perdendo* dicitur, quod verbum Granius posuit apud Ciceronem de Or. II. 70, 282. Idem simili figura *iugulandi* verbo reddidit Plinius Epp. IV. 9. Sed exempla Ciceroniana huius verbi Verr. Accus. II. 26. Cluent. 26. Att. I. 16., quae Gronovius contulit ad Ter. Eun. III. 1, 27., diversa sunt; non dicitur enim in illis *reus* iugulari a *patrono*. Ceterum non *reum* solum, sed etiam *se* occidit patronus, cum causam tam inepte agit, ut de numero dicentium eximendus videatur.

LXXV. 303. *castris ac sua praesidia*] *in hostium castris* versari cum elegantissima figura id dicitur, quod proprie *tractare id, quod malum est in causa*; id enim adversarium iuvat, sicut castra exercitum. Pervenuste Cicero *sese in Epicuri castra* ait *coniecisse* Divers. IX. 20., quod alias *alicuius castra sequi* dicitur, quia totum se philosophiae tractandae perdita re publica dediderat; iubebat enim ille sapienti a civitate gerenda otium esse. *Sua praesidia dimittere* dicuntur qui causae firmandae argumentis uti nesciunt; quibus contrarium faciunt qui *in praesidio suo consistunt*, quod legitur c. 72, 294.

304. *homines caros*] de hoc hyperbato explicui ad I. 10, 39.

305. *quod ministratorem peteres*] haec nemo recte intellexit. „*Ministrator* is fuit, qui in causis advocato (hoc falsum de advocato, E.) sive patrono solebat subiicere ea, quae pro reo dicenda essent. Sic in or. p. Flacco c. 22: *hic mihi Macandrius quasi ministrator aderat subiiciens quid in suos cives civitatemque, si vellem, dicerem.*“ *Pearcius.* Obscure loquitur, etsi fortasse verum vidit. Ne Henrichseno

quidem liquebat de alione an de Antonio haec dicerentur. Et hic quidem significari nullo modo potest, cum quia nomen *adversarii* in eum rectius cadit, qui contra aliquem dicit, quam in eum, cuius ille causam agit (is erat Norbanus), tum quia lentitudo et patientia non est eum obiurgare, qui nobis male dixerit; denique quia sic graviter conviciaretur Sulpicio Antonius, cum statim addat qui sibi male dicat petulantem aut plane insanum videri. *Ministrator* testis est, a cuius testimonio Antonius argumenta sumpserat. His conviciari quantum mali saepe faciat modo dictum est. Certe autem est aequi animi signum, cum ab adversario petimus, ut in nos potius quam in hominem innoxium invehatur. — Sequentia *ex quo etiam illud assequor* etc. hinc enotavit Nonius v. *petulans* p. 162.; paulo praecedentia *in quo — existimor* v. *male audiam* p. 142.

LXXVI. 307. *dicendi natura*] *dicendi genus natura praescriptum*, ut legebatur, non est, cum quis materiem dicendi apte disponit; semper ea locutio *verba* spectat, non *argumenti* inveniendi et ordinandi artem. *Dicendi* est *dictionis*, ἡ φύσις τοῦ λέγειν, quippe ὡς ῥήτορα δεῖ: *natura dicendi* est igitur natura artificii oratorii. De hoc gerundii usu explicuimus ad II. 19, 78. Hinc existimari poterit de Bakii coniectura *dicendi rerum natura.*

308. *multa, quae in dicendo profutura*] iniuria Schuetzius illud *multa* delevit. Haec enim sententia est: *non argumenta — modo, sed in universum multa occurrunt, quae in causa dicenda prosint.* Prosunt enim non argumenta sola, sed etiam digressiones ioca commiserationes, denique omnia, quibus iudex doceatur delectetur permoveatur.

309. *expendere*] apte interpretes priores Aristotelis verba contulerunt Rhet. III. 17, 15: ὕστερον δὲ λέγοντα πρῶτον τὰ πρὸς τὸν ἐναντίον λόγον λεκτέον λύοντα καὶ ἀντισυλλογιζόμενον, καὶ μάλιστα, ἂν εὐδοκιμηκότα ᾖ· ὥςπερ γὰρ ἄνθρωπον προδιαβεβλημένον οὐ δέχεται ἡ ψυχή, τὸν αὐτὸν τρόπον οὐδὲ λόγον, ἐὰν ὁ ἐναντίος εὖ δοκῇ εἰρηκέναι. δεῖ οὖν χώραν ποιεῖν ἐν τῷ ἀκροατῇ τῷ μέλλοντι λόγῳ. ἔσται δέ, ἂν ἀνέλῃς· διὸ ἢ πρὸς πάντα

ἢ τὰ μέγιστα ἢ τὰ εὐδοκιμοῦντα ἢ τὰ εὐέλεγκτα μαχεσάμενον οὕτω τὰ αὑτοῦ πιστὰ ποιητέον. Magnus igitur antiquitatis praeceptor contraria argumenta ante, quam quis aggrediatur ad sua probanda, refutari voluit.

LXXVII. 311. *et si nihil docent*] verum videtur *si*. Multis librorum locis *si* pro *et si* atque *etiam si* dictum exstat, in editionibus, quae circumferuntur, obliteratum est. Legitur tamen apud Ciceronem in Quinctiana 10: *si maxime velim*. 19: *si maxime deberetur*. Rosc. Am. 32, 91: *si cuperent*. 36, 102: *si dissimulare omnes cuperent*. Verr. Accus. IV. 51, 115: *si cupiamus*. In his libris id non intestatum est I. 38, 172. III. 4, 14. 25, 98. Iam Ruhnkenius ad Vell. II. 41. p. 215. de ea particulae vi annotavit, etsi in illo ipso loco explicando errat.

312. *re narrata et exposita*] haec duo non significant idem. Narratur, cum res quo modo gesta sit disseritur, exponitur, cum narrationi adiiciuntur quae ad recte iudicanda narrata auditorem quasi manu ducunt. Haec non prohibent, quo minus aliquando *exponere* pro *narrando* dici potuerit.

causae sunt ad agendum et ad ornandum gravissimae] ad commendandam scripturam *augendum* quomodo recte Pearcius conferre potuerit de Or. II. 19, 80., ubi legitur: *alii iubent, ante quam peroretur, ornandi aut augendi causa degredi*, non magis intelligo, quam quo modo vir perspicacissimus Henrichsenus id probare sua assensione potuerit. Non quid aliquando dictum sit, sed aptumne id ad sententiam sit spectari oportebat. *Causa ad augendum gravissima* quaenam sit non intelligo. Ne *aptissima* quidem recte diceretur; non esset enim nisi ornatus capax, quod statim additur: ornat enim maxime *amplificatio*, αὔξησις ῥητορική. Sed id noluisse dicere Ciceronem proxima ostendunt. Recte enim causa *plenissima* dicitur ad ornandi negotium, sed non *gravissima*. At cogitatione compone causam ad *agendum* gravem, ad *ornandum* plenam, et videbis illud de rebus, hoc de verbis dici, in quibus coniunctis vis oratoria elucescit.

313. *plures adhibent patronos*] de hoc more, quem graviter vituperat Cicero in Bruto 57, 207., vide dicta ad I. 53, 229.

314. *in oratore optimus*] etsi plures interdum patroni a reis adhibebantur, in nulla tamen lingua *in oratore* partitive dici potest pro *ex oratoribus* s. *ex oratorum numero*, ut iniuria sana omnia pronuntiasse videatur Orellius comparans Graecum *ἐν τῷ ἀεὶ ῥήτορι*, quod ipsum hic non dici potuit, sed *τῶν ἀεὶ ῥητόρων*. *In oratoribus* de coniectura Schuetzius, quod rectius diceretur *ex oratoribus*; Muellerus *oratorum*, Madvigius *orator*, vitiosum ab iis illatum ratus, qui utrobique eandem loquendi rationem desiderarent. Non sane hi improbabiliter; longe tamen lenius videtur *in orando* i. e. in dicendo, quod quam facile in vulgatam scripturam corrumpi potuerit incurrit in oculos. Bakius explicare conatur *in oratore deligendo*, bona sententia, sed quae in verbis minime insit. Quo modo enim talia mente subaudiri possunt?

315. *aut commune*] qui *atque commune* probarunt nec differre *vulgare* et *commune* recordati sunt nec artis scriptorum satis memores fuerunt. *Commune* enim primum illud exordium dicitur, quod in adversarii causam non minus bene, quam in nostram convenit, *vulgare* autem, quod in plures causas accommodari potest: v. Scriptorem Herennianum I. 7, 11. Cic. Inv. I. 18, 26. Quintilianum IV. 1, 71., quo loco plurima eiusdem scriptoris de eo vocabulo exempla collegit Spaldingius. Sed dubitari potest num ea vi vocabulum hic praeditum sit. Nam, quod ignorabat Ernestus in lex. technol. lat. rhet. p. 70., illud ipsum, quod *τεχνικῶς vulgare*, aliquando *commune* vocatur. Praeluditur huic significationi, cum praecepta orationum iudicialium suasionum laudationum *communia* dicuntur c. 81, 333. cf. Inv. I. 53, 100. Plane proprie ad hunc modum positum legitur de Or. II. 78, 319: *apparebit eas* (res in principio orationis tractandas) *non modo non esse communis nec in alias causas posse transferri, sed penitus ex ea causa, quae tum agatur, effloruisse.* Is locus illi, quem tractamus explicando a Cicerone sic scriptus videtur.

Hanc igitur vim vocabuli hic agnoscentes *vulgare* interpretabimur tritum et de trivio, quod quivis unus reperire possit. In argumentorum vitiis cum *vulgari* etiam *commune* recensetur a Quintiliano V. 13, 34: *argumentum dubium pro necessario, controversum pro confesso, commune pluribus pro proprio, vulgare supervacuum serius constitutum contra fidem.*

LXXVIII. *principia autem dicendi*] exordiorum praecepta exponit Quintilianus IV. 1., cuius disputata digna sunt, quae cum Ciceronianis conferantur; Aristoteles autem Rhet. III. 14.

316. *equidem*] de forma adverbii copiose disputavit Kritz. ad Sall. Catil. p. 248.

Philippum] v. ad II. 54, 220. Dictum Philippi ex Cicerone enotavit Nonius p. 92 Merc. Significabat autem se a prooemio plane imparatum aggredi ad dicendum. Illi, unde simile de brachio concalefaciendo ducebat, gladiatores sunt, qui ante pugnam decretoriam et rudibus pugnabant et hastis iactandis non vulnerum, sed artis ostendendae causa operam dabant: et hoc quidem ludicri genus eorum in primis erat, qui Samnites dicebantur ab armatura: v. c. 80, 325. Ovid. A. Am. III. 515 et 589. Seneca ep. 117, 25.

317. *est spectandum*] si *exspectandum* codicum plerorumque verum esset, dici oportebat *in oratione fieri.* Sed prava scriptura fluxit ex compendio *ė spectandum*, quod cum ὑφ' ἓν legissent librarii maxime Itali saepe *x* in *s* abisse recordati *exspectandum* fecerunt ex *espectandum:* v. Comm. Cr. ad I. 27, 125. *Orationem* sane male interpretatur Ernestus *partem orationis*, quippe exordium, cum tamen gladiatorii certaminis non initium sed totus decursus cum oratione conferatur. De tota autem oratione intelligi non posse videtur Bakio, cum delectatio et magis sit umbratilis, quam forensis eloquentiae, et delectare certe unum tantum de tribus muneribus, quae oratori imponantur; requiri igitur virtutem necessario fusam per totum orationis corpus, eamque fortasse *elegantiam* videri posse. Sed praetervidit vir doctus *vim* illam, quacum delectatio oratione quaesita com-

ponatur, non esse oratoriam *δεινότητα*, sed vim armorum vulnerum et necis plenam. Nam oratio animos vehementia sua commovens delectatione quadam minime caret; recte igitur illi opponitur.

319. *reperietur — sumetur*] haec ad *principii* vocabulum referenda restituimus, a qua sententia iam Henrichsenus non fuerat alienus. Sed etiam in sequentibus codices secuti sumus, ut scriberemus *depromptae — eas — communis*. Nam non principia modo, sed etiam res in principio tractandae ex intima defensione depromptae nec cum aliis causis communes dici recte possunt. Quod si de principiis cogitasset Cicero, non dixisset *ita et momenti*, sed *et momenti*, ut hoc sententiae membrum colligaretur cum priore *sic et facile reperietur*, a qua verborum formandorum ratione descivit propter *rerum* principio comprehensarum mentionem illatam. De suspecto verbo *effloruisse* dixi in Comm. Crit.

LXXIX. 320. *ab ipsa re*] similia praecipit Quintilianus, iudicem enim sine prooemio satis aliquando esse paratum, IV. 1, 72. In quo Aristotelem secutus est, qui apud bonos iudices prooemio opus esse negat. Rhet. III. 14, 8: *δεῖ δὲ μὴ λανθάνειν — ὅτι τὰ τοιαῦτα πρὸς φαῦλον ἀκροατήν· ἐπεὶ, ἂν μὴ τοιοῦτος ᾖ, οὐδὲν δεῖ προοιμίου.* Hoc decretum ille respicit etiam XII. 20, 52. De prooemio in causa exigua non necessario Aristoteles l. c. 14, 6: *τὸ μὲν οὖν ἀναγκαιότατον ἔργον τοῦ προοιμίου καὶ ἴδιον τοῦτο δηλῶσαι τί ἐστι τὸ τέλος, οὗ ἕνεκα ὁ λόγος. διόπερ ἂν δῆλον ᾖ καὶ μικρὸν τὸ πρᾶγμα, οὐ χρηστέον προοιμίῳ.*

321. *aut ex adversario*] cum his conspirat Quintiliani doctrina IV. 1, 6.; sed ut addat etiam ab actore interdum posse prooemii materiam duci.

322. *si nefanda*] *infandus* Ciceroni rarum est nec dicitur nisi de abominando propter turpitudinem, velut *corpus impurum et infandum* in Sextiana 55, 116. est Gabinii consulis propter obscenam mollitiem infamis; de nefario et scelesto non dicitur. Id autem hic significari totius sententiae ratio flagitat.

323. *faciliora † etiam in principiis*] locum duobus modis corruptum esse persuasum habeo. Nam primum quid sibi vult *etiam*? Id, si contra Graecorum decretum diceret in exsequenda oratione facilius quam in principiis iudicem benevolum et attentum reddi, aptissimum esset; nunc Graecorum doctorum sententiam in eo improbat, quod hoc non tam totius orationis quam prooemii munus esse dixerint, sed probat eatenus, quod facilius ei muneri ab exordiente satis fieri possit. Igitur inter se opposita sunt *non principiorum magis propria, quam reliquarum partium, faciliora autem in principiis.* Itaque *autem* pro *etiam* scribendum puto. Deinde quid est hoc: *dociles magis initiis esse possunt?* Pro exordio *initium* non dicitur; sin quis *initium* intelligat *dicendi*, *τὴν ἀρχὴν τοῦ λόγου*, non video cur nec singulari numero nec, si pluralis placebat, praepositione *in* scriptor sit usus. Igitur ab interpolatore additum puto, qui praegressum *in principiis* suo invento elegantius reddere voluerit, et uncinis inclusi. Perapte autem Cicero dixit, cum omnia exspectent, attentissimos *esse*, maxime dociles *esse posse.* Cum enim orator dicendi initium facit, attentus etiam inimicus est, sed doceri se non semper patitur. Ceterum Cicero praeceptum de auditore per totam orationem attento faciendo, ut tamen id in principio facilius sit, ab Aristotele sumpsit, qui Rhet. III. 14, 6. haec habet: *ἔτι δὲ τὸ προςεκτικοὺς ποιεῖν πάντων τῶν μερῶν κοινόν, ἐὰν δέῃ· πανταχοῦ γὰρ ἀνιᾶσι μᾶλλον, ἢ ἀρχόμενοι. διὸ γέλοιον ἐν ἀρχῇ τάττειν, ὅτε μάλιστα πάντες προςέχοντες ἀκροῶνται.*

LXXX. 325. *connexum autem ita sit*] Quintil. IV. 1, 1: *quod principium latine vel exordium dicitur, maiore quadam ratione Graeci videntur προσίμιον nominasse. — Nam sive propterea, quod οἴμη cantus est et citharoedi pauca illa, quae, antequam legitimum certamen inchoent, emerendi favoris gratia canunt, prooemium cognominaverunt, oratores quoque ea, quae, priusquam causam exordiantur, ad conciliandos sibi iudicum animos praeloquuntur, eadem appellatione signarunt: sive* etc. Cf. Aristotelis Rhet. III. 14, 1. De apto a prooemio ad ipsum corpus orationis transitu

v. Quintil. IV. 1, 76., qui ad haec Ciceronis sine dubio commentatus est.

ut Samnitium] Livius IX. 40: *Campani ab superbia et odio Samnitium gladiatores, quod spectaculum inter epulas erat, eo ornatu* (quo Samnites devicti a Romanis erant usi) *armarunt Samnitiumque nomine compellarunt.* Hoc gladiatorum genus etiam III. 23, 86. commemoratur, idemque spectant *primae* illae quorundam gladiatorum *hastae*, quae speciei magis quam pugnae iactari dicuntur c. 78, 316.

326. *quod breviter iubent*] etiam haec de brevitate narrationis non nimia secundum Aristotelem decrevit Cicero. V. Rhet. III. 16, 4: *γελοίως τὴν διήγησίν φασι δεῖν εἶναι ταχεῖαν. — δεῖ γὰρ μὴ μακρῶς διηγεῖσθαι, ὥσπερ οὐδὲ προοιμιάζεσθαι μακρῶς, οὐδὲ τὰς πίστεις λέγειν· οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθά ἐστι τὸ εὖ ἢ τῷ ταχὺ ἢ τῷ συντόμως, ἀλλά τῷ μετρίως· τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ λέγειν ὅσα δηλώσει τὸ πρᾶγμα ἢ ὅσα ποιήσει ὑπολαβεῖν γεγονέναι ἢ βεβλαφέναι ἢ ἠδικηκέναι ἢ τηλικαῦτα, ἡλίκα βούλει.* Narrationis praecepta etiam Quintilianus Ciceroni similia dat IV. 2, 31 sqq. et in brevius coartata ipse Cicero iterat. Top. 26., quem locum Quintilianus respicit, et Partt. Or. 9.

327. *videlicet*] quantum haec nostra scriptura virtute vulgatam superet vix opus est dicere. *Videlicet* non est *videre licet*, sed *vide, licet; ἰδέ, ἔξεστι*: non est exemplo afferendo constitutum, quem ad modum *ut*, sed rei probandae provocando ad eius ipsius iudicium, cum quo quis loquitur. *Videlicet illa quam longa est narratio* significat: *quippe ut intelligas me recte dicere, ipse vide quam sit longa narratio*, sive ut brevius dicamus, *quippe quam longa narratio est.* Leguntur illa apud Terentium in Andria I. 1, 24.; sequentia *effertur, imus* etc. versibus 90. et 101.; horumque etiam Quintilianus memor fuit IV. 2, 41. Principium narrationis obversatum esse Ciceroni, cum scriberet Archianae c. 3, 4., probabilis admodum suspicio est Stuerenburgii p. 38.

328. *interpuncta*] similibus illustravit Ruhnkenius ad Vell. p. 52.

si † constituitur] coniectura Lambini et Heusingeri *consistitur* mihi longe dubitabilior et legibus sermonis minus etiam conveniens videtur, quam librorum scriptura. Sane dici potest *narratio percurri*, id est festinanter absolvi, sed non dicitur *consisti narratio*. Igitur *consistitur* absolute dictum esse necesse est pro *aliquando aliis interponendis mora progrediendi fit*. At rursum *percurri* absolute dici, quod sic fieri oporteret, non potest, sed addi oportet quid percurratur. Neutrum igitur verbum cum altero apte coniungitur. Sed cum videam proprie dici *agmen* s. *exercitum constituere*, id est gradum sistere iubere, etiam tralate dici putaverim *narrationem constituere*, id est in aliqua re narranda morari; etsi eius significationis exemplum alterum non habeo.

329. *erit autem perspicua narratio*] pluribus haec, sed manifesto Ciceronis illa respiciens, exsequitur Quintilianus IV. 2, 36. Quod idem §. 14. cum Cicerone pugnare videtur, cum hic unum narrandi locum esse iudicat, ille plures narrationes concedit institui posse, id facile tollitur, quod Cicero unam eandemque rem non plus saepius narrari iubet, Quintilianus autem in non nullis causis plura variis locis exponi posse dicit, quem ad modum etiam Cicero fecit in Cluentiana: cf. Quintil. l. c. §. 85.

LXXXI. 330. *si nota res*] Arist. Rhet. III. 16, 3: *δεῖ δὲ τοὺς μεν γνωρίμους ἀναμιμνήσκειν. διὸ οἱ πολλοὶ οὐδὲν δέονται διηγήσεως. οἷον εἰ θέλεις Ἀχιλλέα ἐπαινεῖν· ἴσασι γὰρ πάντες τὰς πράξεις· ἀλλα χρῆσθαι αὐταῖς δεῖ. ἐὰν δὲ Κριτίαν, δεῖ· οὐ γὰρ πολλοὶ ἴσασι.*

331. *ut causa ponatur*] id est ut proponatur quomodo causam orator a iudice considerari velit, sive quomodo id iudicari velit, quod causam faciat. *Causam facere* quid sit vide II. 30, 132; hoc enim idem est, quod *in controversiam venire* statim dixit Cicero.

332. *rebus augendis*] de amplificatione oratoria haec Aristoteles III. 17, 3., etsi, ut Graecorum mos ferebat, iudiciali generi nihil tribuit: *ἐν δὲ τοῖς ἐπιδεικτικοῖς τοπολύ, ὅτι καλὰ καὶ ὠφέλιμα, ἡ αὔξησις ἔσται. τὰ γὰρ*

πράγματα δεῖ πιστεύεσθαι. ὀλιγάκις γὰρ καὶ τούτων ἀποδείξεις φέρουσιν, ἐὰν ἄπιστα ᾖ, ἢ ἐὰν ἄλλος αἰτίαν ἔχῃ.

332. *inflammando iudice*] intelligi negat Bakius quo modo res inflammando aut mitigando iudice augeantur; qua de re *iudice* excludi vult; quid enim sit *rem inflammare* disci ex c. 52, 209. Amplificatio oratoria ne cogitari quidem potest, nisi iudicum animos aut incitandos aut mitigandos spectat, prout aut lenes fuerint, cum iratos orator velit, aut irati, cum lenes.

LXXXII. In orationibus *deliberativis*, quae in senatu habeantur, quia prudens collegium sit, multo apparatu opus non esse; sed vim oratoris maxime in contionibus perspici. His autem vel utilitatem vel dignitatem defendi, hanc quidem optime ita, ut utilitas ex ea fluere dicatur. Sed ut iudices quid fieri possit aut non possit, nosse oportere rem publicam et mores civium, quibus movendis et incitandis maxime profici, ut tamen acclamatio populi adversa fugienda sit, cuius excitandae sedandaeque fontes ostenduntur (c. 82. 83.) *Laudationum* genus et simplicius esse ad tractandum et saepe non oratorium, ut funebres orationes. Tractanda autem et fortunae bona modice tolerata et virtutes esse; harum maxime probari quae generi humano fructuosae habeantur, factorum autem quae suscepta videantur sine emolumento et praemio. (c. 84. 85.)

333. *ingenii ostentationis*] scriptor Herennianus II. 30, 47: *facta enim et dedita opera comparata oratio videbitur esse aut artifici significandi aut ingeni venditandi aut memoriae ostentandae causa.* Cic. Divin. in Caecil. 11, 36: *nam cum omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingeni atque eloquentiae longe molestissima.* Quintilianus XI. 1, 15: *in primis igitur omnis sui vitiosa iactatio est, eloquentiae tamen in oratore praecipue.* In ea re non semel reprehensus est ab invidis Cicero, etsi is utique maior rerum gestarum quam eloquentiae fuit iactator, quae vera sententia Quintiliani est l. c. §. 17.

334. *nihil est optabilius, quam dignitas*] in hoc placito Ciceronem sequitur contrariae sententiae patronos reprehen-

dens Quintilianus III. 8, 1. Uterque pendet ab Aristotele Rhet. I. 6, 1: *ἐπεὶ δὲ πρόκειται τῷ συμβουλεύοντι σκοπὸς τὸ συμφέρον — τὸ δὲ συμφέρον ἀγαθόν. ληπτέον ἂν στοιχεῖα περὶ ἀγαθοῦ καὶ συμφέροντος ἁπλῶς. ἔστω δὴ ἀγαθόν, ὃ ἂν αὐτὸ ἑαυτοῦ ἕνεκα ᾖ αἱρετόν.*

337. *caput est nosse rem publicam*] *μέγιστον δὲ καὶ κυριώτατον ἁπάντων πρὸς τὸ δύνασθαι πείθειν καὶ καλῶς συμβουλεύειν τὰς πολιτείας ἁπάσας λαβεῖν καὶ τὰ ἑκάστης ἔθη καὶ νόμιμα καὶ συμφέροντα διελεῖν. πείθονται γὰρ ἅπαντες τῷ συμφέροντι. συμφέρει δὲ τὸ σῶζον τὴν πόλιν.* Aristoteles Rhet. I. 8, 1.

LXXXIII. 338. *tibicen sine tibiis*] contionem cum scena Cicero etiam in Laelio contulit 26, 97: *quod si in scena, id est in contione, in qua rebus fictis et adumbratis loci plurimum est, tamen verum valet — quid in amicitia fieri oportet* etc. Recte haec Gernhardus contra eos defendit, qui oratoris cum histrione comparationem quaererent. Omnis enim dictio probabilis et ad popularem assensum accommodata rebus fictis et adumbratis abundat, quod in amicorum candore et sincero animo longe secus est. In primis autem huc facit locus Bruti 51, 192., quo postquam orationem debere assensum vulgi movere et Demosthenem a concione relictum ne verbum quidem facturum fuisse pluribus exsecutus est, haec addit: *ut, si tibiae inflatae non referant sonum, abiiciendas eas sibi tibicen putet: sic oratori populi aures tanquam tibiae sunt.*

339. *admonitio, quasi lenior obiurgatio*] „qualis est in Ciceronis oratione p. Rabirio Perd. 6.“ *Mueller.* Sed quod is exemplum ex contione P. Africani affert ex Velleio II. 4., cum verba gravissima et paene convicii similia habeat, idoneum non est.

si audierint, probaturos] Demosthenem respiciens Cicero loquitur. Apud hunc enim propter libertatem dicendi adversae acclamationi saepe expositum nihil usitatius est, quam post deprecationem nota illa formula *καί μοι θορυβήσητε μηδέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι* prolatam inferri sperandae ex consilio dato utilitatis mentionem.

340. *celeritas*] Schuetzii suspicio *hilaritas* redarguitur loco simillimo 54, 220.

LXXXIV. 341. *laudationum*] de loquendi genere dixi ad I. 27, 118.

quibus in foro utimur] quippe in causis iudicialibus, in quibus aut inter agendum aliquando aut in testimonio dicendo locus daretur ad laudem certorum hominum exspatiandi. Talis erat Crassi consulis pro Caepione oratio, quam non brevem, ut laudationem, sed sane brevem, si oratio existimetur, Cicero appellat in Bruto 44, 162. Hoc genus apud Romanos aliquam cum actuoso s. πραγματικῷ societatem habuisse, cum a Graecis Aristotele et Theophrasto a πραγματείᾳ plane segregetur, iure dicit Quintilianus III. 7, 1 sqq. cf. Aristot. Rhet. p. 1358 B. 1367 A. ed. Bekker.

ad orationis laudem] *oratoris laudem* rectius dici Ernestus putabat. Sed nihil prohibet, quo minus illud interpretemur ita, concionem funebrem ad eam laudem i. e. *virtutem*, quae praecipue spectatur in oratione, accommodatam non esse. Placida enim est et ad delectandum fortasse, sed nec ad docendi subtilitatem nec, quod caput est, ad animorum movendorum vehementiam accommodata.

Q. Tuberoni] Cicero Bruto 31, 117: *quoniam Stoicorum est facta mentio, Q. Aelius Tubero fuit illo tempore L. Pauli nepos, nullo in oratorum numero, sed vita severus et congruens cum ea disciplina, quam colebat, paulo etiam durior — —; sed ut vita, sic oratione durus incultus horridus. Itaque honoribus maiorum respondere non potuit. Fuit autem constans civis et fortis et in primis Graccho molestus, quod indicat Gracchi in eum oratio. Sunt etiam in Gracchum Tuberonis.* Cf. de Or. III. 23, 87. Muren. 36, 75. ibique Matth. Beier. ad Cic. Lael. p. 165. Val. Max. VII. 5, 1., quos locos indicavit Henrichsenus. Orationum aliis scriptarum ex genere laudativo exemplum prostat praeter hoc Laelianum Ciceronis Q. Fr. III. 8., de deliberativo autem suspicio erat C. Persii oratione usum C. Fannium cos. a. 632: cf. de Or. III. 47, 183. Brut. 26, 99. Sed iudicialibus aliorum orationibus soli Graeci usi: cf. Quintil. III. 8, 50.

velut nosmet ipsi] qui *vel* ex prioribus male repetitum censentes uncis clauserunt, ut Or. Henr., *ut* videntur pro particula finali habuisse. Sed etiam sic ineptiret scriptor. Quid enim? Num Romanorum nemo laudationem recte scribere potuit, nisi ab Antonio eius artis regulas didicisset? *Velut* dictum cum figura anaphora et cum coniunctivo potentiali; ponuntur enim duo de usu laudationum exempla; alterum Tuberonis Africanum Laelii oratione laudantis, alterum, si quis eorum, qui colloquio assunt, in eam necessitatem adducatur. Illud rei factae, hoc eius est, quae fieri certe possit, quae causa est modi in verbo mutati. Anaphoram autem minime semper in sententia gravi et vehemente, sed etiam leviore poni, exempla permulta docent, quae in tractando loco adverbii *denique* posui ad II. 72, 273.; docet etiam illud, quod §. 342. legitur: *non fuisse insolentem* etc.

343. *alia est alia*] deinceps poni duo *alia* non potuerunt secundum legem parisosis, quae, cum usitatissima sit, tamen non videtur satis nosci: ne vocabula plane eadem, sed similia iuxta poni videantur. Qua de causa cum fit iteratio vocabuli, non eadem forma utrobique, sed paulo mutata opus est: ut *alius aliud, alter alterius* et similia recte dicantur, sed hic cum formae scriptura pares vix pronuntiando differant, separari eas oportuit.

LXXXV. 346. *gratissima autem laus*] Aristoteles Rhet. II. 4, 5: *καὶ τοὺς πεποιηκότας εὖ φιλοῦσιν ἢ αὐτοὺς ἢ ὧν κήδονται. ἢ εἰ μεγάλα ἢ εἰ προθύμως ἢ ἐν τοιούτοις καιροῖς καὶ αὐτῶν ἕνεκα, ἢ οὓς ἂν οἴωνται βούλεσθαι ποιεῖν εὖ.*

347. *decreta virtutis praemia*] genitivus recte habet, etsi minime pro dativo dictus est. Is casus enim a verbo semper pendet, alter cum nomine proxime coniungendus est. De Or. III. 27, 104: *omnibus iis locis, quos ad fidem orationis faciendam adhiberi dixit Antonius.* Iniuria hoc suspectum fuit viris doctis. *Oratio* ea quae oratione proferuntur significat, argumentum orationis, ut *λόγος* saepe *τὰ ἐν λόγῳ λεγόμενα.* Igitur non dissimile est, etsi affirmat Henrichsenus, illud ex Acad. II. 7, 19: *dum aspectus fidem faciat sui iudicii* i. e. ut

suo iudicio credatur. Via ac ratio genitivi ex his exemplis intelligitur. N. D. III. 17, 43: *earum* (Nympharum) *templa sunt publice vota et dedicata* i. e. templa vota et dedicata exstant. Legg. II. 11, 28: *quarum omnium Romae dedicata publice templa sunt.* Verr. Accus. IV. 28, 64: *cum audissent simulacrum Iovis Optimi Maximi dedicatum.*

349. *insignite*] Ernestus interpretatur *satis accommodate ad eius personam, ut agnosci et ab improbis discerni possit.* Schuetzius cum praegresso *proprie* componit dicens qui aliquem *proprie* laudet, eum laudes suas ex ipsis illius moribus haurire; qui *insignite* vituperet, eum sic vituperare, ut hominis vera ac propria vitia tangi auditores intelligant. Neuter recte, nec ut veram et propriam vocabulum vim intelligas. *Insignitus* cum primum de corpore dictum esset, ut eum significaret, qui aliquas notas deformitates gereret, velut Plautus insignitos pueros enumerat *varos valgos paetos compernes* Mil. Glor. III. 1, 127., unde etiam *insignita* in corpore cum livoribus ex percussione componuntur, velut prurigines et scabies genarum apud Plin. H. N. XXVII.: efficitur, ut *insignite* translatum significet *expressis in re quasi imagine signis*, maxime deformitatem sive vitiosum quid notantibus. Ita dixit Livius VIII. 13. *insignite exprobare consuli vitium*, id est cum cura expressis in exprobratione vitiis, et Cicero p. Quinctio 23. *insignite improbus*, id est quasi notis improbitatis inustis. Clarum est igitur *insignite* minime esse id quod *proprie.* Laudamus aliquem *proprie*, cum suis eum laudibus extollimus nec quid earum reticentes nec alienarum affingentes: id igitur materiem laudis spectat; *insignite* vituperamus, cum gravibus et manifestis verbis quasi signis vitia nudamus: hoc igitur forma et habitu orationis continetur. Vocabulum *insignite* hinc enotavit Nonius p. 130. Merc.

LXXXVI. Denique Antonius locum de *memoria* explicat. Et postquam artis memorialis historiam et usum paucis enarravit, iuvari memoriam dicit maxime sensu oculorum, qui sit acerrimus omnium; petendas igitur ab hoc maxime sensu rerum imagines hisque collocandis et disponendis quasi quibusdam locis opus esse; pluribus autem

et magis variis ad verba, quam ad res memoria retinendas (c. 86 — 88, 360).

351. *Simonidi illi Ceo*] Simonides Leoprepis filius Iulide insulae Cei urbe natus ol. LVI s. fere 556 a. C. v. Suid. in v. Niebuhr. ad Cic. Rp. II. 10. p. 235. Mos. inter poëtas elegiacos clarus et aliis etiam rebus doctissimus cum Hipparcho Atheniensium tyranno Pausania Lacedaemonio et Hierone Syracusarum rege multum versatus esse dicitur (v. Platonem Hipparch. p. 228. C. Aelian. V. H. VIII. 2. Wyttenb. ad Plut. cons. ad Apoll. p. 715. Cic. l. c.) Memoriae artem ab eo prolatam ut in re tam antiqua cum aliqua dubitatione existimant: v. Cic. de Or. II. 87, 357. Quintil. XI. 2, 11. Morgenstern. de arte vett. mnemonica P. I. edita Dorpati a. 1805. Haec ab Henrichseno sumpsimus. De artis memoriae praeceptis agunt etiam Script. Herenn. III. 16 sqq. et Quintilianus l. c. ne is quidem historiae de Simonide et Scopa immemor.

352. *dimidium*] tertiam partem minime certus auctor Phaedrus dicit IV. 24, 11. Carpunt Simonidis avaritiam Athenaeus XIV. 56. C. D. Aelianus l. c. IX. 1. alii; verum de more illo accepta mercede victores carmine laudandi etiam Pindarus auctor est nec in eo quicquam inest vituperatione dignum.

354. *locis pro cera*] Script. Herenn. III. 17, 30: *loci ceruae aut chartae simillimi sunt, imagines literis, dispositio et collocatio imaginum scripturae, pronuntiatio lectioni.* cf. eundem c. 18, 31. Hunc Ciceronis locum descripsit in suos usus convertens Quintilianus XI. 2, 21.

LXXXVII. 355. *unde discas*] id est *reum.* Ab hoc enim orator causam discit: quod si fecerit, multo melius eam aget, quam ille ipse, a quo didicerit, acturus esset: v. de Or. I. 14, 61 sqq. in primis 15, 65. Quintil. II. 21, 16.

cui responderint] vitiosum *quid responderint* ab illis profectum est, qui *quid* priore et sequente membro dictum videntes de sententia securi essent. Ineptissimum est autem in ea re magni quid quaerere, ut orator ea meminisse debeat, quae ipse dixerit; quin non meminisse bardi potius

et stulti putandum est. At illud praesentis memoriae est in actionis aestu recordari *cui argumento responsum vel adhuc respondendum sit;* facile enim adversarii oratio, dum singulis audiendis intentus longius labare cogitando, evolat et vel responso dignissima memoria excidunt.

357. *animis affigi nostris*] plerorumque scriptorum lectio *effingi* improbanda est, cum *animo effingi* non videantur nisi cogitationes dici posse, quae subnatae quasi evolvantur et excolantur ad certae cuiusdam formae speciem, ne rudes et obscurae maneant. Ita Cicero paulo ante dixit c. 86, 354: *ea, quae memoria tenere vellent, effingenda animo atque in his locis collocanda;* quod si significaret *animo infigenda,* admirabiliter ineptiens Cicero diceret quae quis memoria tenere vellet, ea prius esse memoriae mandanda. Sed hoc dicit, quae quis memoria conservaturus sit, eorum quasi vivam imaginem in animo gignendam. Igitur hoc loco *affigi* dicuntur res animis, id est *imprimi;* quo vi etsi semel dictum Ciceroni videbitur, cum et *figere* usitatissimum sit et ipsum *affigere* Quintiliano perpetuo Ciceronis aemulo in deliciis, non videtur de scriptura dubitari posse. V. Quintil. I. 7, 3. XI. 2, 18.

358. *locis est utendum multis*] hanc sententiam Quintilianus a Cicerone sumpsit XI. 2, 22. De *illustribus* locis aliquantum differt doctrina scriptoris Herenniani, qui l. c. c. 19, 32. nec nimis illustres nec vehementer obscuros locos esse debere decreverit. De *modicis intervallis* idem consentit l. c. paulo plus minusve pedum tricenum postulans; unde quamvis minime imbuti hac doctrina cognoscimus totam artem memoriae veris ac certis locis, non cogitatis, fuisse astrictam, ut orator v. c. Romanus fori Capitolii aliisve urbis villarum domuum regionibus et partibus affigeret ea, quae memoriae suae mandaturus esset. Imagines *agentes* sunt *δραστικαί, ἐναργεῖς,* quae facile et alte quasi penetrant in animum, igitur *actuosae, efficaces,* non *in aliqua actione constitutae,* quod placebat Schuetzio. Eo sensu *orator agens* vocatur in Bruto 92, 316. Pearcianae olim suspicioni *aliquid agentibus* firmandae nec illud scriptoris Herenniani ad-

vocari potest, qui III. 22, 37. *aliquid notum agentes* imagines posuit, in quo *agere* plane alia vi dictum est, nec Quintilianus XI. 2, 22. apud quem vitiosa scriptura dudum correcta est.

LXXXVIII. 359. *multa enim sunt*] „dicit Antonius multa verba, ut adverbia praepositiones etc., similitudine nulla significari posse; si igitur eorum meminisse velimus, necesse esse in promptu habere quam plurimas quasi arbitrarias imagines, quae, quamvis nihil simile habeant, longo tamen usu perceptae ea verba, quibus opus est, ob oculos nostros ponant. Hanc autem veram esse interpretationem confirmant verba Quintiliani XI. 2, 25: *mitto, quod quaedam nullis simulacris significari possunt, ut certe coniunctiones. Habeamus enim sane, ut qui notis scribunt, certas imagines omnium et loca scilicet infinita, per quae verba, quot sunt in quinque contra Verrem secundae actionis libris, explicentur, ut meminerimus omnium quasi depositorum: nonne impediri quoque eorum, quae quis* (sic scribendum videtur, E.) *dicit, decursum necesse est duplici memoriae cura?*" *Pearcius.* Ex postremis improbari Quintiliano ea videmus, quae placent Antonio Ciceroniano, cum dicit §. 360: *neque verum est, quod ab inertibus dicitur, opprimi memoriam imaginum pondere et obscurari etiam id, quod per se natura tenere potuisset.* Haec doctorum dissensio etiam ex eo clarescit, quod statim post Charmadae et Metrodori mentio a Quintiliano infertur, quibus id ascribit, quod in Ciceronis decretis minus ipsi probandum videbatur. Sic Bakii coniectura *muta enim sunt verba* ingeniosa quidem, sed certo fundamento destituta reperietur; certe quae comparat, *κωφὰ ἔπη* Sophoclis et Pindari, ab hac re aliena sunt. Nec conciliari illa cum *articulis* potest, quae non membra, sed membrorum vincula significare manifestum est. Non magis probari altera eiusdem viri docti suspicio potest *eaque formari* pro *quae f.*; ne scilicet *quae* referatur ad proximum *membra.* Sed talia usitatissima sunt et facile vitantur cum recte pronuntiando tum attente legendo. *Memoriam rerum personis singulis bene positis notare* explico *notabilem facere* i. e. animo infigere. Sic non opus videtur Bakii tertia coniectura *earum singulas personis bene*

positis notare. Quidni *omnes?* Dubitat etiam de illo, quod praecessit, *verborum memoriam maiore imaginum varietate distinguendam esse,* quae, si quid aliud, sanissima sunt.

360. *Charmadam*] v. explicationes ad I. 11, 45. *Metrodorus* cognomen traxit a Scepso Mysiae urbe. Rhetor ille et philosophus Academiae placita secutus fuit (v. de Or. III. 20, 75.), de cuius memoria et arte memoriae exponunt Cicero Tusc. I. 24, 59. Quintilianus X. 6, 4. XI. 2, 26. Plinius H. N. VII. 24., quorum nomina prioribus interpretibus debentur.

361. *illud quidem certe*] *illud quidem* delenda censuit Ernestus subinde eorum, quae non omnibus paginis tererentur, hostis; *quidem* abiiciebat Schuetzius; pessime *illum quidem* coniiciebat Muellerus. Nemo horum recordatus est significationis, qua pronomen firmandae cum quadam vi (ἐμφατικῶς) sententiae constitutum est, et in adverbiorum *utique* s. *sane* ditionem nostri quidem sermonis usu incurrit. Cic. Tusc. I. 3, 6: *libri — scripti — ab optimis illis quidem viris, sed non satis eruditis.* 11, 22: *Democritum magnum illum quidem virum.* III. 5, 11: *Graeci volunt illi quidem, sed parum valent verbo.* 16, 35: *tarda illa quidem medicina, sed tamen magna.* IV. 8, 17: *aemulatio dupliciter illa quidem dicitur.* 28, 60: *perturbatio — abluatur illa quidem.* Fat. 19: *visum obiectum imprimet illud quidem — speciem.* Fin. IV. 16, 43: *hi autem ponunt illi quidem prima naturae.* V. 5, 12: *cuius* (Nicomachi) *accurate scripti de moribus libri dicuntur illi quidem esse Aristotelis.* Legg. I. 21, 54: *vir iste fuit ille quidem prudens.* Divers. XII. 30, 8: *o hominem semper illum quidem aptum, nunc vero etiam suavem.* Off. II. 6, 9: *quae sordidissima illa quidem est ratio.* Brut. 37, 140: *latine loqui — est illud quidem in magna laude ponendum.* Lael. 18, 66: *tristitia autem et in omni re severitas habet illa quidem gravitatem.* 19, 68: *novitates autem — non sunt illae quidem repudiandae.* Horum partem occuparunt Wopkensius Lectt. Tull. I. 13. p. 106. ed. Hand. Beier. ad Cic. Off. I. 17, 60. 27, 95. III. 9, 39. Goer. ad Acad. II. 15, 47.

LXXXIX. Epilogus libri. Gratiis pro se et ceteris, qui aderant, actis Catulus ab Antonio quaerit quo modo

a se impetrasset, ut tam longo sermoni indulgeret. Is autem Crasso sese excusationem adimere voluisse respondet; omnes enim recusandi muneris causas sibi maiores etiam quam Crasso fuisse. Hic non nullis deinde ultro citroque ad sermonis suavitatem iactatis provinciam de elocutione et actione dicendi se suscepturum profitetur (c. 89. 90.).

364. *invitius*] enotavit Nonius in v. p. 130. Mercer.

consularem — et censorium] Crassus natus a. 614. cos. 659. censor 662. triennio minor Antonio fuit nato a. 611. consule 655. censore 657., ut recte dicitur in Bruto 43, 161. Quod hic *quadriennio* minor Crassus dicitur, et augendae suae causae ab Antonio dicitur et secundum morem magis quidem Graecis quam Romanis receptum, ut annus, a quo inde quid profectum est, in computando ipse quoque numeretur.

quae ego sero] „ita saepe per pronomen relativum refutatio a Cicerone adiungitur: vide Matth. ad or. p. Roscio Am. 37, 105. et Madvig. Epist. ad Orell. p. 86.“ *Henrichsen.*

subsicivis operis] „h. e. iis, quae tempore a gravioribus vel publicis negotiis relicto fiunt. Cf. Cic. Phil. II. 8, 20: *me nec rei publicae nec amicis unquam defuisse et tamen omni genere monumentorum meorum perfecisse operis subsicivis, ut meae vigiliae — nomini Romano laudis aliquid afferrent.* Sic *subsicivum studium* Gell. XIII. 24. ipsumque *tempus subsicivum* Plin. Epp. III. 15. Gell. XVIII. 10. vel *tempora subsiciva* (Cic. Legg. I. 4, 13. Plin. H. N. praef. *subsiciva temporum* Quintil. I. 12, 13.), quod quasi *subsecatur* et subtrahitur gravioribus et legitimis negotiis et in alias res obiter impenditur.“ *Henrichsen.* Alii a *succidendo* ducunt et *succisivum* scribi iubent: v. Harless. ad Cellar. Orthogr. p. 364. Spalding. ad Quintil. l. c. et praef. vol. I. p. LXXX. Putant enim vocabulum *succidaneus* et origine et significatione esse affine; quod posterius totum secus est. *Subsicivus i* litera scriptum *insiciae* et *prosiciarum* similitudine et Isidori auctoritate Origg. XV. 13. tutum est legiturque in rescripto Domitiani n. 3118. p. 36. t. II. inscr. Orelli, et in titulo apud Gruterum p. 1081. n. 2., quem emendatiorem edidit Graevius: ut de librorum scriptorum documentis taceam.

XC. 365. *qui puer in forum venérim*] C. Carbonem annos unum et viginti natus accusavit; v. ad I. 26, 121. et Hist. Eloq. R. p. LXXI.

367. *opus hoc censorium est*] „hoc est factum, in quo notando censoris munus versatur, factum nota censoria dignum. Gell. XIV. 12: *si quis agrum suum passus fuerat sordescere — non id sine poena fuit, sed opus erat censorium censoresque aerarium faciebant;* et Varro apud eundem XIV. 7: *opus censorium fecisse existimatos, per quos eo tempore* (ante exortum aut post occidentem solem) *senatus consultum factum esset.*" *Henrichsen.* Est haec significatio deflexa a prima vocabuli vi, qua *munus* s. *negotium* dicitur, cui quis faciendo aut natura aut cultu aut dignitate aut magistratu gerendo constitutus intentusve est. Cave enim credas ipsum peccantis factum a censore castigandum *opus censorium* dictum est. Verba sic ordinanda sunt: *hoc est opus censorium* i. e. in ea re coërcenda castigandaque censor opus suum facit; sic etiam *id committere* non significat *delinquere quod censor coërceat,* sed *committere, ut censori causa operis faciendi detur.* Plura de *opere censorio* dederunt Casaubonus et Ernestus ad Sueton. Caes. 41., sed causam significandi non sane enucleate prodiderunt.

quam homini censorio conveniat] praestantissimam Stephani et Lambini scripturam nemo profecto sequi gravatus esset, si de librorum scriptura constitisset, iureque Orellius iudicavit in vulgata interpretis manum agnosci videri, dum constaret illam non esse docti coniecturam. Haec suspicio cognitis copiis Lagomarsinianis evanuit. Profecto vulgaris scripturae sententia tam turpiter inurbana est, ut Crassum graviter offensura fuerit, praesertim cum adolescens de sene et honorato loquatur.

M. TULLI CICERONIS

DE ORATORE

LIBER TERTIUS.

CAP. I.

1. Prooemium libri primis quatuor capitibus continetur. Summa eius in laudanda oratorum clarissimorum eloquentia versatur, id quod maxime perspicitur considerando c. 4, 16.; quo loco lectores suos cavere iubet Cicero, ne ieiuniorem Antonium pleniorem Crassum fuisse credant, quam a se inducantur; utrumque enim suo genere summum fuisse. Et ad fidem huius rei faciendam ex Crassi et Philippi consulis altercatione verba illius in defendenda senatus auctoritate gravissima et vehementissima apponit. Ab his admirandis et deplorandae mortis tanti viri et praedicandae deorum in eo benevolentiae causam sumit, quod foedissimae rei publicae stragi opportune ereptus sit.

2. *extremo ludorum scenicorum die*] de hac colloquii occasione expositum ad I. 7, 24., de Philippo et ibi et ad II. 54, 220. Muellerus tacite ascivit Talaei sententiam ludos Romanos eosdem dictos esse *scenicos*, quod prodirent actores tragici et comici; quippe Romanorum mentio facta erat I. 7, 24. At certum est ludos Romanos multo ante scenicos institutos celebrari solitos et antiquitus quidem solis cursibus circensibus. His luxu increbescente cetera ludorum genera adiecta. Etiam hic ex verbis Ciceronis effici videtur scenicos ludorum finem fecisse.

vocatu Drusi] „Varro in epistola ad Oppianum apud Gellium XIX. 7. docet qui fuerint, per quos more maiorum senatus haberi soleret, eosque nominat dictatorem consulem praetores tribunos plebi interregem praefectum urbi; neque alii praeter hos ius fuisse dixit facere senatus consultum; quotiensque usu venisset, ut omnes isti magistratus eodem tempore Romae essent, tum quo supra ordine scripti essent, qui eorum prior aliis esset, ei potissimum senatus consulendi ius fuisse. Tribunis quidem adeo adversus consulis voluntatem licuisse senatum cogere multis exemplis constat, idque ius Dionysius X. 31. primum L. Icilium tr. pl. a. u. 298. sibi sumpsisse dicit.“ *Henrichsen.* Illud de Philippi vel audacia vel libertate, quod alium sibi senatum videndum esse dixerit, paulo mutatum narrat Valerius Maximus VI. 2, 2. Habet etiam Crassi dictum negantis illum sibi consulem esse, cui ipse senator non esset.

3. *ut saepe — constare vidi*] sermonem non satis ex lege grammatica constantem defendit anacolutho Augustus Matthiae comm. de anacol. in Wolfii Anall. lit. II. p. 9., suntque eius haec verba: „*sic esse tum iudicatum* pro *sic est tum iudicatum*, sed haec ex enuntiatione secundaria *constare vidi* suspendit.“ Similis anacoluthi exempla Henrichsenus affert Rp. I. 37. p. 152 Mr. et Off. I. 7, 22., de quo loco conferri potest Beierus p. 50. et Gernhardus excurs. ad Off. p. 449. Quanquam mihi quidem nec *constare vidi* nec *audivi* subaudiendum videtur, sed repetendum potius *constat* ex infinitivo. Quod si non adderetur *omnium consensu*, distinguendum post *saepe* dicerem, et verbis *ut saepe* a tenore sententiae separatis sic componenda sequentia: *constare vidi sic esse tum iudicatum.* Ut nunc est, aliquid iners et supervacaneum in sententiam inferremus.

cuius ordinis — patrimonium dignitatis] de his genitivis explicui ad I. 51, 219. Quanquam longe facillime hic duo genitivi defenduntur: cum quod *dignitas* epexegesin quandam *patrimonii* continet, dicitur enim senatus patrimonium, quod est dignitas s. dignitate constat, tum propter plurima duobus genitivis interposita.

4. *pigneribusque ablatis*] Gellius XIX. 7. ex Varronis epistola ad Oppianum haec habet: *de pignore quoque capiendo disserit deque multa dicenda senatori, qui, cum in senatum venire deberet, non adesset.* „Senatores aliique, qui magistratibus maioribus, si adesse iussi erant, non parebant, vel qui horum magistratuum dignitatem negligebant, pignoribus captis et multa coërcebantur, quod ita intelligendum videtur, ut primum quidem pignora eius, qui magistratui dicto audiens non fuisset, ablata fuisse credàmus, deinde causa cognita multam ei irrogatam eaque soluta (interdum etiam iussu populi remissa, Liv. XXXVII. 51.) pignus redditum, non soluta concisum vel, ut alii volunt, venditum fuisse. V. Cic. Phil. I. 5, 12. Legg. III. 4, 11. Liv. III. 38. XLIII. 16. Plin. epp. IV. 29. Suet. Iul. 17. ibique intpp.“ *Henrichsen.*

cum̄ sibi illum consulem] Valerius Maximus VI. 2, 2. lictorem a Philippo in Crassum immissum et ab hoc reiectum narrat. Verba Crassi apponit tanquam acriter dicti exemplum Quintilianus VIII. 3, 89. et alio consilio iterum XI. 1, 37.

L. Crassum] praenomen addi debuit, ut iam ante nos Henrichsenius fecit. Non patitur enim optimae aetatis consuetudo omitti, cum quis se cum dignitatis quodam sensu aut alios honoris causa appellat; qua re magistratuum maxime nominibus haeret. Non igitur male de hac re sensit Goerenzius Acad. II. 25, 80. Cum Brutum quamvis familiarem honoraret libro mittendo, Cicero dixit sese *M. Bruto negare roganti noluisse* Or. 41, 140. Cum Caecilium Verris olim quaestorem paulo honorificentius alloqueretur, *Q. Caecili* dixit Divin. 6, 20., sed omisit praenomen contemptim eundem tractans 8, 27. 11, 35. Honorifice P. Sullae patronus *Q. Hortensius* appellatur Sull. 2, 6.; propter magistratus, quos gererent, *C. Claudio consule de C. Carbonis* (tribuni) *seditione referente* Legg. III. 19, 42. cf. Sull. 10, 30. Prov. Coss. 8. 9. 10. Sed plena omnia exemplorum. Cum ignobili homine M' Curio compositum nomen Crassi praenomine carere non potuit de Or. II. 32, 140. Addendum

propter hanc legem praenomen *P.* Servilio Phil. XIII. 21, 50. *L.* Lucceio Att. V. 21, 3. quo loco quidem iam ex addito patris nomine (*Lucceius Q. F.*) necessitas corrigendi constat. Clarum igitur est adiiciendum esse, si quando nomen cum alio vel pluribus, quae id indubitate pro se ferunt, pari dignitate coniunctum profertur. *M. Marius Gratidianus* cum *L. Sergio Orata* commemoratur de Or. I. 39, 178.; codd. Lg. omnes praeter 13. *M.* addunt, cuius vulgo omittendi prona occasio erat. Bene scripsit Orellius *C. Cethegus* Catil. III. 3, 6. *C. Cornelio* Sull. 2, 6.; bene Madvigius *Sp. Cassius Sp. Maelius M. Manlius* Phil. II. 34, 87., cum *Maelius* vulgo privaretur praenominis honore. Idem faciendum ob eandem causam omisso *A.* in *A. Atilii Calatini* nomine coniunctum *L. Caecilii Metelli* arguit Cat. M. 15, 61. Male Facciolatus *M. Marcello* pronomen P. et Cn. Scipionibus additum detraxit Off. I. 18, 61. Nec magis ferri possunt *P. Scaevolae et Coruncanio* Legg. II. 21, 52. *Piso — gloriatur se brevi tempore perfecisse, ne A. Gabinius unus omnium nequissimus existimaretur.* Prov. Coss. 5 extr. Illo enim loco scribendum *Ti. Coruncanius*, hoc *Gabinio* adimendum praenomen, qui summis contumeliis a Cicerone in Pisonem dicente affectus perpetuo caret praenomine: v. c. 1. 6. 7. Aliud plane ac diversum est in eadem oratione c. 10: *vos enim, ad quos literas L. Piso de suis rebus non audet mittere; qui Gabinii literas — condemnastis.* Hic enim perfunctorie commemoratur, ille ex provincia proconsul de rebus suis scripserat; nominatur igitur iusto nomine. Apud Livium XXII. 53, 1. aut *Q. Fabius* scribendum, qui cum aliis tribunis militaribus praenomine non destitutis componitur, aut scriptor ignoravit quale fuerit; item corrigendo inferenda *C. Claudius* XXV. 2, 5. *Q. Fulvius Flaccus* XXVI. 10, 1. Hoc quidem loco iunctis nomine et cognomine praenomen abesse minime decebat. Est etiam, ut addatur praenomen, cum aliquis cum insigni indignatione appellatur, cum dicens quasi cavet, ne ille cum alio eiusdem nominis homine confundatur. Sic Cicero dixit: *quis ignorat Achaeos ingentem pecuniam pendere L. Pisoni quotannis?* Prov. Coss. 3 pr. —

Sed omittitur praenomen, primum cum plura eadem dignitate nomina eo carent. Male Ernestus *L. Paulus* scripsit Catil. IV. 10, 21., cum una commemorati Scipio uterque et Pompeius solo nomine appellentur et addita nobilitas victoria de rege Perse parta virum satis designet. Deinde uti eo non decet in allocutione familiari. De Or. II. 30, 130. *L. Crasse* circumferebatur; sustulimus *L.* in alloquendo eo viro nusquam repertum alias nec in meis libris lectum. Pessime Orellius et contra invictam quidem libri Medicei auctoritatem *M. Pomponi* dedit Att. III. 19, 3. Vix verum esse *C. Vellei* N. D. I. 24, 66. sibi persuadebit qui similes locos I. 26, 72 et 74. 35, 98. 39, 108. 40, 111 consideraverit. Porro abstinuerunt praenomine Latini, cum adeo nota hominis memoria est, ut non opus sit accuratius eum designare. Cic. Prov. Coss. 8 med.: *At non Ti. Gracchus — tantam laudem est adeptus, quod tribunus plebis solus ex toto illo collegio L. Scipioni auxilio fuit inimicissimus et ipsius et fratris eius Africani iuravitque in concione se in gratiam non rediisse.* Quanquam in hoc genere res ita est incerta, ut addi et omitti praenomina in levi discrimine sensus potuerint. Velut hoc loco si propter paritatem etiam alteri fratri addidisset *P.*, quis reprehenderet? Sed abest certe, cum quis contemptim aut perfunctorie loquitur. Bene plerique editores *Lucium* a Vargunteii senatoris nomine abire iusserunt, addi autem *Quintum* Hortensio consulari et oratori, Sull. 2, 6. Abest etiam, cum quis in alterum iratus invehitur; velut Accus. Verr. I. 30, 77., ubi quid inter *Dolabellam Verremque* et *Cn. Carbonem* iunctim commemoratos intersit sententia docet. Tale est etiam illud notissimum: *Quo usque tandem abutere, Catilina, patientia nostra?* Omnium autem maxime usitatum est, cum idem nomen saepius ponitur oratione necessario ad illud redeunte: cuius rei plus centum exempla ex solis Verrinis peti possunt. Iterare praenomen in tali sententia ineptae diligentiae foret. Quin neglecta etiam paritatis lege omissio pronominis est ubi recte admittitur. Legitur in Rep. I. 19: *placuit Metello et P. Mucio*; apte, cum Q. Metellus Macedonicus

intelligatur Scipionis in re publica gerenda adversarius perpetuus, ut et facile constet quis ille sit, quod in pluribus Muciis non aeque perspicuum erat, et honos viro amico debitus inimico detrahatur. Quam prudenter haec Cicero dispenset et quam elegans etiam in eis, quae parem causam habere videantur, discrimen observet, docebunt orationes p. Roscio Am. 9. Div. in Caecil. 10. Sull. 5. Apud Tacitum autem haec promiscue habentur et ea aetate ne in publicis quidem monumentis observabantur, quod senatus consulta *Hosidio Geta C. Vagellio* et *Volusio P. Cornelio Coss.* facta ostendunt, apud Reinesium Inscr. p. 475. et 476.

II. 5. *secutus est*] post haec verba distinxi. Quae statim sequuntur, *ornatissimis et gravissimis verbis* sic explicanda sunt, ut subaudiatur post ea *et his quidem*; senatus enim gravissimis et ornatissimis verbis sequi non potest, cum ipse nihil loquatur universus, sed singuli senatores sententiam dicentes.

praescriptis] auctoritatum praescriptarum exempla Cicero servavit Divers. VIII. 8, 3., ad quam epistolam commentatus primus eam rem explicuit Manutius. Sic enim dicuntur nomina senatorum, qui scribendo cum affuissent, praeponi senatus consultis solebant. *Auctoritas* enim de sententia senatoria usitatum; non universi modo senatus, sed etiam singulorum. Tacitus Ann. II. 32: *Gallus Asinius et Papius Mutilus et L. Apronius decrevere: quorum auctoritates adulationesque rettuli.*

6. *quam quasi exspectantes*] minime necessaria, immo elegantiae sensus noxia est Schuetzii coniectura *quem*. Solemus enim cum tristi quadam solatii capiendi spe ea loca identidem invisere, quibus cum hominibus consuetudini nostrae ereptis saepe convenimus dicentesve et negotium agitantes cognovimus, et quasi rursus eos visuri auditurive simus exspectare. Nec sane exspectabat Cicero formam et corpus Crassi, sed vocem potius et eloquentiam, quam in eo potissimum admirabatur: quod recte animadvertit Matthiae apud Seebodium in Misc. Crit. I. p. 682. — Nota est nec sane falsa veterum de cycnis in morte canentibus opinio: v. Io.

Henr. Vossii *Mythologische Briefe* vol. II. p. 94. Antiquissimus eius auctor Plato in Phaedone; v. l. c.

7. *aut ante*] correxi ex bonis codd. vulgatum *et ante*. Quippe *frangi* et *corrui* connexa sunt arctiore causarum et consequentium vinculo; sequitur *obrui* spes etiam *in medio cursu*, simili repetito a nave, quae mari mersa perit, cum prius illud a cursu quadrigarum sumptum sit. *Aut* in *et* saepius mutatum est temere atque iniuria. De loco de Or. II, 77, 315., quo legebatur *exordium vulgare et commune*, illic explicuimus. Non rectius habet illud c. 49, 190: *neque sunt haec rhythmicorum et musicorum acerrima norma dirigenda*. Ex libris correxi *aut musicorum;* non sunt enim rhythmici eidem, qui musici. Significantur enim numerorum indagatores et artifices; numeri autem non musici modo sunt, sed etiam metrici, quibus utuntur in carminibus poëtae, et saltationum, quorum et in sacris et in scena summus usus erat; v. Quintilianum IX. 4, 51. coll. 54.; idem in latinum *numeri* vocabulum cadit, quo Cicero ῥυθμόν reddidit Or. 20, 67. *Aut* pro *et* dici visum Off. I. 11, 9. quosdam offendit: v. Heusingerum; de significatu autem Hand. in Tursell. I. p. 535. Stuerenburg. ad Cic. Arch. p. 22. De confusis *et ac atque aut* consuli etiam Cortius ad Sall. Iug. 82, 2. et Heusingerus ad Off. III. 6, 13. 13, 3.

rei publicae dignitate] explicant dignitatem ex re publica bene administrata. Sed neque Ernestus docuit genitivum sic posse dici, neque id ex eis sequitur, quae Matthiae ad Manil. 15, 43. et Beierus ad Off. III. 8, 36. disputaverunt, quaeque et distinximus et auximus ad I. 60, 256. Quippe Cicero suus ipse interpres est proxime sequentibus. Cum censuram Crassus gessisset annis 661. et 662., is, quo habitum fingitur hoc colloquium, primus futurus erat ab honorum perfunctione. Quod si ei contigisset, etiam a causis et iudiciis abstinere et soli sententiae senatoriae operam dare constituerat. Eius enim post M. Scaurum exacta aetate senem haud dubie princeps Crassus futurus erat. Senatus autem rei publicae regendae tanquam commune civitatis consilium praeest, eiusque principium in primis est *dignitas*

non tam honoribus, quam negotiorum publicorum peritia parta. *Reipublicae* igitur praecise dicitur et dignitas est *rei publicae regendae*, quae eadem statim vocatur *summa auctoritas.*

8. *rei publicae*] vulgatam scripturam interpretantur *casus rem publicam insecuti sunt* s. *afflixerunt*, et sane haec posterior ratio ad sententiam una convenit, prioris et viam et exemplum desidero nec minus ἄκυρον puto *casus rem-publicam insequi*, quam *sequi* dici. Scribendum *rei publicae*, quod male intellecto scribendi compendio cessit. Ceterum totum locum de Crassi felicitate non tam vehementibus quidem, sed pluribus verbis a se ipse Cicero expressit et ad Hortensii mortem deflendam transtulit prooemio Bruti c. 1. 2.

flagrantem Italiam bello] Marsico s. Italico. De hoc chiasmi genere disserui ad I. 1, 1. *Ardebat invidia* senatus, quod eius pertinacia in civitate sociis non concedenda Italia ad arma excitata esse putabatur; eiusque *nefarii sceleris rei* plerique principes civitatis rei erant lege Varia: v. Appianum I. 37. Cic. Brut. 89. nostra ad I. 25, 117.

luctum filiae — exsilium generi] Licinia Crassi et Muciae filia nupserat P. Scipioni Serapionis, qui Ti. Gracchum sustulit, nepoti: v. Cic. Brut. 58, 211. Hunc igitur ipsum quoque lege Varia pulsum esse consentaneum est. A Muellero cum L. Scipione cos. 671. confunditur, qui a Sulla exercitu exutus, sed propter nobilitatem incolumis dimissus Massiliam se contulit.

C. Mari fugam] cum lege P. Sulpicii (a. 666.) imperium belli Mithridatici Sullae ademptum et Mario mandatum esset, Sulla cum exercitu Nola profectus urbem cepit. Sulpicius cum aliis eiusdem factionis in fuga interfectus est, Marius Minturnensium paludibus, ubi latuerat, extractus, sed cum Gallus ad eum in carcere interficiendum missus maiestate viri territus fugisset, publice in navem impositus in Africam pervenit. Liv. ep. LXXVII. Vell. II. 19. Plut. Mar. 35. Appian. B. Civ. I. 55. sqq.

post reditum eius caedem] L. Cinna cos. cum Cn. Octavio a Sulla relictus a. 667. cum perniciosas leges tulisset de

sociis in veteres tribus distribuendis urbe pulsus exercitu Octaviano corrupto et Mario ex Africa revocato in urbem rediit. Quorum adventu caedes ita crudelis facta est, ut Sullanae soli cederet; interfecti Cn. Octavius L. Merula coss. Q. Catulus L. et C. Caesares M. Antonius orator. V. Liv. epit. LXXIX. LXXX. Vell. II. 20. Plut. Mar. 41. Appian. B. Civ. I. 64 sqq.; quorum auctoritates excitavit Henrichsenius.

III. 9. *et quoniam*] hanc sententiam duobus locis correxi. Primum scripsi *et quoniam*. Vulgata lectio *sed quoniam* eius est, qui a prooemio leniter et sedate deflectit ad propositum, *et* animi acerba memoria magnarum cladium graviter concitati et impatienter abrupta illa narratione reditum ad disputationem parantis. Deinde *suscepimus* intuli pro *coepimus*, quod minime convenit in colloquium, cuius pars longe maior prioribus libris iam absoluta est.

Q. Catulum] Marius enim furens ira et invidia necessariis deprecantibus non semel, sed saepius respondit: *Moriatur:* v. Cic. Tusc. V. 10, 56. Plut. Mar. 44. De mortis genere, quo periit, exposuerunt Velleius II. 22. Valerius Maximus IX. 12, 4. Plut. l. c. Appian. I. 74. *Deprecandi* verbum explicui ad II. 49, 201.

10. *M. Antoni*] amici imprudentia et cauponis perfidia proditus interiit etiam milites ad caedem missos eloquentia moratus: v. quos auctores excitavimus in Hist. Eloq. R. p. LXV. Constantem in primis in consulatu civem egerat Sex. Titio tribuno, qui Saturnini consilia repetebat, frangendo: v. ad II. 11, 48.

manubiis] Gellius XIII. 24: *aliud omnino praeda est, ut in libris rerum verborumque veterum scriptum est, aliud manubiae. Nam praeda dicitur corpora ipsa rerum, quae capta sunt, manubiae vero appellatae sunt pecunia a quaestore ex venditione praedae redacta.* „Templa simulacra porticus aliaque monumenta de manubiis exstructa saepe commemorantur: v. c. Cic. Verr. Accus. I. 59, 154. Agr. II. 22, 59. Rep. II. 17. Liv. X. 46. Gell. l. c. Val. Max. VIII. 14, 2. Illae

autem *imperatoriae* manubiae ipsius Antonii fuisse videntur: v. ad I. 18, 82." *Henrichsen.*

C. Iuli caput] is, cum in agrum Tarquiniensem fugisset, a Sextilio quodam, quem gravissimi criminis reum olim defendisset, proditus est. Quanquam Florus in propriis penatibus interfectum tradidit III. 21. Contrarium testantur Val. Max. V. 3, 3. Asconius ad Scaur. p. 145. ibique cf. Beierum; Appian. B. Civ. I. 72. Eius frater L. Iulius Caesar, cum cos. a. 664. adversus Samnites vario eventu pugnasset, post legem de civitate sociis danda tulit (Cic. Balb. 8, 21.), et censor cum P. Crasso fuit a. 665 (Cic. Arch. 5, 11.). Valerius Maximus eum ad bustum Q. Varii trucidatum tradit IX. 2, 2.

P. Crassum] is consulatu cum Cn. Lentulo gesto a. 657. ex Hispania triumphavit (Ascon. ad Pis. 24, 58.). Appianus l. c. a Cinnae et Marii satellitibus interfectum narrat, sed adversatur Cicero et hic et in Sextiana 21, 48. Scaur. p. 141 Beier. ibique v. Asconium. Pater erat M. Crassi Divitis.

collegae sui] Q. Mucii P. F. Scaevolae, cum quo consulatum gesserat a. 659. Cum Sulla ex Graecia redux ubique Marianos vicisset, dum C. Marius C. F. ad Sacriportum pugnabat, L. Iunius Damasippus praetor omnem, quae in urbe aderat, nobilitatem trucidavit: Liv. ep. 86. Vell. II. 26. Appian. I. 88. Haec ex Henrichsenianis excerpsi.

C. Carbonis] *C. Papirius Carbo Arvina* orator non mediocris (Cic. Brut. 62, 221. 89, 305. 90, 308.) praetorius cum nobilitate trucidatus est a Damasippo. Solus enim ex Papiriis plebeiis civis e re publica fuit, quem ad modum eum vocat Cicero Divers. IX. 21, 2.; id est optimatium partes secutus est. Narrant eius mortem Cic. Brut. 90, 311. Vell. II. 26. Val. Max. IX. 2, 3. Appianus l. c. cf. Manut. ad Divers. l. c. *Inimicissimus* Crasso erat, quod hic ipsius patrem accusaverat: v. Hist. Eloq. R. p. LXXI. cf. Val. Max. III. 7, 6.

11. *Crasso se dicarant*] honorem Crasso quaesiturus rem auget Cicero. Ex Bruto enim 55, 203. scimus Cottam imitari studuisse Antonii vim, Sulpicium Crassi leporem, quippe utrumque quid ipsi deesset sentientem: neuter tamen id, quod cupiebat, assecutus est.

Cotta — Sulpicius] v. ad I. 7, 25. Henrichsenius scite animadvertit ipsum quoque Sulpicium, quin lege Varia (v. ad I. 25, 117.) reus fieret, non multum abfuisse, idque ex verbis *qui in eadem invidiae flamma fuisset*, intelligi. „In tribunatu capitali odio cum Q. Pompeio Rufo consule a. 666., quocum coniunctissime et amantissime vixerat, dissedit (Cic. Lael. 1, 2.) atque consulibus Pompeio et Sullae vim inferre conatus est; quin Pompeii filium eundemque Sullae generum per emissarios factionis suae interemit: Liv. ep. 77. Vell. II. 18. Appian. B. Civ. I. 56. A senatu auctore Sulla hostis iudicatus cum in quadam villa lateret, indicio servi sui retractus et occisus est, caput in rostris positum; servus, ut praemium indici promissum haberet, manu missus, sed ob scelus proditi domini de saxo deiectus est. Liv. l. c. Plut. Sull. 10.“ *Henrichsen.*

12. *atrocitate mortis*] hic non proprie dicit *atrocitatem*, sed figurate. Inest enim in sententia figura metonymiae, cum significetur *mors atrox*. Trita est et a multis, in primis illis, qui latine scribendi doctrinam explicare professi sunt, decantata sententia Latinos scriptores magis rebus aspiciendis et depingendis, quam rerum notionibus et argumentis cogitandis intentos amare ipsarum rerum vocabula ponere, cum nobis *mentales* s. *abstractas* notiones magis familiares sint. Hoc sic tantum verum est, ut hae notiones figurae ne serviant. Haec enim si eis provincia demandata est, Latini vocabulis mentalibus longe liberius utuntur, quam nos. Id vel hic locus docet. Quis nostrum diceret *die Grausamkeit des Todes*, nisi ipsam atrocitatis notionem significaturus, non mortem atrocem? Ita *exemplorum vetustas* pro veteribus exemplis dicitur Arch. 6, 14. *opinionis levitas confutata* i. e. levis opinio: ipsa enim levitas confutari non potest, N. D. II. 17, 45. *herbescens viriditas* pro viridibus herbis Cat. M.

15, 51. *proceritates arborum* pro multis arboribus proceris, ib. 17, 59. *numerare artium multitudinem* Off. II. 4, 15. *τὰς τέχνας οὔσας πολλάς*. *succedere tantae caritati Hieronis* Liv. XXV. 5, 1. v. Gronovium. *descendere ad hanc rerum tenuitatem* Quintil. I. 4, 7. Tale est etiam, quod hominibus nullo venustatis sensu praeditis suspicionis causam praebuit, Horatii illud Carm. I. 23, 5: *adventus foliis veris inhorruit;* i. e. ver adveniens folia inhorrescere fecit, effudit in ea horrorem i. e. tremorem.

IV. Iam Crassus pomeridiano tempore eius diei, quo prior disputatio habita erat, rem aggressus unam esse, qualicunque de re quis loquatur, eloquentiam dicit; posse tamen, ut in statuaria pictura poësi, probari in eodem artis genere dissimillima: cuius rei Africanum Laelium Galbam Carbonem Catulum Caesarem Cottam Sulpicium denique semet et Antonium exempla affert. Id se praefari, ut auditores sui non perfectissimum quidque, sed id, quod ipsi maxime probaretur in dicendo, exspectent (c. 5 — 10, 37.) Dicendum igitur esse Latine plane ornate apte ad id, quod agatur. Harum partium primam, quoniam puerili institutione tradatur poëtarumque et oratorum lectione expoliatur, uberioribus praeceptis non egere. In pronuntiando autem cavendum, ne aut putidius negligentiusve aut exilius graviusve anhelantes loquamur; male etiam quosdam rusticitatem quandam tanquam antiquitati similem sectari; omnem autem pronuntiandi gratiam uno *urbanitatis* vocabulo optime indicari (c. 10, 38 — 13). Non magis explicatione egere quid sit *plane* dicere; nec id admirari quemquam. Sed qui *apte et ornate* dicere velit, ei omnis generis prudentiam et scientiam conquirendam. Et hac occasione data a proposito ita evagatur, ut apud Graecos pariter ac Romanos veteres prudentiam cum eloquentia coniunctam fuisse demonstret; poëtarum autem geometrarum philosophorum studia post eos florere coepisse, qui res publicas consilio et facundia regerent. Post Socratem demum ineptum et inutile linguae quasi et cordis discidium exstitisse, cui tot philosophorum sectae, Academici Stoici Cyrenaici Epicurei ortum debeant. Quod

si quis ex illorum placitis ad eloquentiam proficere velit, Carneadis illam aut Aristotelis doctrinam cognoscendam; ceteros philosophos ab oratore non in dicendo tantum, sed etiam in disputando longe superari, cum quaestiones philosophicae de vita moribusque hominum regendis ne ab oratoris quidem provincia tam alienae sint, quin acutis ingeniis reperiantur et percipiantur (c. 13 — 21). Aliter enim disci ad usum, aliter ad totius vitae quandam occupationem. Sed certe, ut quis bene dicat, summo rerum apparatu opus esse, nec posse, nisi qui illum hauserit, perfectum oratorem fieri (c. 22 — 24).

13. *pertulimus ac sensimus*] quid de hoc loco nobis videatur exposuimus in Comm. Cr. ad II. 33, 144. Mox de nostra correctione *tam praecipitisque* consule scripta in explicationibus ad I. 1, 2.

clarissimorum hominum atque optimorum virorum] Schuetzio delendum videbatur *hominum*, quippe quod abundaret; cuius rei plura Ciceronis, quanquam omnia ex epistolis, exempla collegit Wyttenbachius in Bibl. Cr. Vol. III. p. 12. pag. 63. Sed non omnia ex eodem genere sunt. Sunt enim, in quibus discrimen nominum nullum videtur intelligi posse, id quod in hunc locum, quem tractamus, minime cadit. Divers. IV. 8: *neque monere te audeo praestanti prudentia virum nec confirmare maximi animi hominem.* Uno satis erat, nisi sententia duobus verbis et particula *nec* membratim divisa variari orationem fecisset. VII. 5: *probiorem hominem meliorem virum pudentiorem esse neminem*, quo loco superadditum *pudentiorem* de discrimine cogitare prohibet. p. Quinctio 15 med.: *quid homini potest turpius, quid viro miserius aut acerbius usu venire?* Tusc. I. 19, 44: *Epicurus homo minime malus, vel potius vir optimus.* Sed longe aliter pleraque dicuntur. Solet enim in naturae aut fortunae bonis *homo* dici, ut cum honestas ingenium nobilitas gesta alicuius laudantur: sed *vir*, cum mens alicuius in re publica gerenda aut fortitudo praedicatur, deinde cum universe bonus civis iudicatur esse; itaque illud mores privatos, hoc publicam vitam spectat. Ita hoc, unde egressi sumus, loco

clarissimi homines quippe gestis et maioribus, et *optimi viri* quippe patriae amantes et fortes diversa utrinsque vocabuli sententia eidem dicuntur. Vide alia. Cic. Att. IV. 6. *virum bonum et magnum hominem.* VII. 4: *frugi hominem ac, ne libertinum laudare videar, virum bonum.* Quippe haud facile cadit in eius sortis hominem, ut vir bonus esse possit. XII. 49: *Caesaris — viri optimi et hominis liberalissimi.* Divers. II. 14: *M. Fabio viro optimo et homine doctissimo familiarissime utor*; si Ciceronis est haec epistola. VI. 4: *sermo cum familiarissimi hominis tum optimi et prudentissimi viri.* ib. 9: *patre eius claro homine et forti viro plurimum usi sumus.* XIII. 7. extr: *viros optimos homines honestissimos — beneficio — tibi tuisque devinxeris* (Atellanos dicit). 25: *gratum hominem et virum bonum et principem civitatis.* 53: *L. Genucilio Curvo — utor familiarissime optimo viro et homine gratissimo.* 55: *apud ipsum gratissimum hominem atque optimum virum.* XV. 9: *ab hominibus prudentissimis virisque optimis — audio.* Rosc. Am. 18, 51: *summi viri clarissimique homines.* Summi viri dicuntur propter meritam in civitate dignitatem. Div. in Caecil. 17, 56: *Caecilio viro optimo et aequissimo homini nuntiatum est.* Vir optimus dicitur cum irrisione; sic enim probum magistratum agere non decebat. Phil. XIV. 3, 8: *optimos viros honestissimosque homines* (Parmenses). Rosc. Com. 6 extr: *eundem et — virum optimum et hominem improbissimum esse diceres.* Fontei 14 m.: *hominem honestissimum virum fortissimum civem optimum dedi inimicissimis — nationibus.* Cluent. 49 pr.: *cum vir optimus et homo innocentissimus pecunia circumventus esse diceretur.* Quod si *viri civis hominis* nomina in unum eundemque conferuntur, *vir* intelligitur *καλὸς κἀγαθός*, *homo ad* consuetudinem privatam pertinet. Cic. Div. V. 21 pr.: *cum esset maior et virorum et civium bonorum et iucundorum hominum — copia.* Est etiam, ubi *vir* fortitudinis et virilis animi significationem referat, *homo* communem humani generis naturam et conditionem spectet. Divers. V. 17 med.: *ut hortarer rogaremque, ut et hominem te et virum esse meminisses.*

15. *cum libros Platonis*] nisi magnopere fallor, etiam ex hac sententia intelligitur Ciceroni id consilii propositum fuisse, ut his libris miram Platonicorum sermonum artem aemularetur.

V. 17. *vultum — obtutumque*] in illa gentium antiquarum vivacitate et magnitudine muneris oratorii mirandum non est, si quidem non dicentes modo, sed etiam meditantes singulari quodam ardore incensi sunt. Is in Ser. Galba adeo vehemens fuisse narratur, ut scribas, quorum alii aliud dictare consuesset, cum cupienti non satis fecissent, etiam verberibus mulcaret: v. Cic. Brut. 22, 88.

in eam exedram] Vitruvius V. 11. a Pearcio allatus: *Constituantur in tribus particibus exedrae spatiosae habentes sedes, in quibus philosophi rhetores reliquique, qui studiis delectantur, sedere possint.* Erant igitur loca spatiosa, rotunda fortasse aut semicirculari forma eminentes ab altera aut utraque parte ex porticibus, quae recta est sententia Wyttenbachii ad Cic. N. D. I. 6.; et errat graviter Goerenzius ad Fin. V. 2, 4. easdem exedras atque hemicyclia esse ratus, certe non diversas nisi fortasse magnitudine. Hemicyclia enim etsi loca cum sedilibus semicirculari forma dispositis significant, tamen ipsa etiam sedilia eo vocabulo dicuntur, quod in exedram non cadit: v. Schneider. ad Vitruv. V. 1. Hinc *exedram* enotavit Nonius p. 107 Merc.

18. *posse debere*] tritum est omitti dici pronomina ad infinitivos: v. Oudendorp. ad Caes. B. G. II. 31, 1. Ruhnk. ad Rutil. p. 41. Hand. ad Wopk. Lectt. Tull. p. 13. Zumpt. ad Verr. Acc. I. 23, 60. Gernhard. opusc. p. 10. Madvig. Emendd. p. 111. Beier. ad Scaurianam p. 127. Sed lubrica res est. Suspicionem enim aliquam fortuitae et negligentis omissionis movet, quod *nos* et *vos* perraro, *me te* longe crebrius, omnium autem saepissime *se* abesse videmus; quippe propter pronomen infinitivo subiici solitum prona erat omittendi causa. Maxime igitur, cum ipse infinitivus in *se* exit aut *esse* asciscit, hoc ut feramus, ex consensu optimorum librorum iudicabitur. Deinde ab hac causa aliena sunt exempla illa, in quibus infinitivus cum

verbo impersonali et dativo colligatur; quis enim hominum dixit *mihi licet me otiosum esse?* Et tamen talia sunt, quae Henrichsenius in documentum advocat, de Or. I. 22, 101. III. 36, 147. Codd. fere omnes *se* omittunt de Or. II. 64, 258., ubi propter ambiguitatem sententiae non obtemperavimus. Certior est bonorum auctoritas III. 32, 127., ubi si meminerimus *sua manu* cum forti sono pronuntiandum esse, fallaci sententiae supplendae specie additum *se* non desiderabimus. III. 40, 162: *sperantis diutius esse victurum.* item II. 33, 142: *est pollicitus ius civile — in certa genera coacturum.* Muren. 3, 7: *qui gravissime et acerbissime ferre dixit.* Vat. 13 extr.: *parum putares testificatum esse:* quanquam *te* ante *testificatum* facile excidere potuit. Div. Caecil. 18, 59: *quod dicturum te esse audio quaestorem illius fuisse.* omissio excusatur, ne exiguo intervallo redeat vox ad intellectum non necessaria; cuius loci par ratio est ac c. 12, 38., ubi vide Zumptium, qui quae ex Verrinis exempla collegit ad Accus. I. 23, 60., his adde II. 33, 81. Nat. Deor. I. 30, 84: *quam bellum erat — confiteri potius nescire quae nescires.* Alia exempla, sed *ἀκρίτως*, coacervat Muellerus ad de Or. I. 22, 101. Illo, quem tractamus, loco nihil ex vulgata scriptura muto, cum is, qui bonorum librorum solus hic lacunosus non est, Lg. 32. a ceteris non discrepet.

19. *subtraxeris*] „iniuria delendum censuit Lambinus verbum *subtraxeris;* recte enim dicitur res verbis detrahi, quia verba sedem habent in rebus; contra, ut lumen removeri solet, eleganter dicitur res lumen habere non posse, si verba semoveris.“ *Schuetz.* Quippe verba fundamento rerum nituntur, quibus velut fulcris subtractis, non possunt constare; sed verba rem illustrant, ut illis remotis argumentum lumine careat.

20. *veteres illi*] veterum philosophorum Eleatici potissimum, Xenophanes Parmenides Zeno Eleates omnia unum esse dicebant. Plato Soph. p. 242, D: *τὸ δὲ πάρ' ἡμῖν Ἐλεατικὸν ἔθνος ἀπὸ Ξενοφάνου τε καὶ ἔτι πρόσθεν ἀρξάμενον ὡς ἑνὸς ὄντος τῶν πάντων καλουμένων οὕτω*

διέρχεται τοῖς μύθοις. Cf. Theaet. p. 180 D. sqq. H. Ritteri Hist. Philos. antiq. vol. I. p. 443 sqq.

complexi plus multo] multi notarunt hic integrum distichon elegiacum Ciceroni elapsum, Taubmannus ad Plaut. Trin. IV. 1. 13. Heineccius fund. stili cult. p. 64. Goerenz. ad Cic. Acad. II. 39, 122. alii. Vetus praeceptum versum ipsum in oratione numerosa quamvis versus similitudinem referente effugi oportere ab Aristotele Rhet. III. 8. profectum illustrarunt Dionysius de comp. verb. c. 25. Cicero de Or. III. 44, 175. Or. 55. et 70. Quintilianus IX. 4, 52 sqq. Quanquam in cursu orationis cum dictae tum scriptae aurem et limam vel elegantissimorum scriptorum versus et versuum membra effugerunt; velut Demosthenes posuit heroum de Cor. p. 247, 143 Bekk.:

τὸν γὰρ ἐν Ἀμφίσσῃ πόλεμον, δι' ὃν εἰς Ἐλάτειαν
ἦλθε Φίλιππος —

et Thucydides I. 13:

ἦσαν ἐπὶ ῥητοῖς γέρασι(ν) πατρικαὶ βασιλεῖαι

II. 49:

φλυκταίναις μικραῖς καὶ ἕλκεσιν ἐξηνθηκός.

senarios iambicos Plato Phaedro p. 247, A:

μένει γὰρ Ἑστία 'ν θεῶν οἴκῳ μόνη,

quem ad modum certe pronuntiabant: plene enim scribi solet *ἐν*; item Apol. Socr. p. 23. A:

καὶ φαίνεται τοῦτ' οὐ λέγειν τὸν Σωκράτη.

Et Hieronymus teste Cicerone Or. 56, 190. in summum numeri oratorii artificem Isocratem inquirendo triginta fere versus collegit, iambicos plerosque, sed et trochaicos et anapaesticos, sed malitiosa arte usus, cum verborum principia et finitiones detraheret adderetque. Plurima utriusque linguae collegere Vossius Rhet. IV. 4, 3. Fabricius Bibl. Lat. II. 389. Ern. et Drakenborch. ad Liv. prooem. 1. Intpp. ad Dem. in Neaer. p. 1345, 4. Funccius de Virili Aet. L. L. I. 2, 7. Spalding. ad Quintil. IX. 4, 52. Hermann. Opusc. vol. I. p. 124. Post hos aliqua sublegam. Notum est Livium ab hexametro dimidio, Tacitum ab integro orsos; de priore iam Quintilianus IX. 4, 74. notavit melius habere

ut scripserit auctor, quam quem ad modum correxerint quidam reprehensores. Idem versuum genus habes apud Ciceronem p. Archia 1, 1:

In qua me non infitior mediocriter esse
Versatum —

Att. II. 18:

Displiceo mihi nec sine summo scribo dolore.

Sallustius Catilina 19, 5:

Gnaei Pompei veteres fidosque clientis.

Iambicum senarium in principio orationis in L. Pisonem nunc deperdito posuit Cicero:

Pro di immortales, quis hic illuxit dies?

Quintil. IX. 4, 76. Diomedes p. 464. P. Crassus a Cicerone reprehensus Or. 66, 222:

Missos faciant patronos: ipsi prodeant.

Tetrametrum trochaicum Domitius Afer apud Quintilianum IX. 4, 31:

Eis (is) *utrisque apud te iudicem periclitatur Laelia.*

Anapaesticum dimetrum cum legitima diaeresi Sallustius Iug. 1, 1.

Falso queritur de natura
Sua —

Quintiliano reprehensus IX. 4, 77.; quanquam tanquam quinque ultimos senarii pedes dimetitur Spaldingius. Haec cum non perspexisset Kritzius, in Gerlachium fuit iniquior. Vituperantur etiam clausulae quasi versus heroici, v. Quintil. IX. 4, 76.; in quo genere illud *esse videtur* studiose fugit Cicero, alia fugere non semper potuit: v. Garatonum et Zumptium ad Cic. Verr. Act. I. 7, 19. Notabilius est, quam ab his notata, illud N. D. II. 9, 25: *terram fumare calentem*, quippe partem dimidiam heroi posteriorem referens: cuius loci correctiones excogitatae sunt infelicissimae. Trimetri clausulam sententiae finiendae non magis idoneam, quam initium incundae, ex Cicerone enotavit Quintilianus nescio unde: *quo me vertam nescio*, IX. 4, 75.

VI. 21. *sed si haec*] qui omitti voluerunt *si* illatum ex §. 22. rati, velut Manutius Gruterus A. Matthiae in

Seebodii Misc. Cr. I. p. 682., hanc ipsam sententiae bis eodem modo conformatae rationem, ut particula retineatur acerrime suadere praeterviderunt. Inest enim in sententia gradatio concluditurque ex difficilioribus de faciliore. Acutissimi, inquit, omnium philosophi res omnes unum idemque corpus efficere dixerunt. Quae sententia si cui spinosior videtur, quam pro captu hominum, etiam Plato ingenuarum certe et humanitatis artium, quas nosse cultiores homines oportet, unum esse societatis vinculum affirmavit. Quod si etiam hoc vulgaris intelligentiae modum videatur excedere, illud certe tenendum est, cum una sit, in quascunque partes evagetur, eloquentia nec eloquens quisquam nisi re cognita esse possit, verba ab argumento dicendi seiungi non posse.

omnem doctrinam] literae insuavissimae (*m*) iusto saepius iteratae exempla quaedam enotarunt Wopkensius Lectt. Tull. p. 31. (22.) et Handius de Stilo Lat. p. 461. — Sententia Platonis illa petita est ex Epinomide p. 992, A: *δεσμὸς γὰρ πεφυκώς πάντων τούτων εἷς ἀναφανήσεται διανοουμένοις*. Eandem, quam hic, sententiam Cicero posuit in Archiana 1, 2: *et enim omnes artes, quae ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum et quasi cognatione quadam inter se continentur.*

22. *nos humi strati*] „h. e. qui ad sublimem illam Graecorum philosophiam de una vi atque consensione naturae vel saltem de omnium artium inter se consensu mentes erigere non possumus.“ *Schuetz.*

23. *sive ex inferiore loco*] id est in iudiciis; sedebat enim praetor ius dicens aut quaestioni praefectus in loco editiore et sella curuli; *ex aequo* senatoriam deliberationem spectat, surgunt enim senatores et ex loco suo sententiam dicunt; *ex loco superiore* pronuntiantur legum suasiones et dissuasiones pro rostris infra in foro congregata multitudine.

sive secum] nullam eloquentiam secum loquentis posse cogitari Pearcius et Schuetzius existimarunt; qua re illa verba uncinis inclusit Muellerus. Sed ne *cum suis* quidem loquentis eloquentia est, si quidem id vocabulum proprie

dicitur; sin amplius et latiore quodam sensu, etiam *secum* quis loquens disertus esse poterit, velut in *μονολογίαις* tragoediarum et comoediarum; de quibus intelligi voluit Orellius. Euripidis certe eloquentiam magnis laudibus tollit Quintilianus X. 1, 68: *dicendo et respondendo cuilibet eorum, qui fuerunt in foro diserti, comparandus:* in *affectibus vero cum omnibus mirus, tum in eis, qui miseratione constant, facile praecipuus.* Non minora de Menandro praedicat et ipso ad oratoris usum gravissimo l. c. §. 69.: *vel unus, meo quidem iudicio, diligenter lectus ad cuncta, quae praecipimus, efficienda sufficiat: ita omnem vitae imaginem expressit, tanta in eo inveniendi copia et eloquendi facultas, ita est omnibus rebus personis affectibus accommodatus.* Quanquam Ciceronis illud etiam de eloquenter philosophantibus videtur intelligi posse.

rivis — non fontibus] eodem modo *fons* et *rivus* inter se componuntur de Or. II. 27, 117: *tardi ingeni est rivulos consectari, fontes rerum non videre.* Top. 8, 33: *partium distributio saepe est infinitior, tanquam rivorum a fonte deductio.*

24. *partis*] qui librorum scripturam defendit, Pearcius, eo argumento usus est, quod *partiri* sit oratoris oratioque *partita* et *partite* dicere saepe legantur. Quasi vero referat aliquando dictum esse aliquid, si quidem hic ad sententiam ineptum est. Est autem ineptum: partitio enim ad plane et distincte quidem dicendum multum confert, ad ornate dicendum nihil, potestque etiam una sola sententia, in quam partitio certe non cadit, ornate dici. Sed *invenire* sententias opus est, ut eas verbis ornatis *exprimas;* idque ipsum hic Cicero dicit.

VII. 25. *vocibus*] „i. e. *sonis;* hoc enim sensu saepius noster vocabulum istud usurpat. Sic I. 42, 187: *numeri et voces et modi*, et III. 48, 185: *in omnibus sonis et vocibus.*“ *Pearc.* Compara Graeca *φωνὰς καὶ φθόγγους* item saepe coniungi solita. Quae paulo prius leguntur *res complures — dignentur* enotavit Nonius v. *dignatus* p. 281. Merc.

26. *Myro — Lysippus*] *Myro* Eleutheris Boeotiae natus Ageladae Argivi discipulus statuarius floruit LXXXVII. (432 a. C.). Ex operibus eius maxime bucula illa excellebat, quae Ciceronis adhuc aetate Athenis erat, sed Procopii aetate Romae in foro Pacis visebatur: v. Proc. de bello Goth. IV. 21. coll. Cic. Accus. Verr. IV. 60, 135. Paulo duriora eius signa Ciceroni visa: v. Brut. 18, 70. De hoc artifice v. Winckelmanni Opp. VI. 1. 64 sqq. Meyer. Hist. artis sculptoriae ap. Gr. vol. I. p. 72. Sillig. Catal. Artif. p. 281 sqq. De Polyclito dictum ad II. 16, 70. *Lysippus* Sicyonius Alexandri aequalis, cui soli hic rex ut se aere fingeret, permisit. Is multa ad artis perfectionem contulisse dicitur a Plinio H. N. XXXIV. 19, 6., capita minora faciendo, corpora graciliora, capillum exprimendo, mutandis quadamtenus legibus *συμμετρίας* a Polyclito constitutis; quae omnia ad elegantiae quandam gratiam signis conciliandam spectant, cum priores artifices id maxime agerent, ut vim mentis et ingenii statuis affingerent. — Cf. Winckelm. l. c. VI. 1. p. 98. Sillig. p. 252.

Zeuxis Aglaophon Apelles] *Zeuxis* Heracleae Magnae Graeciae urbe natus circa ol. XCV. (400 a. C.) floruit; v. Plin. H. N. XXXV. 36. De praestantissima eius tabula Helena v. Cic. Inv. II. pr. Quintilianus XII. 10, 4. luminum umbrarumque ab eo rationem inventam esse dicit, quam rem Plinius XXXV. 36, 3. et Plutarchus de glor. Ath. 2. Apollodoro Atheniensi tribuunt. De hoc artifice consule Winckelm. l. c. VI. 1. p. 89. 2. p. 175. Meyer. p. 151. Sillig. p. 459. *Aglaophon* maior Thasius Polygnoti et Aristophontis pater (Plat. Gorg. p. 448, B. Ion. p. 432, E. Pausan. X. 27 extr.) vixit circa ol. LXX. (500 a. C.); veri simile igitur est ex coniunctis Aglaophontem minorem a Cicerone significari, maioris nepotem, qui circa ol. XC (420 a. C.) floruit secundum Plinium H. N. XXXV. 36; Cf. Quintil. XII. 10, 3. Athen. XII. p. 534. D. Meyer. p. 55. et 147 sqq. Sillig. p. 22 sqq. Boettiger. Archaeol. artis pict. I. p. 269. *Apelles* pictorum princeps ab Ovidio et Plinio XXXV. 36, 10. Cous, a Suida Colophonius, a Strabone XIV. p. 642.

et Luciano vol. III. p. 127. Ephesius appellatur. Alexandri aequalis erat, et ab hoc solo rex ille pingi volebat. Sed non solum arte excelluit, sed etiam doctrina voluminibus editis, quibus de arte exposuit: v. Plin. l. c. Coam Venerem imperfectam reliquit nec quisquam eam absolvere ausus est (Cic. Off. III. 2, 10.) V. Sillig. p. 60. Meyer. p. 178 sqq. — Horum pleraque ex Henrichsenii collectaneis excerpsimus.

27. *Ennius — Accius*] De Ennio dictum ad I. 34, 154. de Pacuvio ad I. 58, 246. *L. Accius* (de nomine eius scribendo v. Comm. Cr.) libertino genere natus Mancino et Serrano Coss. (a. 170 a. C.). triginta annos natus cum octogenario Pacuvio tragoedia committenda certavit (Cic. Brut. 64, 229.). Admodum senem obisse ex eo scimus, quod Cicero cum eo collocutum sese dicit Brut. 28, 107. Virium Accio plus tribui, Pacuvium videri doctiorem, qui docti esse affectarent, voluisse Quintilianus tradit X. 1, 97.; quod iudicium iam antiquiore tempore receptum fuisse Horatii versus ostendunt Epp. II. 1, 56. — De tribus tragicis Graecis hic dicere nihil attinet.

28. *aspicite nunc — atque naturas*] vix adducar, ut haec sana esse credam. Non urgebo illa verba *quorum de facultate quaerimus* plane eadem sententia praedita esse, qua sequentia *oratorum studia atque naturas*. Sed molestum est propter genus loquendi incertum atque ambiguum, *quaerimus*; oportebat enim *hic quaerimus*, *hoc sermone*, *nunc potissimum* vel simile quid. Deinde male turbatus verborum ordo videtur, quod illa: *quid intersit inter oratorum studia atque naturas*, quae necessario pendent a verbo *intuemini*, interposita sententia relativa *quorum de facultate quaerimus* a regimine suo dirimuntur. Rectius haec procederent, si omissis verbis otiosis scriberetur: *aspicite nunc atque intuemini quid intersit inter oratorum studia atque naturas*. Nam si servatis illis transpositionem tentaris: *aspicite nunc eos homines, quorum de facultate quaerimus, atque intuemini quid intersit inter oratorum studia atque naturas* —, et manet illa de

nimis infinite dictis *quorum de facultate quaerimus* dubitatio et molestum est eosdem *homines* et *oratores* dici.

Isocrates] v. ad II. 3, 10. de *Lysia* ad I. 54, 231. de *Hyperide* ad I. 13, 58. de *Aeschine* ad II. 23, 94. De Romanorum *P. Scipionis* et *C. Laelii* eloquentia v. Brut. 21. nostra in Hist. El. Rom. p. XXIX. de *Ser. Galbae* ad I. 10, 40. et 53, 227. Hist. Eloq. p. XXXI. de *C. Carbonis* ad I. 10, 40. Hist. Eloq. p. XXXVI.

VIII. 30. *tragicas paene comice*] spectatur ingenium Caesaris ad iocandum natura factum, quo etiam res graves et saepe tristes, quales causae iudiciariae sunt, oblectationis quodam genere condiebat. Ceterum hunc locum bis enotavit Nonius, v. *remissum*, quod *laetum* explicat, p. 383. et v. *hilare* p. 513 Merc. Illa Nonii interpretatione optime refutatur Pearcii sententia *tristes hilare severas remisse* locis utrobique mutatis scribendum videri; ad quam firmandam Ciceronis auctoritate utitur, qui de Or. II. 17, 72. dixerit: *tum ad severitatem, tum ad remissionem animi, tum ad laetitiam est contorquendus* (auditor), et Quintiliani XII. 10, 71. coniungentis *dicere graviter severe comiter remisse.* Iure enim ipsius Ciceronis aliam auctoritatem antestatur Muellerus, p. Caelio 6, 13: *cum tristibus severe, cum remissis iucunde* dicentis, et Off. I. 30, 108., ubi Scauri et M. Drusi *severitas* C. Laelii *hilaritati* opponitur.

31. *Sulpicius et Cotta*] de his uberius, sed iusto benignius iudicat Cicero in Bruto 55, 202. cf. Hist. Eloq. R. p. LXXX et XCVI. Illis moderandis ipse Cicero temperamentum Attici ore adiicit 86, 297.

IX. 32. *ego autem*] Lambinus haec sic refingenda iudicat: *quid tam dissimile, quam ego et Antonius? cum ille is sit orator, ut nihil eo possit esse praestantius, ego, quanquam memet mei poenitet, cum hoc tamen maxime in comparatione coniungor.* Pearcius etiam minus verisimiliter *ego autem — quanquam memet mei poenitet, cum hoc maxime tamen in comparatione coniungor:* quasi pluribus post *autem* a Crasso suppressis per *ἀποσιώπησιν.* Ernestus transpositionem suadet: *praestantius, ego quanquam — coniungar.*

Quid tam dissimile etc. Hanc Ernesti rationem intolerandum in modum *ταυτολόγον* esse iure animum advertit Schuetzius; nihil esse enim aliud, ac si quis dicat: *ego et Antonius cum comparemur, comparamur.* Non verius Lambini inventum est, quin peccat in legem cogitandi manifesto. *Dissimiles sumus,* inquit Crassus. *Cum enim ille sit praestantissimus orator, ego cum illo comparor.* Hanccine ob causam dissimiles estis? Quin similes vos esse oportet, similia enim comparantur. Sed hoc dicit: *Dissimillimi sumus. Cum enim ille absolutissime dicat ego opinione vulgi cum eo comparari quidem soleo; sed ipse optime scio quantum mihi ad illius praestantiam desit.*

ex omni parte causae saeptum] vide ad II. 73, 296.

33. *esse aliquo in numero*] De hac formula et finitima *esse aliquo loco* s. *in loco* nuper magnopere erratum est a Zumptio in Gramm. §. 481. et ad Verr. Acc. II. 32, 79. Illic enim *loco haberi*, non *in loco*, sed *in loco esse*, non *loco esse* Latine dici affirmavit; hic autem *esse* s. *haberi numero* significare *talem existimari*, et ne hoc quidem apud Ciceronem, contra *in numero* idem *quod contineri*; quanquam hoc postremum non addidit, sed coniectura assequendum reliquit. Cuius viri auctoritas ne alios in errorem adducat, cavendum putamus, cum nec plene nec satis accurate de ea re disputaverint Gronovius Obss. I. 6. p. 36. Frotscher. (p. 60 Platn.) Oudendorp. ad Caes. B. G. VI. 6, 3. et 13, 1. Steinmetz. ad Cic. Manil. 13, 37. Clarum est *esse in iudicum numero* et *esse in iudicis numero* plane diversa esse, et cum de toto numero quis unus eximatur, omitti praepositionem nullo pacto posse. Hanc rem igitur totam relinquimus. Sed *esse haberi putari censeri aliquo* (s. *alicuius*) *numero* et *in numero*, cum significatur *aliqua dignitate esse iudicari*, optimis scriptoribus pariter dicta esse affirmamus. Cic. Brut. 20, 78: *numeroque eodem fuit Sex. Aelius.* Divers. I. 10: *et ibi malis esse, ubi aliquo numero sis.* Arch. 12, 31: *quique est eo numero, qui semper apud omnes sancti sunt habiti.* Div. in Caecil. 19, 62: *cum is tibi parentis numero fuisset.* Accus. II. 54, 134: *qui illum secum habuerit illo praesertim numero ac loco.* Phil. II. 29 pr.: *quo numero fuisti?* Caes.

B. G. VI. 6, 3: *hostium se habiturum numero confirmat.* 13, 1: *eorum hominum, qui aliquo sunt numero atque honore, genera sunt duo.* 21, 2: *deorum numero eos solos ducunt.* B. Civ. III. 82: *consulares praetoriosque servorum habere numero.* 110: *militum essent numero.* Nepos Ages. 17, 4: *mirari se non sacrilegorum numero haberi.* Sueton. Caes. 11: *eos quoque sicariorum numero habuit.* Sic etiam explicandum dictum Ciceronis Rep. II. 21., quo Ser. Tullius *famulorum numero educatus* esse dicitur, id est humili cultu, quae eodem sensu de eodem Livius posuit I. 39. At etiam additur praepositio non differente sententia. Cic. Brut. 28, 108: *in aliquo numero etiam M. Fulvius Flaccus et C. Cato.* 31, 117: *Q. Aelius Tubero fuit illo tempore L. Pauli nepos nullo in oratorum numero;* ubi additum *nullo* vetat interpretari in oratorum numerum relatum esse. Similis est huic locus Accus. Verr. V. 25, 64: *si qui senes aut deformes erant, eos in hostium numero ducit.* Non esse enim partitionem illud ostendit, quod, si ageretur de uno, sine dubio legeretur *eum in hostis numero ducit.* de Or. III. 56, 213: *sine hac* (actione) *summus orator esse in numero nullo potest.* Or. 62, 208: *nemo, qui aliquo esset in numero, scripsit orationem generis eius.* Divers. XIII. 6: *haberes enim in numero necessariorum meorum.* Caes. B. G. VI. 23, 8: *in desertorum ac proditorum loco ducuntur.* 32, 1: *in hostium numero duceret.* Iam *esse in loco* et *haberi loco* promiscue dicuntur, contra ac putabat Zumptius. Cic. Verr. Accus. I. 15, 40: *cum — habitus sis in liberum loco.* Et contra Div. in Caecil. 19, 61: *praetorem quaestori suo parentis loco esse oportere.* Caesar B. Civ. II. 25: *in hostium loco habiturum.* Similia de locutionibus *esse statu aliquo* et *in statu* annotavit Drakenborchius ad Livium XXXV. 8, 2.

motus mei mediocritate] motum Crassi fuisse accommodatiorem ad personam viri in re publica principis et auctoris publici consilii, quam ad iudices vehementer permovendos maxime cernitur ex loco Bruti 43, 158: *non multa iactatio corporis non inclinatio vocis nulla inambulatio non crebra supplosio pedis.* Quibus non repugnant quae Antonium Crassi admiratorem dicentem facit Cicero de Or. II. 45, 188.

in verbis eligendis cura] maior ars Antonii erat inveniendi, quam eloquendi. Contra Crassum, si quidem voluisset (fastidiosiorem enim in causis recipiendis fuisse scimus ex Bruto 57, 207.), argumentis causarum iudicialium inveniendis disponendisque non minus quam Antonium valiturum fuisse Cicero, etsi non dicit, indicat tamen; verborum autem in Crasso summus ornatus erat, cum Antonius non satis emendate loqueretur: v. Brut. 38, 143. cf. 37, 140.

34. *facultate magis quam genere*] „cum dicimus alium oratorem meliorem esse, alium deteriorem, eo iudicio non significamus illius oratoris genus dicendi potius esse, quam huius: in dispari enim genere possunt esse aeque laudabiles: sed intelligi volumus illum oratorem facultate excellere, id est plus in suo genere valere, quam hunc in eo, quod sibi proprium habet.“ *Pearcius.*

una institutione] probabitur emendatio nostra, puto, omnibus, cum a paritate et concinnitate membrorum, tum a sententia. A concinnitate: non convenit enim duorum parium et pari structura membrorum posteriori praepositionem addere, cum prius ea careat; prius quidem saepe additam habet, ut in secundo subaudiatur, id quod in hunc locum non cadit. A sententia: quid est enim *formari in institutione?* *Institutio* non est ludus s. schola, sed disciplina, *παιδεία*; formatur aliquis *instituendo* i. e. docendo, non *in instituendo*, quod de magistro fortasse docendo discenti, sed non de discipulo dici potest.

35. *dissimilis inter se ac tamen laudandos*] spectat Antonii disputationem II. 23, 94.

36. *quod dicebat Isocrates*] idem de Isocrate tradit Cicero Bruto 56, 204, et ad Att. VI. 1, 9. Quintilianus II. 8, 11. X. 1, 74. De Theopompo et Ephoro vide ad II. 13, 57 dicta.

cunctantem et quasi verecundantem] hoc est, quod *lenissimum* Ephori ingenium vocat Cicero Bruto 56, 204. Quo loco quod corrigendum olim conieci *lentissimum*, hac sententia, contra ac putabat Orellius, confirmatur haud mediocriter. Quid enim? cunctaturne *lenis* an *lentus?* Hic, puto.

Quanquam nunc illam suspicionem repudio. *Lene* enim Ephori ingenium cum reprehensione quadam dicitur, comparatum illud cum vehementia orationibus in primis iudicialibus necessaria. De Ephoro Suidas: *ἦν τὸ ἦθος ἁπλοῦς, τὴν δὲ ἑρμηνείαν τῆς ἱστορίας ὕπτιος καὶ νωθρὸς καὶ μηδεμίαν ἔχων ἐπίτασιν.* — *Verecundari* hinc enotavit Nonius p. 189 Merc.

X. 37. *et dicenda quodam modo*] Cicero Bruto 40, 149: *licet omnia hoc modo: sed vereor ne fingi videantur haec, ut dicantur a me quodam modo; res se tamen sic habet.* Haec Bernhardyus sic interpretatur: „prioris loci hanc simpliciorem interpretationem licet inire, ut comparetur Graecorum tritissimum *ἁμηγέπη* s. *ἁμωσγέπως ἀποφαίνειν* vel *λέγειν* (v. Ruhnk. ad Tim. p. 29.), item quod exstat in Plat. Legg. VI. p. 798: *μηχανὴν δὴ δεῖ τὸν νομοθέτην ἐννοεῖν ἁμόθεν γέ ποθεν, ὅντινα τρόπον τοῦτ' ἔσται τῇ πόλει.* Id est, *utcunque fieri potest cum aliqua specie.* Similiter de Fin. I. 19: *sed possunt haec quadam ratione dici:* ubi *quidam* cum lenitate modestiaque dictum illustrat Goerenzius.“ Hanc ipsam interpretationem etiam illi loco adhibendam ducimus, quanquam dissentire V. D. videtur. Crassus non de optimo oratore, sed de eo, qui ipsius mediocritati probaretur, dicturus illam dicendi materiem verbis utcunque potuerit optime quasi vestiendam ait.

ut Latine] hoc duo complectitur; alterum, ut verba usitata et recepta in oratione ponantur (*verba latina*) alterum, ut et in singulis et in componendis regula recti sermonis custodiatur: v. c. 11, 40.; cui sententiae favet etiam scriptor Herennianus IV. 12, 17: *latinitas est, quae sermonem purum conservat ab omni vitio remotum.* Neutrum sine altero recte constare iure monet Quintilianus I. 6, 27: *qua re mihi non invenuste dici videtur aliud esse latine, aliud grammatice loqui.* Purum et perspicuum sermonem *elegantem* veteres vocabant: v. script. Herenn. l. c. Quae de *apta dictione* hic habet Cicero Quintilianus respicit XI. 1, 1.

39. *illi veteres — praeclare locuti*] domesticum hoc et quasi hereditarium bonum significatur, quem ad modum etiam n Bruto fieri videmus c. 58, 210., ubi postquam Curionem

literarum nulla notitia usu quodam domestico Latine loqui visum dixit, ita pergit: *sed magni interest quos quisque audiat quotidie domi, quibuscum loquatur a puero, quemadmodum patres paedagogi matres etiam loquantur.* Eius rei deinde Gracchorum Laeliae Gaii Laelii filiae eiusque filiarum Muciarum neptiumque Liciniarum exempla affert. Confer etiam Bruti 59, 213.

ita poterit uti — ut utatur] de hac iteratione vide ad c. 29, 111.

XI. 40. *ut ea sic et casibus et temporibus — conservemus*] ablativus adverbiascit paulo aliter atque illi, de quibus exposuimus ad I. 3, 12. et I. 19, 87., quanquam et ipse explicandus est per *κατά*, quod vulgo *quod attinet* redditur. Ita dicitur p. Roscio Com. 17: *quod cum est veritate falsum, tum ratione quoque est incredibile.* Phil. VII. 2, 6: *non modo consulem esse dico, sed etiam memoria mea praestantissimum* i. e. quantum possum recordare, *τὸ μεμνῆσθαι ἐμέ.* Divers. II. 1, 1: *scribendo impiger;* ubi contra libri optimi Medicei fidem Orellius infercit *in.* Att. IV. 3: *re familiari comminuti sumus.* Quintilianus X. 1, 88. *Ovidius laudandus partibus.* Scr. libri VIII. belli Gallici c. 24: *fines vastare civibus aedificiis pecore.* Sed cavendum est ne verba sic componamus: *et ea verba sic — conservemus,* cum ita potius fieri oporteat: *et verba ea, quae nemo iure reprehendat, sic — conservemus.*

41. *exprimi literas putidius*] id est cum quaesita quadam diligentia auditoribus molesta, quod loquens ipse suae naturae vim facere videtur. Cicero Off. I. 37, 133: *literae neque expressae, neque oppressae, ne aut obscurum esset aut putidum;* per *χιασμόν putidum* ad *expressas, obscurum* ad *oppressas* refertur. Accurate interpretatur, quamvis non adhibito eo vocabulo, Quintilianus XI. 3, 33: *ut est autem necessaria verborum explanatio, ita omnes imputare et velut annumerare literas molestum et odiosum.* Vocabulum primus exemplis quibusdam illustravit Manutius ad Divers. VII. 5.

aut muliebris] legebatur *ut muliebris.* Sed *muliebris* vox minime necessario mollis est, sed etiam fortissima saepe, modo acuta. *Mollis* autem fracta est et delicata, qualis

delicatorum et semivirorum aut a natura erat aut ab ipsis fingebatur, diciturque cum vitae turpis significatione. Triplex igitur vocis vitium hic notatur, *effeminatae muliebris absurdae,* quorum unum propter turpitudinem, alterum propter naturam, tertium propter gravem, sed insuavissimum sonum ab aurium elegantia abhorret.

42. *L. Cotta*] is enim *sono quasi subrustico prosecutus et imitatus* esse dicitur *antiquitatem*, Brut. 36, 137.; deque eodem fere idem, quod illo, quem tractamus, loco dicitur l. c. 74, 259: *Cotta, quia se valde dilatandis literis a similitudine Graecae locutionis abstraxerat sonabatque contrarium Catulo subagreste quiddam planeque subrusticum, alia quidem quasi inculta et silvestri via ad eandem laudem* (bene loquendi) *pervenerat.* Idem de Cotta narrat Quintilianus XI. 3, 10. Dilatationem illam literarum s. *πλατειασμόν latitudinem verborum* Cicero vocat de Or. II. 22, 91.

sonus et subtilitas] *suavitatis* vocabulum hic vulgo lectum, utpote facilius vocabulum subrogatum est difficiliori interpretando, idque maxime eam causam habet, quod eam ipsam subtilitatem, cum non inest in eligendis, sed in appellandis verbis, post ipse Cicero *suavitatem* vocat, quod vocabulum ne quis ex prioribus retentum et iteratum putet, meminerit *dico* non significare *voco*, sed *intelligi volo*, *σημαίνω*; ut sensus sit: *illo subtilitatis vocabulo non delectum verborum significavi, sed quam vulgo vocant, suavitatem pronuntiandi.* Igitur vis sententiae non inest in *hanc*, sed in *suavitatem.* Accedit, quod nostra lectio et sensu potior est et, ne quid abundet, efficit. Nam quid est *verborum suavitas,* nisi de pronuntiandis dicatur; et quis est iste *sonus*, nisi *suavis?* Conferendus in primis locus de Or. II. 7, 28., quo Catulo non Romani solum, sed etiam Graeci sermonis *subtilitas et elegantia* tribuitur; quippe illa pronuntiandi, haec verborum. Quanquam fatendum est in Bruto 35, 133. de hoc ipso Catulo *sonum vocis* et *suavitatem appellandarum literarum* iuncta poni, ut rursum *suavitatem vocis* et *lenem appellationem literarum* c. 74, 259. Sed illa addita *vocis* et *literarum* vocabula discrimen faciunt; cum enim nostro loco

sonum et *subtilitatem* sola posuisset, posterius, quod alia vi dici soleret, pluribus explicandum videbatur.

ut apud Graecos Atticorum] urbanitas, de qua peculiarem librum composuerat Domitius Marsus, cum in sono vocis inest, tum in habitu morum dicendo expressorum, tum etiam in iocando: v. Cic. Brut. 46, 171. Quintil. VI. 3, 17. 102. 105. Plin. Epp. IV. 25.

43. *Asiaticos*] id non significat *Asianos*. Nunquam enim apud Ciceronem confunduntur *Asianus* gentis vocabulum et *Asiaticus ἠθίκον*. Illo quidem loco *Asiatici* vocantur illius orae sermone utentes, aliis Asianorum more eruditi, ut oratorum illi, qui Asiatici dicuntur, aliis omnia, quae Asiam maxime provinciam aliquo modo tangunt. Prima significatio videtur fuisse hominum in Asia non natorum, sed degentium, quem ad modum *Gallicani* sunt Romani in Gallia agitantes Cluent. 8. et *legiones Gallicanae* Catil. II. 3, 5., *Hispanienses*, qui in Hispania, *Siciliense*s, qui in Sicilia, *Sardinienses*, qui in Sardinia habitant vel negotiantur, quos a Sardis distinguit secundum Ciceronis orationem pro Scauro Pompeius in commento artis Donati p. 459. Eichenfeld. Hinc omnium illud nomen est, qui aliquid cum Asia terra vel provincia communionis aut commercii habuerunt. Proxime a prima significatione distat *Asiaticus exercitus* Livii XXXIX. 6, 7. i. e. qui in Asia militaverat, deinde *testes Asiatici* Cic. Flacc. 27, 65., non Asiani, sed Asiani semigraeci s. Graeco sanguine admisto; *gladiator* et *mirmillo Asiatici*, qui in Asia depugnarunt, Phil. V. 7, 20. VI. 4, 10. cf. XII. 8, 20., idque ipse Cicero interpretatur VII. 6, 17.; *milites Asiatici* Divers. XII. 15, 7. i. e. in Asia, quippe ex Romanis illic versantibus conscripti, quod ipsum paulo ante Cicero posuit; *διοικήσεις Asiaticae*, quae Asiae attributae erant Divers. XIII. 67, 1.; *possessiones Asiaticae* 72, 1.; *iter Asiaticum* VI. 7, 5. Q. Fr. I. 1, 16. 17. Att. IV. 15, 2.; *legatio Asiatica* Divers. VI. 8, 2.; *edictum Asiaticum*, quod in Asia provincia promulgatum est, Att. VI. 1, 15.; *Asiatica curatio frumenti* est ex Asia in urbem advehendi XV. 11, 1. Sed recte *Asianum eloquentem* Quintilianus dixit XII. 10, 1., quippe hominem Asiae in-

digenam, qui eloquens esset. — Illud de Asiaticis hominibus Atheniensium pronuntiandi suavitate dissimilibus iudicium paulo fastidiosius ne Theophrastus quidem defugere potuit, qui cum diu Athenis habitasset et eloquentissimus haberetur, tamen paucis verbis dictis ab anicula Attica peregrinus agnitus est: v. Cic. Brut. 46, 142. Quintil. VIII. 1, 2. Asiaticos oratores *inclinata ululantique voce canere* dixit Cic. Or. 8, 27.

Q. Valerium Soranum] propter eandem doctrinae laudem hic cum L. Valerio fratre insigniter praedicatur in Bruto 46, 169; videtur idem, ex quo Varro de favissis Capitolinis quaesiverat (Gell. II. 10. cf. Nonium v. *favissae*), et cuius quaedam verba apponuntur a Varrone Ll. VII. 31.; nam de versu apud eundem X. 71. dubium est. *Soranus* dicitur a colonia Sora, ne cum Romanis Valeriis patriciis confundatur; ea finitima erat Arpinatium, unde *vicinus* Ciceronis vocatur in Bruto l. c. Hunc locum de Sorano exscripsit Nonius v. *pressu* p. 162 Merc.

XII. 43. *socrum meam Laeliam*] C. Laelii Sapientis filiam, quae Q. Mucio Scaevolae auguri nupserat. V. Brut. 58, 211. Paternae loquendi elegantiae in illa imaginem refulsisse secundum Ciceronem etiam Quintilianus testatus I. 1, 6.

Plautum] *M. Accius Plautus* Sarsinas belli Hannibalici temporibus floruit et P. Claudio Pulchro L. Porcio Licino consulibus (a. u. 570) decessit: quo anno Cato censor erat (Cic. Brut. 15, 60). Olim eius nomine inscriptae CXXX fabulae ferebantur, ex quibus vere Plautinas esse XXV L. Aelius Stilo, XXI M. Varro iudicabant. Plauti orationem Romanis propter nativam quandam venustatem magnopere placuissse testimonio est Varronis vel Aelii iudicium apud Quintilianum X. 1, 99. Gellius I. 7. VII. 17. De *Naevio* v. ad II. 63, 255. — *Ille, quem dixi*, Q. Soranus est.

46. *Cotta noster*] L. Cotta, de quo commemoravit c. 11, 42. Cum C. Cotta eius frater in colloquio adsit, ne qua intelligendi sit Crassi ambiguitas, magno opere probarem, sicubi in libris addito praenomine distinguerentur.

Non est enim perpetuum addi pronomen *hic*, ut praesens homo significetur.

ut iota literam] de hac sententia explicate disserui in Comment. Crit. *Illa lata* ut moneam πλατειασμόν spectare, de quo dictum ad 11, 42., Muellerus effecit, qui secundum Quintilianum XI. 3, 82. de voce propter mentum pectori affixum minus clara et quasi latiore interpretatur.

47. *Antonius mihi te simillimum*] v. II. 21, 89. Brut. 55, 203. Statim quod ipse quoque Lambini correctionem *tu vero, inquit, ille quoniam* secutus sim, cum propius ad librorum scripturam accedat Schuetzii ratio *tum ille, tu vero; quod*, et minus etiam discrepet Manutii lectio *tum ille: tum, cum*, hanc causam habet, quod *tum ille* longioris sermonis, non verbo significatae consensionis speciem referunt.

aliquem, si forte, modum] est Graecum εἰ τύχοι; quam formulam apud Latinos receptam explicuit Garatonus ad Milonianam p. 329. ed. Orell. Ad hunc modum veri simili emendatione Ciceronem in Offiriis II. 20, 70. iuvit Orellius. — Locum de *pedis supplosione* hinc enotavit Nonius p. 175. Merc.

ergo ista] quod alio loco in adverbio *denique* fecimus, ut ostenderemus quando praemitteretur sententiae postponeretur've aliis vocabulis, iam in coniuncto et finitimo suscipiamus. *Ergo* principem locum proprium et legitimum habet, cum ex praegressis aliquid consequi dicitur, ut significet *ea de causa, quoniam ita est;* deinde, cum ratiocinatione aliquid ex prioribus effici indicat, qua vi praeditum Graecum est οὖν. Crassus dicit: *quoniam quaedam a me imitanda sumpsisti, ne me ipse irrideam, ea non reprehendo.* Exempla haec indico. Scr. Herenn. I. 16, 26 (bis). Inv. II. 57, 173. Divin. Caecil. 10, 33. Agrar. II. 21 extr. Muren. 32, 67. Arch. 8, 17. Planc. 9, 23. Sext. 14, 33. Prov. Coss. 8, 19. 18, 42. Rab. Post. 10, 28. Phil. V. 9, 25. VIII. 1, 2. 2, 6. 3, 9. XI. 14, 37. Divers. IX. 18, 2. XV. 17, 1. Att. V. 10, 4. IX. 6, 1. XI. 22, 2. Legg. I. 18, 48. Acad. II. 5, 21. Fin. II. 33, 110. IV. 15, 41. V. 9, 24. 21, 58. 27, 82. 30, 92. Tusc. I. 5, 9. 14, 31.

26, 65. 36, 87. 44, 105. II. 15, 36. 17, 39. 19, 44. Sunt innumera alia Philosophicorum exempla, quae apponere opus non est. Deinde legitime praeponitur in oratione aut post praefationem incipienda aut resumenda, cum exemplis apponendis aut aliis inserendis deflexeris. Tusc. III. 15, 31: *ergo hoc Terentius — cum tam commode dixerit, nos — non et dicemus hoc melius et constantius sentiemus?* Graeci inciperent orationem *εἰ μὲν οὖν.* N. D. II. 35, 90: *ergo ut primo aspectu inanimum quiddam — se putat cernere — sic philosophi debuerunt — intelligere.* Appositi erant versus Attii. Cat. M. 16, 55: *ergo in hac vita M' Curius — consumpsit extremum tempus aetatis.* Idem fit post aliorum verba interiecta. Rp. I. 43. p. 173 Mr.: *ergo illa sequuntur.* II. 12. p. 241: *ergo, inquit Scipio.* Quod si in tali sententia postponitur *ergo*, sonum causam putato, ut in illo Phil. XII. 9, 22: *tres ergo, ut dixi, viae.* Tusc. I. 7, 14: *id ergo est pronuntiatum.* Eadem rei ratio est in mirando et exclamando, maxime cum dolore. Nam cum in talis sententiae fronte poni soleat *ergo*, v. Peerlkamp. ad Horatii Carm. p. 168. cf. Cic. Divin. I. 35, 73., tamen aliud vocabulum sono praeditum aliquando praecedit. Cic. Att. II. 4, 2: *Clodius ergo, ut ais, ad Tigranem,* *ἑτεόν γε ὁ Κλώδιος πρὸς Τιγράνην ἀποδημεῖ.* Sed postponitur etiam in rebus consequentibus aut argumento concludendo, cum non *διαλεκτικῶς* quis loquitur, sed vocabulum aliquod praecipuo sono orationem orditur: quo facto retro cedit quod annectendis et concludendis argumentis tanquam vinculum formale constitutum est. Id in primis cadit in interrogandi formulas *quis ecquis quantus qualis quo modo ergo;* sed et in alia multa, quae certius definiri non possunt. Inv. I. 36, 65: *falsum ergo est.* Top. 2, 9: *utilis est ergo.* Part. Or. 13, 45: *dictum est ergo.* Flacc. 12, 27: *proximum est ergo.* Divers. IX. 22, 2: *non ergo in verbo est.* ib. 3: *nihil est ergo in verbo.* ib. 4: *num haec ergo obscena sunt?* *Haec* cum sono dicuntur. Att. XIII. 2: *cum poteris ergo.* Abest *ergo* ab Aldina. XIV. 7, 2: *si ergo est.* Hoc dubitans dicit num futurum sit. Acad. I. 1, 3: *tantus ergo.* Cat. M. 6,

15: *nihil ergo.* Lael. 23, 88: *verum ergo.* Off. I. 37, 144: *sit ergo.* Fin. II. 29, 95: *potius ergo.* Tusc. I. 5, 9: *nemo ergo.* III. 7, 14: *non cadit ergo.* IV. 37, 79: *ubi sunt ergo.* Parad. III. 1: *sequitur ergo.* Si non diceretur sequi, sed ipsa, quae sequitur, res apponeretur, sine dubio priorem locum teneret *ergo.* Plane ita est N. D. II. 16, 43. N. D. I. 9, 23: *propter paucos ergo.* II. 21, 56: *caelestium ergo.* 37, 95: *praeclare ergo.* III. 13, 33: *omne ergo.* 17, 43: *ne ceteri quidem ergo di.* ib. 44: *quid dicitis ergo?* 20, 52: *nihil ergo horum probandum est.* Divin. I. 38, 83: *significant ergo.* Liv. XXXVII. 32, 6: *coactus ergo.* 59, 1: *merito ergo.* XXXXVIII. 14, 13: *quingenta ergo.* Sed longe frequentius *ergo* continuativum est significans *ut nunc est, sic igitur,* quod Graece tum redditur *γοῦν*, tum *δή*, s. *δῆτα*, nos modo *nun,* modo *denn.* Cic. Inv. II. 15, 48: *haec ergo argumenta locos communes vocamus.* p. Flacco 28, 68: *ubi ergo crimen est?* nam *ubi* sono praeditum non est et sententia postulat quaeri *τὸ ἔγκλημα δῆτα ποῦ ἐστί;* Mil. 29, 79: *huius ergo interfector qui esset in confitendo — poenam timeret —?* Phil. V. 13, 37: *habeat ergo huius tanti facti — testimonium.* Divers. IX. 6, 5: *faciam ergo illud, quod rogatus sum.* Att. XI. 4, 1: *videbis ergo, ut sustentetur per te.* XV. 4, 5: *puto me ergo iturum.* Tusc. I. 6, 11: *ubi ergo sunt ii, quos miseros dicis?* 39, 93: *pellantur ergo istae ineptiae.* II. 27, 69: *cras ergo ad clepsydram.*

XIII. 48. *libri confirmant*] perversam distinctionem, qua iuncta erant *domestici* et *libri* iam Manutius sustulit. Ernesto autem non iniuria suspecta erat illa *librorum* mentio iuxta poëtas et oratores, quorum ipsorum intelliguntur libri; qua de causa corrigebat *confirmat lectio,* duobus mediis vocibus exclusis. Schuetzio autem scriptura vulgata defendi per hendyadyn posse videbatur. Id ita verum est, ut *libri* generatim dictum sit de consuetudine cum libris contrahenda, cui accuratius explicandae adiiciatur quo quis modo eis utatur. Ernesti coniectura iam prope concinnitatem membrorum ea turbatam vera esse non potest. Duo enim membra sententiae sunt, utrumque medio inter-

posito verbo divisum: *cognitio ac ratio literarum alit aut consuetudo sermonis* unum est, *libri confirmant et lectio veterum* alterum; porro ut *sermo quotidianus ac domesticus* dicitur ternis vocabulis compositis, ita altera terna sequuntur, *veteres* quippe *oratores et poëtae.* Ne quis autem *et consuetudo* scribi postulet pro *aut consuetudo,* meminerit non omnes latine loquentes facultatem illam literarum cognitione confirmare; non nulli enim solo usu in rectis retinendis iuvantur.

49. *usitatis ac proprie demonstrantibus*] Cicero Or. 11, 36: *Ennio delector, quod non discedit a communi more verborum.* Vituperans idem Sisennam Brut. 74, 259: *quasi,* inquit, *emendator sermonis usitati cum esse vellet, ne a C. Rusio quidem deterreri potuit, quo minus inusitate loqueretur.* Qua de causa Seneca ea aetate vivens, qua sermo purus et emendatus falsae elegantiae fuco cessisset: *olim cum Latine loqueremur* dixit Epp. XXXIX. 1.

non valde productis iis, quae — transferentur] vetat igitur, ne iusto diutius in figurata aut tralata dictione perseveretur, quo facto *ἀλληγορία* exsistat, cuius usu poëtae ab oratore distant. Ceterum haec praecepta omnia in primis accommodata sunt ad genus orationis tenue s. *λιτόν,* quo magis docentur quam moventur auditores, cui generi magis figurarum earum, quae in verbis sunt, quam quae in rebus, usus conceditur in Oratore 24, 81.

non praeposteris temporibus — non perturbato ordine] posterius eum ordinem spectat, quem orator sibi sequendum proponat oportet; ne quid igitur ante aut post commemoret, quam necesse est. Illud autem res narrandas tangit, quorum ordo turbatur, cum prius gesta cum posterioribus tempore confunduntur. Recte Curionis patris exemplum in Bruto c. 60, 218. narratum indicavit Muellerus.

50. *Fufius — Pomponius*] de *Fufio* v. ad I. 39, 179. *Cn. Pomponius* Cottae et Sulpicii aequalis *lateribus pugnans incitans animos acer acerbus criminosus* dicitur in Bruto 62, 221. cf. 57, 207. Bello Sullano periit, ut videtur, proscriptus; v. Brut. 90, 311.

oratio — obscuritatem] Aristoteles Rhet. III. 2, 1: *ὡρίσθω λέξεως ἀρετὴ σαφῆ εἶναι· σημεῖον γάρ, ὅτι ὁ λόγος, ἐὰν μὴ δηλοῖ, οὐ ποιήσει τὸ ἑαυτοῦ ἔργον· καὶ μήτε ταπεινὴν μήτε ὑπὲρ τὸ ἀξίωμα, ἀλλὰ πρέπουσαν. — — τῶν δ' ὀνομάτων καὶ ῥημάτων σαφῆ μὲν ποιεῖ τὰ κύρια.*

odiosiora] iure monuit Schuetzius non dici quae Crasso, sed quae auditoribus odiosiora futura sint. Cum enim iam priora molesta et putida gnaris videri oporteret molestiora etiam fore putabat Crassus, quibus tractandis deinde operam erat daturus; non quod illa quoque doctrina pervulgata esset, quae Schuetzii sententia est, sed quia se tanto muneri satis facturum non confideret. Hanc interpretandi rationem veram esse firmant illa, quae post longam digressionem de sapientia antiquitus cum eloquentia coniuncta a Crasso dicuntur c. 20, 74. Nihil est enim odiosius, quam profiteri quibus impar sis, idque ne cadat in se, Crassi modestia veretur. Verba a *quoniam* ad *videri* enotavit Nonius v. *putidum* p. 450; explicat id vocabulum, sed male, p. 460. Merc.

XIV. 52. *nemo extulit — sed contempsit*] ex *nemo* subaudiendum in altero verbo *quisque*, quod est ei usui finitimum, quo ex negante verbo affirmans sumitur in sententiam alteram. De hac re diximus ad I. 13, 59; de illa Manutius ad Cic. Or. p. Quintio 26. Gronov. Obss. IV. 2. p. 356. Frotscher., et de Graecis Heindorfius ad Plat. Gorg. 29.

53. *ut verum ut personarum dignitates*] pluralis non ea de causa dictus est, quod dignitas rei alia est atque personae, sed quod secundum *varias variarum* rerum ac personarum *dignitates* orationem conformare oratorem oportet. Quod ut verum esse ostendamus, de *abstractis* sive mentalibus vocabulis plurativo numero dictis, quoniam paucissima illa ab Heusingero ad Cic. Off. p. 120. ed. Zumpt. Zumptio ipso in Gr. §. 92. Kuehnero ad Tusc. IV. 1, 3. aliisque multis collecta nemini satisfaciant, praecipue secundum Ciceronis usum disputabimus explicatius. Pars igitur longe

maxima illorum vocabulorum plurali numero ponitur, cum eiusdem rei varia significantur genera et rationes (*Beziehungen*). Sic dicuntur *summae utilitates* Cic. Inv. I. 2, 3. i. e. *μέγισται καὶ παντοῖαι ὠφέλειαι.* cf. Deiot. 5: 13. *turpitudines* II. 11, 37. *cupiditates atque insaniae* Verr. Accus. II. 14, 35. sunt artis amatorum varia studia. *census et aetates* 49, 121. Liv. XXX. 42, 11. *audaciae atque libidines* 89, 208. *audaciae* Sull. 27, 76. Att. IX. 7, 5. *alii metus* Sext. 16, 36. cf. Off. III. 21, 84. *temeritates* 28, 61. *omnia exitia publica* Mil. 2, 3. *πάντες ὀλέθρου τρόποι. actiones sententiae voluntates* Divers. I. 9, 22. cf. VI. 6, 9. *desperationes* II. 16, 6. *incerti exitus praeliorum* VI. 4, 1. *deponendae urbanitates, πάντα τὰ ἀστικά* XVI. 21, 7. *hominum commoditates et usus* Legg. I. 8, 25. *pravitates* 11, 31. *impietates* I. 14, 40. *maerores* Or. Partt. 19, 67. *honestates* 24, 85. *mediocritates* Acad. II. 44, 135. *levitates amatoriae* Fin. I. 18, 61. *invidiae despicationes* I. 20, 66. *iacturae rei familiares* II. 24, 79. *rerum publicarum rectiones genera status mutationes* IV. 22, 61. *avaritiae* IV. 27, 75. *status* (corporis) V. 12, 35. *voces* de Or. III. 57, 216. sunt *τρόποι τῆς φωνῆς*, vocum genera diversa, non *φθόγγοι. accessiones bonorum* Fin. V. 24, 71. *aegritudines* Tusc. I. 33, 80. N. D. II. 28, 70. *luctus* V. 6, 16. *ambitiones* 36, 104. *utilitatis varietates* Rp. I. 32 p. 189. Mr. *novitates* Lael. 19, 68. *fortitudines* Off. I. 22, 78. *somno et quietibus ceteris* 29, 130. *calorum molestiae* 36, 131. *tarditates in ingressu molliores* II. 4, 13. variis modis enim et rebus molesti sunt. *Valetudines* Cic. Tusc. I. 39, 113. Klotzius non rectius interpretatur *Gesundheitsumstände*, cum *valetudo* omnino sit habitus corporis vel sanus vel aeger, ut ea duo genera plurali numero significentur, quam *opportunitates maritimas* Livii XLV. 30. Herzogius ad Caes. B. G. IV. 16. p. 246.; cf. *communis officii necessitates* Plinius Epp. III. 4. — Alterum genus illud est, quod res in variis personis locis temporibus varias, ut in alios conveniat aliud, significat. Ex eo illud est, a quo sumus huc delati; alia haec habeto. *Personarum dignitates* Cic. Inv. I. 2, 3. cf. Liv. XXX. 42, 11., quod

cave eodem modo ac coniunctum *aetates* dictum putes. *aratorum fugae calamitates exsilia suspendia* Verr. Accus. III. 62, 144. alii enim fugiebant, alii in exsilium pellebantur, alii sese suspendebant, alius aliter. *iracundias recentes habebant* Divers. X. 23, 5. i. e. suis quisque causis subnatas. cf. Qu. Fr. I. 13, 39. *amicitiae propinquitates* Fin. V. 24, 69. non sunt enim varia genera, sed cum variis hominibus. *mediocritates perturbationum* Tusc. III. 10, 22. *αἱ μεσότητες τῶν παθῶν*: aliis enim aliud accommodatum est. *exsilia — orbitates* V. 6, 16. *patriae eversiones* 9, 20. *sedationes* 15, 43., opponuntur enim perturbationibus animi suntque variarum variae. *urbium expugnationes* Cat. M. 5, 13. *fugae timiditates simulationes infidelitates* Mil. 26, 69. *potentiae* Cael. 9, 22. *amicitiarum satietates* Lael. 19, 67. *proceritates arborum* Cat. M. 17, 59. quippe aliorum aliam. *conscientiae maleficiorum* Parad. II. 18. *intercessiones pecuniarum dimissiones libertorum expulsiones vicinorum* VI. 2. 46. *familiarum vetustates aut pecuniae* Rp. I. 31. p. 125 Mr. *doctissimorum hominum familiaritates* Tusc. I. 3, 6. *temporum maturitates* N. D. I. 36, 100. sunt enim anni tempora alia aliis rebus matura. *fluminum opportunitates* II. 53, 132. quod aliter ac Livii illud XLV. 30. dictum est. *voluntates municipiorum* Caes. B. Civ. I. 12. *difficultatis patrocinia* Quintil. I. 12, 16. — Tertium genus est paulo minus diffusum, cum res iteratae aut a pluribus simul factae significantur. Sic dictum illud in Agrar. I. 3: *quam graves eorum adventus esse soleant*; quotienscunque enim advenerant gravis adventus erat. Plane ita Plinius IV. 1: *adventus meos celebrat*, quod cum dissimillimis permiscuit Herzog. ad Caes. B. G. IV. 16. p. 246. *latronis impetus crudeles et furibundi* XIII. 9, 19. *incideram in hominum pugnandi cupidorum insanias* Divers. IV. 1, 1. quasi *παροξυσμούς*. *accessus a te ad causam facti* IX. 14, 8. *tranquillitates* Att. X. 18, 1. ita *γαλῆναι* Graecis dicuntur. *levitates amatoriae* Fin. I. 18, 61. *levitates comicae* N. D. III. 29, 72. i. e. levitas, cuius plurima sunt apud comicos exempla. Huc referenda etiam *irae* et *animi*, cum earum affectionum ostendendarum docu-

menta significant: cf. Drakenb. ad Liv. XXIX. 22, 8.; errat Herzog. ad Caes. B. G. VI. 13. p. 370.; item *admirationes exspectationes exitus inopinati dolores iracundiae metus laetitiae*, quae in narratione cum inesse dicuntur, significatur illas res ea identidem apud auditores excitari; denique ea, quae secundum rationem et decursum naturae plures vicissitudines et iterationes habent, velut *frigora calores siccitates:* v. Cic. Off. II. 4, 13. Caes. B. G. IV. 38. V. 24. — Denique est ubi similium coniunctorum et concinnitatis causa pluralis delectus videatur. *Paedores* propter adiuncta *laceratione genarum* et *capitis percussiones* dicta puto Tusc. III. 26, 62. *iracundiis* propter proxima, *contentiones* et *concertationes* Fin. I. 8, 27. Gocrenzius *iracundae* correxit nulla auctoritate. Ab hoc diverso modo *iracundiae* dicuntur N. D. II. 28, 70. sunt enim variae variorum deorum, quod secundum genus posuimus. Sic existimo de Rep. II. 14. p. 247: (Numa) *mercatus ludos omnesque conveniendi causas et celebritates invenit.* De *Carthaginis excidiis* Livii XXIX. 1, 3. dubito num vocentur *res, qualis est excidium Carthaginis,* an, quod potius, *vias ac rationes excidendi. Adipes* autem Cassii apud Cic. Catil. III. 7, 16 hominem admodum obesum significant, qua vi etiam Plinius dixit H. N. XI. p. 209. Columella VI. 2.: tralate autem de declamatoris oratione Quintilianus II. 10, 6.

54. *horum — rhetorum*] significat apud Graecos olim umbraticam illam, qua maxime Romani utebantur, vocabuli vim ignotam fuisse. Nec dubito quin Cicero significaverit *Latinos* illos *rhetoras*, novum quoddam et repentinum genus hominum et a liberali eruditione alienum: quos cum Crassus censor edicto sublaturus fuerit (Suet. cl. rh. p. 30. Gell. XV. 11.), sed rem non perfecerit, in primis illud eius in hoc colloquio personam decet. Hinc perspicuum est quantum sententiae noceatur Ernesti suspicione *tenerent* et *profiterentur* scribi cupientis.

55. *est enim eloquentia*] eandem sententiam varie ornatam vide I. 18, 83. III. 18, 65. Quintilian. II. 20, 9. Stoicorum apud eundem placitum II. 15, 20.

magis est probitate iungenda] huc faciunt antiqua oratoris definitio a Catone reperta oratorem esse virum bonum dicendi peritum, deinde Ciceronis dicta Inv. I. 4 pr. et Quintiliani in prooemio libri I. §. 9.

XV. 56. *sapientiam nominabant*] paulo aliter *sapientiam* secundum Stoicos finit Cicero Off. III. 4, 16.; illis viris rerum civilium peritis non perfectam, sed ex medio quodam officiorum genere similem sapientiae speciem tribuens: v. Beier. l. c. Respicit autem hanc sententiam Quintilianus prooem. §. 17. — De pluralis nominum propriorum usu v. ad I. 48, 210. dicta. *Ti. Coruncanius* municeps Tusculanus (Cic. Planc. 8, 40. erratque Claudius apud Tacitum Ann. XI. 24. Camerio Romam venisse affirmans) iuris peritissimus huic sine dubio arti et consulatum debuit, quem cum P. Laevino gessit a. u. 474. et pontificis maximi sacerdotium, quod primo de plebe contigit (Liv. epit XVIII). Illa sapientiae communis et civilis laus huic cum aliis pontificibus maximis tribuitur III. 33, 134. De *C. Fabricio Luscino* v. ad II. 66, 268.

Pythagoras] de hoc et Democrito v. ad I. 10, 42. *Anaxagoras* Clazomenius natus ol. LXXI. 1. (496 a. C.) Ionicae scholae philosophus Periclis praeceptor fuit; etiam Empedocles et Euripides eius auditores fuisse dicuntur (Diog. Laert. II. 10. 8, 56.). Impietatis accusatus, quod solem massam s. lapidem candentem esse docuerat (Xen. Mem. IV. 7, 7. Plat. Apol. 14.), deinde etiam μηδισμοῦ arcessitus et a Pericle ipso tum laborante vix ereptus Lampsacum commigravit, ubi mortuus dicitur ol. LXXXVIII. 1. (428 a. C.). De eius rebus v. Diog. Laert. l. c. libro II: cf. Tennemann. in Erschii et Gruberi encyclopaedia vol. IV. pr. Ritteri Hist. phil. antiq. vol. I. p. 289. — Horum pleraque Henrichsenius attulit.

plures — delectavit] Stoicorum placitum sequitur sapienti a re publica administranda abstinendum non esse. Bonorum a re publica ad literarum studia confugientium taedium deplorat etiam de Inv. I. 3 extr.

57. *ille apud Homerum Phoenix*] locus est Il. v. 438:

Πηλεὺς
τοὔνεκά με προέηκε διδασκέμεναι τάδε πάντα
μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι πρηκτῆρά τε ἔργων.

Hanc Ciceronis sententiam respicit Quintilianus prooem. 13.

58. *labore — assueti*] Lambinus vulgatioris rationis patronus *labori* scribendum iudicabat. Contrarium non minus emendate dici docuerunt Gronov. et Drakenb. ad Liv. XXXI. 35, 3. cf. Ruddimanni Inst. Gr. II. p. 137. Liv. X. 6, 11. Seneca Contr. I. 2. Flor. I. 1, 7. Nec tamen casum alterum pro altero temere poni, sed ablativo causam assuescendi contineri, quae diversa quidem non sit ab ea re, cui assuescamus, perite docuit Kritzius ad Sall. Catil. 2, 9. p. 14. Similia sunt *intentus aliqua re* Sall. Cat. 6, 5. 16, 5. Caes. B. Civ. I. 58 cf. Cort. ad Catil. l. c. p. 18.; *coniunctus* et *iunctus aliquo* Cic. Brut. 44, 162. Att. IX. 10, 4. Legg. III. 20, 47. supra 14, 55. *memoria proditus* v. Zumpt. ad Verr. Accus. I. 18, 47. de Or. I. 40, 181. *implicari* et *implicatus re* Pis. 29, 70. *confisus* et *diffisus aliquo* v. Oudendorp. ad Caes. B. Civ. I. 12, 2. Davis. ad III. 24, 1. Herzog. ad B. G. VI. 25. B. Civ. I. 58, 1. Suet. Caes. 3. *morte occumbere* v. Drak. ad Liv. XXXI. 18, 6.

ut dialectici] artis eius inventor fertur Zeno Eleates secundum Aristotelem apud Diog. Laert. IX. 25. Praecipui tamen eius cultores Stoici erant quicquid philosopharentur rationibus concludendis efficientes. Hoc igitur tecte significasse Cicero credendus est.

XVI. 59. *Themistocles*] hunc cum prudentia, tum etiam eloquentiae praestitisse etiam in Bruto 7, 28. legimus. De *Pericle* v. ad I. 50, 216., de *Theramine* ad II. 22, 93.

Gorgias — Isocrates] de illo dictum ad I. 22, 103., de hoc ad II. 3, 10. *Thrasymachus* Calchedonius, Sophista, Socratis aequalis primus arte quadam verba vinxisse orationisque numeros invenisse dicitur: v. Cic. Or. 12, 39. 13, 40. 52, 175. Suidas v. *Thrasymachus*. V. Stallbaum. ad Plat. Rep. I. p. 8. et 35.

60. *commune nomen eripuit*] Talaeus Ciceronem reprehendit, quod eloquendi et sapiendi divortium a Socrate inventum esse dicat, qui in Gorgia illos reprehenderit, qui diserti esse vellent, cum sapientia carerent, sophistas insectatus sit, quod falsam doctrinam cursu ac flumine verborum commendarent, in Phaedro Periclem ceteris oratoribus praetulerit, quod eloquentiam cum philosophia coniungeret. Sed recte Cicero pro sua quidem ratione fecit. In hanc enim sententiam et hic et I. 11—17. Crassus disputat, ut oratoria facultas una omne philosophandi artificium complectatur, cum Socrates oratores et sophistas ea de causa vituperaverit, quod philosophiam ignorarent, illos cum eorum arte insipientes dixerit, laudibus non tulerit nisi sapientiae cupidos; eloquentiam enim artem esse negans a philosophia quippe arte maxima eam disiunxit.

61. *dicere docerent*] post haec verba aliquid excidisse putant Ernestus et Schuetzius; puto quod proximis contineri videretur causa discidii modo memorati. Sed ea initium demum longae disputationis faciunt, qua postquam exposita est historia praecipuarum in philosophia sectarum, sermo institutus c. 19, 72. resumitur et discidium inter philosophos et oratores ita exponitur accuratius, ut alteri alteros dicantur contemnere.

XVII. 62. *Aristoteles et Xenocrates*] a Xenocrate Platonis et Speusippi eius sororis filii vestigia sequente Academiam propagatam, ab Aristotele Peripateticorum sectam institutam esse copiosius narrat Cicero Acad. I. 4, 17. De *Aristotele* v. ad I. 13, 55. Xenocrates Calchedonius libros de natura deorum scripsit commemoratos a Cicerone N. D. I. 13, 24., et de ratione loquendi: v. Acad. II. 46, 143. Cf. Diog. Laert. IV. 6 sqq.

ab Antisthene] „*Antisthenes* primum Gorgiae, deinde Socratis auditor et patientiae temperantiaeque, quam hic sermonibus suis commendaverat, cum vita tum institutis tenacissimus, auctor fuit scholae Cynicae, quae a Cynosarge gymnasio suburbano nomen invenit: v. Diog. Laert. VI. 13. — *Zeno* Citieus a Cynicis profectus (Cratetis enim Cynici disci-

pulus fuit, deinde vero etiam Polemonem audivit Academicum: v. Suid. v. *Ζήνων*, cf. Cic. Acad. I. 9, 34. Diog. Laert. VII. 2.) Stoicam sectam condidit a Stoa poecile Athenarum porticu appellatam; Diog. Laert. VII. 5." *Henrichsen.*

ab Aristippo] Cyrenaici Aristippum secuti finem bonorum volebant esse voluptatem simplicem s. eam, qua sensus dulciter ac iucunde moverentur, virtutemque ob eam rem laudandam censebant, quod efficiens esset voluptatis. Cic. Fin. II. 6, 18. 11, 34. 13, 39. Off. III. 33, 116. Athen. XII. p. 544. A. Diog. Laert. II. 65 sqq. *Epicurus* autem Gargetti Atheniensium pago natus, non, ut Cyrenaici, voluptatem in motu (*ἐν κινήσει*) i. e. singulas voluptates, quae maxima dulcedine sensus moverent, sed stabilem (*ἐν στάσει* s. *καταστηματικὴν ἡδονήν*) i. e. voluptatem non dolendi s. privationem doloris indeque natam tranquillam condicionem summum bonum esse putabat; v. Cic. Fin. II. 10, 30 sqq. 13, 39. 23, 75. Cf. Diog. Laert. X. 1 sqq. Haec ut sequentia de rebus Graecorum philosophorum ex Henrichsenianis excerpsimus. Mox verba *nec voluptatem tuentur, quam amplexari volunt,* ut tamen pro verbo postremo legatur *possunt*, exscripsit Nonius v. *amplexa* p. 470 Merc.

Eretricorum] Cic. Acad. II. 42, 129: *a Menedemo, quod is Eretria fuit, appellati; quorum omne bonum in mente positum et mentis acie, qua verum cerneretur;* cf. et Diog. Laert. II. 25 sqq. *Herillii* ab Herillo Carthaginiensi Zenonis auditore dicti in veri cognitione et scientia summum bonum ponebant: v. Cic. Acad. II. l. c. Fin. II. 13, 43. IV. 15, 40. V. 8, 23. 25, 73. Diog. Laert. VII. 165. De *Megaricis* Cic. Acad. II. l. c., postquam haud dubio errore principium eius doctrinae ad Xenophanem Colophonium Eleaticorum philosophorum antiquissimum retulit, ita pergit: *Euclides Socratis discipulus Megareus* (cf. Gell. VI. 10.), *a quo eidem illi Megarici dicti, qui id solum bonum dicebant, quod esset unum et simile et idem semper.* V. H. Ritteri *Bemerkungen über die Philosophie der megarischen Schule* in Museo Rhenano vol. II. fasc. 3. p. 295 sqq. — *Pyrrhonei* denique s. Sceptici (*Σκεπτικοί, Ἐφεκτικοί, Ἀπορητικοί*) Pyrrhonem Eleum

Alexandri aequalem auctorem habuerunt. Pyrrho ἀκαταληψίας et ἐποχῆς inventor neque pulchrum quicquam esse dixit nec turpe nec iustum nec iniustum omniumque rerum fidem veritatemque mixtis confusisque signis veri ac falsi non videri perspici posse: unde dictum eius fluxit: οὐ μᾶλλον οὕτως ἔχει τόδε ἢ ἐκείνως ἢ οὐδετέρως. V. Diog. Laert. IX. 61 sqq. Gell. XI. 5. Beier. ad Off. I. 2, 6. p. 15.

63. *quo aggredi cupiet*] Matthiae in Seebodii Misc. Cr. vol. I. p. 682. corrigendum putabat *non cupiet*; abstinebant enim Epicurei a re publica regenda. Nemo autem repellitur, nisi aliquo aggrediatur; eaque de causa Epicuro iniuria fieri negatur, quod ei nulla fit, qui non repellitur inde, quo aggrediatur. Haec perspexit Muellerus ad Cic. p. Sextio 7, 16.

in hortulis] Epicurus in hortis suburbanis Athenarum docebat, quam ob rem eius sectatores οἱ ἐκ s. ἀπὸ τῶν κήπων s. κηπολόγοι dicti sunt: v. Diog. Laert. X. 17.

64. *non poterunt ipsi esse — otiosi*] *otium* cum ambiguitate dictum est. De Epicureis dictum σχολήν significat, vacuitatem a negotiis maxime publicis et fluentem inde animi tranquillitatem. Sed significat etiam pacem publicam; quae quia bonorum laboribus malis civibus resistentium retinetur, hi si a re publica sese removent, civitate mox seditionibus conquassata perit etiam otiosa Epicureorum vita.

XVIII. 65. *utrumque est — vel*] pluribus partibus haec sententia affecta et male mulcata videtur. Primum enim *utrumque* sic demum aptum erit, ut ne plus duo in philosophorum placitis ab oratore abhorrere eaque in Stoicis esse dicantur. Sed plura talia et esse possunt et sane etiam sunt. Uno exemplo defungar, Epicureos sapientem a civitate regenda abstinere censuisse. Deinde in ea, quae nunc est, sententiae forma verum esse non potest *vel*. Ernestus quidem, quod in eo mirere, qui a quaesita scriptoris explicandi ratione alias abhorrere solet, ἀνακόλουθον orationem agnoscit: voluisse enim duo reprehendere, alterum in rebus, alterum in verbis: hoc posterius mutata sermonis forma reddi illis, quae sequantur, *accedit quod* etc. Praeter-

vidit autem sic dicendum fuisse *et*, non *vel*. Imo clarum est *vel* significare *iam* s. *ut hoc unum commemorem*, et exemplo uno ex pluribus apponendo constitutum esse; quod cum ex re sumptum ideoque principale sit, additur tanquam corollarium quid in verborum genere apud Stoicos vitiosum videatur. Igitur perexigua mutatione facta sic corrigendum puto: *Sed utcunque est, est in his quod — abhorreat: vel* etc., hoc sensu: quomodocunque quis de Stoicis iudicaverit, certe iam illud in eorum placitis ab oratore forensi abhorret, quod adeo mirabilia de sapiente docent.

insanos] conferri possunt Cic. Acad. II. 44, 136. 47, 144. Fin. IV. 27, 74. Muren. 29, 61. Idem placitum paradoxo defendit, quod inscribitur *ὅτι πᾶς ἄφρων* (insipiens) *μαίνεται*.

67. *Academicorum — sententiae duae*] Speusippum Polemonem Cratetem et Crantorem ea, quae a Platone tradita essent, diligenter tuitos esse eisdem fere, quibus hic verbis Cicero exponit Acad. I. 9, 34. „Ab hac disciplina primus recessit *Arcesilas* Pitanensis Polemonis auditor summo ingenii acumine et admirabili quodam lepore dicendi (Acad. II. 6, 16.), qui negabat *esse quicquam, quod sciri posset, ne illud quidem ipsum, quod Socrates sibi reliquisset* (id unum, se nihil scire, v. Acad. I. 4, 16.); *sic omnia latere in occulto*; *neque esse quicquam, quod cerni aut intelligi posset; quibus de causis nihil oportere neque profiteri neque affirmare quemquam neque assensione approbare cohibereque semper et ab omni lapsu continere temeritatem; unde illa nata est ἐποχή, id est assensionis retentio.* Cic. Acad. I. 12, 45. coll. II. 18, 59. Diog. Laert. IV. 28. Gell. XI. 5.“ *Henrichsen.* Quod Cicero duas tantum Academicorum sententias, veterem et novam agnoscit, sine dubio recte fecit. Quod enim Carneades tertiae s. novae (mediae Arcesilan ferunt) auctor dicitur, non aliam causam habet, quam quod eius viri ingenio et eloquentia Academia fere intermortua denuo excitata est; idem in quartae et quintae, qui dicuntur, auctores Charmadam et Antiochum cadit, etsi hunc certe admiscendis aliorum philosophorum decretis aliqua novasse ferunt.

dissensit — fuerunt] haec numeri varietas, quae Lambinum movit, ut in marg. ed. rep. corrigeret *dissenserunt*, excusatur propter sententiam relativis enuntiationibus interiectis divisam; bis enim interponitur *qui audierat*. Qua re media illa de Xenocrate Polemone et Crantore parentheti similia redduntur et verbum principale *dissensit*, etsi communiter pertinet ad omnes quatuor, tamen ad unum potissimum Speusippum accommodatur.

68. *Q. Metellum L. F.*] Q. Caecilium Metellum L. Calvi, qui Macedonici frater fuit, filium, qui propter res in consulatu contra Iugurtham egregie gestas *Numidicus* dictus est: v. Hist. Eloq. R. p. LVII. Is, cum consul fuerit a. 645., Carneadem, qui a. 627. decessit, adolescens Athenis audire potuit. Hunc Romae Scaevola audivit a. 599., v. ad II. 37, 155. Ex eius discipulis Charmadas Clitomachus et Metrodorus commemorantur I. 11, 45.

XIX. 69. *sapientiae iugo*] *divortia* de fluminibus proprie dicta eleganter illustravit Manutius ad Epp. ad Divers. II. 10. p. 249. Locus hic si sanus est totus, quomodo aliqua ratione explicari possit declaravimus ad II. 37, 154. Manet tamen scrupulus non contemnendus. Quod si enim *sapientium* ne fons quidem ostendi potest, sed *sapientiae*, multo minus *iugum* sapientium dici potuit. Si Socrates sapientium princeps cum montis iugo comparatur, unde in diversas partes flumina decurrant, verius erat *sapientium* omitti. Sic paria paribus redduntur, Apenninus iugo, fluminum divortia doctrinarum divortiis opponuntur. Sed omnis difficultas tollitur corrigendo *communis sapientiae iugo* secundum Nonium v. *divortia* p. 290 M.; itaque fecimus.

oratores] male Schuetzius oratores hic pro rhetoribus dici putabat nec multum aberat, quin cum Pearcio *rhetores* corrigendum censeret. A philosophia abhorruisse Italia et oratoria arte, qualis vulgo existimaretur et tralaticiis magistrorum libellis et praeceptis traderetur, contenta fuisse dicitur.

70. *quod arguare*] qui *quo de* probarunt, linguae elegantiam ignorarunt. V. ad I. 9, 35.

explicavit Antonius] haec disputatio inclusa est libro II. 39, 163. usque ad 41, 174. Eadem simili consilio verbis aliquantum mutatis repetit Crassus paulo infra c. 29, 111 sqq.

71. *Periclem*] v. ad I. 50, 216.; de Demosthene ad I. 13, 58. 20, 89. Vim Carneadis pluribus Cicero illustravit II. 38, 161. III. 18, 68., copiam Aristotelis II. 38, 160. III. 21, 80. Fin. V. 4, 10.

72. *dissociati — diserti a doctis*] Matthiae in Seebodii Misc. Cr. vol. I. p. 683. eam epexegesin esse voluit pro partitione, *χωρισθέντες οἱ φιλόσοφοι ἀπὸ τῶν ῥητόρων*, quem ad modum et Graeci et Latini locuti sint, Xenophon. Anab. I. 8, 27. Memor. I. 2, 24. Livius XXXII. 23. Sed ea explicatione nihil proficitur, quia sequentia verba *philosophi — sapientiam* partitionem priorum non habent. Quare mutata distinctione sanavi locum in Comm. Cr. *Dissociati* quippe *diserti a doctis;* quo facto illud consecutum est, ut alteri alteros contemnerent.

73. *pontifices*] his praeter alia etiam cura epularum demandata erat, quae ludorum causa fierent: v. Liv. XXV. 2. XXVII. 36. XXIX. 38. XXX. 39. XXXI. 4. XXXII. 7. „Sed propter sacrificiorum multitudinem a. u. 558. ad ludorum epulare sacrificium faciendum triumviri epulones s. epulonum creati sunt, quibus, ut pontificibus, lege datum est togae praetextae habendi ius (Liv. XXXIII. 42). Iidem, postquam auctus est eorum numerus, septemviri appellati sunt: v. Gell. I. 12. Plin. Epp. II. 11. cf. Ruhnk. in antiq. R. lectt. acadd. ab Eichstadio editis VII. p. 13. Orell. Inscr. I. p. 386.“ *Henrichsen.* — Hunc locum a *sed* ad *voluerunt* enotavit Nonius v. *multitudo* p. 142 Merc.

XX. 74. *perinde ut dicam*] Lambinus fortasse ex aliquibus libris *proinde* scripsit, aut lectius id credens aut quod *proinde* et *perinde*, quorum in libris perpetua confusio est, sola scriptura discrepare censeret, quae etiam Manutii sententia fuit commentantis ad Divers. X. 4. Non videri significare idem, quae poëtarum testimonia diversa et sui iuris vocabula fuisse docent, Ruhnkenius maxime auctor fuit ad Rutil. Lup. p. 31. et ad Ter. I. 1, 13., quae qui Lucretii

exempla habet III. 1048. 1066. IV. 998., his Passovius ad Tac. Germ. 5. p. 7. addidit IV. 652., potuit et Ter. Phorm. II. 3, 5.; etiam aeream laminam, in qua *proinde* scriptum, indicavit Ruhnkenius. Sequuntur hunc quos collegit Kritz. ad Sall. Catil. 12, 5. p. 65., quibus accedant Orellius ad Tusc. V. 2, 6. Klotz. ad I. 36, 86. Zumpt. ad Verr. II, 38, 98., sed nemo omnium quid interesset discriminis indicavit. Mediam quandam sententiam Heindorfius, quem pone Moserus sequitur, ad N. D. II. 38, 96. tuitus est, *proinde* non esse a Romanis dictum nisi pro *igitur*, adsignificata tamen quadam exhortatione, ut Graecorum *πρὸς ταῦτα*. Et hac vi persaepe praeditum est, nec tamen profecto semper, quia non semper adhortatio inest in sententia. Non magis probo Herzogii explicationem ad Caes. B. G. VII. 66. p. 549. qui in *pro* videtur de vi adverbii *porro* cogitasse, cum reddi *proinde* velit *dem gemäss von nun an* s. *hinc igitur*, a qua ratione descivit ad B. Civ. III. 60. p. 425 interpretatus *prorsus*, *ganz so*. Recte Kritzius ad Sall. Iug. 4, 8. p. 425. in simplici comparatione *proinde* ferri non posse monuit: dicendum igitur *perinde haberi* et similia; sed recte illud dici vult, si id, cui aliquam rem compares, ex prioribus colligi videatur. Hoc me non satis intelligere fateor. *Pro* in eo adverbio eius potestatis retinens est, qua dicitur in formulis *pro portione pro virili pro tua humanitate*, significatque aliquam rei cum iudicandi modulo convenientiam: *inde pro re nata* s. *ex ea rei lege et ratione* interpretor. Sic Sallustius in Iugurtha l. c. dixit: *ad imperia et honores nituntur, proinde quasi praetura et consulatus — per se ipsa clara et magnifica sint* i. e. in iudicando et concludendo eam rationem sequentes (*nach dem Princip*). Caes. B. Civ. III. 60: *proinde ac suis satisfacere — vellent, multis coëmtis ad Pompeium transierunt;* non *plane ac si*, quem ad modum Herzogius interpretatur, sed *illam agendi rationem specie quidem tenus secuti*. Cic. Tusc. I. 36, 86: *Metelli sperat sibi quisque fortunam; proinde quasi aut plures fortunati sint, quam infelices, aut* etc. i. e. quasi ex ea, qua utuntur, ratione illud consequens sit. Quintil. IX. 4, 34: *atque cum aliae* (vocales)

subiunguntur aliis, proinde asperiores erunt, prout oris habitu simili aut diverso pronuntiabuntur. i. e. pro eadem ratione asperitas consequetur, ut pronuntiabuntur; male Spaldingius *perinde* scribens optimorum librorum fidem secutus non est. Sed manifesto errore *proinde* praetulit Herzog. apud Caes. B. Civ. III. 1.; ibi enim duo genera hominum inter se exaequantur.

annosque natus unum et viginti] Crassus natus a. u. 614. a. 635., quo Carbo accusatus est, ea aetate erat, non undeviginti annorum, quod legitur apud Script. dial. de Oratt. 34. V. Hist. Eloq. R. p. LXX. et ad de Or. I. 10, 40.

75. *quaestor in Asia*] v. ad I. 11, 45. et de Metrodoro, quem tum audivit Crassus, ad II. 88, 360.

76. *mores leges iura describat*] Henrichsenius sese ignorare fatetur quid sit *morem describere*, cum *mores describi*, id est constitui et ordinari bene dicantur. Schuetzius *morem* correctione intulerat, cum cogitaret de ordinando more publico, qui sane solet una cum legibus et institutis civitatium commemorari, sed *describi* non potest, quoniam lex est non scripta quidem, sed usu recepta et eo saepe validior, quam si esset literis consignata. Sed recte dicitur eloquens, qui mores et animos hominum, *τὰ τῶν ἀνθρώπων ἤθη καὶ τρόπους*, bene teneat, etiam varios vitae privatae mores et usum regere mutare emendare: velut luxuria cohibenda, cum suadendo efficit, ut lex aliqua sumptuaria accipiatur.

77. *tabernaculum vitae suae collocarunt*] v. ad I. 62, 264.

XXI. 78. *C. Velleius*] huic libro primo de natura deorum sententiam Epicureorum exsequendam dedit Cicero, cum ei primas tum Romae Epicurei deferrent (N. D. I. 6, 15.); *Q. Lucilio Balbo* Stoicorum rationem libro secundo explicandam assignavit, quod tantos haberet progressus in Stoicis, ut cum excellentibus eo genere Graecis compararetur. Alter, qui hic commemoratur, *L. Lucilius Balbus* esse putatur, iuris consultus et magni viri Ser. Sulpicii magister, cuius memoria servata est Brut. 42, 154. — De *Sex. Pompeio* v. ad I. 15, 67; de *M. Vigellio* non constat: v. Comm. Crit.

79. *verberabit*] vexabit, molestus erit, cuius translationis viam ostendit illud Divers. XVI. 23: *verberavi te cogitationis convicio.* Ita apud poëtas *verbera* dici exsecutus est Broukhusius ad Propert. I. 3, 18. Simili ratione *caedere* et *concidere* dicuntur. *Vatinium se concidisse* Cicero ait Q. Fr. III. 3. cf. 6.: et *vapulare* tanquam passivam his verbis formam addi tralaticium est.

80. *usum exercitationemque dicendi*] locum correctum et explicatum dedimus in Commentariis criticis.

81. *Coracem — pullos suos excludere*] ludit in nomine inventoris rhetoricae artis; *vester* dicitur, quod colloquio prioris diei commemoratus erat I. 20, 91. „Similis lusus est in dicto illo, quod a iudicibus iactatum fuisse dicitur in Coracem praeceptorem et Tisiam discipulum de mercede altercantes per dilemma: κακοῦ κόρακος κακὰ ᾠά: Sext. Empir. adv. Rhet. p. 307 Fabr. Prolegg. in Hermog. ap. Spengel. artt. scriptt. p. 27.“ *Henrichsen.* — Enotavit Nonius p. 82., sed inscitissime explicat, quasi nove dictum sit *Corax* pro *corvo.*

Pamphilum — depingere] Pamphilum pictorem Apellis praeceptorem literatum hominem (Plin. H. N. XXXV. 36, 8. cf. Quintil. XII. 10, 6. Suid. v. Ἀπελλῆς, Sillig. Catal. Artif. p. 312) an forte alium quendam eodem nomine pictorem eundem rhetorem putasse oportet, de qua re nihil constat. „Pamphili cuiusdam τέχνην commemorat Aristoteles Rhet. II. 23, 21. Huius Pamphili mentionem facere Quintilianus III. 6, 34. putat Spaldingius ad h. l.“ *Henrichsen. Infulas* proprie lanea esse sacerdotum et hostiarum velamenta constat; sed pingi potuisse non videntur, etsi putavit Turnebus ad Cic. Agrar. I. 2. Talaeus existimat Pamphilum rhetorem per tabulas rhetoricam tradidisse, quae a similitudine, quia oblongae essent, ut infulae sacerdotum, eo nomine vocentur per irrisionem. Gesnerus et Ernestus, quorum ille infulas in puerorum ornamentis fuisse, hic respici pupas s. planguncula, quae etiam infulis ornatae fuerint, existimat, neglexerunt quod rei caput est, illud dico de infulis *pingendis.* His coniecturis meam addam qualemcunque. Puto

enim *infulas* a similitudine dictas etiam cauponarum tabernarumque insignia, picta fortasse et deaurata; quod etiam apud nos vilissimum picturae genus habetur.

XXII. 82. *quae ad sapientiam spectarent*] *spectandi* verbum, prout *ad* praepositionem additam habeat vel non habeat, significare *valere* s. *pertinere aliquo* et rursus *animo intendere*, sed eas dicendi rationes ipsa sua natura facile confundi perite docuit Matthiae ad Sextianam 16, 37.

83. *palaestram didicisset*] in eandem sententiam dixit I. 16, 73: *ut qui pila ludunt non utuntur in ipsa lusione artificio proprio palaestrae, sed indicat ipse motus didicerintne palaestram an nesciant.* Et in Oratore 5, 14: *non ut in ea* (philosophia oratori discenda) *tamen omnia sint, sed ut sic adiuvet, ut palaestra histrionem.* Rem Ciceronem respiciens copiosius exsequitur Quintilianus XII. 2, 12., ex quo intelligitur fuisse et posituras quasdam corporis in luctando et exercitationis quendam legitimum ordinem, cuius etsi in ipso certamine usus non esset, multum tamen et ad corpus habilius reddendum conferret et varia artificia suppeditaret, quorum, si se daret occasio, delecto uno alterove decertantes vincerent. Hi sunt, quos dicebant, *numeri palaestrici*; hisque sine dubio contrarii sunt motus ἀπάλαιστοι Cic. Or. 68, 229. Paulum operae ut palaestrae det etiam oratori commendat Quintilianus I. 11, 16., praeivitque Cicero infra c. 59, 220.

84. *de absoluta et perfecta*] hanc sententiam ante oculos habuit Quintilianus XII. 1, 21.

sat bonum] Goerenzius ad Acad. II. 14, 45. dubitat an huius formae usus a Cicerone abiudicandus non sit, videri enim, ex scribendi compendio *sat'* in vulgares editiones irrepsisse; et cum eo sentit Muellerus (Obss. de vi et usu quorundam verborum latinorum, Coeslini editis a. 1828. p. 16.). Adversatur Doederlinus in Synonymis Latinis vol. I. p. 110. Orellius quidem *sat* retinuit praeter hunc locum Or. 42, 143. Partt. Or. 24, 85. Rosc. Am. 32, 89. Quanquam hac re nihil efficitur: exspectandi enim sunt plurium scriptorum libri accurate collati. Ex meis hic quidem nihil enotatum video.

85. *puerilis aetas forenses feriae*] asyndeton hoc cum dissimillimo loco Archianae a se correcto (6, 14.) comparans Stuerenburgius p. 98. significari dicit plura potuisse adiici, sed supersederi afferendis; quod asyndeto nunquam significatur. Hoc quidem loco non est nisi oppositis cum vi quadam efferendis.

XXIII. 86. *magister hic Samnitium*] honorificentiore nomine lanistae dicebantur *magistri* et *doctores gladiatorum:* hoc apud Valerium Maximum legitur II. 3, 2. Non minus tecte *commentari*, quod in primis oratorum est et de meditando adiuncta scriptione legitimum, exercitationem armorum tractandorum et rudibus pugnandi significat; quin leges et rationem artis suae *dictatis*, quae vocabantur, docebant: v. Valer. Max. l. c. Suet. Caes. 26. Iuvenal. Sat. V. 122. Rem primus illustravit Lipsius Saturnalium sermonum I. 15. cf. Intpp. Sueton. l. c. — De *Samnitibus* v. ad II. 80, 325.

87. *Valerius*] nec de hoc nec de N. Furio quicquam traditum est. Valerii autem hominis fortasse libertini obscuritas iam eo perspicitur, quod praenomen non additur, quod a Furio quamvis ne senatore quidem non abest.

maximarum] dubito de veritate huius vocabuli. *Maximam artem* Crassus dicturus erat eloquentiam, sed ea minime significatur; sunt enim, quas in mente habet, philosophia literae antiquitatis cognitio. Has *maximas* nec ullus Romanorum videtur dicturus fuisse, cum oblectando otio natae esse viderentur, neque id Crassi consilio convenit, qui his artibus facilem cognitionem desidiosam voluptatem tribuit.

philosopho — Tuberonem] Panaetio Stoico, cuius ad Tuberonem epistolam commemorari videmus Tusc. IV. 2, 4. cf. Fin. IV. 9, 23. Intpp. ad Rp. I. 10. De Tuberone dictum ad II. 84, 341.; de *P. Africano* philosophiae studioso ad II. 37, 154.

88. *gignit*] inutilis est Ernesti coniectura *gignat*; ea res copiose exposita est commentatione nostra de formis enuntiatorum conditionalium linguae Latinae p. 49 sqq.

Titius — Brulla] de Titio v. II. 62, 253. et allata ad II. 11, 48. De Brulla nihil scitur.

nunquam omnino possit] ne propter hanc sententiam ineptiarum damnemus immeritum Ciceronem, ne obliviscamur eam cognitionem significari, quae usibus viri rei publicae principis idonea sit, minime profundam aut accuratam, sed quae capita rerum et adumbratam quandam imaginem suppeditet. Hanc interpretationem veram esse ostendit c. 31, 123.

XXIV. 92. *tibi, Caesar, faciendum est ad annum*] Comparat Henrichsenius illud ex epistolis ad Atticum V. 2: *confirmavi ad eam causam etiam Furnium nostrum, quem ad annum tribunum plebis videbam fore;* quod dissimile videtur. Si quis enim apparatum ludorum *ad annum* conquirit, certe non ipso anno id facit, sed ad usum anni; ita *annus* hic significanter dicitur pro *annus tuus,* sive magistratus gerendi. Caesar anno 664. aedilis curulis erat futurus: v. ad II. 3, 12. Aediles autem ludis sumptuosissime apparandis viam honorum suffragio populi adipiscendorum sibi muniebant. Cic. Off. II. 16, 57: *quanquam intelligo in nostra civitate inveterasse iam bonis temporibus, ut splendor aedilitatum ab optimis viris postuletur. Itaque et P. Crassus cum cognomine dives tum copiis functus est aedilitio maximo munere et paulo post L. Crassus cum homine omnium moderatissimo Q. Mucio magnificentissima aedilitate functus est.*

93. *si dis placet*] „est formula indignantium et contemnentium, in qua est ironia. Nam semper de re mala, quae diis placere non potest, dicitur.“ *Ruhnkenius* ad Ter. Eun. V. 3, 10. Secutus est Donatum ad h. l., qui proprium illud esse dicit exclamanti propter indignitatem alicuius rei; v. et Manutium ad Cic. Rosc. Am. 36, 102. Gernhardum opusc. p. 63.

Latini — magistri dicendi] respicit hunc locum Quintilianus II. 4, 42. et rhetorum Latinorum tunc primum ortorum maxime expetitum Plotium quendam dicit fuisse. Edictum de rhetoribus Latinis coërcendis L. Crassi et Cn. Ahenobarbi censorum antiquae severitatis plenum servaverunt

Suetonius de clar. rhet. pr. et Gellius XV. 11. v. Hist. Eloq. R. p. XIV. Crassus paulo post edictum suum rursus exstitisse illos homines significat; nec enim erat censoribus ea potestas, ut quae vetuissent ultra magistratus tempus manerent. Longe alia res erat, cum senator senatu moveretur aut eques equum iuberetur vendere aut aliquis ex tribu honestiore in minus honestam transferretur; haec enim non prohibitionem habent, sed poenam. Ceterum ex ipso Crassi edicto hic apponuntur verba de *impudentiae ludo* §. 94.

XXV. In ornanda igitur oratione Crassus ante omnia id dicit spectari oportere, ne quid in eo genere nimium sit: efficere enim fastidium; deinde gravem quandam et solidam suavitatem circumspiciendam, non dulcem et quasi delicatam. Esse autem summam eloquentiae laudem in amplificatione positam, quae maxime in concitandis animis valeat; ad quam amplificandi peritiam parandam exercitationem laudandi et vituperandi locosque communes pertinere. Hac occasione ad varia dictionum genera paulo aliter atque Antonius fecerat II. 27, 116 sqq. partienda degreditur, in quibus eorum locorum usus sit; esse enim ornatissimas orationes, quae quam latissime vagentur et a speciali quaestione sese ad universum genus explicandum accommodent (c. 25 — 30, 120). Hac occasione cum flumen verborum rerum copia gigni dicatur, brevibus quidem, sed satis otiose inculcat quae dudum exsecutus erat I. 13, 55. et III. 15, 56., oratoris esse omnem sciendi et artium copiam; quod postquam Catulus sophistarum exemplis confirmavit (c. 32.), Crassus etiam ceterarum artium magnitudinem distribuendo minutam esse et nec Graecis nec Romanis, qui quidem magni in civitate viri haberentur, ullam sapientiae tunc temporis notae partem defuisse M' Manilii Ti. Coruncanii M. Catonis, deinde Pisistrati Periclis Dionis Epaminondae aliorum exemplis docet. Cuius disputationis finem ita facit, ut summam omnium praestantiam docto oratori tribuendam dicat (c. 33 — 36).

96. *in ornatu disposita*] Cic. Brut. 79, 275: *erant autem et verborum et sententiarum illa lumina, quae vocant*

Graeci σχήματα, quibus tanquam insignibus in ornatu distinguebatur omnis oratio. Orat. 39, 134: *et reliqua ex collocatione verborum quae sumuntur quasi lumina magnum afferunt ornatum orationi. Sunt enim similia illis, quae in amplo ornatu scenae aut fori appellantur insignia, non quod sola ornent, sed quod excellant.* His inter se comparatis efficitur et *insignia* et *ornatum* propria quadam et legitima vi Romanis dicta fuisse, unde ad orationem luminibus distinguendam transferrentur. In festis enim diebus celebrandis ornabantur templa (Liv. XXII. 32, 6.). Ab aedilibus autem ludos edentibus omnia undique conquisita sunt et magna impensa ex ultimis oris comportata, haud raro etiam avare et rapaciter quasi ab latrocinantibus compilata, quibus scenam forum loca alia urbis maxime frequentia ornarent; maxime vestis pretiosa columnae marmoreae statuae aurum argentum. Hic est ille *ornatus;* in quo quae essent praecipue conspicua propter magnificentiam *insignia* appellabantur: qua re *insignia in ornatu* coniungenda sunt in Bruto l. c. Ut praeter scenam in primis forum ornaretur, non ea modo causa factum est, quod is locus erat ad conspectum populi magnificus, sed etiam quod ante theatra et amphitheatra exstructa in foro gladiatores aliaque ludicrorum genera edebantur.

98. *horrido obsoletoque*] Cicero Or. 11, 36: *in picturis alios horrida inculta abdita et opaca, contra alios nitida laeta collustrata delectant.* Hinc intelligitur *horridum* illud in coloribus nigrescentibus noto veterum tabularum vitio quaerendum esse.

flexiones et falsae voculae] *flexiones* recte videtur explicuisse Ernestus modos voce varie crispatos, quibus mollis et suavis reddatur cantus; potuisset dicere, quibus cantui mollius quoddam et delicatius ornamenti genus accedit, quale Italis dicitur *fioritura;* nos Germani *coloraturam* solemus. Aristophanes Nubibus 966 (970 Herm.).

εἰ δέ τις αὐτῶν βωμολοχεύσαιτ' ἢ κάμψειέν τινα καμπήν,
οἵας οἱ νῦν τὰς κατὰ Φρῦνιν ταύτας τὰς δυσκολοκάμπτους.

Respicit hos versus Pollux IV. 65: *τὸ μέντοι σιφνιάζειν καὶ χιάζειν τὸ περιέργοις μέλεσι χρῆσθαι —. καὶ Φρῦνιν δὲ τόν Κάμωνος μέλεσι πολυκαμπέσι τοῖς ὑπό τῶν κωμωδῶν δυσκολοκάμπτοις κληθεῖσι κεχρῆσθαι λέγουσιν.* Haec rectius antestaturus erat Ernestus, quam scholiasten Nubium explicantem de voce fracta et molli, *φωνῇ κεκλασμένῃ.* Paulo aliter *flexiones* Demosthenes Aeschini aemulo dicitur obiecisse Or. 18, 57. *φωνασκίαν καὶ ἐπίδειξιν* enim Graecus habet. Quod si Goellerus p. 157. sensu differre ait, verum est, quatenus orator a cantore diversus est; sed illud, quod nunc tractamus, certe iniuria reddit *Schleifungen, Ziehen der Töne,* quod *tractum* potius *canendi genus* dicendum fuisse videtur. Ernesti explicationem veram esse etiam Plinius declarat, cum *μετὰ πλάσματος αὐλεῖν* apud Theophrastum de Plantis IV. 12. vertit *ad flectendos sonos* et *ἐπεὶ δὲ ἐς τὴν πλάσιν μετέβησαν postquam varietas accessit et cantus quoque luxuria.* Nam *πλάσμα* et *καμπή* ita discreta videntur, ut illud ipsum sit artificium, hoc usus artificii, illud vivum (*concretum*) hoc mentale (*abstractum*), quem ad modum apud nos differunt *der Triller* et *das Trillern*; quanquam illud proprie de circumlitis et obturatis tibiarum ad sonum molliorem reddendum foraminibus dicitur secundum Quintilianum I. 11, 6. *Falsae voculae* Strebaeo videntur toni tam minuti, ut crebro percursante *διὰ πασῶν* voce paene fallant audientem. Is igitur de celeritate sursum deorsum omnes omnium generum sonos percurrente intellexit. Paulo probabilius Henrichsenius de illis sonis intelligi vult, qui non intra pectus, sed in superiore gutturis parte artificio quodam formantur; qui vocari solent *falsetto, Fisteltöne.* Verum hi, etsi utile aliquando supplementum verae vocis sunt, non videntur iure *molliores* dici posse cantu austero et severo. Ceteri interpretes tacent. Ego vocem teneram et media quadam vi, non plene sonantem intelligo, qualem Itali vocant *mezza voce:* cui artificio multi canendi artifices praecipuam laudis partem debuerunt; satis est unam *Sontagiam* commemorare.

99. *quin etiam — dulcitudine*] totum hunc locum usque ad verbum *commovetur* affert Nonius v. *dulcitas* p. 96 Merc., et quod ille habet, *dulcitudine*, etiam codicibus firmari post cognitum est; erant enim qui *dulcedine* vulgarem formam tenerent. Haec ipsa causa est cur Schuetzii suspicio probari non possit illa a voce *quique* a Cicerone abiudicantis. Quae paulo antecedunt verba *in ipso tactu modum et mollitudinis et levitatis* enotavit Nonius v. *mollitudinem* p. 135.

fugiant satietatem] malebat Ernestus *effugiant* nescio qua causa permotus. Vulgatam scripturam defendit Goerenzius ad Fin. I. 10, 36. non Graecorum quidem exemplo *φεύγειν* pro *ἐκφεύγειν* dicentium, hoc enim solo nihil certi efficitur, sed loco Ciceronis Verr. Accus. III. 43, 103: *fugiendamque vestram satietatem.* Is etiam dixit in Oratore 56, 189: *vitiosum genus et longa animi provisione fugiendum.*

100. *sine reprehensione*] Lambinus *respiratione* corrigebat. *Vituperationis* significationem non inesse dudum intellectum est, sed *morae* s. *intermissionis* vim agnoscentes non minus falli puto, quam Ernestum interpretatum *ita ut nunquam se orator reprehendat* i. e. *coërceat.* Illa enim prior explicatio scriptorem intolerabiliter balbutientem facit, altera latinitate non constat, cum rationi plane adversetur sese *reprehendere* dici de coërcendo impetu et vehementia orationis. Ego a primitiva verbi vi, quae est *omissi* s. *abiecti rursum prehendendi* perfacile eo transiri potuisse puto, ut diceretur color et sonus orationis a gravi et ornato ad lenem et remissum deflexus quasi recipi et rursus intendi: sic opponuntur *intermissio* et *reprehensio*, quae duo coniuncta communi *varietatis* vocabulo accuratius describuntur. Ita Graecis *ἀναλαμβάνειν* dici solet.

atque eo citius — offenditur] haec exscripsit Nonius v. *cinnos* p. 450., sed *cinnis* pro *cincinnis* habet. Non obsequor in tam facili ad corrumpendum vocabulo.

XXVI. 101. *umbram — eminere videatur*] pictorum artificio adeo perite distribuuntur lumina et umbrae, ut res et corpora coloribus expressa rotundis et ex solida aliqua materia exsculptis similia videantur. Ita tabularum partes,

quae luminibus distinguuntur, de plano eminere, quae umbris obscurantur recedere videntur. Cic. Acad. II. 7, 20: *quam multa vident pictores in umbris et in eminentia, quae nos non videmus?* Quintil. II. 17, 21: *pictor — vi suae artis efficit, ut quaedam eminere in opere, quaedam recessisse credamus.* XI. 3, 46: *ut qui singulis pinxerunt coloribus alia tamen eminentiora alia reductiora fecerunt.* Idem *exstare* dixit similiter VIII. 5, 29: *qua re, licet haec enitere et aliquatenus exstare videantur, tamen lumina illa non flammae, sed scintillis inter fumum emicantibus similia dixeris.* Et *expressum* Cicero Div. I. 7: *haec profecto vides quanto expressiora quantoque illustriora futura sint;* ad quem locum Manutius: „*expressa* patent oculis, quia eminent; *illustria* multo etiam magis, quia splendorem habent.“ Viam verborum a rebus solidis et sculptura, in qua *expressa* et *adumbrata* (*σκιαγραφήματα*) inter se opponuntur, monstrant Cic. N. D. I. 38, 105: *si* (dii) *tantummodo ad cogitationem valent nec ullam habent soliditatem nec eminentiam.* Tusc. III. 2, 3: *consectaturque* (vir optimus) *nullam eminentem effigiem, sed adumbratam imaginem gloriae.* V. Matthiae ad Sull. 18, 52. et, quem testem laudat Muellerus, Casaubonum ad Theophrasti characteres II. p. 32 ed. Fischer.

102. *agit hunc versum Roscius*] „*agere* actor dicitur ea, quae cum motu gestuque aliquo pronuntiat. Diomedes p. 488: *nam et agi fabula, non referri ab actoribus dicitur.*“ *Hermannus* opusc. vol. I. p. 300.

ille alter] Aesopus, puto. Versus cuius pars apponitur, integer exstat c. 47, 183. et Tusc. III. 19, 44., ubi emendatum dedit Bentleius; desumptus est cum sequente, qui ipse quoque in Tusculanis l. c. et de Or. III. 58, 217. legitur, ex Ennii Andromacha; prior creticus tetrameter, alter anapaesticus dimeter est. Vocabulum *actuosus* defendit Meyer. ad Orat. 36, 125. et iam ante eum Lambinus ad l. c.

qui fecerunt modos] Donatus in libello de tragoedia et comoedia: *diverbia histriones pronuntiabant, cantica vero temperabantur modis non a poëta, sed a perito artis musicae tactis.* Igitur *modos facere* est *μελοποιεῖν* (*componiren*), v.

Hermann. opusc. vol. I. p. 294. Eorum, qui modos Terentianis fabulis addiderunt, memoria servata est nominibus in didascaliis praescriptis. Romanis etiam in canticis, quibus apud Graecos cithara aspirabat, uti tibiis mos erat; unde illud sumptum est, quod statim sequitur, *inflare* de intendenda modorum vehementia dictum. Cic. Legg. I. 2, 6: *Antipater paulo inflavit vehementius habuitque vires agrestes ille quidem sine nitore ac palaestra.* Quod quid sit explicatur in eodem homine de Or. II. 12, 54: *paululum se erexit et addidit historiae maiorem sonum.*

103. *non dulcem atque decoctam*] a vino defruto sumptum simile, quod quis eodem modo dixerit alius indicare non possum.

rerum] vulgo additum *ac sententiarum* ex eo genere interpolationum est, de quibus dixi in Comm. Cr. ad II. 33, 144. Innumerabilia exempla docent *res* ipsas illas esse *sententias,* quae illis tam imperite adiiciuntur. Unum commemoro, quia hic ipsum respicitur aperte. Postquam c. 24, 93. curae *verborum eligendorum et collocandorum* opposita fuerat *rerum silva magna,* eae res tractantur copiosius c. 25., cuius principio rursum inter se invicem opposita reperiuntur orationem conspersam esse debere *verborum sententiarumque floribus.*

104. *amplificare*] Isocratis Paneg. 1.: *ἐπειδὴ δὲ οἱ λόγοι τοιαύτην ἔχουσι τὴν φύσιν, ὥςτε οἷόν τ' εἶναι περὶ τῶν αὐτῶν πολλαχῶς ἐξηγήσασθαι, καὶ τά τε μεγάλα ταπεινὰ ποιῆσαι καὶ τοῖς μικροῖς μέγεθος προςθεῖναι καὶ τὰ παλαιὰ καινῶς διεξελθεῖν καὶ περὶ τῶν νεωστὶ γεγενημένων ἀρχαίως εἰπεῖν, οὐκέτι φευκτέον ταῦτ' ἐστί.* Quintilianus VIII. 3, 89: *sed vis orationis omnis in augendo minuendoque consistit.*

XXVII. 104. *orationis*] causa cur interpretum non nulli *orationi* scribi voluerint idonea non videtur, si quidem nihil prohibet, quo minus *orationem* non interpretemur quae ab oratore habeatur, sed argumenta res sententias dicta oratione inclusas, omnino quae ab oratore dicantur. Quo-

rum cum fides *esse* possit, etiam *facere fidem* dici poterit. Cf. ad II. 85, 346.

105. *etiam maior est illa exercitatio*] Cavendum, ne cum sono pronuntiemus *maior*, re prona propter additum *etiam*. Sed non exercitatio laudandi vituperandique cum amplificandi exercitatione comparata hanc magnitudine superare, sed laudatio et vituperatio ad exercitandam oratoriae amplificationis facultatem et artem gravior esse dicitur aliis amplificationis occasionibus et argumentis. Hoc respexisse Quintilianus videtur II. 4, 20: *laudare claros viros et vituperare improbos* (incipiet); *quod non simplicis utilitatis opus est.* Ipse Cicero huic exercitationis generi multum tribuit in Oratore 12, 37. Hoc genus praeceptis *instruxit* Antonius II. 84, 341., postquam primo *reiecerat* i. e. praeceptis egere negaverat II. 10, 42.

106. *loci — communes*] dignus est, qui conferatur locus Oratoris 36, 126: *quae* (amplificatio) *etsi aequabiliter toto corpore orationis esse debet, tamen in communibus locis maxime excellet: qui communes sunt appellati, quod videntur multarum eidem esse causarum, sed proprii singularum esse debebunt.* Confer etiam Quintiliani dicta II. 4, 22. eundemque etiam de locis eis, qui *defensionem* quandam s. excusationem habent, quem ad modum hic Cicero *miserationem* et *deprecationem* in locorum communium munere ponit.

107. *duarum philosophiarum*] Peripateticorum et Academicorum, de quibus dixit I. 62, 263. III. 18, 67. Nec tamen ad eorum morem, sed aliquanto nervosius dicendum esse oratori in amplificando argumento docet Cicero in Oratore 36, 127., cf. 4, 12.

animos et vim et artem] locus quo modo intelligendus sit Orellius docuit: „*animos*, inquit, i. e. naturalem quendam impetum et fiduciam (*Muth, coraggio*) *habere debemus.*“ Qui enim natura lenis est et ab omni vehementia ingenii remotus, is amplificandi muneri non recte respondebit. *Vis* hac significatione dici non potuit, et iniuria ab Orellio creditur interpreti deberi, qui adiecerit *animis* explicandis. Est *vis oratoria*, δεινότης.

XXVIII. 109. *ex particula parva urbis*] ab Academia et Lyceo gymnasiis Athenarum suburbanis.

infinite de universo genere] *θέσεις* eas dicebant Graeci: v. Cic. Or. 14, 45. Quintil. II. 1, 9. 4, 24. III. 5, 5. X. 5, 11. Suetonius de clar. rhet. 5.; quibus contrariae quaestiones tempore et personis definitae *ὑποθέσεων* nomen habebant, Romanis vocabantur *causae:* v. Quintil. III. 5, 7. Cic. Top. 21, 79. Illas priores Peripatetici si non invenisse, at crebro et paene ex more dixisse feruntur Quintiliano XII. 2, 25. Huius exercitationis utilitas iure tanta habebatur, ut Cicero senex adhuc horis vacuis in eo quasi campo et spatio decurreret: v. Epp. ad Att. IX. 4. et 9; quorum priore loco magnus Graece scriptarum thesium numerus Attico cognoscendus et iudicandus proponitur. Hinc genus dicendi genera rerum universa tractans dicitur *θετικώτερον*, quod non intelligens Cratander *τεχνικώτερον* scribendo corrupit Q. Fr. III. 3, 4.

110. *surculo defringendo*] opponuntur inter se verba *recuperare* et *usurpare* i. e. vindicare s. vindicias agere. Ernestus in clave v. *defringere:* „similitudine ducta ab eis, qui in fundo, cuius possessionem sibi vindicare volebant, surculum defringebant vindiciarum causa. Ita significat Crassus istos philosophos (oportebat dicere *rhetores*) sibi illam partem rhetorices (*philosophiae* potius) ut suam vindicare, sed parum ea uti.“ — Morem illum partem pro tota re in iudicium afferendi pluribus exponit Gaius IV. 17: *si qua res talis erat, ut non sine incommodo posset in ius adferri vel adduci, velut si columna aut grex alicuius pecoris esset, pars aliqua inde sumebatur, deinde in eam partem, quasi in totam rem praesentem, fiebat vindicatio. Itaque ex grege vel una ovis aut capra in ius adducebatur vel etiam pilus inde sumebatur et in ius adferebatur; ex nave vero et columna aliqua pars defringebatur. Similiter — ex fundo gleba sumebatur et ex aedibus tegula.* Cf. ad I. 10, 41. et Savignii dissertationem de lite vindiciarum in: *Zeitschrift f. geschichtl. Rechtswiss.* III. 3. p. 421 sqq.

atque id ipsum lacinia] *lacinia* est extrema pars togae. Qui lacinia rem retinent vix ac ne vix quidem, ne elabatur, retinent.

apud Philonem] „*Philo* Larissaeus a non nullis quartae Academiae conditor dictus Clitomachi auditor (Acad. II. 6, 17.) cum Atheniensium optimatibus Mithridatico bello domo profugus Romam venit, ubi Cicero adolescens se totum ei dedit: Cic Brut. 89, 306. coll. N. D. I. 3, 6. Plut. Cic. 3. Eum alio tempore rhetorum praecepta tradere, alio philosophorum instituisse dicit Cic. Tusc. II. 3, 9. — *In prima arte* i. e. in principio artis oratoriae.“ *Henrichsen.*

XXIX. 111. *disceptatur — disceptatione versantur*] talis iteratio vocabuli eiusdem aut similis variis locis fraudi interpretibus fuit; cuius rei cum Handius ad Statium p. 269. et Paldamus in dissertatione a. 1836. edita plura genera constituerint eamque aut virtutis aut affectatae elegantiae aut perspicuitatis aut simplicitatis aut negligentiae esse affirmaverint, horum copiis et Heusingerianis p. 162 Zumpt. Oudendorpianis ad Caes. B. G. II. 18, 1. Drakenborchianis ad Liv. I. 3, 9. quaedam addamus, quae maximam tritorum quidem et pervulgatorum verborum partem non alia de causa nisi fortuita saepius iterari ostendant. Nam negligentiae Ciceronem saltem absolvendum dicemus, nisi inepti voluerimus esse. *Est* bis in eadem sententia legitur de Or. I. 5, 18. 60, 257. ubi insuper additur *esse* III. 37, 150.; ter inculcatur II. 61, 249. III. 37, 151. et adiecto *esse* ib. §. 150; quater II. 79, 326; *sunt* bis II. 11, 46. ter Divin. II. 54. In hoc verbo elegantiam aut vim non quaeremus, qua utraque plane destituitur. *Bellum* ter in eadem sententia legas apud Sallustium Catil. 9, 4. v. Kritz. *belluam* iteratur Cic. Rp. II. 40. *bona* Tusc. V. 31, 86. *deus* N. D. I. 9, 22. 18, 48. 43, 121. *Iupiter* N. D. III. 34, 83. *opinio* Tusc. III. 26, 62. *res publica* Legg. III. 18, 41. *res* Q. Fr. I. 1, 6. et insignitius de Or. II. 77, 310., ubi legitur *tribus rebus — una ex tribus hic rebus res. sapientia* Fin. I. 13, 43. *exercitatus* et *exercitatio* et prius quidem bis leguntur de Or. III. 21, 79. Tale est etiam quod, ut expositorum pleraque, uni alterive interpretum magnae fuit offensioni,

de Or. III. 28, 110: *alterum* (genus) — *dicunt; sed neque vim neque naturam eius nec partis nec genera proponunt.* Hoc eo certius defenditur, quod *genus* ne eadem quidem utroque loco vi ac sententia praeditum est. Eadem res est in verbis. Legimus in eadem sententia *utendum* — *utitur* — *uti* — *utatur* de Or. III. 10, 39.; similiter, quamvis non toties iterantur *admonere et commonere* de Or. III. 12, 47. *docere* Fin. I. 14, 46. *depellere* Tusc. IV. 37, 81. *habere* Legg. III. 18, 41. *concitare* Tusc. IV. 15, 34., ubi non animadversa res verbi bis positi diversam sententiam esse ineptas suspiciones peperit. Similia quaedam ex Oratore exempla collegit Goellerus ad c. 27, 91. p. 206. Ceterum haec omnia et si quis alia his similia colligat non efficient, ut verba *de qua quaeri et disceptari potest* non videantur ab inepto adiecta esse explicandae *naturae ambigendi.*

ad cognoscendi aut ad agendi vim] est haec antiqua artium in duo genera divisio, *θεωρητικὸν* et *πρακτικόν*, de qua re copiose disputatur in Topicis c. 21 — 23. et Partt. Orat. 18.

113. *quid in re sit*] miror Henrichseni iudicium exemplum sapientiae ad interrogandi formam non convenire. Optime convenit, modo ne vim sententiae in *sitne* quaeras aut in *humano genere*, sed in *sapientia.* Aequiore etiam animo Schuetzii coniectura *ecquid* carebimus, quam secuti sunt Muellerus et Orellius.

114. *naturane sit ius inter homines*] hoc primo de Legibus libro disceptatur et affirmatur quidem.

115. *quod maximae parti sit utile*] Aristotelis in Politicis III. 7, 13. p. 76. Stahr. placitum est civium partem maximam non numero, sed virtute cerni: cui quod utile sit, ius esse. Id indicare Cicero videtur philosophi sententiam respiciens.

116. *duo prima quaestionum genera*] „h. e. duo primaria genera, quae aut fontes sunt reliquarum aut gravissima. Apte Orellius confert Top. 5, 26: *definitionis autem duo sunt genera prima*, ubi c. 6. pr. sequitur: *sunt et alia genera definitionum.*“ *Henrichsen.* Hac significatione maxime

frequens est *primus homo* in Verrinis, cuius locutionis exempla Zumptius ad Accus. I. 26, 67. affert II. 4, 11. III. 71, 168. V. 63, 163. Quibus addo IV. 23, 50. Tusc. I. 33, 81. et *primam palmam* Rosc. Am. 35, 100., ut recte quidem Buechnerus correxit usus et Ciceronis testimonio Verr. IV. 17, 37. et Terentii Adelph. V. 4, 4., ad quem versum Donatus: *prima*, ante alia eligenda, quae et primo loco ponenda et per hoc optima.

XXX. 118. *est silva subiecta*] v. ad I. 42, 189.

119. *eadem sunt*] quod Henrichsenius ait servata, quae olim post *eadem* legebatur, particula *enim* mutandam fuisse verborum posituram, ut scriberetur *eadem sunt enim*, falsum est. Evellenda enim illa opinio est *enim autem igitur* post varias formas verbi *esse* tertio loco poni aut legitime aut certe elegantius; nec discrimen facit sive substantivum verbum est sive nomina copulat; etsi nescio cui visum. Enotavi omnia, nisi quod oculorum meorum forte aciem fugit, ex scriptis Ciceronianis exempla et utramque particulae posituram pari fere testimoniorum numero video firmari, ut in altero utro eligendo sola librorum sit spectanda auctoritas. Legitur *enim* ante verbum *sum* de Or. III. 20, 74., ante *est* de Or. I. 12, 54. 29, 132. II. 19, 77. Lambinus et alii invertunt. 28, 124. 39, 163. Muellerus transposuit. 54, 218., si quidem recte, ut fecimus, distinxeris. 72, 294. 78, 317. 82, 333. III. 14, 52. Or. 1, 2. 24, 120. 68, 227. Top. 3, 14. Schuetzius in ed. mai. invertit. 8, 34. v. Orell. Verr. Accus. II. 71, 165. IV. 25, 55. Agrar. II. 4 pr. Catil. III. 12, 27. Sull. 2, 3. 27, 76. 31, 89. Arch. 10, 26. Planc. 2, 5. Balb. 28, 63. Pis. 27, 65. Mil. 6, 14. 16, 42. Phil. III. 2, 4. XI. 12, 27. Divers. I. 7, 11. IV. 1, 1. 2, 1. VII. 30, 3. IX. 6, 2. XII. 23, 3. Att. VII. 8, 2. IX. 13, 1. XI. 16, 1. 24, 1. XII. 23, 3. Invertebat Beierus: v. Orellium. XIII. 22, 4. XVI. 1, 5. Legg. III. 1, 1. Acad. II. 31, 100. Invertebat Beierus ad Off. I. 1. p. 157. 34, 111. Fin. II. 9, 28. III. 5, 16. V. 10, 29. Tusc. V. 16, 46. Parad. V. 33. Beierus adversatur. Rp. I. 7. 23. 27. N. D. I. 7, 17. Heind. et Mos. transposuerunt. II. 2, 5. 6, 16.

13, 38. 26, 66. Divin. II. 1, 2. 7, 18. 26, 56. in edd. quibusdam antiquioribus omittitur *est*. 56, 116. Fat. 6, 12. 13, 30. Quidam, ut Beierus, *est* delent. Cat. M. 7, 24., ubi invertit cod. Erf. Off. I. 31, 110. Beierus omittit *est*. 43, 154. Plures edd. invertunt. II. 2, 5., ut certe ex omnibus optimis codicibus scribendum: quare *est* suspectum Beiero videtur. 7, 23. 19, 68. 20, 71. secundum optimos quidem libros. 22, 78. III. 33, 119. Ante alias praesentis formas secundo loco legitur, et quidem ante *sunt* de Or. II. 29, 129. 59, 240. 79, 323. III. 54, 208. p. Milone 29, 79. Divers. VIII. 1, 1. N. D. I. 35, 99. Divin. II. 64, 131. Lael. 13, 48., ubi deleturus erat Beierus. Off. I. 8, 27. 17, 53., ubi Beierus ex aliquot codd. et edd. invertit. 22, 76. Att. XVI. 11, 7. Q. Cic. de pet. cons. 8, 33. Porro ante coniunctivum praesentis *sim* de Or. III. 22, 84.; ante infinitivum *esse* Divers. V. 15, 3. Att. XV. 29, 2. XVI. 13, 1. Deinde ante imperfectum *erat* de opt. gen. or. 2, 6. Rosc. 47 pr. Flacc. 25, 59. Mil. 13, 24. Divers. XI. 8, 1. Att. XI. 12, 1.; et ante coniunctivum *esset* Divers. XI. 18, 2. Off. II. 2, 7. Iam ante perfectum *fuit* Divers. V. 8, 1. et ante futurum *erunt* Legg. I. 24, 63. In particulis *autem* et *igitur* temporum praeter praesens cum praemissorum tum postpositorum tenuior, quam in *enim*, usus est. Sed ante *est* legitur *autem* de Or. II. 1, 5. 44, 185. 54, 216. 58, 237. III. 18, 65. Inv. I. 27, 40. 29, 46. 30, 49. 36, 63. Or. 20, 68. Verr. Acc. II. 97, 226. Phil. II. 7, 16. III. 5, 13. Divers. XI. 27, 7. Tusc. I. 16, 38. III. 6, 14. 10, 25. IV. 16, 35. Parad. I. 3, 15. N. D. I. 32, 89. II. 13, 36. inversum a Schuetzio et Mosero. 25, 64. 26, 67. Off. I. 19, 64. 39, 140., ubi inv. quidam, ib. 141. II. 2, 6. 15, 64. 18, 63. 21, 75. Idem ante *sunt* de Or. II. 76, 309. III. 12, 47. 29, 115. Tusc. IV. 11, 25. 34, 72. Lael. 21, 79.; ante coniunctivum *sint* de Or. II. 58, 237.; ante futurum *erit* Inv. I. 15, 21. Partitt. Or. 34, 117. *Igitur* praepositum verbo *est* reperi Accus. Verr. II. 69, 165. Agrar. II. 27. Planc. 6, 16. Balb. 3, 6. Phil. XI. 11, 26. Divers. IX. 20, 3. Att. IX. 2, 3. Fin. I. 2, 4. 6, 17.

Tusc. II. 19, 45. III. 7, 15. 8, 17. N. D. I. 24, 67. III. 9, 23. Divin. II. 60, 125. Off. I. 3, 9., ubi Beierus invertit. 3, 10. ubi invertit Schuetzius, delevit Beierus. 37, 135. III. 6, 30. 15, 62. Verbo *sunt* anteponitur Inv. I. 37, 67. secundum optimum certe cod. Turic. Parad. V. 38. VI. 3, 49. Item ante *sit* positum exstat Off. II. 8, 30; ante *esse* Fin. II. 27, 86. N. D. II. 4, 12. Divin. II. 34, 71. 63, 130. Porro ante *erat* Parad. IV. 27. N. D. I. 9, 22. Denique ante *esset* Divin. II. 35, 73. His tot exemplis effectum puto, ne quis posthac alterutrum illarum particularum locum aut exquisitiorem aut a Cicerone amatum esse credat. — Proxime praecedentia a *nihil sane* usque ad *partitione* his comprehensis enotavit Nonius v. *discrepuit* p. 480 Merc.

ad universi generis vim] idem praeceptum exstat Or. 14, 46. Top. 21, 79. eaque respicit Quintilianus III. 5, 15. 6, 44.

121. *procudenda lingua*] „Pindarus dixit *χαλκεύειν γλῶσσαν ἐπ᾽ ἄκμονι*. Nihil aliud est, quam *ἐπεξήγησις* verbi *acuere*, ut Ernestus bene monuit.“ *Schuetzius*. Dubium est num Varro apud Nonium p. 156. Merc. (v. *procudere*) eo sensu dixerit: *legendo et scribendo vitam procudito*. Nonius enim explicat *prolatare, producere;* etsi potest etiam *perpolire, perficere*.

XXXI. 122. *caducam atque vacuam*] Ulpianus fragm. tit. XVII. 1.: *quod quis sibi testamento relictum, ita ut iure civili capere possit, aliqua ex causa non ceperit, caducum appellatur, velut cecidit* (scr. *ceciderit*) *ab eo; verbi gratia si caelibi s. Latino Iuniano legatum fuerit nec intra dies centum vel caelebs legi paruerit vel Latinus ius Quiritium consecutus sit; aut si ex parte heres scriptus vel legatarius ante apertas tabulas decesserit vel peregr factus sit*. V. Gaium II. 150. Cicero Phil. X. 5, 11: *etsi ne C. quidem Antonii celeritas contemnenda est; quem nisi in via caducae hereditates retardassent, volasse eum, non iter fecisse diceres*. — „*Vacua* possessio dicitur ea, quae sine domino est, vel cuius traditionem nemo adest qui impediat.“ *Henrichsen*. Iustinus a Pearcio collatus XIX. 3: *praedam, quam relictis a se castris*

abstulerint, non esse talem, quam velut spolium victi hostis ostentent; sed quam possessione vacua fortuitis dominorum mortibus sicuti caduca occupaverint. — Hunc locum enotavit Nonius v. *involare* p. 128. Merc.

in Gorgia Socrates] v. I. 11, 47. Proxima a *cavillantur* ad *libellis* Nonius habet v. *cavillantur* p. 92. Merc.

rhetorum] Schuetzius scripsit *oratorum;* manifesto errore. Nam cum Cicero personatus toties inculcaverit oratores non esse eos, qui in causarum iudicialium angustiis sese detineri patiantur, sed qui omnem morem hominum et civitatum regendarum disciplinam penitus hauserint: si *rhetorum* i. e. dicendi magistrorum est illarum causarum rationem docere, necessario etiam huius maioris peritiae compotes eos esse oportet, nisi nomine suo indigni haberi velint. Respexit haec et quae c. 19, 72. et 27, 107. dicuntur Quintilianus XII. 2, 5., deque patrimonio, quod quondam oratorum fuerit, a philosophis surrepto prooem. §. 10. et II. 21, 15.

123. *quam intuentur*] Schuetzius et Muellerus *intuemur* scripserunt, *intuentur* ad philosophos referendum arbitrati. Verum iure monuit Henrichsenius non philosophos, sed eorum de iustitia civitate aliis disputationes *intueri* i. e. respicere civilem scientiam. Hoc de re et materia dictum etsi alio documento probare non possum, hinc tamen certe ducitur *pietatis intuitu*, id est *ratione habita*, apud Modestinum Dig. XXXIV. tit. 1. l. 14. et *humanitatis intuitu* apud Papinianum iuris consultorum Ciceronem Dig. XLVI, tit. 1. leg. 47.

hauriemus] v. ad II. 27, 116.

125. *ex rei natura*] paucorum codicum scripturam *ex re naturalis* non debebat vulgatae fortasse praeferendam dicere Henrichsenius. Quid est enim *splendor in verbis exsistit ex re?* Nonne oportebat *ex rebus*, quem ad modum paulo ante recte dictum est *si est honestas in rebus ipsis.* Sentiens hoc Schuetzius correxit *ex ea naturalis*, quippe ex honestate illa, quae in rebus cernitur. Non minus bene sententia vulgatae scripturae constat, *Ex rei* est *ex rei ipsius*, id est

quoniam res ita se habet, ut honestas sive decor insit in argumento dicendi.

ita facile] mutavi distinctionem et medie distinxi ante *ita*, cum finaliter antea interpungeretur. Ita enim inepta sententia est, quasi eo modo natura sine duce ad orationis ornamenta perventura sit, ut ne quid a magistro requirat. Sed nexa illa sunt causarum et consequentium ratione et *ita facile* est *tam facile*. Adeo facile dicitur natura ad ornandam orationem labi, ut a magistris aliquid requirere non desideret.

XXXII. 126. *hic Catulus*] scite Catulum praeficit huic digressioni de sophistis Graecis. Erat enim is primus Romanorum *non antiquo illo, sed hoc nostro more*, ut ait Cicero in Bruto 35, 132., eruditus et personam culti et literati hominis in his dialogis ubique sustinet. In primis confer ab eo dicta II. 5, 20.

127. *Eleus Hippias*] v. Cic. Brut. 8, 30. Is cum ceteris hisce sophistis Socratis aequalis fuit; quanquam hoc quidem maiores Protagoras et Prodicus. Quae de Hippia narrantur, desumpta ex Platonis dialogo Hippia minore videntur p. 363. D. et 368. B. Ante oculos Ciceronem habuit Quintilianus XII. 11, 21.; rem eandem Africana verborum luxuria descripsit Apuleius in Floridis p. 546.

128. *Prodico*] eidem sophistae eodem fere ordine commemorantur in Bruto 8, 30. *Prodicus* quidem in insula Ceo natus Simonidis popularis praecipue in explicandis distinguendisque vocabulis versabatur eamque artem haud exiguo pretio docebat. Cf. Classen de grammaticae Gr. primordiis (ed. Bonnae 1829.). Prodici de Hercule in bivio allegoriam servavit Xenophon Mem. II. 1, 21. De *Thrasymacho* v. ad III. 16, 59. — *Protagoras* Abderis Thraciae urbe natus primus magna mercede docuisse fertur. Ab Atheniensibus, quod negaverat de natura deorum sibi constare, urbe agroque exterminatus est librique eius in concione concremati; narrat Cic. N. D. I. 23, 63. Cum alia scripsit, tum rerum illustrium disputationes, qui communes appellantur loci; quae Ciceronis verba sunt in Bruto 12, 46. Cf. Ritteri Hist.

philosophiae antiquae vol. I. p. 586. Classen l. c. p. 28 sqq. Haec ex iis, quae Henrichsenius attulit, contraxi.

129. *Leontinus Gorgias*] v. ad I. 22, 103.

illo ipso Platonis libro] Gorgia p. 447. C.: *ἐκέλευε γοῦν νῦν δὴ ἐρωτᾶν ὅτι τις βούλοιτο τῶν ἔνδον ὄντων καὶ πρὸς ἅπαντα ἔφη ἀποκρινεῖσθαι.*

130. *doctores*] probari non potest quorundam librorum scriptura ab Ernesto recepta, *auctores;* hi enim essent oratores ipsi; sed in sophistis, etsi quidam eorum, velut Gorgias et Thrasymachus, etiam oratores esse cupierunt, tamen illud praecipuum erat, ut sapientiam, cuius pars eloquentia esset, docerent. Qua de causa explicatius paulo ante locutus Cicero eosdem *doctores auctoresque dicendi* appellavit §. 126.; quam scripturam etiam hic revocari voluit Schuetzius.

131. *otio vero diffluentes*] illustravit locutionem Lambinus ad Cic. Lael. 15, 52. Et Beierus ad hunc locum recte: „*diffluere* dicuntur mollia soluta putria.“ Id ne quis in hanc Ciceronis sententiam non recte convenire putet, meminerit etiam in otiando inesse mollis et delicatae vitae notionem. Sic certe Romanis visum totis rei publicae gerendae intentis et otiosae vitae eiusque artium contemptoribus.

XXXIII. 132. *Hippocrates*] Heraclidis filius Cous ex Asclepiadarum schola medica progressus ol. LXXX (c. 460 a. C.) natus est et plus centum annos habuisse fertur, cum diem obiret. Scriptorum ei tribui solitorum et nativa quadam sermonis elegantia commendabilium plura subdititia putantur.

Euclide aut Archimede] *Euclides* regnante Ptolemaeo Lagi F. Alexandriae geometriam docuit. Librorum eius maxime celebrati sunt *στοιχεῖα* s. elementa, quorum postremi duo tamen ad Hypsiclem Alexandrinum quadringentis annis minorem referuntur. *Archimedis* unici spectatoris caeli siderumque mirabilioris tamen machinatoris bellicorum tormentorum operumque, quae Livii verba sunt XXIV. 34., res in oppugnandis a Marcello Syracusis gestae et mors nota sunt ex Liv. l. c. et XXV. 31. Val. Max. VIII. 7, 7. Cic. Accus.

in Verr. IV. 58, 131. Fin. V. 10, 50. Eius scripta quaedam nunc etiam exstant. — *Damo* musicus et sophista Agathoclis discipulus (Plat. Lach. p. 180 D.) Periclis praeceptor (Plut. Pericl. 4.) Socratis aetate floruit. *Aristoxenus* Tarentinus philosophus et musicus maxime Aristotelem audivit. Scriptorum eius soli integri supersunt *ἁρμονικῶν στοιχείων* libri tres; deperditorum inprimis clara erant *παιδευτικοὶ νόμοι* (Diog. Laert. VIII. 15.), *πολιτικοὶ νόμοι* (Athen. XIV. p. 648 D.) et *βίοι ἀνδρῶν* s. clarorum scriptorum vitae (Plut. Vol. II. p. 1093 C.). Vide G. L. Mahnii diatriben de Aristoxeno editam Amstelodami a. 1793. — *Aristophanes* Byzantius Callimachi discipulus bibliothecae Alexandrinae praefectus regnantibus Ptolemaeo Euergete et Philopatore floruit (c. 220 a. C.). De eius scriptis et laudibus v. Wellauer. in Erschii et Gruberi encycl. Vol. V. p. 271. et, qui nuper de Museo Alexandrino scripserunt, Parthejum et Ritschelium. — *Callimachus* Cyrenaeus, qui Ptolemaeo Philadelpho et Euergete regibus Museo Alexandrino ascriptus vixit, praeter multa, quae scripsit de historia antiquitatibus literis etiam poëta esse voluit, cum versificator esset satis doctus. *Αἴτια* eius et elegiae interciderunt, exstant hymni VI. et epigrammata LXXIII. — Horum pleraque Henrichseni diligentiae debentur.

atque ut alius aliam — seponeret] nostro sermoni usitatius est *sed* dicere. Recte vero Latini propter paritatem rationis inter utramque sententiam intercedentis etiam alteram ex altera fluere particula *atque* indicant. Aug. Matthiae ad Cic. Mur. 34, 71 alia exempla protulit haec. De Or. III. 36, 145: *in qua velim sit illud, — ut non necesse sit consumere aetatem atque ut possit is illa omnia cernere, qui tantummodo aspexerit.* Or. 31, 112: *meminerimus nil nos praecipiendi causa dicturos atque ita potius acturos.* Verr. IV. 34, 76. Q. Fr. I. 1, 54 extr.

133. *Meminerant*] „de verbo *memini* cum accusativo personae v. Zumpt. Gr. §. 440. Exemplis ab eo allatis praeter hunc locum adde de Or. III. 56, 214. Fin. II. 20, 63. Senect. 5, 14. Lael. 2, 9.“ *Henrichsen.* — De *Sex. Aelio*

v. ad I. 45, 198. de *M.' Manilio* ad I. 48, 212. De *solio* v. ad II. 33, 143.

134. *P. Crassi*] *P. Licinius Crassus Dives* ante aedilitatem pontifex maximus creatus est (Liv. XXV. 5.); consulatum cum P. Africano Maiore gessit a. 549. obiit a. 571 (Liv. XXXIX. 46.). Magnis eum propter opes formam vires corporis eloquentiam iuris peritiam laudibus tollit Livius XXX. 1. Quo magis miror Ciceronem in Bruto omnium facundiae laudandae intentum verbo Crassum praeterire c. 20, 77. De *Coruncanio* v. ad III. 15, 56.; de *Scipione* Crassi genero ad III. 2, 8. Eius proavus fuit P. Scipio Nasica Corculum cos. a. 592. et 599. censor a. 595.; de quo loquitur Cic. Brut. 20, 79. Tusc. I. 9, 18. Cat. M. 14, 50.

135. *M. Catoni*] v. ad I. 37, 171. De doctrina illa transmarina et adventitia Cicero Rp. II. 15: *facile patior non esse nos transmarinis nec importatis artibus eruditos*, et III. 3: *ad domesticum maiorumque morem etiam hanc a Socrate adventitiam doctrinam adhibuerunt.* Senem tamen Catonem literarum Graecarum studiosissimum fuisse scimus: v. Cic. Cat. M. 1, 3. Acad. II. 2, 5. Quintil. XII. 11, 23. Cum his eius laudibus quae conferantur dignissima sunt quae de eodem praedicantur in Bruto 17, 65.

136. *nunc contra*] paulo invidiosius Cicero. Nam ut Catonem Africanum Laelium Ti. et C. Gracchos literarum minime ignaros fuisse fateamur, tamen eorum, qui oratoria potissimum facultate floruerunt, Ser. Galbae et M. Lepidi Porcinae, nulla fuit doctrinae laus; quin iuris literarum et antiquitatis plane rudem fuisse Galbam scimus ex de Or. I. 10, 40. Igitur Cicero magis optavit quae in oratoribus desideranda essent, quam fuisse unquam significavit.

quae sane — obsoleverunt] praeter Metellum enim Numidicum et Marium nemo illa aetate re publica foris bene gerenda claruit.

pontificium, quod est coniunctum] aliquantum hinc discrepat Ciceronis iudicium in Legg. II. 19, 47., quo loco exiguam modo iuris civilis partem pontificii coniunctione teneri pluribus exsequitur.

XXXIV. 137. *septem — sapientes*] Thales Milesius Bias Prienensis Pittacus Mytilenaeus Cleobulus Lindius Solo Atheniensis Chilo Lacedaemonius Periander Corinthius, cuius loco Plato Protagora p. 343 B. commemorat Mysonem Cheneum; v. Beier ad Off. III. 4, 16. p. 210. Sententiae eorum (*γνῶμαι*, *ἀποφθέγματα*) collectae sunt primo volumine opusc. Graec. sententiosorum et moralium ab I. C. Orellio editorum. Quod Cicero statim omnes Thalete excepto civitatibus suis praefuisse dicit, a Dicaearcho Diogenis Laertii I. 40. expressit, qui septem illos nec sapientes nec philosophos, sed *συνετούς τινας καὶ νομοθετικούς* fuisse dicit.

Pisistrati] v. Herod. I. 59. De studiis eius Homericis quae totius antiquitatis fama erat, eam iudicatam videbis Wolfii prolegomenis Homericis p. CXLII. sqq.

138. *Pericles*] v. ad I. 50, 216. Ei dicendi *vim* pro *copia* emendatione nostra restituimus, idque sententia postulat. Nam qui severo dicendi genere utens populum consiliis suis parere quasi cogit, in eo non *copiam* orationis admiramur persuasioni aptam, sed *vim* (*δεινότητα*) animos commoventem et quocunque voluerit impellentem. Fons interpolationis in Bruto latet 11, 44; ita quidem ut eius eloquentia accuratius ibi describatur iunctis *ubertate et copia* atque *vi et terrore dicendi;* quod cum hic non fiat, eam viri virtutem commemorare decebat, qua ceteros omnes praecelluit.

veteres Comici] Eupolidis tanguntur versus a scholiasta Aristophanis Acharnensium v. 529. servati, quibus quod *in labris leporem habitasse* Cicero reddidit ita dicitur

Πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν.

et de *aculeis in animis auditorum relinquendis* ita locutus est:

Οὕτως ἐκήλει, καὶ μόνος τῶν ῥητόρων
Τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις.

Πειθώ Cicero Bruto 15, 59. *Suadam* vertit, *persuadendi deam* Quintilianus X. 1, 82. Eiusdem loci meminit etiam Plinius Epp. I. 20, 18. V. nunc Raspium diss. de Eupolidis Demis p. 19.

declamator — ad clepsydram] *declamatorem* Ciceroni pro *clamatore* reddidimus; v. ad II. 20, 86. Clepsydrae usus Atheniensibus legitimus et frequens (v. Meier. et Schoemann *Att. Prozess* p. 713.) post legem iudiciariam a Pompeio tertium consule latam, qua contractae sunt dicentium horae, (v. Brut. 94, 324. Ascon. arg. Milon. p. 531. ed. Schuetz.) etiam in Romanorum iudiciis adhibebatur. In declamando etiam ab adolescentibus adhibitam docuerunt Intpp. ad Tusc. II. 27, 67. — De *Anaxagora* v. ad III. 15, 56.

139. *Critias*] de hoc et *Alcibiade* v. ad II. 22, 93.

Dionem] „*Dio* Syracusius, qui ol. CVI. 1. (356.) Syracusas a Dionysii minoris dominatione liberavit, sed duobus annis post a Callippo Atheniensi interfectus est (Diod. Sic. XVI. 9—31. Nep. in Dione), Platoni, qui primum a Dionysio maiore ol. XCVIII. 3 (386.), deinde a Dionysio minore ol. CIII. 3 (366.) Syracusas arcessitus est, totum se dedit, nec minus Plato delectatus est Dione (Corn. Nep. Dion. 3. Plut. Dione 4. et 11 sqq.). Cf. Diog. Laert. III. 18 sqq. Beier. ad Off. I. 44, 155. p. 307.“ *Henrichsen.*

Isocrates — Timotheum] de *Isocrate* dictum ad II. 3, 10. De *Timotheo* Cononis, qui ad Cnidum vicit, filio, qui plurimis urbibus et insulis expugnatis effecit, ut pace facta Lacedaemonii Atheniensibus imperium maritimum concederent, praeter Nepotem vide Diod. XV. 29 sqq.

Lysis] Epaminondam Lysidis discipulum multi tradiderunt; v. quos Beierus collegit ad Off. I. 44, 155. p. 306. Quanquam Lysidis vita, ut Pythagorae, fabulis referta est ipsumque illud de Epaminonda eius discipulo temporum rationi adversari videtur; nisi forte duo Lysides fuerunt. Henrichsenius utitur testimonio Schoellii hist. lit. Gr. vol. I. p. 436. interpretationis Germanicae. De *Xenophonte* v. ad II. 14, 58.

Philolaus Archytam] „*Philolaum* Crotoniaten s. Tarentinum inter ol. LXX. et XCV. vixisse et Archyta antiquiorem fuisse ostendit Boekhius in libro: *Philolaos des Pythagoreers Lehren, nebst den Bruchstücken seiner Werke*, Berol. 1819.

p. 5. Eius commentarios de rerum natura centum minis emisse Platonem atque ex iis Timaeum suum concinnasse tradunt Diogenes Laertius VIII. 15. et 85. et Gell. III. 17. — *Archytas* Tarentinus Pythagoreus Platonis aequalis et amicus (Cic. Cat. 12, 41. Rp. I. 10. Diog. Laert. VIII. 79 sqq. Phot. cod. 249 pr.) re publica administranda clarus maiorem sibi ingenio doctrina mechanicisque inventis famam peperit. Cf. C. G. Bardili de Archyta Tar. disq. in Novis Actis soc. Lat. Ienensis vol. I. p. 3—16. Ios. Navarro tentamen de Archytae Tar. vita atque operibus. P. I. Havniae 1819." *Henrichsen.* De Pythagora Italiae magistro v. ad II. 37, 154. cf. ad I. 10, 42.

XXXV. 141. *Aristoteles — Isocratem*] idem tradidit Cic. Tusc. I. 4, 7. Or. 19, 62. Quintilianus III. 1, 14., cui obversabatur illa, quam tractamus, sententia: *nam et Isocratis praestantissimi discipuli fuerunt in omni studiorum genere; eoque iam seniore - pomeridianis scholis Aristoteles praecipere artem oratoriam coepit noto quidem illo (ut traditur) versu ex Philocteta frequenter usus:*

αἰσχρὸν σιωπᾶν καὶ Ἰσοκράτην ἐᾶν λέγειν.

Ἰσοκράτην δέ propter metri vitium dudum correxit Bentleius ep. 28. ad Graevium p. 95. ed. Friedemann; qui quidem pariter atque Hermannus Opusc. vol. III. p. 129. de Euripidis Philocteta sumptum putat. Sententiam ex Plut. adv. Colot. p. 1108 B. sic concinnavit Musgravius:

ὑπέρ γε μέντοι παντὸς Ἑλλήνων στρατοῦ
αἰσχρὸν σιωπᾶν, βαρβάρους δ' ἐᾶν λέγειν

quanquam verba *βαρβάρους κ. τ. λ.* nusquam comparent et coniectura efficta sunt ex verbis Ciceronianis. Diogenes Laertius V. 3. eundem versum in Xenocratem Speusippi in Academia successorem ab Aristotele conversum esse narrat.

quod ipse — transtulisset] seclusi sententiam, quae Ciceronis esse non potest. Sive enim ad priora eam referas, ut Isocrates floruisse discipulis dicatur, quod disputationes suas a causis civilibus ad inanem sermonis elegantiam transtulisset, sive ad sequentia, ut Aristoteles dicatur inanem ante sermonis elegantiam consectatus formam deinde repente mu-

tasse disciplinae: semper nascetur aliquid propter absurditatem non ferendum. Neque enim simile veri est Isocratem inanibus verborum calamistris plus sibi discipulorum reperturum fuisse, quam eloquentia forensi docenda, neque Cicero usquam nisi honorificentissime de Isocrate iudicat: v. II. 3, 10. 22, 94. Brut. 8, 32. Or. 13, 42. Etiam pronomen *ipse* de eo cogitare prohibet; quod sentiens Schuetzius coniecit *ille*. Sed sic Ciceronem de Aristotele viro haud paulo maiore ineptire cogimus. Neque enim tam impudenter mentiri potuit, ut hominem summo ingenio praeditum vana artificia captasse diceret, neque verum est eum ante causas forenses et civiles tractasse, quam ad philosophiam docendam sese applicaret. Quoque igitur te verteris, haec absurda sunt et a Cicerone scribi non potuerunt.

regem Philippum] de Aristotele Alexandro erudiendo praefecto v. Plut. Alex. 7.

142. *dummodo — laudandam*] haec enotavit Nonius v. *infans* p. 56. Merc.; sed *modo* pro *dummodo* habet.

stultitiam loquacem] Gellius hunc locum antestatus I. 15. legit *stultam loquacitatem* perdita figura metonymiae; quod cum ipsum Lg. 76., qui ex novitiis et eleganter exaratis est, prae se ferat, hunc ex Gellio tunc certe antiquitatis peritis haud ignoto correctum esse suspicio est.

XXXVI. His eloquentiae quasi omnis doctrinae custodis laudibus finitis Crassus a Cotta lenius, a Sulpicio, ut mores eius ferebant, importunius in ipsam suam provinciam revocatus ita argumentum dividit, ut ornatum verborum vel propriorum vel translatorum esse dicat; eaque aut simplicia spectari aut continuata et coniuncta. Simplicia ornari eligendis aut inusitatis aut novatis aut cum figura dictis; quibus uti etsi poëtas maxime deceat, ne ab oratoribus quidem plane defugi exemplis ostenditur. (c. 37. 38). Transferri autem oportere quae aut clariora aut significantiora aut breviora futura sint (c. 39.) Qua data occasione causae investigantur cur omnes translatis verbis magis quam propriis delectentur: cuius rei causa praecipua quaeritur in sensibus, maxime oculorum, figura movendis. Fugiendam

autem primum esse dissimilitudinem, deinde ne longius ductum simile videatur, ne turpius, ne duriusculum, ne obscurum, ut aenigmata sint. Ita ad figuram metonymiae et *καταχρήσεως* illustrandam defertur, quae iam non in singulis, sed in continuatis verbis insint (c. 40—43, 170.).

145. *aestus ingenii abripuit*] elegans figura a navigantibus sumpta, qui fluctibus tempestate motis iactati iam e conspectu terrae rapiuntur. Similis exstat Legg. II. 4, 9: *ne aestus nos consuetudinis absorbeat et ad sermonis morem usitati trahat.* Brut. 81, 282: *sed hunc quoque* (P. Crassum) *absorbuit aestus quidam non insolitae adolescentibus gloriae.* Significat, sed non exsequitur eandem figuram in Sextiana 6, 13: *ad tribunatum, quia ipse ad sese iam dudum vocat et quodam modo absorbet orationem meam, contento studio cursuque veniamus.*

in Academiam totum compulisti] etiam hoc apte Cicero, qui in hoc sermone colloquentium animos et indolem Platonico more diligenter notat et describit. Cotta, cum aut re aut fama non alienus a philosophiae studiis videretur, in libris de natura deorum eam a Cicerone provinciam accepit, ut more Academicorum contra Epicuri pariter ac Zenonis sententiam disputaret.

XXXVII. 149. *simpliciter — coniuncte*] non minus recte diceretur *simplicium* et *coniunctorum*, et rectius etiam, si nostram loquendi consuetudinem iudicem sumpserit. *Simpliciter* interpretor simplicium consideratione adhibita, et pariter *coniuncte* coniunctis consideratis. De adverbiis *sic* et *ita* pro *talis* dici visis multi dixerunt partim non sine gravi errore, ut Stuerenburgius ad Archianam p. 188. Hoc vero genus nemo tetigit, et est sane rarum, si poëtas non numeres. Dixit tamen Cicero Rosc. Am. 26, 72: *tamen diligentius paratiusque venisses;* quod ipsum interpretor *cum maiore diligentia et apparatu.*

151. *bonis hic verbis — utitur*] cum alterum alteri opponas, fit demonstratio tanquam praesentis, in qua pronomine *is* Latini uti non potuerunt. Id vitium multos scriptorum locos occupavit, magis tamen ut ab editoribus neglecta sit,

quam a libris non suppeditata correctio. Ita dudum cum alii tum ego correxi Brut. 16, 63. 29, 110. 47, 207. 62, 222. Scribendum etiam *in his igitur partibus* Fin. IV. 4, 8.

in quo non magna laus est] de Or. III. 10, 38: *quod* (Latine et plane dicere) *videmus ita esse necessarium, ut tamen eo minus nihil esse possit.* Brut. 37, 140: *nam ipsum Latine loqui est illud quidem, ut paulo ante dixi, in magna laude ponendum: sed non tam sua sponte, quam quod est a plerisque neglectum; non enim tam praeclarum est scire Latine, quam turpe nescire, neque tam id mihi oratoris boni quam civis Romani proprium videtur. Solum et quasi fundamentum* oratoris locutio emendata et Latina vocatur etiam in Bruto 74, 258.

XXXVIII. 153. *prisca fere ac vetustate — intermissa*] egregia codd. scriptura recepta et intolerabili iteratione eiusdem sententiae et sensu non satis constantem locum ad veritatem revocavi. Perapte dicuntur verba *ab usu intermitti*, id est in desuetudinem abire, *vetustate*, *διὰ παλαιότητα*. *Ab usu* adverbiascit, *τῇ χρείᾳ* s. *κατὰ χρείαν* significans. *Priscum* enim cum illud sit, quod propter antiquitatem mutatosve mores ex usu abiit aut in oblivionem cessit, *prisca et vetusta* idoneo sensu caret; recte dicerentur verba *vetusta et prisca*, id est vetustate obsoleta reddita. In hanc sententiam Cicero dixit p. domo 47, 122: *ego vero si omnia sollennibus verbis veteribus et priscis institutis acta esse dicerem, tamen me rei publicae iure defenderem* i. e. institutis adeo veteribus, ut iam prisca s. usu deficientia videantur; Legg. III. 9, 21: *quae iam prisca videntur propter vetustatem relinquam*; quem locum cum recte intellexisset Goerenzius, ad Graecos *παλαιὰ καὶ ἀρχαῖα* coniungentes provocat, cum *ἀρχαῖος* tamen minime *priscum* significet, et iniuria Ruhnkenium testem profert ad Velleium I. 16, 3. commentatum, cuius loci plane alia ratio est. Velleius enim de *vetere* Attica comoedia loquitur eamque simul *priscam* vocat, iure. *Vetus* enim perpetuum eius nomen est, quia mediam et novam aetate praecedit, *prisca* autem dicitur,

quod toto genere plane mutato in desuetudinem abiit nec ullus poëta inventus est, qui post in ea elaboraret. — De usu verborum poëticorum dignus est qui conferatur Aristoteles Rhet. p. 1404 B. Bekker.

sed tamen raro] de scriptura v. Commentarios criticos. Ad sententiam Schuetzius contulit c. 52, 201: *ut translatis utamur frequenter interdumque factis, raro autem etiam pervetustis.* Orat. 24, 80: *sed etiam inusitata ac prisca sunt in propriis, nisi quod raro utimur.* *Rāro* significationem hic propriam habet *aliquando, non nunquam,* qua vi etiam in Oratore dictum est 68, 226. cf. Klotz. Quaest. Tull. p. 36. Deinde adversus Schuetzii et Pearcii coniecturas *pervetustum* aut *priscum* corrigentium pro *poëtico* Matthiae in progr. a. 1807. edito haec scripsit: mihi nihil mutandum videtur. Quamvis enim dubitari non possit, quin de priscis s. obsoletis verbis h. l. proprie loquatur Cicero, tamen, cum ea poëtarum licentiae liberiora esse, quam oratorum dixisset, poetica verba tanquam partes s. formas (*species* nostri dicunt) priscorum numerans illa pro his memoravit. Inter exempla, quae deinde afferuntur, plura sunt poëtica eademque prisca.

ut Caelius] de Caelio Antipatro v. ad II. 12, 54. *Tempestatem* pro *tempore* dixerunt Sallustius, quanquam is quidem antiquarius est, Livius atque ipse Cicero Divin. I. 34, 75. Cetera illa omnia seculo argenteo multis frequentata auctoribus sunt, maxime omnium *proles* et *suboles* Tacito. *Effari* etsi augurale et poëticum vocabulum est, Quintiliani tamen (VIII. 3, 27.) et partis librorum auctoritas valere debet. Nec *fari* abest a poëtarum consuetudine. De *nuncupandi* verbo v. ad I. 57, 245.

non rebar aut opinabar] non liquet Henrichsenio cur *rebar* in obsoletis ponatur, quod in hoc ipso libro exstet c. 22, 82. Praetervidit autem illo etiam loco, ut hic Catulo tribui. „Prima persona imperfecti *opinabar*, quae invenitur apud Plautum Pers. II. 3, 5. iam Crassi aetate obsolevisse videtur.“ *Henrichsen.* Hunc locum respiciens Quintilianus

VIII. 3, 26. *reri* horridum, *aerumnam* inutile, *autumare* tolerabile, *fari* et *nuncupare* aliquando necessario sumi dicit.

154. *omnem mi exanimato expectorat*] hic versus, qui etiam c. 58, 218. et Tusc. IV. 8, 19. affertur, ex Ennii Alcmaeone desumptus est: v. Cic. Fin. IV. 23, 62. cf. de Or. l. c., ubi exsilium Alcmaeonis patria ob parricidium pulsi commemoratur. Eundem exscripsit Nonius p. 16. Merc., sed vitiose, et obversatus videtur Quintiliano VIII. 3, 31. Alterum quasi Ciceronis sit cum sequentibus usque ad *esse verba* Nonius habet p. 189. Ut lectio eius incerta, ita ignoratur etiam cuius poëtae sit, etsi extrema duo verba alio etiam loco Cicero apposuit Or. 49, 164. Bothius in fragmentis tragicorum Latinorum p. 75. incertis Ennii reliquiis annumerat; Beierus in praef. ad Cic. oratt. fragm. p. XVI. Aiacis de Ulixe verba esse dicit, de poëta nihil definit. *Fallaciloquae malitiae* ex Attio afferuntur a Cicerone Fin. 25, 68., ubi Goerenzius corrigendum suspicatur *versutiloquae;* quae coniectura si vera est, ad Accii *Armorum iudicium* versus referri potest. Ciceronianorum meminerat hunc de novandis verbis locum exsecutus Quintilianus VI. 3, 31 sqq., qui vocabula tunc vulgatissima *urbanus* et *favor* nova Ciceroni visa ipsius testimonio docet.

non nata] contra Schuetzii scripturam secundum Cic. Partt. Or. 5, 16. et Quintilianum VIII. 3, 36. corrigentis *nativa* consuli potest Heusingeri disputatio ad Off. I. 31, 5. utrumque Latine dici ostendens.

Di genitales] haec verba ab Ennio desumpta sunt, cuius versum affert Servius ad Virg. Aen. VI. 764:

Romulus in caelo cum dis genitalibus aevom
Degit.

Hunc Cicero breviatum et mutatum sic affert Tusc. I. 12, 28:

Romulus in caelo cum dis agit aevom,

memoriter, ut videtur. Depromptus autem videtur ex Proculi Iulii senatoris oratione, qua populum de Romuli morte repentina maestum immortalitate Quirini consolaretur. *Genitales*

deos duodecim esse Consentes, quorum nomina Ennius duobus versibus heroicis colligaverit

Iuno Vesta Ceres Diana Minerva Venus Mars
Mercurius Iovis Neptunus Volcanus Apollo,

Bentleius ostendit ad Hor. Carm. Sec. 16.

gemmare vites] Cic. Or. 24, 80: *qua* (translatione) *frequentissime sermo omnis utitur non modo urbanorum, sed etiam rusticorum; si quidem est eorum gemmare vites lascivire agros laetas esse segetes luxuriosa frumenta.* Illum locum enotavit Nonius p. 340. Merc. Vites gemmant, cum vere ineunte ad sarmentorum articulos exsistit ea, quae *gemma* dicitur, a qua oriens uva se ostendit, ut ait Cic. Cat. M. 15, 53. Pro *luxuriem esse in herbis* Iulius Victor Art. rhet. p. 98. qui totum hunc locum magis exscripsit, quam excerpsit, exhibet *luxuriare messem*, et ad hunc modum nostra correcturus erat Beier. praef. fragm. Cic. oratt. p. XVI. Enotavit haec Nonius v. *luxuria* p. 339. Merc. Cf. II. 23, 96; obversabantur, puto, Quintiliano VIII. 6, 6.

156. *inopiam indicant*] indicant sermonis quandam inopiam proprio vocabulo carentis, ut ea de causa translati dicendi necessitas gignatur, quem ad modum Cicero dixit §. 155. Haec universa de verbis novis et poëticis doctrina conferenda est cum illis, quae leguntur in Oratore 24, 80 sqq. Illud de inopia translationis causa ipsum quoque ibi exstat 27, 92.

XXXIX. 157. *similitudinis est — brevitas*] „h. e. translatio s. metaphora est similitudo quaedam breviter uno verbo comprehenso.“ *Pearcius.* Haec nimis abrupta visa sunt Lambino et Schuetzio, quorum ille edidit: *translatio omnis similitudinis* etc., hic coniecit: *est autem translatio similitudinis.* Neuter advertit haec cum prioribus arcte colligari. Hoc dicit: Quid vobis doceam rationem metaphorae? Est simile in unius verbi brevitatem contractum. Ciceronem expressit Quintilianus VIII. 6, 8: *in totum autem metaphora brevior est similitudo.* De metaphorae et similis (εἰκόνος) affinitate et discrepantia v. Arist. Rhet. III. p. 1406 B.

inhorrescit mare] versus et Pacuvii Duloreste (v. Stieglitz. de Pac. Dul. p. 88.) integer legitur Cic. Divin. I. 14, 24:

Interea prope iam occidente sole inhorrescit mare.

Narratur autem reditus Achivorum a Troia eversa et tempestas, qua multi duces perierunt, alii in longinquas terras delati sunt: ut illorum Aiax Oilei, horum Menelaus.

largifico] necessariam emendationem (quippe falsam scripturam iam versus coarguit, ut Sch. et Muell. transpositione usi sint) defendam. Potest fieri, ut vocabuli *largificus* finitio sit a *faciendo*, sed vim suam non minus amisit, quam *sul* in *consul*, quod hodie nemo a *consulendo* repetit, omnes a *con* et *esse* ducendum consentiunt, ut *τοὺς δύο συνόντας* significet; item *ceps* in *terticeps quarticeps quinticeps sexticeps septiceps*, quae ex formula sacri Argeorum apponit Varro L. L. V. 50. Muell., et *triceps* ipsi Varroni dictum pro *triplici*, V. 148. p. 157. Vocabulorum in *ficus* exeuntium pauca collegit, sed recte explicuit Kuehnerus ad Tusc. I. 28, 69., unde sua sumpsit Klotzius. Igitur, ut a notissimis incipiam, *magnificus* et *honorificus* non sunt *magna faciens* et *honorem* s. *honesta faciens*, sed *eximius* et *honestus*. Paulo rariora partimque poëtica sunt *laetificus regificus tristificus vastificus luctificus tabificus* et *tabificabilis ingratificus delenificus terrificus*. Horum quae a nominibus composita sunt magis blandiuntur verbi agentis specie, ut *terrificum* interpretere *terrorem faciens*, *tristificum* significare dicas *tristem reddens*, *vastificum* pro *vastitatis auctore* vendites. Sed ea non est nisi species veri et fallax quidem. *Terrificus* non a *terrore* dicitur, sed a *terrendo*, ut *terribilis*; voces *tristificae* Ciceronis in Arateo carmine Divin. I. 7. et in carmine de consulatu I. 12. sunt male ominatae et *tristia* non *facientes*, sed *portendentes*; aper Erymanthius *vastificus* dicitur a vastitate non terrae, sed corporis Tusc. II. 9, 22. in interpretatione carminis Sophoclei; *tabificum* pectus Ciceronis Tusc. IV. 16, 36. ne potest quidem esse quicquam nisi *tabidum* s. *tabe plenum*; *luctificum* eiusdem scriptoris ex Aeschylo expressum Tusc. II. 10, 25. *luctuosum* s. *plenum*

luctu significat; *laetificae* vites Ennii s. Accii apud Cic. Tusc. II. 28, 69. *laetae* sunt propter pampinorum et foliorum proventum. In alia horum similia ne species quidem illa veritatis cadit. Nam aedes instructae *regifice* Ennii apud Ciceronem Tusc. III. 19, 44. sunt *regali magnificentia; ingratifici* Argivi Accii Cic. Sext. 57, 122. nec *ingratum* aliquem *reddentes* nec *ingratorum auctores*, sed *homines animo ingrato;* apertissime omnium *delenificus* Lucilii apud Fulgentium p. 567. *delenientem* significat. Similia quaedam Lucani quanquam ἀκρίτως coacervavit Cortius ad VII. 64. Ita imber *largificus* est *largus*, λάβρος.

158. *facti alicuius*] *res facti sive consilii* coniungenda sunt, ut significetur res in facto sive consilio posita; v. ad I. 3, 9. II. 15, 63.

si telum manu fugit] „Cic. Top. 17, 64: *iacere telum voluntatis est, ferire quem nolueris fortunae. Ex quo aries ille subiicitur in vestris* (iuris consuetorum) *actionibus: Si telum manu fugit magis, quam iecit.* Quem ad modum vero pleraeque actiones ipsarum legum verbis accommodatae erant (Gaius IV. 11.), ita haec actionum verba ex lege XII. tabularum desumpta erant, ut intelligitur ex Cic. Or. p. Tullio §. 51., ubi cf. intpp. p. 63. Beier.“ *Henrichsen.*

XL. 159. *pes in navi*] *pedes* (πόδες, ποδεῶνες) nautico vocabulo funes in imis velorum laciniis dicebantur, quibus vela tenderentur: v. intpp. ad Virg. Aen. V. 830. Nostri, qui quidem maritimi sunt (nam mediterraneum genus harum rerum ignarum est) dicunt *Schooten.*

nexum] v. ad. I. 38, 173. — *divortium*] „nam proprie dicuntur aquarum et fluminum divortia, ut supra (III. 19, 69.): *haec autem, ut ex Apennino fluminum, sic ex communis sapientiae iugo doctrinarum sunt facta divortia.*“ *Lambinus.*

aliena — delectant] hanc sententiam respiciens Ciceronem exsequitur Quintilianus VIII. 3, 15.

162. *caeli ingentes fornices*] Hanc Enniani carminis particulam, quam etiam Varro affert L. L. V. p. 8. Muell. ad Hecubam fabulam refert Hermannus ad Eur. Hec. p. 167. Vocabulum *fornices* ad caeli cavationem spectare annotavit

Varro. Sed non puto id propterea vituperari a Cicerone, quod caelum totum rotundum sit, fornices autem a rectis lateribus surgant, ut visum Talaeo, sed propter humilitatem vocabuli ex humanis rebus vulgare quiddam nec ulla magnificentia commendabile significantis. *Sphaerae in scenam allatae* hanc explicationem habet Ernestus: „ut probaret translationem in fornicibus caeli a se audacius faciam et fortasse a multis reprehensam.“ Mire, quasi in singulis verbis novatis aut tralatis aliquod sensuum et maxime oculorum subsidium parari possit, quo aspecto auditores intelligerent unde illa transferendi audacia poëtae venerit. Non rectius constat Heindorfii ratio ad Hor. Serm. II. 1, 71. *afferre in scenam* significare *afferre in notitiam omnium* dicentis. Ernestus illud certe vidit in versu de fabula desumpto neminem intellecturum fuisse *scenae* vocabulum nisi proprie dictum. Sine dubio poëta sphaeram in scena collocandam curaverat in usum personarum nescio quarum in scena philosophantium, qualis erat ille Amphio Pacuvii a Zetho fratre reprehensus de Or. II. 37, 155, vel is, cui Neoptolemus Ennianus l. c., philosophari tantum paucis placere dixit. Huius rei auditores recordari Ennium voluisse, ut similitudinem fornicum et caeli in mentem suam revocarent, vituperare Cicero videtur.

Vive Ulixes] haec non dicuntur cum reprehensione, sed ut exemplo sint translationis aptae, nec humilis illius nec dissimilis. Versus integer, quem ad Niptra Pacuvii refert Bothius Trag. Lat. fragm. p. 278., si Goerenzius recte correxit, in Acad. II. 28, 89. sic legitur:

Video, video te; vive Ulixes, dum licet.

Rapere accommodatum est ad Graecum verbum ἁρπάζειν i. e. ὀξυλαβεῖν, v. virum Summum ad Soph. Ai. 2. Lumen *radiatum* Pearcius interpretatur *ex solis radiis emissum;* simplicius erat *radiis praeditum*, inde radiis ad oculos nostros perlatum. *Flammeum orbem radiatum* solem dixit Accius apud Ciceronem de Divinatione I. 22.

XLI. 163. *Charybdim bonorum*] haec, quia res Graecas tangunt Romanis auribus incognitas et a consuetudine vitae alienas, longe ducta vocantur. Tamen ne Cicero quidem

abstinuit quin de Antonii luxuria loquens diceret: *quae Charybdis tam vorax?* Phil. II. 27., cuius loci exemplo utitur Quintilianus XII. 10, 62.

164. *nolo — castratam esse rem publicam*] haec obversabantur Quintiliano, cum scribebat VIII. 6, 15: *sunt etiam quaedam et humiles translationes, ut id, de quo modo dixi, saxea est verruca, et sordidae: non enim, si Cicero recte sentinam rei publicae dixit foeditatem hominis significans, idcirco probem illud quoque veteris oratoris: persecuisti rei publicae vomicas.* Deinde illa ipsa de Africano et Glaucia addit, quae ab antiquis oratoribus desumpta esse credibile est, cum non facile ficta rerum eligerentur exempla: v. Hist. Eloq. R. p. XIX. cf. p. XL. Memoriter ea retulit Martianus Capella Rhet. p. 425: *castratam Africani morte rem publicam* (sic enim corrigenda Capperonnerii scriptura vitiosa *Africam mortuam*) *et Clodium stercus senatus.* De honestis translationibus sumendis consentit Aristoteles Rhet. III. 2, 13: *τὰς δὲ μεταφορὰς ἐντεῦθεν οἰστέον· ἀπὸ καλῶν ἢ τῇ φωνῇ ἢ τῇ δυνάμει ἢ τῇ ὄψει ἢ ἄλλῃ τινὶ αἰσθήσει.*

tempestas comissationis] sine dubio dicere voluit comissationem turbulentam et tumultuosam hominum nebulonum, quae ipsa sua vehementia tempestatis similis esset; id quidem maius et gravius est, quam pro comissationis ratione et natura, cum *tempestates malorum cladium calamitatum rei publicae* optime dicantur. Sed *comissationem tempestatis* non licet cum Talaeo explicare *exundationem, quae terram absorbet;* verius erat *tempestatis quasi exsultantem vehementiam.* Est autem minus quam pro rei gravitate tempestatis vim cum hominum lascivientium turbulentia comparari.

quidnam est] versus a Cicerone etiam Tusc. III. 12, 26. appositi et a Bentleio l. c. emendati (is inutiliter tamen mutat *abnutas* in *renutas*) ex Ennii Thyeste petiti sunt dicunturque ab homine infelici cum sese suis natis pastum ab Atreo fratre intellexerat. *Abnutare* non ea de re reprehenditur, quod etiam verbis chorum accedere prohibuerat ille, quae Henrichseni sententia est, sed propter tenuitatem s.

εὐτέλειαν verbi. Nec dixit quisquam, quod sciamus, veterum praeter Plautum Capt. III. 4, 79.

istinc] quod codd. fere omnes habent, *istic*, illam coniecturam Pearcii firmat. *Istim* de Bouhieri sententia Wolfius, quod antiquorum esse affirmant, ut *illim* pro *illinc*, et reperiri non nullis veterum librorum locis: v. P. Victorium ad Cic. Epp. ad Div. VI. 6. et Pareum lex. Plaut. p. 644. Sed certe tenuissima est illius formae fides, nec ullus grammaticorum auctor.

precario] id ex praetorum interdictis *vi clam precario habere possidere tradere* coniungentium, quod posterius possessioni legitimae oppositum est. Multis illustrat Gronovius ad Terent. Eun. II. 3, 27. p. 28. Frotscher.

166. *nam illud — non est*] significat *allegoriam*, quae ex continuata metaphora nascitur. Cic. Or. 27, 94: *iam cum fluxerunt plures continuae translationes, alia plane fit oratio. Itaque genus hoc Graeci appellant ἀλληγορίαν, nomine recte; genere melius ille, qui ista omnia translationes vocat.* Aristotelem dicit. Quintilianus VIII. 6, 14: *continuus* (translationis usus) *in allegorias et aenigmata exit.*

neque me patiar iterum] Harlesius putat allegoriam ductam esse a classe Graecorum falsis Nauplii ignibus illecta, ut ad Caphareum promontorium naufragium faceret; *telum* autem vel Apollinis intelligit, qui Achivos pestilentia immissa vexaverit vel Hectoris in naves eorum irruentis. In qua explicatione neque illud perspicitur quo modo allegoria insit, cum omnia proprie dicantur, et inepte coniunguntur *scopulus* et *telum*, cum hoc res reditum Achivorum multo priores spectet. Bothius autem fragm. trag. Lat. p. 280. de Polyxena intelligit manibus Achilli immolanda. „Irata Agamemnoni Diana nexerat moras Aulidenses; quibus ille admonitus *neque me*, inquit, *patiar*. Non eodem modo etiam reditum Graecorum se moraturum dicit offensis Achille et Thetide ipsoque Iove, sed potius puellam immolaturum. Fuerint igitur haec ex Accii Hecuba vel aliqua similis argumenti tragoedia.“ Haec probabiliter disputata sunt; sed scrupulum non eximunt. Classis enim ad *scopulum* offendere

potest, ad *telum* non potest. V. comm. crit. Quo referendi sint versus duo sequentes non constat.

XLII. 167. *traductio atque immutatio*] Cicero Or. 27, 93: *hanc ὑπαλλαγήν Rhetores, quia quasi summutantur verba pro verbis, μετωνυμίαν Grammatici vocant, quod nomina transferuntur.* Haec paulo mutata expressit Quintilianus VIII. 6, 23. Hinc *verborum immutatorum* nomine eandem figuram Cicero appellat infra c. 43, 169. Or. l. c. Alia est *immutatio* c. 54, 207, quippe *ἀλλοίωσις* Rutilii apud Quintilianum IX. 3, 92., nec repugnat quod huic ea non videtur figura esse; nam in multis huius doctrinae partibus a Cicerone discedit. Quanquam ambigebat Quintilianus *mutatio* illa (scribendum *immutatio*) anne esset ipsa illa metonymia; quam si significaverit Cicero, satis de ea dictum a sese affirmat. Sed Cicero non potuit inter *σχήματα λέξεως* recensere quam dudum in tropologia absolverat. Metonymiae genera enumerat Goellerus ad oratorem p. 209.

sed in oratione] haec aliena esse evicit Schuetzius. „Ambiguum est, inquit, quo modo ea recte dicantur. Nam metonymia non est in continuatione verborum, sed in verbis singulis. Sic *Africa* pro *Afris* est e singulorum verborum permutatione. Cicero autem hoc significat in metonymia non fieri alicuius verbi novam fabricationem, sive nova compositione, ut in *saxifragis undis*, sive veram eius notionem in similem, ut in *mollitur mare* mutando, sed tantum fieri unius verbi cum alio permutationem, ut cum pro *Afris* dicitur *Africa.*“ Ergo his verbis hoc significatur: *metonymia nihil in verbis novi fabricatur, nec compositionem nec tralationem.*

Africa terribili] versus ex Ennii annalibus est, atque praeter hunc locum etiam in epistolis ad Diversos IX. 7. Oratore l. c. et a Festo v. *metonymia* affertur.

desine Roma] versus aut ex annalibus Ennii, aut, si quidem hi non ultra principium belli Punici primi producti erant, ex epico carmine in honorem Scipionis maioris sum-

ptus: v. Porphyr. ad Hor. Serm. II. 1, 16. In eo Africanus hoc modo loquebatur:

Desine, Roma, tuos hostis — (sequebatur metuendi significatio)
Nam tibi munimenta mei peperere labores.

Sic Cicero Fin. II. 32, 106.

campi Magni] initiali maiuscula usus sum, cum dubium esse non possit, quin verum viderint Columna et P. Victorius (V. L. X. 2) significari *campos Magnos* Africae, in quibus Syphax et Carthaginienses a Scipione superatos narrant Polybius XIV. 8, 2. et ex hoc Livius XXX. 8. Videtur enim Scipio apud Ennium gestorum suorum victoriarumque, quos reportaverit, quasi recensum instituisse.

Martem belli] hanc locutionem ex Cicerone illustravit Manutius ad Div. VI. 4. cf. Matth. ad Sextianam 5, 12. Eadem fere, quae Cicero, vulgatarum metonymiarum exempla proponit Quintilianus VIII. 6, 24.

168. *illa minus ornata*] Quintilianus VIII. 6, 19: *synecdoche — variare sermonem potest, ut ex uno plures intelligantur, parte totum, specie genus, praecedentibus sequentia, vel omnia haec contra; liberior poëtis quam oratoribus* etc. Scriptor Herennianus IV. 33, 44. hanc figuram *intellectionem* vocat. Synecdochen aliam quandam explicat Quintilianus IX. 3, 58., quae potius est ellipsis.

at Romanus] hos versus ut illum: *nos sumus Romani*, ex Ennii Annalibus esse liquet; in altero poëta Rudinus s. Rudiensis de se ipse loquitur; v. ad I. 34, 154.

XLIII. 169. *abutimur*] Cicero Or. 27, 94: *Aristoteles tralationi — subiungit — abusionem, quam καταχρησιν vocant; ut cum minutum dicimus animum pro parvo, et abutimur verbis propinquis, si opus est, vel quod delectat vel quod decet.* Simili modo definit Quintilianus VIII. 2, 5. et 6, 34.; sed longe aliter scriptor Herennianus IV. 33, 45.; is enim eam dicit, quae verbo simili et propinquo pro certo et proprio abutitur. Nec enim ex hac definitione nec ex additis exemplis, velut *parva statura, pauco sermone uti, vires hominis*

breves sunt intelligi potest quo modo abusio a translatione distinguatur.

ut exposui] c. 41, 166. de allegoria disputans.

171. Iam ad ornatum verborum *continuatorum* progreditur Crassus, in quibus *collocatio* et *modus* quidam *formaque* spectetur. Collocationis esse ita struere orationem, ne aspera concurrant hiulcave oratio fiat; modi, ut numerosa. Finem sententiae spiritu terminari. Eligendos autem, ut oratio numerosa fiat, certos pedes; et abstinendum quidem secundum Aristotelem iambicis et trochaicis propter exiguitatem, sumendos heroos aut paeonicos, etsi haec res Romanorum minus, quam Graecorum diligentia tractetur. Deinde concludendos esse verborum ambitus, et, ne infringantur in extremo, posteriora prioribus aut paria aut etiam longiora esse oportere; nec tamen semper hoc ambitu verborum utendum esse, sed distinguenda membris minutioribus oratione fugiendam aurium satietatem. In fine numeri maxime observandos esse duos aut tres pedes postremos, quod hi ab audientibus maxime animadvertantur (c. 43, 171. — 52, 199.).

neve asper — neve hiulcus] de sententia confer §. 172. et Iulium Victorem p. 99., cuius haec verba sunt: „*ne sit hiulca vocalium et maxime longarum crebra concursione; ne aspera consonantium conflictu earum, quae sunt asperiores, ut si s ultima cum x confligat.*

soceri mei persona] id est *soceri mei quasi persona indutus.* De Lucilio v. ad I. 16, 72. „Ne principibus quidem rei publicae pepercisse hunc poëtam in satiris intelligitur ex Hor. Serm. II. 1, 62 sqq., eademque eum scribendi licentia in Mucium Scaevolam usum esse tradunt Iuvenalis I. 154., quem locum vulgo male de alio quodam Mucio interpretantur, et Persius I. 114 sqq. Lucilius num in eadem satira, qua Albucium sub Scaevolae persona illusit, ipsum simul Scaevolam laeserit, non constat; ad eandem certe satiram referendum est fragmentum apud Cic. Fin. I. 3, 9., in quo Scaevola praetor Athenis Albucium, qui se Graecum quam Romanum dici maluerit, Graece salutat. His autem versibus, quibus puerilem Albucii in verbis collocandis la-

borem exagitat Lucilius (cf. Cic. Or. 44, 149.), simul ut insanum rerum Graecarum amorem carpat, Graeca vocabula immiscet." *Henrichsen.* De Albucio v. II. 70, 281.

Lucilius] semper unus aut alter codex in hoc nomine aberrat, ut *ll* prae se ferat; sunt tamen similia, quae duplicata litera scribantur nusquam, velut *Pompilius Rutilius Rucilius Sextilius Virgilius.* Graecorum scriptorum in hac re non certior fides, quam literae *i*, cuius productionem significari duplicanda consona credere possis. Nam Graeci in paucissimis, ut pauca omnino pro re nata afferunt, duobus *λ* utuntur, ut *Λουκίλλιον* sane et *Ἀκίλλιον* et *Ἀκύλλιον* scribunt, sed non *Σερουίλλιον*, *Ὀστίλλιον*, *Καρουίλλιον*. Nec ullum nomen est frequentius scribitur geminata consona, quam *Popilius* s. *Popillius*, et hoc tamen ipsum *i* corripit in epigrammate Graeco apud Reinesium Inscr. p. 1030, 43. Pleraque horum nominum eandem habent originem; producta enim sunt ab eis, quae in *ius* exeunt, quod perspexit, etsi in *Popilii* nomine explicando errat, Reinesius l. c. p. 20. Ut Atilios Curtilios Genucilios Hostilios Lucilios Metilios Maecilios Manilios Marcilios Magilios Publilios Quintilios Roscilios Spurilios Sextilios Statilios Servilios Varilios taceam, quorum procudendorum ratio alia ne cogitari quidem potest, idem certum est de Aquiliis Aviliis Acutiliis Agriliis Axiliis Caesiliis Catiliis Gaviliis Mamiliis Maciliis Oviliis Orbiliis Popiliis Petiliis Porciliis Preciliis Tusciliis Terentiliis Turciliis Vetiliis aliisque multis. *Aquius* enim aliquis exstat in inscriptione apud Graevium p. 360, 3. *Avius* p. 860, 6. *Acutius* p. 344, 11. et aliis locis plurimis, *Agrius* p. 194. 5. Varr. R. R. I. 2. *Axilius*, qui p. 968. 11. legitur (idem nomen imperite exaratur *Axsillius* n. 2773. p. 486. t. II. Orell.), *Axium* fontem habet, de quo nomine et in inscriptionibus testimonia sunt et apud Varronem RR. III. 2.: afferuntur etiam Ciceronis epistolae ad Q. Axium. *Caesii* porro Tac. Ann. III. 38. XII. 40. et in inscriptionibus saepissime. *Catilii* a *Catiis* dicti, quorum apud Cic. Div. XV. 15. 19. Horatium Serm. II. 4. et in inscriptionibus creberrima memoria. Quanquam p. 536, 8. corrigendum est

C. Atilius, quia aliter praenomen afuturum esset; *Catilii* tamen aliis locis certi sunt, ut p. 752, 3. *Gavii* porro, unde Gavilii, prostant apud Cic. Att. VI. 1. Verr. Accus. V. 61.; *Mammii* s. *Mamii*, unde Mamilii, apud Reinesium p. 591 l. 85. 593, 177 cf. ipsum Reinesium p. 596., item p. 129, 2. Graev.; *Maccii* p. 668, 58 Reines., unde *Macilii*; *Ovii* p. 671, 67. R., unde Ovilii sunt; *Orbii* etiam Ciceroni commemorantur Brut. 48, 179.; *Poppii*, qui sunt Popiliorum origo, p. 818, 7. *Pettii*, unde Petilii, etiam ex Horatii Ep. XI. constant; *Porciliorum* nomen a Porciis ductum legitur apud Graevium p. 1004, 4. etsi iniuria geminato *l* scriptum, item p. 398, 11. Rein. *Precios*, unde Precilii sunt, videbis p. 512, 8. Gr.; *Tuscios*, unde Tuscilii, coniicias fuisse, quia *Tusciani* fuerunt, p. 164, 4.; *Turcios*, unde Turcilii dicti, p. 1080, 9. Gr. De *Terentiliis* vide Niebuhrium Hist. R. vol. II. p. 313. Etiam Aegriliorum Auciliorum Campiliorum Cartiliorum Caltiliorum Fundiliorum Fatiliorum Garciliorum, qui fortasse *Gargilii* scribendi, Letiliorum s. Laetiliorum (p. 428, 2. 3. 4. Gr.) Metriliorum Motiliorum Mutiliorum Meniliorum Ofiliorum s. Offiliorum Opiliorum Otaciliorum Pantiliorum Platiliorum Reciliorum Rupiliorum Septiliorum Seniliorum Scaeviliorum Tetriliorum Tantiliorum Tongiliorum Tutiliorum Vetriliorum Vectiliorum Urbiliorum Vacciliorum Viciliorum Vestiliorum eadem originatio aut testimoniis et documentis constat, quam, quia longum est, non exsequar, aut veri simili analogia efficitur. *Rutilios* tamen a colore rutilo dictos puto, ut *Aquilios* ab aquilo affirmat P. Diaconus p. 22., antiquos haud dubie auctores secutus, etsi illud praenomen vocat iniuria. *Atilios* autem non necessario ab *Atiis*, sed etiam ab *Attiis* potuisse duci, *Acilios* ab Acciis, *Metilios* a Metiis, *Pacilios* a Pacciis, *Vetilios* a Vettiis et omnino nominum simplex aut geminatum *c* sive *t* prae se ferentium aut tenue aut nullum discrimen esse docui in commentariis criticis ad III. 7, 27. Iam de *Duiliis* s. *Duelliis* quomodo monumentorum scriptura a Ciceronis originatione discrepet nota res est, nec potest ea de causa geminatum *l* repudiari. Eadem res in *Suilliis* animadvertitur, qui etiam

Suellii scribuntur (p. 923, 12. 995, 16. Gr. 860, 64. Reines.); aut coniungendi sunt cum Caerelliis Caesellius Cascelliis, aut nomen habent ab adiectivo *suillus*. Illa autem plurima, quorum originationem antea persecuti sumus, cum hanc scripturam, si perpauca exceperis, longe plurimis monumentorum documentis firmatam monstrent, omnia simplici consona scribenda puto. Cum aliqua discrepantia scribuntur maxime haec. *Aquilius* etsi nobis solum probari diximus, tamen *Aquillium* habent fasti Capitolini et numi, v. Heinrich. ad Cic. Rep. I. p. 158.; sed nobiscum facit inscriptio C. Aquilii Galli, qui Marii in consulatu collega fuit, sane vetus et memorabilis, n. 3308. p. 71. t. II. Orell.; ceterum eius nominis scriptura multis locis obvia monumenta pari fere numero divisa habet. *Avilii Aucilii* et *Axilii* etiam *Avillii Aucillii* et *Axillii* scribuntur p. 40, 14. 170, 3. Gr. p. 231. 61. 652, 5. Reines. n. 2773. p. 486. Or.; *Gavilii* etiam *Gavillii*, velut p. 1131, 3 Gr.; *Lucilii* saepe *Lucillii* vocantur, cuius rei testimonia afferri non est opus. *Mutillius* legitur p. 236, 261. Reines.; *Ofillius* p. 240. 698, 7. Gr. 733, 41 Reines.; *Recillius* p. 751. Reines.; *Septillius* secundum quosdam descriptores p. 754, 16; alii enim *Sextilium* habent; *Spurillius* p. 1125, 8. Gr. *Turpilius* manifesto mendo *Turpillius* scribitur in titulo Corano p. 180, 2. Omnium autem creberrime discrepatur in nominibus *Petiliorum* et *Popiliorum*, de quo posteriore dixit Drakenb. ad Liv. VII. 12. pr.

quam lepide lexeis] uterque versus legitur etiam Or. 44, 149. et apud Nonium v. *vermiculatum* p. 188 Merc.; alter affertur a Plinio H. N. XXXVI. 61. et respicitur a Cicerone Brut. 79, 274. et Quintiliano IX. 4, 113. Sensum bene exposuit Strebaeus his verbis: „*lexeis* i. e. verba tua, o Albuci, lepide et eleganter composita coagmentataque sunt in oratione, ut in pavimento vel emblemate omnes tesserulae sunt arte compositae. *Tesserulae* sunt lapilli vel lateres (marmorei) quadrati, quibus aedium solum consternitur opusque tesserulis apte consertum et effigie rerum animaliumque distinctum *emblema vermiculatum* vocatur.“ Haec cum probaret Henrichsenius, non intelligo cur inutilem cum aliis asciverit

Ursini coniecturam *endo* pro *arte*. Quippe praepositio *in*, quae abesse posse ei nullo modo videtur, in sermone antiquo et poëtae non magis desideratur, quam in locutionibus *montibus vagari* vel *vertice haerere*. Deinde *compositum esse pavimento atque emblemate* dictum pro *contineri* memineris; quo facto ne usus quidem erit praepositionis. Ceterum Strebaeus non satis distinxit *pavimentum sectile*, quod ex marmoreis crustis maioribus maxime albis et atris certe paucorum colorum componebatur, et *emblema vermiculatum* s. *tessellatum*, quod et *musivum opus* dicebatur, *ἀσάρωτον* (Plin. XXXVI. 25. Vitruv. VII. 1. cf. C. O. Muellerum in archaeologia p. 438.); quod iam nomen indicat ornandis pavimentis sectilibus potissimum mediis illigari solitum, ut emblemata caelata vasis argenteis aureisve: quale illud est, quod columbas bibentes effingens ex villa Hadriani Tiburtina in Museum Vaticanum illatum Romae visitur, aut illud Praenestinum venationes ferarum Niloticarum exprimens aut Neapolitanum sive Pompeianum potius, quod Darii et Alexandri pugnam exhibet. Ea divitum erant, pavimenta sectilia satis vulgaria. Cf. Ern. clav. Cic. v. *vermiculatus* et intpp. ad Suet. Caes. 46. *Vermiculum sternere* reperitur in inscr. Orellianis n. 4239. et 4240. p. 258. t. II.

idem illud scilicet;] si, quod sequitur, *ille* ad Albucium refertur, sententia intelligi non potest idque iure significavit Henrichsenius. Nec, ut Madvigio placuit, *ille* Lucilium spectare potest, quia, cum Crassus dixisset *tu Lucili meo nomine abuteris*, pergere debebat *ut tu vis*, non *ut ille vult*. Ita ne Ernesti quidem coniectura *quod ille voluit*, quam Sch. et Muell. asciverunt, difficultas tollitur. Enimvero *ille* est Scaevola, quem Lucilius loquentem induxerat, eaque de causa etiam ex libris corrigendum erat *vult* pro *voluit*. Hoc enim verbo uti decet, cum alicuius dicta quasi praesentes audire videamur. Nemo ita loquitur: *Socrates apud Platonem dixit*, *εἶπε*, sed *dicit*, *φησί*. Igitur *ut ille vult* significat: *ut ille Scaevola, quem loquentem induxisti, de me iudicat*. Quod addit, *idem illud*, id non ad sequentia referendum est, sed ad sententiam in versibus praegressis propositam. Positis

autem, ut feci, distinctione media post *scilicet* et virgula simplici post *vellem* sententia recte et molliter decurrit. Hoc igitur Cicero dicit: *Quid ergo efficit Crassus, cuius tu nomine ludens abuteris? Idem illud scilicet, quod Albucius, ut verba quasi in emblemate vermiculato artificiose componat; quamquam, ut ille apud te loquens Scaevola iudicat et ego ipse vellem, paulo melius, quam Albucius.*

XLIV. 173. *interspirationis enim, non defatigationis*] hunc locum ab inutilibus coniecturis recte vindicavit Orellius sic explicando: *in orationibus esse voluerunt clausulas interspirationis non defatigationis nostrae, id est, ubi non propter defatigationem vocem comprimere cogeremur, sed ubi libere et commode interspiraremus, easdemque clausulas interpunctas* (i. e. distinctas) *voluerunt non librariorum notis, sed verborum et sententiarum modo.* Non exspectaverat, puto, Orellius, ut vir ceteroqui sagax Henrichsenins hanc explicationem ita non intelligeret, ut *clausulas defatigationis* significare diceret *clausulas ubi defatigemur*, si quidem *clausulae interspirationis* dicerentur *ubi interspiremus.* Non vidit igitur genitivos cum verbo *esse* coniungendos, ut clausulae *non defatigationis sed interspirationis esse* dicantur eodem sensu, quo aliquid *odii* vel *amoris esse* dicimus; quippe odio aut amore genitum ideoque odii vel amoris signum. Sic nec secum ipse pugnat Cicero, cum in Oratore 68, 228. dixit: *oratio, quae non aut spiritu pronuntiantis aut interductu librarii, sed numero coacta debet insistere*, nec cum Aristotele, a quo hoc praeceptum ductum est, Rhet. III. 8, 6: *δεῖ — δήλην εἶναι τὴν τελευτὴν μὴ διὰ τὸν γραφέα μηδὲ διὰ τὴν παραγραφήν, ἀλλὰ διὰ τὸν ῥυθμόν.* Totam doctrinam de numero copiosius explicat Cicero in Oratore c. 49. sqq.

princeps Isocrates] idem tradit Bruto 8, 32.; sed aliquanto accuratius in Oratore 52, 175. neminem in eo artis genere scientius quam Isocratem versatum, sed principes inveniendi numeri Gorgiam et Thrasymachum fuisse narrat; cf. et c. 12, 39. 13, 40. De *Isocrate* v. ad II. 3, 10. de *Naucrate* ad II. 23, 94.

174. *delectatione*] Muellerus de Waardenburgii coniectura scripsit *delicatiorem*, Orellius corrigi pro *modo delectatione* voluit *modulatione*. Clarum est ex *verborum numero* et *vocum modo* iunctis effici *delectationem*, qua vincatur aurium satietas; nullum igitur ex his, quorum singula singulis opponuntur et respondent, sine sententiae aut structurae artificiosioris damno tolli potest. Duplicis ablativi exemplorum ab Augusto Matthiae collectorum ad Cic. Mur. 40, 87. unum simile est Verr. Act. I. 2, 2: *Verres homo vita atque factis omnium iam opinione damnatus.* Addidit Henrichsenius Cic. Prov. Coss. 9, 22: *cuius literis celebrantur aures meae novis nominibus.* 14, 34: *aestas vel metu vel spe — potest totam Galliam sempiternis vinculis astringere.*

175. *versus — vitium est*] v. quae annotavimus ad c. 5, 20.

176. *vinxit modis et forma*] „*modi* sunt pedes, *forma* est in structura. In modis relaxatio est, cum non severe exiguntur pedes ad certum versus metrum: in forma, cum non exiguntur tot pedes, quot sunt in versu poëtico.“ *Ernestus.* Recte, dum potius dixisset *modos* spectare ad pedum metricorum similitudinem, *formam* ad pedes in versus modum structos, ut tamen non impleatur versus integritas.

XLV. 177. *dispares numeri*] sunt numeri oratorii, inter se dispares nec, ut versus, aequabili quadam lege astricti: Or. 58, 227: *numerus — non modo non poëtice iunctus, verum etiam fugiens illum eique omnium dissimillimus.*

alia sermonis, alia contentionis] v. ad I. 60, 253. Simile illud de *tenero* et *flexibili*, sumptum a cera argillave voluntatem artificis sequente ad voluntates hominum describendas accommodatum videmus apud Cic. Lael. 25, 93: quid enim *potest esse tam flexibile, tam devium, quam animus eius, qui ad alterius non modo sensum ac voluntatem, sed etiam vultum atque nutum convertitur?* Mil. 16, 42: *nihil enim est tam molle, tam tenerum, tam aut fragile aut flexibile, quam voluntas erga nos sensusque civium.* Sed de numero oratorio dictum est in Bruto 79, 274: *nihil tam tenerum, quam illius* (M. Calidii) *comprehensio verborum, nihil tam flexibile, nihil,*

quod magis ipsius arbitrio fingeretur. Paene eisdem verbis illam, quam tractamus, sententiam reddidit Cic. Or. 16, 52: *nam cum est oratio mollis et tenera et ita flexibilis, ut sequatur quocunque torqueas: tum et naturae variae et voluntates multum inter se distantia effecerunt genera dicendi.* Eandem imitatus comprobavit Quintilianus IX. 5, 9.

178. *ut in plerisque rebus*] potuit etiam accusativo uti. Idem praepositionis usus cernitur in Oratore 53, 180: *sed ut in plerisque rebus, sic in hac duplex est considerandi via.* 55, 185: *sed ut ceteris in rebus necessitatis inventa antiquiora sunt, quam voluptatis, ita in huc re accidit.* Non deterius erat *ceterarum rerum inventa.*

nutuque] eadem fere sententia exstat N. D. II. 39, 98: *principio terra universa cernatur locata in media sede mundi solida et globosa et undique ipsa in sese nutibus conglobata.* Quae partim derivata sunt ex Platonis Phaedone p. 109. A. estque terra *suo* undique *nutu retenta* ἰσόῤῥοπος, quo Plato l. c. vocabulo utitur; *nutum* autem *vim centripetam* s. *gravitationis*, quam dicimus, explicare licet, qua omnes undique particulae ad mediam eandemque infimam partem tendunt.

brumale signum] tropicum capricorni: v. Cic. N. D. III. 14, 37. Tim. 9. *Quinque stellae* sunt πλανῆται s. errantes, Saturnus (Φαίνων) Iupiter (Φαέθων) Mars (Πυρόεις) Mercurius (Στίλβων) Venus (Φωσφόρος); v. Cic. N. D. II. 20, 52.

XLVI. 180. *cavernae*] Servius ad Virg. Aen. II. 19: *alii fustes curvos navium, quibus extrinsecus tabulae affiguntur, cavernas appellarunt.* Potest fieri, ut, quia latera navis curvis et quasi cavatis trabibus conficiuntur, eae trabes *cavernae* Romanis dicti sint. Sed nec ad sententiam hoc satis aptum est, cum etiam latera, quorum hic iuxta cavernas mentio fit, trabibus illis contineantur, et ipsius Servii verba fuisse qui *cavernas* proprie interpretarentur declarant. Itaque in eam sententiam inclino, ut cavitatem alvei significari putem, quae quia in plures partes dividi solet parietibus, pluralis numeri usus recte constat: v. ad III. 14, 53.

templa et porticus] rectius est, ut feci, alterum *et* vulgo ante *templa* positum omitti; porticus enim etiam templorum

sunt, ut de duobus iunctis, non de utroque separatim pronuntiandum fuerit sustineri illa columnis.

Capitoli — fabricata est] hanc sententiam enotavit Nonius v. *fabricantur* p. 472. Merc.

utilitatem templi] Orellius explicat: *dignitas consecuta est utilitatem fastigii templi,* duritie non ferenda, non solum, inquit Henrichsenius, quod sic duo genitivi inter duo substantiva positi ad alterutrum modo referuntur, cum nihil impediat, quo minus suum utrumque genitivum regat, sed etiam quod sic satis est *fastigii* omissa *templi* mentione, cum *Capitolii,* quod certe templum erat, fastigium iam ante commemoratum sit. Addo tertium argumentum, quod genitivus rectus regentem praecedere non potest, nisi vim et sonum habeat. Recte explicat secundum Olshausenium ille, cuius verba modo apposui: *ei, quod postulabat usus templi, adiuncta est pulchritudo fastigii.* In fastigio enim dignitas inerat, sed haec dignitas ipsumque fastigium ab eo profecta erat, quod templi utilitas postulabat. *Utilitas templi* igitur dicitur subiective, ut loquimur, de re ad templi habitum utili, *ἡ τοῦ νεῶ χρεία.* — Aedium fastigia olim fictilibus, deinde maxime aereis signis et ornamentis (*ἀκρωτήρια*) decorabantur: v. Plin. H. N. XXXV. 46. Vitruv. III. 3, 5. C. O. Muelleri librum *de Etruscis* p. II. p. 246. — Ceterum in eandem, quam Cicero, sententiam, utilitate in multis rebus decorem sponte iungi disputavit Quintilianus V. 12, 17. prooem. VIII. et IX. 4, 8.

XLVII. 182. *longissima — spiritu potest*] hanc sententiam a Cicerone scriptam negavit Bakius; *spiritum* enim, ut vocem, eiusdem hominis semper esse *unum,* sed sane latiorem vel angustiorem. Non movebat eum, quod eadem verba eodem significatu praedita exstant I. 61, 260. Nam etiam hanc multo longiorem sententiam pluribus, sed minime idoneis argumentis a Cicerone abiudicat. Hic quidem nemo dixerit cur *uno spiritu* significare non possit *uno spiritus ductu* s. una spiratione; hanc enim vocabulo illi vim esse multis exemplis lexica docent. Cohaerent etiam arctissime quae §. 181. dicuntur: *clausulas enim atque interpuncta ver-*

borum animae interclusio atque angustiae spiritus attulerunt, et haec: *longissima est igitur complexio* etc.

qua re primum ad heroum] de emendando loco dictum in comm. crit. De sententia haec apponimus. Si hunc locum cum Arist. Rhet. III. 8. et Cic. Or. 57. comparamus, Aristotelem non locutum nisi de *iambo trochaeo heroo* (i. e. dactylo, cf. Quintil. IX. 4, 88.) et *paeone* apparet. Sed heroum numerum *σεμνὸν καὶ οὐ λεκτικὸν* dicit esse, nec aliter hunc Aristotelis locum a Cicerone lectum (quod Schuetzio in mentem venit) perspicitur ex Or. 57, 192: *quod longe Aristoteli videtur secus, qui iudicat heroum numerum grandiorem, quam desideret soluta oratio.* Hoc autem loco non satis considerate Aristoteli tribuit, quod ab Ephoro historico factitatum scimus ex ipso Cicerone Or. l. c. §. 191. Quod in plurimis codd. scriptum exstat, *invitant*, ut alii quidam dicendi magistri spectentur, cum tenore et nexu sententiarum antecedentium et sequentium conciliari non posse vidit Schuetzius. Cicero igitur Aristotelem, ut putat, auctorem secutus primum commemorat iambum et trochaeum (*trochaeum* quem dicit, fortasse tribrachyn intelligit adversus Aristotelis sententiam: v. Or. 64, 217: *trochaeus, qui habet tres breves*; cf. ib. 57, 191. Spald. ad Quintil. IX. 4, 88.); deinde de heroo solo agit usque ad §. 183. Sic verba *dactyli et anapaesti et spondei* ex interpretatione fluxerunt ascripti eis, quae sequuntur, verbis *hi tres pedes*; ignorabat enim additamenti auctor significari iambum trochaeum heroum. Hos tres ab oratore iunctos adhiberi non displicet Ciceroni, ut iambi et trochaei tenuitas heroi granditate sublevetur. A vocabulo *altae*, quod corruptum videtur et fortasse corrigendum *arae*, incipit exemplum ex libro vel oratione nescio qua depromptum: *altae sunt geminae quibus*, quo exemplo Crassus in heroo duo duntaxat pedes progredi licere docet, ne in versus similitudinem incurramus. Deinde postquam quae supra exposuerat, paucis verbis complexus est (*hi tres pedes — cadunt*), inde iam ad quartum numerum paeonem transit. Haec pleraque ex Madvigii disputatione desumpta recte habere fatendum videtur.

183. *ab eodem illo*] Arist. Rhet. III. 8, 5. Paeonis illa genera nos *primum* et *quartum* dicimus.

quid petam praesidi] v. ad III. 26, 102. „*C. Fannius Strabo*, cos. a. u. 632. cum Cn. Domitio Ahenobarbo C. Graccho, qui legem de civitate Italicis danda promulgaverat, summa vi restitit atque auctore senatu socios et Latinos Roma exterminavit (i. e. eiecit): Plut. C. Gracch. 12. cf. Cic. Off. III. 11, 47. *Is unam orationem de sociis et nomine Latino contra Gracchum reliquit sane et bonam et nobilem;* Cic. Brut. 26, 99. Eius orationis particulam servavit Iulius Victor p. 51. Mai. eiusdemque orationis exordium exempli loco hic affert Crassus.“ *Henrichsen.* Eam orationem non nulli a C. Persio literato homine, alii a pluribus nobilium iuncta opera compositam putabant; cui utrique sententiae adversatur Cicero l. c. §. 100.

XLVIII. 184. *quam est illa poëtarum*] Handius in libro de stilo Lat. p. 420. cum pronominis eandem significationem esse dicat, ac si nomen ipsum iteretur, delabi in id genus soloecismi videtur, quo recentiorum philologorum in primis Goerenzius affectus erat, ut diceret *cura oratorum minus diligens est, quam illa* (s. *ea*) *poëtarum*, quasi *is* et *ille* dicantur ut Graecorum et noster articulus praepositivus. Mihi inesse ethica illa vis videtur, qua *ille* significat *quem nosti, de quo dixi* s. *in vulgus notus*; eamque agnosco etiam in Att. XIII. 45, 1.: *quae* (epistola) *quanquam ante data erat, quam illae Diocharinae,* i. e. quam superiores illae, de quibus tibi scripsi s. narravi. Item Accus. Verr.I. 15, 41: *itaque e idem iste, quem Cn. Dolabella postea C. Malleolo occiso pro quaestore habuit — haud scio an maior etiam haec necessitudo fuerit, quam illa Carbonis —*; i. e. illa, de qua exposui ante, ut omnibus nota esse possit.

illud assentior Theophrasto, qui putat] Schuetzius et Muellerus propter praecedens *illud* correxere *quod putat.* „Verum haud raro Cicero id, quod ad demonstrativum referri debebat, per relativum alio modo adiungit, ut supra II. 77, 313: *atque etiam in illo reprehendo eos, qui — collocant.* Prov. Coss. 15, 36: *nam illae sententiae virorum*

clarissimorum minime probandae sunt; quorum alter etc.', *Henrichsen.*

185. *facta quodum modo*] id est elaborata accuratius et arte polita: v. quae olim annotavimus ad Bruti 8, 30.

fluxit dithyrambus] id est suos numeros desumpsit quasi a fonte derivatos. *Dithyrambus* dicebatur hymni genus, quod Baccho cani solebat. „Hoc genus ita compositum erat, ut inventione elocutione et numeris a castigata ratione aliquantum discederet et licentiae plenam quandam audaciam cum tumore coniunctam referret, ut non tam a sanis et sobriis, quam furore Bacchico concitatis scriptum videretur, naturamque illius dei, cuius honori dedicatum erat, imitaretur." *Casaubonus* de satyrica poësi in Crenii Misc. Phil. p. 11 sqq. Cf. Hor. Carm. IV. 2, 10. — Verba ab *inde ille* usque ad *dithyrambus* hoc comprehenso enotavit Nonius v. *divitior* p. 101. Merc.

sine intervallis loquacitas peremnis] in Oratore 16, 53. verba simillima sensu longe alio ponuntur. Dicuntur ibi alios delectare *distincta et interpuncta intervalla morae respirationes*, alios *flumen verborum et volubilitas* eloquentiae in celeritate posita. Opponuntur enim qui omnia uno quasi vocis sono et inani linguae volubilitate pronuntiant et qui in verborum comprehensionibus aptam quandam structuram sectantur. Hic autem *intervalla* sunt numerorum similitudine pedum longas et breves syllabas continentium, ut in altera parte diutius quam in altera insistamus, distinctorum.

vocem natura modulatur ipsa] *auribus* significat *aurium causa* s. in aurium delectationem et quasi beneficium. Hoc si tenes, scripturam Pearcii Orellii aliorum sententia comprobatam facile intelliges adhibito loco Oratoris 18, 58: *ipsa enim natura, quasi modularetur hominum orationem, in omni verbo posuit acutam vocem —; quo magis naturam ducem ad aurium voluptatem sequatur industria.* V. Goellerum.

186. *ambitus — conversiones*] Cic. Or. 61, 204: *in toto circuitu illo orationis, quem Graeci περίοδον, nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehensionem aut continuationem aut circumscriptionem dicimus.* Περίοδον eandem

etiam *circuitum et quasi orbem verborum* vocat paulo infra 51, 198., ubi cum orbis opponatur binis aut ternis verbis coniunctis s. incisim dicendo, errasse videtur Goellerus ad Cic. Or. p. 284. ut *orbem*, ita illa vocabula pleraque, quae ante ex Cicerone attulimus, de sola rhythmica periodorum clausula interpretatus et solam *verborum comprehensionem* modo de tota continuatione verborum, modo de periodi clausula numerosa dici existimans. Haec refelluntur iam illo Oratoris loco; 44, 149: *collocabuntur igitur verba — ut forma ipsa concinnitasque verborum conficiat orbem suum, aut ut comprehensio numerose et apte cadat.* Clarum est enim *orbem* et *comprehensionem* de tota periodo dici, *clausulae* autem significationem in solo verbo *cadendi* cerni. Ut nos, ita Quintilianus Ciceronem intellexit IX. 4, 124. cf. 115. Nec duplex est periodi apud Ciceronem ratio, ut eidem Goellero visum, rhythmicae et syntacticae, sed utrumque coniungi secundum artis praecepta oportet. Minime distinguit haec, quod vult ille, Quintilianus IX. 4, 121., sed pedum singulorum et totius ambitus ex pedibus constantis struendi artificium. *Orationis* autem *conversio* s. structura periodica (cf. 49, 190.) Aristotelis est *λέξις κατεστραμμένη*, quae contraria est *τῇ λελυμένῃ* antiquorum, eandemque spectat Demetrius, quem dicunt, *π. ἑρμην.* §. 10: *σύστημα ἐκ κώλων ἢ κομμάτων εὐκαταστρόφων* in oratore desiderans, et Cicero in Oratore 70, 234: *quasi vero Trallianus* (orator Asiaticus) *fuisset Demosthenes, cuius non tam vibrarent fulmina illa, nisi numeris contorta ferrentur.* Huius orationis artem *compositionem* vocat Cicero Or. 45, 181. numeri fontem dicens, et secundum hunc Quintilianus IX. 4, 116. easdem in oratione compositionis, quas in carmine versificationis partes esse affirmans.

XLIX. 188. *opera cotidiana*] Schuetzius non intelligens *opera* delere et *praecepta* vel simile quid corrigendo inferri cupiebat. *Opus* ut Graecum *ἔργον* de constituto et quasi legitimo artis munere dictum est; qua vi maxime frequens est *opus oratorium:* v. Brut. 54, 200. 59, 214. Quintil. V. 14, 27. nostra ad II. 90, 367. Magis universe Cicero

locutus est in Topicis 16, 62: *causas quasdam rerum sine ulla appetitione animi sine voluntate sine opinione suum quasi opus efficere* i. e. id munus, in quo maxime cernitur earum vis et efficacia. Cf. et ad II. 90, 367. dicta.

190. *rhythmicorum aut musicorum*] haec explicui ad III. 2, 7.

ne fluat — absolutas] *fluit* oratio, cum dissoluta est et numeris caret, *vagatur*, cum incerta et inaequalia membra et numeros habet, *insistit interius*, cum posteriore et maxime extrema parte cum priore non conveniente suum quasi cursum non absolvit, ut brevius, quam debebat, finiatur; cui vitio contrarium est *longius excurrendi*, utrumque a cursu Circensi desumptum (*consistere* sic de fine assequendo dicitur Or. 69, 199. *insistere* 64, 212.); *membris distinguitur*, cum non est peremnis et sine intervallis loquacitas (v. c. 48, 185.); *conversiones absolutas habet*, cum periodus numerose cadendo finitur. *Interius* aliquid esse dicitur etiam c. 61, 227., cum non ad extremum finem pervenit.

carpenda membris oratio] id est interrumpenda, ut interdum incisim membratimque s. *κατὰ κόμματα* et *κατὰ κῶλα* dicamus. V. Or. 62, 209. 63, 211. Exempla eius elocutionis ex Crassi oratione desumpta apponuntur Or. 66, 222. sq.

191. *paeon — conturbet*] Ciceronem sequitur Quintilianus IX. 4, 89. oblique vituperans Ephorum et Aristotelem paeonem et heroum paene solos probantes et artificium illud Graecorum a consuetudine Romani sermonis abhorrere recte significans: *irrumpent*, inquit (trochaeus et iambus) *etiam ad invitos nec semper illis heroo aut paeone suo, quem quia versum raro facit, maxime laudant, uti licebit.* Locutionem *respondendi non vocatum* a militia et habendo delectu Cicero sumpsit.

varie distincteque considat] De numerosis conversionum clausulis v. Or. 64, 215. De paeone quarto, quem ad claudendos verborum circuitus in primis aptum dixit Aristoteles, Cicero dissentit §. 214.

circuitus — longior] Aristoteles Rhet. III. 9, 6: *δεῖ δὲ καὶ τὰ κῶλα καὶ τὰς περιόδους μήτε μειούρους εἶναι μήτε μακράς.*

L. 192. *clausulas*] in hac doctrina totus a Cicerone pendet Quintilianus et ante oculos haec et quae in Oratore c. 64. leguntur habuit IX. 4, 61. in primis autem §. 67 — 72.

193. *aut in paeone*] de corrigendi loci periculis factis v. Comm. crit. Vulgatam scripturam Schuetzius ita defendit, ut verba *aut in paeone* etc. cum proxime antecedentibus iungat et *alternos choreos et heroos* in numero, qui constet ex paeonibus vel creticis, inesse significari dicat. „Nam si, inquit, clausula fit ex duplici paeone (⏑⏑⏑ – ⏑⏑⏑ –), inest choreus (⏑⏑⏑) alternans cum dactylo (– ⏑⏑); sin paeone et cretico constet (⏑⏑⏑ – – ⏑ –), inest choreus cum spondeo.“ Sed neque duplex *aut* hanc interpretationem fert, neque choreus Ciceroni tribrachys est, sed quem solent trochaeum vocari; hunc autem dicit eum, qui tribrachys alias appellatur: v. Cic. Or. 63, 212. Rectius Orellius ita iungenda verba praecepit: *extremi pedes, quos — in paeone aut ei pari cretico esse alternos oportebit.* Pedes alterni *in paeone sunt* idem significat, quod *sunt paeones* alterni.

194. *Antipater ille Sidonius*] „is poëta centum fere annis ante Christum natum floruit. Ad extremam aetatem pervenisse atque natali suo die, quo quotannis febri corripi solitus erat, eodem morbo consumptus esse dicitur; v. Valer. Max. I. 8, extr. 16. Plin. H. N. VII. 52. cf. Cic. Fat. 3, 5. Eius epigrammata quaedam exstant in Anthologia Graeca.“ *Henrichsen.* Eandem versuum ex tempore fundendorum facilitatem in Archia laudat Cicero 8, 18.; utrumque in eadem laude coniungit Quintilianus X. 7, 19.

195. *ratione — rationibus*] „Orellius vulgatam lectionem ita vindicat, ut prius *sine ratione* significare dicat *Theorie*, posterius *rationibus* autem *Verhältnisse, proporzioni.* Sed haec *rationum* significatio minime quadrat in hunc locum et vehementer offendit eiusdem vocabuli diverso sensu positi repetitio. Immo eadem vocabula eadem significatione repe-

tita aptam inter se oppositionem efficiunt: *sine ulla arte — in artibus, sine ratione — in rationibus.*" *Henrichsen.* Recte: ἄνευ τέχνης μανθάνουσι τὰ ἔντεχνα. Cic. Or. 60, 203: *si quae res efficiat voluptatem* (quaeritur): *eadem, quae in versibus, quorum modum notat ars, sed aures ipsae tacito eum sensu sine arte definiunt.*

196. *theatra tota reclamant*] idem dixit in Parad. III. 2, 26: *histrio si paulum se movit extra numerum aut si versus pronuntiatus est syllaba una brevior aut longior, exsibilatur et exploditur.* Or. 51, 173: *in versu quidem theatra tota exclamant, si fuit una syllaba aut brevior aut longior.* Sed in exclamando vulgus theatrale saepe barbare locutum testatur Quintilianus I. 6, 45: *nam ut transeam, quem ad modum vulgo imperiti loquuntur: tota saepe theatra et omnem circi turbam exclamasse barbare scimus.* Verum Ciceronis aetate nondum ea omnium gentium colluvio Romanum sermonem infuscaverat.

concentus] sunt chori concinentium. De sententia Cic. p. Sextio 55, 118: *caterva tota clarissima concentione in ore impuri hominis imminens concionata est.* Dicuntur *concentus* plane ut consessus conventus frequentia multitudo.

LI. 197. *quam non multum differat*] hanc rem copiosissime exsequitur Cicero in Bruto 49, 183 sqq.

epularum sollemnium fides ac tibiae] Cic. Tusc. IV. 2, 3: *gravissimus auctor in Originibus dixit Cato morem apud maiores hunc epularum fuisse, ut deinceps qui accubarent canerent ad tibiam clarorum virorum laudes. — Nec vero illud non eruditorum temporum argumentum est, quod et deorum pulvinaribus et epulis magistratuum fides praecinunt.* De illis carminibus, quae *axamenta* s. *assamenta* dicebantur, eadem paulo brevius in Bruto posuit Cicero c. 19, 75. et in Tusculanis I. 2, 3. Varro de vita populi R. apud Nonium v. *assa voce* p. 77. Merc.: *in conviviis pueri modesti* (aderant), *ut cantarent carmina antiqua, in quibus laudes erant maiorum, et assa voce et cum tibicine.* Ex his fontibus sumptam rem repetiverunt Valerius Maximus II. 1, 10. et Quintilianus I. 10, 20 et 31. Quanquam longe probabilius est laudes

clarorum virorum paucis et breviter, ut convivalibus illis carminibus in honorem τυραννοκτόνων Atheniensium celebratas esse, quam narrando ad modum annalium, ut inde historia Romanorum antiquissima contexi potuerit; quam Niebuhrii sententiam fuisse oportet.

Saliorumque versus] eorum auctor ipse Numa perhibetur, rex doctissimus, quippe qui Pythagoreorum doctrina initiatus crederetur (v. de Or. II. 37, 154). Iam Ciceronis aetate non satis intelligebantur: v. Hor. Epp. II. 1, 86. Quintil. I. 6, 40., et interpretatus est L. Aelius Stilo, quod testatur Varro L. L. VII. 2. p. 117 Muell.; reliquias tractavit Hermannus El. Doctr. Metr. p. 612. De *Saliis* v. Liv. I. 20. Dion. Hal: II. 70.

a Graecia vetere] quantum Graeci musicae arti dignitatis et studii tribuerint, multis exsequitur Quintilianus I. 10, 9. sqq.

198. *nuper vel posse vel audere coepimus*] Cic. Or. 50, 171: *et apud Graecos quidem iam anni prope quadringenti sunt, cum hoc probatur; nos nuper agnovimus.* Haec ars praecipuum quendam locum tenebat in *doctrina* illa *transmarina et adventitia,* quam Cato ignoraret, de Or. III. 33, 135. *Verba,* quod ex additis *terna bina singula* clarum est, *incisa* sunt s. membra breviora iuxta posita: v. Goeller. ad Or. 49, 164.

LII. Sed cum tria sint orationis genera, plenum tenue medium, omnem quasi luminibus sententiarum atque verborum distinguendam esse. Ex figuris igitur sententiarum alias, ut illustrem explanationem et percursionem ac significationem magis valere ad rem amplificandam et exornandam, alias, ut rogationem dissimulationem correctionem deliberationem insinuando apud auditorem aptiores esse. Verborum autem figurae aliae in positu ac loco sedem habent, ut geminatio et in extremum conversio et revocatio aut pariter cadentia paribusque paria relata; aliae in varianda oratione, quales sunt gradatio, contrarium reprehensio imminutio polyptoton dinumeratio aliae (c. 52 — 55, 208.).

199. *plena, sed tamen teres*] tria dicendi genera ἁδρόν ἰσχνόν μέσον pluribus illustrat Cic. Or. 6, 20 sqq. Script. Herenn. IV. 8. Quintilianus XII. 10, 58. Dionysius Hal. de C. V. c. 21 — 24. p. 286 — 376. ed. Schaefer. Orationi *plenae* s. grandi adversum est *tumidum, mediocri* s. *temperatae incertum* genus, *tenui* autem *languidum:* v. A. Gellium VII. 14. Multa collegit de hoc argumento Goellerus ad Or. l. c.

non fuco illitus] nihil tritius locutionibus ab usu fuci desumptis. Sed hunc locum ante oculos habuit Quintilianus, cum scripsit VIII. 3, 6: *sed hic ornatus virilis et fortis et sanctus sit, nec effeminatam levitatem et fuco ementitum colorem amet, sanguine et viribus niteat.*

200. *tum denique*] in his, ut vulgo leguntur hinc usque ad finem §. 201. veritatem componendarum sententiam desidero. Et turbata quidem esse verba scriptoris iam ex librorum discrepantia et inepto illo, quod vulgo legitur, additamento: *ut ii, qui in armorum tractatione versantur,* intelligi potest. Sed suspecta plura sunt. Primum enim illud *tum denique* aliquid perversi habere videtur. Quo modo enim venustatis ille nativus, non fucatus color recte dicatur *ante insidere* debere, deinde oratorem conformandum esse ita ut illi, qui armis aut palaestra utuntur? Imo cum habebit illam toto sanguine diffusam venustatem, verbis etiam et sententiis ad decentiam et gravitatem orationis uti sciet. Delendum videtur *tum* ascriptum olim explicando *denique.* Sic constat sententia: *omnibus dicendi generibus,* inquit Cicero, *nativus quidam, non fucatus venustatis color insidere debet. Omnino, ut brevi comprehendamus, oratori verbis et sententiis non modo ad necessitatem, sed etiam ad decentiam et gravitatem utendum est.* Haec ut accuratius coniungantur, medie distinxi post *color,* uncinis inclusi *tum.* Deinde virgula ponenda est §. 201. post *etsi facitis,* non quod *facere* sit *putare,* quae Goerenzii et Muelleri sententia fuit, sed ut verba sic componi possint: *quod quidem vos — admonendos puto, ne quid esse aliud oratoris putetis, etsi facitis;* faciebant enim id, ut putarent. Sic Schuetzii coniectura *etsi sat*

scitis opus non erit. Denique quicquid in oratore egregium sit atque mirabile in usu translatorum factorum et vetustorum verborum positum esse quo modo dici potuit? Nonne etiam illa egregia sunt et miranda, quae *quasi luminibus omnem orationem distinguunt*, quae statim ipse Crassus adiicit? Corrigendum igitur puto *quod q. vos etsi scitis*, deinde medie distinguendo post *pervetustis* duae sententiae colligandae sunt, quibus continentur quae in singulis verbis et quae in perpetua oratione laudanda et miranda sint. Quippe in altera sententia propter longitudinem ab instituta verborum ratione defecit, ut orationem non ab *ut* suspenderet, sed sui iuris esse iuberet; de quo genere dictum est ad II. 27, 116.

201. *lenitatem*] non minus recte codd. boni plures *levitatem*; cur tenenda fuerit antiqua scriptura in Comm. Cr. diximus. Miscentur perpetuo *lenis* et *levis*, cum illud, quod *λεῖον*, tum alterum, quod *κοῦφον* significat. Nec quicquam recti discas ex Kritzii annotatis ad Sall. Iug. 89, 4. p. 479. et eis, quos antestatur, Drakenborchio Spaldingio Doederlino. Quid est enim hoc explicationis, cum *lene* dicitur id, *quod mollitie sua blanditur et asperitate omni et severitate et vehementia vacat*? Nonne prior pars interpretationis in *leve* i. e. *λεῖον* potius convenit? et quo modo a prima vi ad translatam perventum est? Quippe *lenis* proprie dicitur de sonis et vocibus mollitie quadam gratis et aures demulcentibus, cui oppositum est *asper*, cum non horridae superficei significationem habet, item *acer*; quorum illud sonos auribus horriditate sua iniucundos, hoc eos significat, qui vehementiae causa aut offendunt aut longe lateque audiuntur, qualis est litui aut *σάλπιγγος*, ne *tubam* dicam nostrae longe dissimillimam. Sic proprie dicuntur de vocis genere *lene* et *asperum* de Or. III. 57, 216., nec unquam hac vi dictum vocabulum cum *levi* confunditur. Proprie dicitur etiam *lenis appellatio literarum* durae et quasi vim patienti opposita; qualis Catulo tribuitur Brut. 74, 259. et C. Laelio de Or. III. 12, 45. Iam haec significatio duobus modis transfertur. Primum a sono vocis ad genus dicendi. Sic

vocatur *tractus orationis lenis aequabilis* II. 13, 55. *oratio cohaerens lenis aequabiliter fluens* III. 43, 172. quae eadem *lenitas et aequabilitas orationis* vocatur Or. 16, 53., non recte explicata Orellio et Goellero. Addita *aequabilitas* efficit, ut intelligamus dicendi genus non arte coagmentatum levigatumque, sed sono leni et composito, quod in Xenophonte laudatur, cum *leniore sono usus* dicitur de Or. II. 14, 58. Altera translatio mores spectat in oratione expressos dicentem a vehementia et asperitate alienum ostendens. Sic *lenitas orationis* ab *acumine et vi* discernitur de Or. II. 29, 129.; et opponitur *gravitati*, qualem Africanus habuerit, et *asperitati*, qualis in Galba fuerit, Laelii *lenitas* III. 7, 28. Eodem referendum, quod Crassus *leniter arrisisse* narratur de Or. II. 33, 144., quod est ἠρέμα γελάσαι toties a Platone tributum Socrati; item *lene imperium* Sall. Iug. l. c., quod si *leve* in codd. dictum est, inepte dictum est; nec enim κοῦφον Graecorum sic puto usurpari nec persuadet Dissenius ad Tibull. I. 18, 9., qui quod antestatur Horatii Carm. I. 18, 9. *Sithoniis non levis Ecrius* longe aliud significat, quippe Thraces vinum ferre non posse; etiam *leniter iactare hastas* a Samnitibus de Or. II. 78, 316, sine vehementia id fieri indicat; *leviter*, quod quidam libri suppeditant, significaret *negligenter, sine industria*, ὡς ἐν παρέργῳ. Ita legimus *leniter repugnare* Or. 12, 40., quod Brutum Stoicum decebat; contra *impellere iudicem leviter* de Or. II. 79, 325. id est quasi levi manu ictum, et *leviter dicere* Sull. 10, 31. et Quintil. X. 3, 21. recte explicata Garatono et Spaldingio. Sed *levis*, λεῖος recte dicitur de Or. III. 43, 171: *collocationis est struere verba sic, ut neve asper eorum concursus neve hiulcus sit, sed quasi coagmentatus et levis*; simili a signis marmore exsculptis sumpto, in quorum superficie nihil horridi est, nihil quod tangentem offendat, nihil quasi rima vel hiatu patens, sed quasi coagmentata i. e. conglutinata (συγκεκολλημένα) omnia. Similiter *Demosthenes Aeschini non cedere levitate verborum* dicitur Or. 31, 110. cf. Goeller. p. 234. *Lenitas* prorsus inepte diceretur, cum omnis antiquitas *vehementiam*

s. *terrorem* oratorium Demostheni tanquam praecipuam virtutem tribuerit, Aeschini *suavitatem;* sed *τὸ λεῖον*, politum quasi et levigatum dicendi genus non minus in illius vehementia, quam in huius iucunditate conspicuum laudatur.

LIII. 202. In hac ieiuna figurarum enumeratione, quam quibusdam omissis repetivit Or. 39, 40. et inde Quintilianus IX. 1, 27., ita versabimur, ut Graeca nomina et testes addamus, plura cupientes, nisi cum manifesto falsa correctione egent, ad artis scriptores ablegemus. *commoratio ἐπιμονή* v. Scr. Herenn. IV. 45, 58. Ernesti Lex. techn. Lat. rhet. p. 69. Nomen non habet Cicero in Oratore, non omisit tamen, sed his verbis reddidit c. 40, 137: *sic igitur dicet ille, ut verset saepe multis modis eandem et unam rem et haereat in eadem commoreturque sententia. Illustris explanatio* Graece *ἔκφρασις* s. *ἐνδιάσκευος διήγησις* est, cf. Ern. l. c. p. 155.; in Oratore Cicero non commemorat. Non est veri absimilis Spaldingii suspicio Quintilianum *ἐνάργειαν illustrationem* a Cicerone vocari affirmantem VI. 2, 32. memoria lapsum de illa figura cogitasse. *Rerum sub aspectum subiectionem ὑποτύπωσιν* dicunt Graeci, Quintil. IX. 2, 40., *demonstrationem* Scr. Herenn. IV. 55, 68. v. Ern. p. 378.; in Oratore 40, 139. his verbis significatur: *saepe etiam rem dicendo subiciet oculis. Percursio* contraria *commorationi, ἐπιτροχασμός* Aquilae Romani p. 148. v. Ern. p. 296; in Oratore non commemoratur. *Plus ad intelligendum — significatio* Graece *ἔμφασις* est, Scr. Her. IV. 53, 67. Quintil. VIII. 3, 83. IX. 2, 3. Ern. p. 357. Cic. Or. 40, 139: *significatio saepe erit maior, quam oratio.* Exemplum exstat de Or. II. 66, 268. *Distincte concisa brevitas,* Graece *βραχυλογία,* Quintil. VIII. 3, 82. Ern. p. 40. Idem *brevitatis* nomen gerit apud Scr. Her. IV. 54, 68., in Oratore autem verbis *brevitas, si res petit,* significatur c. 40, 139. *Extenuatio* amplificationi s. *αὐξήσει* opposita *μείωσις* est s. *ἐξουδενισμός,* quam *deminutionem* vocat Scr. Herenn. IV. 38, 50 v. Ern. p. 160.; *saepe etiam ut extenuet aliquid* Cic. Or. 40, 137. *Adiuncta* huic dicitur *illusio,* quia saepe res illudendo extenuatur, velut Cicero in Mureniana fecit c.

28, 58; is est *διασυρμός* s. *χλευασμός* Graecorum: Ern. p. 201.; non *ironia*, ut vult Henrichsenius, spectari ratus a Caesare dicta II. 65, 261. 67, 269., sed nihil dicitur aliud, nisi illudere adversarium, quod in ridiculis habetur, etiam in figuris posse numerari.

203. *ab re digressio*] Cic. Or. 40, 137: *ut declinet a proposito deflectatque sententiam;* v. Ern. p. 106. *Propositionem quid sic dicturus* quo modo quis in figuris recensere possit non video; tamen etiam in Oratore l. c. ea commemoratur. Graecis *πρόθεσις* s. *προέκθεσις* vocatur; v. Scr. Her. IV. 26, 35. Ern. p. 310. et 346. *Reditus ad rem ἐπάνοδος* est, v. Ern. p. 327., in Oratore omittitur. Quod nisi sequentia *et reditus ad propositum* etiam apud Quintilianum legerentur IX. 1, 28. ea temere et per errorem iterata cum Schuetzio crederem. Ut nunc est, prioribus non figuram significari putandum est, sed praeceptum, quo modo figura sit utendum. *Iteratio ἐπανάληψις* est, quam non nulli vocabant; vulgo enim ea in iteratione vocabuli ad modum *παλιλλογίας* s. *ἀναδιπλώσεως* quaeritur, v. Ern. p. 230. Quae cum non sit sententiae, sed verborum figura, a Cicerone hic non magis significari potuit, quam verbis Oratoris 40, 137: *ut quod dixit iteret. Rationis apta conclusio* in Or. l. c. his verbis indicatur: *ut argumentum ratione concludat;* v. Scr. Herenn. IV. 30, 141. Ern. p. 79. *Veritatis superlatio atque traiectio, ὑπερβολή*, Scr. Her. IV. 33, 44. *Saepe supra sunt, quam fieri possit* Cicero in Oratore dixit 40, 139., Quintilianus *superiectionem* VIII. 6, 67. V. Ern. p. 390. Hac multum uti Atticos, sed non decere homines seniores Aristotelis sententia est p. 1413. B. Bekk. *Rogatio ἐρώτησις*, cum interrogando adversarium urgemus; exempla posuit Quintil. IX. 2, 6. v. Ern. p. 336. *Ut interrogando urgeat* Cic. Or. 40, 137. *Percontatio expositioque sententiae suae* omissa est in Oratore, Quintilianus IX. 2, 15. exemplum eius ponere videtur: *domus tibi deerat? at habebas* etc. *Subiectionem* vocat Scr. Her. IV. 23, 33., quia interrogationi nostram ipsorum sententiam subiicimus quasi ex alterius mente responsuri. — *Dissimulatio, εἰρωνεία*,

a Caesare copiosius tractatur de Or. II. 67, 269. a Quintiliano IX. 2, 44. *Ut contra, ac dicat, accipi et sentiri velit* Cic. Or. 40, 137. v. Ern. p. 129. *Dubitatio*, *διαπόρησις* s. *ἀπορία*, Scr. Her. IV. 29, 40. Quintil. IX. 2, 19. Iulius Rufinianus p. 202. Ern. p. 136. *Ut addubitet quid potius aut quo modo dicat* Cic. Or. l. c. *Distributio*, *διαίρεσις* Scr. Herenn. IV. 35, 47. Ern. p. 133; *ut aliud alii tribuens dispertiat* Cic. Or. 40, 138., diversum a *divisione* s. *μερισμῷ*, quam hic Cicero non commemorat, sed in Oratore 40, 137. *Correctionem ante quam dixeris προδιόρθωσιν, post quam dixeris ἐπανόρθωσιν* Graeci artis scriptores vocitabant v. Ern. p. 98. *Poenitentiam dicti* ex Graeco *μετάνοια* posteriorem appellat Quintil. IX. 2, 60.; quod Graecum vocabulum Rutilius servavit p. 5. In Oratoris 40, 137. significari figura videtur verbis *ut se ipse revocet.* Nam illud *cum corrigimus nosmet ipsos quasi reprehendentes*, cum in verborum figuris enumeretur, correctionem vocabuli significat, de qua Cicero loquitur infra 54, 207. *Cum aliquid a te ipso reicias μετάστασις* s. *transmotio* Aquilae Romani p. 155. Cic. Or. 40, 137: *ut in eo ipso, in quo reprehendatur, culpam in adversarium conferat.* Quintil. IX. 2, 4. *removere a se, in alium traiicere.* Ern. p. 400. Quanquam haec verius quaeruntur in eis, quae sequuntur §. 204. pr: Igitur illa *cum aliquid a te ipso reiicias* rectius correctioni explicandae adiiciantur, ut crimen a te removeas, non in alium contorqueas.

204. *praemunitio*] *ut ante praemuniat* Cic. Or. 40, 237. Non est *πρόληψις*, quod visum Henrichsenio, sed *προκατάληψις* s. *προθεραπεία*, v. Ern. p. 297., quanquam is eam non satis ab *anteoccupatione* distinguit. Exemplo enim a Quintiliano apposito IX. 2, 16. intelligitur esse genus deprecationis, ne consilium nostrum secus, ac debeat, accipiatur: velut illud Ciceronis de Verre accusando, cum semper defendisset. *Communicatio*, *ἀνακοίνωσις*, v. Quintil. IX. 2, 20. Ern. p. 69. Cic. Or. 40, 138: *ut saepe cum iis, qui audiunt, non nunquam etiam cum adversario quasi deliberet. Morum ac vitae imitationem* s. *μίμησιν*

(v. Ern. p. 202.) Scriptor Herennianuc IV. 51, 63. *notationem* videtur dicere, Rutilius p. 8. *χαρακτηρισμόν*, Aquila p. 153. *διατύπωσιν* vocat. Cicero Or. 40, 38 his verbis indicat: *ut hominum mores sermonesque describat.*

205. *personarum ficta inductio προςωποποιία*, *conformatio* dicta Scriptori Herenniano IV. 53, 66.; *ut muta quaedam loquentia* inducat Ciceronis Or. 40, 138. eodem pertinet. *Descriptio ἔκφρασις διατύπωσις διαγραφή* v. Scr. Her. IV. 39, 51. Ern. p. 112. *Erroris inductio ἀποπλάνησις* v. Ern. p. 213. Omisit Cicero in Oratore. *Ad hilaritatem impulsio χαριεντισμός* v. l. c. p. 209.; *ut saepe in hilaritatem risumve convertat* Cic. Or. 40, 139. *Anteoccupatio προκατάληψις* Ern. p. 22; definitur a Cicerone in Oratore 40, 138: *ut ante occupet quod videatur opponi. Similitudinem* Graeci *παραβολήν*, exemplum *παράδειγμα* vocitant v. Ern. p. 360. Scr. Her. IV. 45, 59. et 49, 62. In Oratore 40, 138. hoc significatur ita: *ut comparet similitudines, ut utatur exemplis. Digestio μερισμός*, Ern. p. 124., quae *in partes dividendi* verbo in Oratore 40, 137. videtur describi. *Interpellationem* in Oratore Cicero omisit, enumeravit autem *interpellatorem coërcere* 40, 138., unde Quintilianus sumpsit IX. 2, 2., a quo etiam hic inserendum visum est Schuetzio. Sed neque codices addicunt nec Quintilianus, ubi Ciceronis verba integra apponit IX. 1, 31., eorum meminit. *Contentio* sine dubio comparationis quoddam genus est, quod in Oratore non commemoravit, v. Scr. Herenn. IV. 45, 58. Ern. p. 90. *Reticentiam* in Oratore 40, 138. verbis *ut aliquid reticere se dicat* significat; *occultationem* Quintilianus dicit IX. 3, 98, quem ad modum vulgatum *occupatio* correxit Spaldingius; nam *reticentiam* Ciceroni Quintilianus IX. 2, 54 eam vocari affirmat, quae Graecis est *ἀποσιώπησις*: v. Scr. Her. IV. 27, 37. Ern. p. 333. Sed veri similius est hic dici Rutilii *παρασιώπησιν*, p. 120., s. *παράλειψιν* Demetrii *π. ἑρμ.* §. 263. *Commendationem* in Oratore praetermissam Quintilianus una cum conciliatione commemorat IX. 2, 3: v. Ern. p. 66. *Vox libera atque effrenatior*, Graecorum *ἐλευθερία* s. *παῤῥησία*,

Scriptori Herenniano *licentia* (IV. 36, 48.) in Oratore significatur his verbis: *ut liberius quid audeat*, coniungiturque cum *irascendo* et *obiurgando*, quem ad modum etiam hic fit: cf. Quintil. IX. 2, 27. Ern. p. 242 sqq. *Iracundiam ἀγανάκτησιν, obiurgationem ἐπιτίμησιν* Graeci appellant v. Ern. p. 229. 269. Iul. Rufin. p. 271.; *promissionem* in Oratore omissam *ὑπόσχεσιν* cf. Ern. p. 308., commemoratur etiam II. 83, 339., sed sine dubio non est figura. *Deprecationem* Graeci *προπαραίτησιν* s. *συγγνώμην* appellant: Ern. p. 110. Scr. Her. II. 17, 25, sed non magis ea figura est, quam *obsecratio* (*δέησις*, Ern. p. 270.), *purgatio* (*ut medeatur* Cic. Or. 40, 138. Ern. p. 314.), *conciliatio* (*ut fiat iis, apud quos dicet, familiaris*, Or. l. c. Ern. p. 76.), *laesio* in Oratore omissa (Ern. p. 235.), *optatio* (Ern. p. 274.), *exsecratio*, Graecorum *ἀρά* (Iulius Rufinianus p. 208. Ern. p. 159.). Ne *declinationem quidem brevem a proposito* in huc fuisse referendam puto, etsi etiam in Oratore recensetur; cf. Quintil. IX. 2, 56.

LIV. 206. *geminatio* Scriptori Herenn. IV. 28, 38 *conduplicatio* dicitur, nomine e Graeco *ἀναδίπλωσις* expresso, quo Rufinianus utitur p. 232; alii *epizeuxin* vocabant, Cicero in Or. 39, 135 *cum duplicantur iteranturque verba. Verbum paulum immutatum atque deflexum παρονομασία* est, quam *annominationem* vocat Scr. Her. IV. 21, 29. et Quintil. IX. 3, 66.; exemplum exstat de Or. II. 63, 256.; *cum verba breviter commutata ponuntur* Cic. Or. 39, 135. Plura dabunt Rutil. p. 11. et Aquila p. 170.; qui *relatum* vocat, Ern. p. 21. *Eiusdem verbi crebra ab initio repetitio ἀναφορά ἐπαναφορά ἐπιβολή* vocatur, v. Scr. Her. IV. 13, 19. Rutil. p. 24. Aquila p. 176. Ern. p. 330. Cicero in Or. l. c.: *cum ab eodem verbo ducitur saepius oratio;* cui contraria est *in extremum conversio, ἀντιστροφή* s. *ἐπιφορά* Scr. Her. l. c. Rutil. p. 30. Aquila p. 178. Rufin. 238. Ern. l. c. et p. 97. Cicero Or. l. c.: *cum oratio — in idem conicitur. In eadem verba impetus et concursio* Scr. Her. IV. 14, 20 dicit *traductionem*, Graeci *συμπλοκήν* s. *κοινότητα*, Rutil. p. 31. Aquila p. 178. Ern. p. 80.;

quanquam haec proprie ea figura est, cum et ab initio et in fine sententiae idem verbum ponitur. Illam *conversionem* s. *traductionem* Cic. Or. l. c. his verbis videtur designare: *cum continenter unum verbum non in eadem sententia ponitur. Adiunctio* videtur *συνεζευγμένον* Quintiliani IX. 3, 62., cum ad idem praedicatum plura referuntur; et convenit cum hoc Scr. Herenn. IV. 27, 38. *Progressionem* quaenam sit nemo dicere potuit, neque eius ulla in artis scriptoribus ceteris significatio exstat. Ego non video rem expediri, nisi *adiunctio et progressio* coniungantur in unum, ut significetur oratio pluribus adiunctis progredi. *Distinctio* Quintiliano IX. 3, 65. vocatur, quae Graecis est *παραδιαστολή*, cum similia s. sensu contigua discernuntur. *Revocatio* verbi quid a conduplicatione differat, certissime explicare non magis possum, quam quod in Oratore l. c. dicitur *cum — aut adiungitur idem iteratum*, postquam paulo ante praecessit *cum aut duplicantur iteranturque verba.* Strebaeus quidem exemplum *revocationis* dicit esse illud Virgilii de Gallo Ecl. X. 72., cum eodem verbo prior sententia finitur, a quo incipit altera, quam Sacerdos p. 35. ed. Eichenfeld. vocat anadiplosin. Sed videtur potius *ἀντανάκλασις* significari s. *διλογίαν*, cuius illud de Nasica Catoni respondente exemplum exstat de Or. II. 64, 260. *Quae similiter desinunt, ὁμοιοτέλευτα, quae cadunt similiter ὁμοιόπτωτα* sunt: v. Cic. Or. 39, 135. eisdem verbis usum, Scr. Her. IV. 20, 28. Quintil. IX. 3, 77. Aquilam p. 169. Ern. p. 113. *Quae paribus paria referuntur ἰσόκωλα* Graece vocantur, cf. Quintil. IX. 3, 80. Aquila p. 167.; *inter se similia πάρισα* Quintil. IX. 3, 75. Aquila p. 168.; utrumque genus in Oratore praetermissum est.

207. *gradatio κλῖμαξ*, quem mirum est a Rutilio non commemorari; exstat apud Scr. Herenn. IV. 25, 34. Quintil. IX. 3, 54. *Conversionem* Scr. Her. IV. 28, 39. *commutationem* dicere videtur, qualis est illud: *esse oportet ut vivas, non vivere, ut edas*; est igitur antitheton conversis verbis eisdem factum. *Verborum concinna transgressio, ὑπέρβατον*, Scr. Her. IV. 32, 44. Quintil. IX. 1, 6. 3, 91. Ern. p. 401.

Contrarium, *ἀντίθετον* s. *ἐναντιότης* Scr. Her. IV. 18, 25. Quintil. IX. 3, 90. Ern. p. 96.; *multis modis contrariis relata contraria* Cic. Or. l. c. Idem *dissolutum* i. e. *ἀσύνδετον* (Scr. Her. IV. 30, 41. Quintil. IX. 3, 50.) sic describit: *cum demptis coniunctionibus dissolute plura dicuntur. Declinationem ἀντιμεταβολήν* Quintilianus vocat IX. 3, 85., sed exemplum eius idem ponit, quod *conversionis* s. *commutationis* ante attulimus; Ernestus p. 102. Graecorum *παρηγμένον* significari putat. *Reprehensio* est *ἀφορισμός* s. *διορισμός* Iul. Rufin. p. 207. cf. Quintil. IX. 2, 18. Ern. p. 332. *Exclamationem* etsi etiam in Oratore 39, 135. inter verborum figuras relatam videmus, rectius tamen figuris sententiarum annumeravit Quintilianus IX. 3, 97. cf. Ern. p. 152. Ea est vel *admirationis* (*ἐκφώνησις*) vel *conquestionis* (*σχετλιασμός*): v. Scr. Her. IV. 15, 22. Cic. Or. l. c.

Imminutio] Quintilianus IX. 3, 90: *M. Tullius multas in tertio de Oratore* libro (figuras) *posuit, quas in Oratore postea scripto transeundo videtur damnasse, quarum pars est, quae sententiarum potius, quam verborum sit, ut imminutio improvisum imago sibi ipsi responsio degressio permissio contrarium sumpta ex adverso probatio. Quaedam omnino non sunt figurae, sicut ordo dinumeratio circumscriptio.* De ceteris consentio, de *imminutione* dissentiendum videtur, si quidem veri simile est Ciceronem *λιτότητα*, quae sane inest in verbo, voluisse significare. Ceterum comparandis artis scriptoribus clarum est Ciceronem veterum doctrinam secutum nec eam mutare operae pretium duxisse.

Quod in multis casibus ponitur in Oratore l. c. dicitur sic: *cum eiusdem nominis casus saepius commutatur.* Est igitur *πολύπτωτον*, Rutil. p. 35. Aquila p. 179. Quintil. IX. 3, 36. Quid sit illud, *quod de singulis — refertur ad singula*, non satis liquet. Strebaeus exemplum ex Miloniana ponit 4, 10: *lex non scripta sed nata, quam* etc. *Ad propositum subiecta ratio* s. *αἰτιολογία* et *in distributis supposita ratio* s. *προσαπόδοσις* v. Ern. p. 322., Quintiliano et dubitabiles et vix figurae videntur IX. 3, 93. Omisit etiam

Cicero in Oratore l. c. *Permissio* ἐπιτροπή Scr. Her. IV. 29, 39. Rutil. p. 130. Ern. p. 281., *dubitatio* ἀμφισβήτησις Quintil. IX. 3, 88., quae quo modo ab ea dubitatione differat, quae §. 203. in sententiarum figuris recensetur, non facile dixeris. *Improvisum* παρὰ προσδοκίαν s. παράδοξον v. de Or. II. 63. et 64. Qu. IX. 2, 22 sqq.; *dinumeratio* ἀπαρίθμησις v. Ern. p. 126. *Correctio* est correctio verbi, diversa ab ea, quae §. 203. commemoratur: v. Scr. Her. IV. 26, 36. Ern. p. 99. *Dissipatio* genus est partitionis: v. Quintil. IX. 3, 39. Ern. p. 129. De *continuato* inspice Scr. Her. IV. 19, 27. Ern. p. 91., de *interrupto* Ern. p. 223., de *imagine* Scr. Her. IV. 49, 62. Ern. p. 202., de *sibi ipsi responsione* s. ἀποφάσει Iul. Rufin. p. 201. Ern. p. 205., de *immutatione* s. ἀλλοιώσει Quintil. IX. 3, 92. Ern. p. 205., de *disiunctione* Scr. Her. IV. 27, 37. Ern. p. 127., de *ordine*, quam τάξιν Graeci vocitant, Rutilium p. 135. Ern. p. 276., de *relatione* Quintil. IX. 3, 97. Ern. p. 328. *Digressionem*, cuius nomen iam bis commemoratum est, Strebaeus ad μετάβασιν quandam s. ἀποστροφήν refert: v. Ern. p. 106. Non dubito, quin delendum sit. *Circumscriptionem* ne Quintilianus quidem intellexit et figuris exemit IX. 3, 91.

LV. Iam Crassus exsequitur aliud genus dicendi aptum esse ad causas, aliud ad deliberationes, aliud ad laudationes, aliud aliis oratoris muneribus; etiam auditorum et dicentis ipsius rationem habendam esse. Sed ea omnia *actione* maxime in orationibus dominante ornari, in cuius rei testimonium Demosthenis auctoritas Gracchi exemplum advocatur (c. 55. 56.). Igitur primum *vocem* temperandam esse secundum varios animi motus, quorum ex poëtis Latinis exempla producuntur (c. 57. 58); et subsequi debere *gestum* non verba singula exprimentem, sed universas sententias significando declarantem. In omni autem gestu oris, et in hoc oculorum esse principatum, quorum obtutu etiam imperiti et barbari moveantur. Denique vocem ut obtineas et tuearis, nihil utilius esse crebra mutatione et cursu quasi per omnes sonos, in quem usum Gracchus concionabundus

fistulatorem post se stantem habuit, qui eum ab extrema contentione suo artificio revocaret (c. 59 — 61, 228.). Finita disputatione Catulus ceterorum, qui affuerant, nomine Crassi benignitatem laudat. Hic mentione iniecta Q. Hortensii, qui Catuli gener erat, huius laudandi causa quaerenda sermo finitur (§. 228 — 230).

211. *verborum sonum*] hanc sententiam variavit Ciceroniana ante oculos habens Quintilianus VIII. 3, 13. et XI. 1, 43. *Verborum* delevit Schuetzius, iniuria quidem, quia, nisi exstaret, subaudiendum esset; sed servandum esse priore illa Quintiliani sententia, etsi Muellero visum, minime efficitur. Hic enim *sonus verborum* translate dicitur de colore orationis, quem etiam nos *Ton* vocamus; apud Quintilianum proprie. Quae de orationis genere pro causa auditoribus oratore diverso Cicero dicit Quintilianus contracta ascivit XI. 1, 4.

LVI. 213. *primas dedisse Demosthenes*] hoc accuratius narrantur in Bruto 38, 142. Oratore 17, 56., significatur autem ab Iulio Victore p. 111. Quintilianus XI. 3, 6. pro actione *pronuntiationem* nominat, quod agendi caput est et persaepe confunditur cum altero. Etiam historiolam illam de Aeschine Demosthenicae orationis lectore ex Cicerone expressit Quintilianus l. c. §. 7. Ea res multos auctores et testes habet, quos collegit Spaldingius; Plin. H. N. VII. 30. Val. Max. VIII. 10, extr. 1. Plin. Epp. II. 3, 10, IV. 5, 1. Plutarchum in vitis X oratorum, alios.

214. *quem — meministi*] anno enim post Gracchum occisum quaestura functum Catulum veri simile est, ab urbe condita 632. Enotavit hunc locum Nonius v. *memini* p. 324. Merc.

quo me miser conferam] Fons huius commiserationis Euripides est in Medea 503:

> *νῦν ποῖ τράπωμαι; πότερα πρὸς πατρὸς δόμους,*
> *οὓς σοι προδοῦσα καὶ πάτραν ἀφικόμην;*
> *ἢ πρὸς ταλαίνας Πελιάδας;*

Ab hoc Ennius sumpsit, cuius versus Cicero servavit infra c. 58, 217. Gracchi rursus verba imitatus est, sed ut in

dispari causa et miserationis non capace parum feliciter, pro Murena 41, 88. Breviata attulit Quintilianus XI. 3, 115. sic: *quo me miser conferam? in Capitoliumne ad fratris sanguinem? an domum?* quae quo simpliciora sunt, eo certius Gracchi aetatem referre videntur, etsi matris ille pluribus sane meminisse potuit. Respicit eadem idem scriptor XI. 3, 8. Veri simile est ex oratione desumpta esse, quam C. Gracchus habuerit cum L. Opimius cos. factionem senatoriam ad arma vocasset. *Capitolium fratris sanguine redundare* videbatur propter Ti. Gracchi caedem duodecim annis ante P. Scipione Serapione duce ibi patratam.

LVII. 216. *totumque corpus — omnis vultus*] haec otiosa et delenda existimat Schuetzius, zeugmate autem figura defendit Muellerus plurimorum doctorum auctoritate, sed nullis Ciceronis exemplis pugnans. Vide quae disputavimus ad I. 57, 243. Hic necessarium paene dixerim illa, quae Schuetzius improbat, ut *corpus* gestui, *vultus* vultui, *voces* sono, quae coniuncta sunt, lege paritatis respondeant.

Voces ut chordae] *voces* sunt *genera vocum*, *φωνῆς τρόποι*, ne quis interpretetur *φθόγγους*, *sonos vocales*, quos nos dicimus *Laute*. De illo mentalium vocabulorum usu diximus copiose ad III. 14, 53. Vocis genus *contractum*, cui oppositum *diffusum*, quam *fusam vocem* appellat Quintilianus XI. 3, 15., recte videtur explicari ab Ernesto Lex. technol. R. p. 95. quod quandam naturalem loquentis timiditatem ipso sono prae se ferat, cum alterum libere vagari et quasi in sua ditione consistere videatur: nos dicamus *gepresst* et contra *frei*, *dreist*. De *fracta* et *scissa* voce, quae non sunt eadem, Quintilianus XI. 3, 20: *praeterea ut sint fauces integrae, id est molles et leves, quarum vitio et frangitur et obscuratur et exasperatur et scinditur vox*. Haec num omnia Quintiliani sint dubito. *Vocem frangi* enim non aliter intelligi posse puto, nisi ut nimia contentione amisso liquidiore sono raucescat, quod genus *fuscum* dicitur, si naturale est; rursum *scindi* videtur, cum quasi laceris ex faucibus venire videtur, quod nos vocamus *kreischend*. Haec si vera sunt, verba *obscuratur* et *exaspe-*

ratur coniunctis *frangendi* et *scindendi* explicandis addita videbuntur ab interprete, de quo genere interpolationum apud Ciceronem obvio disputavimus in Comm. Crit. ad II. 33, 144. Haec suspicio eo firmatur, quod *exasperatur* a codicibus Turicensi et Florentino (pr. m.) abest. Clarum est autem hanc vocem *fractam* diversam esse a vitio mollitiei, quod ipsum quoque eo vocabulo notari solet, v. Plin. Epp. II. 14, 12. Varia vocis vitia Quintilianus colligit XI. 3, 32., bona §. 40., temperandae pro orationis indole genera §. 64.

flexo sono extenuatum inflatum] „*flexo sono* est commune utrique, attenuato (*ext.*) et inflato; nam sunt semper duo modo genera sibi contraria; illud est in misericordia movenda, hoc vehementius in indignatione.“ *I. A. Ernestus.* Alia etiam vocis genera enumerat Quintilianus, *candidam* et *fuscam*, de qua diximus, *duram* et *flexibilem*, *claram* et *obtusam*: nam *exilis* eadem est, quae Ciceroni *parva*, *plena*, quae huic *magna* vocatur: v. XI. 3, 16. *Candida* autem et *clara*, *fusca* et *obtusa* quo modo differant, ambigi potest; *claram* enim et *acutam*, *gravem* et *obtusam* easdem esse, quae Ernesti sententia erat Lex. techn. p. 59. mihi non persuadetur. *Candidam* potius interpretor *λαμπράν*, quam etiam *λευκήν* vocari apud Graecos Ernestus iure significavit, *canoram* Latinis, nobis *rein*, *metallreich*, cui opponitur *fusca*, quam nos dicimus *bedeckt*. *Clara* est autem *μεγάλη*, *durchdringend*, cui contraria *obtusa*, id est natura hebes et vi carens, *stumpf*.

LVIII. 217. *incidens*] id est interrumpens tenorem dictorum, *interruptum* igitur, quasi fauces praeclusae essent; id quod iratis crebro solet accidere. Recte ita Ernestus in lex. technol. p. 210.

Impius hortatur] hi ex Accii Atreo versus etiam in Tusculanarum IV. 36, 77. afferuntur; quam fabulam ex Sophoclea eiusdem nominis expressam veri simile est. Hanc Accius fortasse primam scripsit et in scenam protulit; certe in ea Pacuvii senis tum Tarenti habitantis iudicium explorasse narratur a Gellio XIII. 2. Etiam verba deinceps

allata, *ecquis hoc animadvertit? vincite* inde sumpta sunt iteratque Cic. Tusc. IV. 25, 55. De illis *segregare abs te ausus*, quae sunt Teucri Pacuviani, v. ad II. 46, 193.

flexibile] id est multarum flexionum patiens, itaque etiam *flexum*; qua de re Schuetzii coniectura id ipsum poscentis minime opus est. *Plenum* est, quasi pleno pectore quasi vix semet exonerante prolatum. Versus illi Medeae Ennianae tractati sunt ad c. 57, 214.

O pater] hi tres anapaestici dimetri, de quibus vide ad III. 26, 102. dicta, ex Ennii Andromacha desumpti sunt deploraturque eis ruina opum regiarum et Priami interitus. In Tusculanis I. 35, 85. III. 19, 45. tertius adiungitur: *Iovis aram sanguine turpari.*

218. *Multis sum modis*] ex Ennii Alcmaeone versus trochaici septenarii: v. ad III. 38, 154.

219. *Atreum attrectatum*] explicui in Commentariis criticis. Versus sunt ex Accii Atreo; is novas in fratrem poenas meditatur et funestas ei parat epulas. Tertius horum et quartus versus afferuntur etiam in Tusculanis IV. 36, 77. N. D. III. 26, 68.

219. *tetulit — detulit*] pravam scripturam *detulit* loco priore potuisse tolerari, cum et editiones antiquae rectam viam praeissent et versus mensura testis indubitabilis accederet, mirari licet. Ne sententia quidem aliter legi patitur. Dicit aliqua mulier in comoedia sibi *latam* esse coronam i. e. allatam s. apportatam; post autem alteri destinatam visam, igitur *delatam* ad illam, cui deberetur. Hoc est enim *deferre;* ita dicitur *causa deferri* ad consultum, cui munus est respondendi, cum ea *referri* dicatur ad consultationem ipsam s. responsi petendi causa cf. Cic. de Or. III. 13, 50.; ita *res* ad senatum *defertur*, quia huic cognoscendi ius est: cf. Drakenb. ad Liv. XXI. 6, 5.; *nomen* rei futuri ad praetorem, v. Cic. Rosc. Am. 3, 8.

uno pressu — obductum] quasi involucro aut integumento obducto opertum, ex quo vox clarior emergere non possit; ut *tenebrae* dicuntur *obduci rebus clarissimis* Cic. Acad. II. 6, 16. et *auctoribus clarissimis* Quintil. X. 1, 72.

qua tempestate] non constat de fabula. Principium versus primi apponitur in Oratore 48, 164. *Innuptas nuptias* ex Graeco ἄγαμοι γάμοι expressum, quem ad modum etiam Ennius apud Cic. Cat. 6, 16. *mentes dementes*, quanquam hoc paulo aliter dicitur; sed propius abest *insepulta sepultura* Phil. I. 2, 5. significat enim male ominatam et exsecrabilem.

LIX. 220. *gestus non hic verba exprimens*] talem in Antonio laudat Cicero Brut. 38, 141. *Virilem laterum inflexionem* i. e. totius corporis in latera inflexi motum in virtute poni etiam in Oratore videmus 18, 59., qui locus omnino ex hoc expressus et cum eo conferendus est. *Manum minus argutam* statim explicat additis *verba digitis subsequens, non exprimens*, quae in Oratore l. c. vocantur *nullae argutiae digitorum, non articulus* (manus) *ad numerum cadens*. Haec enim inter agendum quasi loquuntur, quem ad modum etiam oculi faciunt. Cic. Legg. I. 9, 27: *oculi nimis arguti quem ad modum affecti sumus loquuntur*. Hortensii quippe Asiaticos oratores aemulantis *manus inter agendum argutae admodum et gestuosae* fuisse traduntur a Gellio I. 5. Cf. Ern. lex. technol. p. 31.

brachium procerius proiectum] accuratius loquitur in Oratore l. c.: *brachii proiectione in contentionibus contractione in remissionibus*. De *supplosione* v. I. 53, 230. Totum gestum pro lascivientis seculi ingenio longe argutius persequitur Quintilianus XI. 3, 83 sqq. Locum Ciceronis a *brachium* usque ad *orationis* comprehenso utroque exscripsit Nonius v. *proiectum* p. 373.

221. *eadem connivens efficiat*] vulgatam scripturam *contuens* absurde solent ita explicare: *qui eadem contuens* i. e. eodem oculorum obtutu s. oculis immotis *efficiat* illas significationes. Sed id et abruptum esse nec aptum ad sententiam iam Ernestus annotavit. Quippe dicendum necessario erat *semper eadem contuens*. Deinde paulo post etiam sequitur *contuens aliquid*.

Theophrastus] v. ad I. 13, 55. De *Taurisco* nihil amplius constat. Grammaticus eo nomine, cuius mentionem

facit Sextus Empiricus adversus Mathematicos I. 248. p. 268. Fabr., etsi videbatur Schuetzio, intelligi non potest.

222. *oculorum — moderatio*] Simillima sententia est in Oratore 18, 60: *oculorum est magna quaedam moderatio. Nam ut imago est animi vultus, sic indices oculi, quorum et hilaritatis et vicissim tristitiae modum res ipsae, de quibus agetur, temperabunt.* Diligentius haec persequitur Quintilianus XI. 3, 75 sqq. idemque de actione apud indoctos maxime valente assentitur Ciceroni II. 12, 10.

LX. 224. *quem ad modum voci serviatur*] et quid sit *servire voci* et quo modo Graeci fecerint expositum est ad I. 59, 251.

225. *Gracchus — Licinio*] hanc Gracchi diligentiam vocis contentionem et remissionem fistula regentis narrant etiam Quintilianus I. 10, 27. Valerius Maximus VIII. 10, 1. Gellius I. 11. Plutarchus vol. I. p. 825. B. et *π. ἀοργησίας* vol. II. p. 456. A. Dio Cassius p. 39. Reim. Fistulam illam Plutarcho teste *τονάριον* vocabant. Hominem, cui *Erycino* nomen fuisset, manu missum *Licinium* nomen suo addidisse veri similis est suspicio a me olim prolata in Hist. Eloq. R. p. XLV. *Licinia* enim Gracchi uxor erat; cuius cum fortasse servus dotalis fuisset servitute liberatus in Liciniae gentis clientelam venisse videtur.

ad manum] „servi, quorum opera in scribendo utebantur Romani, dicebantur *servi* s. *librarii ad manum* (cf. Orelli Inscr. Vol. I. 2874.), *servi a manu* (Suet. Iul. 74. Oct. 67. Vesp. 3. Orell. l. c. I. 2931.), *amanuenses* (Suet. Ner. 44. Tit. 3.), *ab epistolis* (Suet. Claud. 28. et saepe in inscriptionibus.“ *Henrichsen.* V. et ad I. 30, 136.

226. *ea tela texitur*] de statu, qui tunc erat, rei publicae v. ad I. 7 pr. exposita. De *incitandi* verbo dictum ad I. 33, 149.

LXI. 227. *interius est*] explicuimus ad III. 49, 190. A gravissimo pariter atque acutissimo vocis sono abstinendum esse pluribus Quintilianus docet XI. 3, 41., idemque utilitatem et suavitatem vocis variandae exsequitur et exemplis a Ciceronis orationibus sumptis illustrat §. 48 sqq.

228. *Hortensius*] Q. Hortensius octo annis maior Ciceronem totidem annis superstitem habuit; natus enim a. 640. paulo ante belli civilis erumpentis incendium mortuus est a. 704 (Cic. Brut. princ. item 64, 229. 96, 328.); decem annis minor erat Cottae et Sulpicio colloquii huius participibus (Brut. 88, 301.). Undeviginti annos natus Crasso et Scaevola consulibus (a. 659.) primam causam sociorum Afrorum dixit, quae tamen qualis fuerit ignoratur; ab hac cum omnium tum consulum, qui omnes intelligentia anteibant, iudicio probatum discessisse narrat Cicero in Bruto 64, 229. Belli Italici anno primo miles, altero tribunus militum fuit (Brut. 89, 204.), sed civili non interfuit nec Marianorum temporum crudelitatem expertus et Sullanae victoriae fructu sponte abstinens (Cic. Divers. II. 16.). Consulatum cum Q. Metello Cretico gessit a. 685. Cum adolescens aequales vi dicendi superasset, postquam honoratorum neminem sibi parem vidit, reliquorum aemulationem dedignatus quantum ex diligentia remisit, tantum de virtute detraxit. Sed Ciceronis consulatu excitatus sese in pristinum cursum revocavit et quatuordecim deinceps annis iuncta cum illo opera maximas causas gessit, neutro alterius laudibus obtrectante cursumve impediente. Dicebat tamen melius, quam scripsit Hortensius, quia genus Asiaticum canorum et profluens, sed et tumidius paulo et inanius sectatus decore formae et dignitate actionis orationem sublevabat (Cic. Brut. 88 sqq.). Copiose de Hortensio egit L. C. Luzac specimine historico-iuridico de Q. Hortensio, edito Lugduni a. 1810. Cur *sodalis* Crassi dicatur Hortensius, cum a convictu et quotidiano vitae et studiorum commercio homo triginta annis minor id nomen trahere non potuerit, ignoro; nisi forte uterque in sodalium Titiensium s. Tatiensium collegio fuit.

229. *pro Bithyniae rege*] quid hac causa tractatum gestumve sit ignoratur.

230. *non enim ille mediocris orator*] etiam in hoc quasi praesagio de Hortensii laude futura Platonis imitationem a Cicerone quaesitam puto. Certe quae philosophus de Isocratis eloquentia testatus Lysiam ab illo ingenii magnitudine superatum iri auguratur in Phaedro p. 258. E., his sunt simillima.

INDEX

RERUM IN EXPLICATIONIBUS TRACTATARUM.

A.

Ab aliquo (s. *a se*) *esse dare solvere promittere* I. 13, 55. 24, 111. — *a magistro*, ὁ διδαχθείς II. 7, 28. — *ab* id quod *pro*, s. in commodum alicuius II. 70, 281.
Abalienare cum ablativo solo dictum II. 48, 199.
Abdicare dictum pro *reiiciendo* II. 24, 102.
Abesse cum ablativo solo dictum I. 11, 48.
Ablativus ita dictus, ut varium praepositionum genus subrogari possit I. 3, 12. — adverbiascens I. 19, 87. III. 11, 40. — absolutus non addito participio II. 1, 4. — ablativi duo coniuncti III. 44, 173.
Abnutare III. 41, 164.
Abstracta pro concretis quo modo Latini dicere ament III. 3, 12. — quo modo plurali numero dicantur 14, 53.
Abundantia sermonis I. 35, 164.
Abusio figura κατάχρησις III. 43, 169.
Academiae duae a Cicerone ponuntur III. 18, 67.
Accidere etiam de re bona et ambigua dici II. 12, 49.
Accusativi indefiniti adverbiascentes I. 9, 35. 27, 125.
Accipere dare cum praepositione *ad* et participio futuri passivi quo modo dicatur II. 15, 65.

Accius poëta III. 7, 27.
Actio i. q. τὸ λέγειν, orationem habere I. 6, 20. — una in oratore dominatur III. 56, 213. — *actiones* I. 41, 186.
Actores pantomimi I. 28, 128.
Actum, non solum *factum*, *dicto* oppositum II. 15, 63.
Actuosus III. 26, 102.
C. Aculeo I. 43, 191. II. 1, 2.
Acumen in iudice docendo necessarium II. 29, 129. — est dialecticorum II. 33, 143.
Acusilas Argivus historicus II. 12, 53.
Ad adverbiascens κατά significat I. 4, 15. II. 49, 200. — comparativum, ut *nihil ad Persium* II. 6, 25. — *ad manum* et *a manu* dici servos amanuenses III. 60, 225. — causa *ad agendum* gravissima II. 77, 312. — *ad aquas* II. 67, 274.
Addicti II. 62, 355.
Adhaerescere de telis dictum II. 53, 214.
Adiectivum duobus substantivis commune ubi ponendum sit II. 2, 6.
Adiunctio figura III. 54, 206.
Admodum nihil et *nihil admodum* II. 2, 8.
Adolescentes accusatores II. 48, 198.
Adverbia liberius traiecta I. 4, 13. adverbialia item dicta II. 72, 292. — pro adiectivis dici visa III. 37, 149.
Aelius Stilo grammaticus et *Aeliana studia* I. 43, 191. 62, 265.
Sex. Aelius Catus iuris consultus I. 45, 198.
Aequales Curio Cotta Caesar oratores II. 23, 98.
Ex *aequo* dicere senatorum est III. 6, 23.
Aerarii II. 66, 268.
Aeschines orator II. 23, 94.
Aesopus actor tragicus I. 61, 259.
Aestimatio poenae, τίμησις, secundum leges Atheniensium I. 53, 231.
Aestus figurate dictus III. 36, 145.
Aetates variae in iure publico Romanorum diverso iure praeditae I. 13, 58.
Affici animo s. *animis*, pendere frangi relaxari moveri concidere explicata I. 19, 87.
Affigere animis pro inprimere s. infigere II. 87, 357.
Affirmans verbum ex negante subaudiendum I. 13, 59.
Africa pro Afris dicta διὰ μετωνυμίαν III. 41, 167.
P. Africani nex II. 40, 170.
Agere id, cum pleonasmo dici visum I. 32, 146. — *agere* ICtorum vocabulum I. 48, 222. — *agere asellum* proverbium II. 64,

258. — *agere* de histrionibus vocabulum III. 26, 102. — *agere suum negotium* II. 68, 275. — *agentes imagines*, ἐναργεῖς, δραστικαί II. 87, 358.
Aglaophon pictor III. 7, 26.
Agnasci I. 57, 241.
Agnatio I. 38, 173.
αἰτιολογία figura III. 54, 207.
ἀκολουθία ἀρετῶν Stoicorum placitum I. 18, 83.
Albius II. 70, 282.
T. Albucius II. 70, 281.
Alcibiades orator II. 21, 93.
Aliquid adverbiascit I. 9, 35.
Aliquis non dici pro *alius quis* II. 42, 178. — *aliquis alius* et *alius aliquis* dici II. 9, 37.
Allegoria III. 41, 166.
Alliteratio et *assonantia* II. 63, 255.
Alludere explicatum I. 56, 240.
Alluvionum ius I. 38, 173.
Amentum et *amentatae* hastae I. 57, 242.
Amphio et *Zethus* fratres apud Pacuvium altercantes II, 37, 255.
Anacolutha apud Ciceronem I. 49, 214. 58, 246. II. 27, 116 (id genus, ubi membrum subiungendum mutata dicendi ratione coniungitur prioribus) cf. et II. 1, 4. — 46, 192. III. 1, 3.
Anaphoram figuram non semper in gravi et vehementi oratione dici II. 84, 341.
Anaxagoras Clazomenius III. 15, 56.
Angustiae temporis explicatae I. 1, 3.
Animus (Muth) diversus a vi III. 27, 107. — *ex animi sententia* explicatum II. 64, 260.
Annales Maximi II. 12, 52.
Ad annum quid? III. 24, 92.
Antipater, L. Caelius, historicus II. 13, 54. — *Antipater* Sidonius, poëta III. 50, 194.
Antiquitatis iter explicatum I. 60, 256.
Antisthenes philosophus III. 17, 62.
M. Antonius procos. Ciliciae I. 18, 82. — eius liber de ratione dicendi I. 21, 94. — mors III. 2, 8.
ἀπάθεια Stoica I. 51, 220.
ἅπαξ εἰρημένα Ciceronis II. 22, 94.
Apelles pictor III. 7, 26.
Apollonii Molo et Alabandensis I. 17, 75.
Ἀπόφασις figura s. sibi ipsi responsio III. 54, 207.
ἀποφθέγματα Catonis II. 67, 241.

Applicationis ius I. 39, 177.
Appuleia lex de maiestate II. 25, 107.
Aptus verbis scriptor explicatur II. 13, 86.
M.' Aquilius a Fufio accusatus, ab Antonio defensus; pater eius a L. Lentulo postulatus II. 28, 124.
Aratus poëta I. 16, 69.
Arcesilas philosophus III. 18, 67.
Archias poëta III. 50, 194.
Archimedes III. 33, 132.
Archytas Tarentinus III. 34, 139.
Aretalogi II. 59, 242.
Argutae manus III. 59, 220.
Aristippus philosophus III. 17, 62.
Aristophanes Byzantius III. 33, 132.
Aristoteles I. 13, 55. — Isocratem aemulatus eloquentiam docuit III. 35, 141. — quos pedes in oratione adhibendos commendet III. 47, 182.
Aristoxenus III. 33, 132.
Ars definita I. 20, 92. — ars sitne eloquentia ib. et II. 7, 30. — dicine possit ars, *Wissenschaft* II. 7, 30. — artes *θεωρητικαὶ* et *πρακτικαί* III. 29, 111.
Asclepiades I. 14, 62.
Asellus, Ti. Claudius II. 66, 268.
Asiaticus non significare *Asianum* III. 11, 43.
Aspergere translate dictum I. 50, 218.
Assectari explicatum I. 56, 239.
Assequi pro *pervenire ad, potiri* II. 20, 84.
Assuetus cum ablativo III. 15, 58.
Ἄτεχνοι et *ἔντεχνοι* probationes, s. artificiales et inartificiales II. 27, 116. — *ἄτεχνος τριβή* eloquentia II. 30, 130.
Atque pro *atque adeo* dictum I. 3, 11. — consequentiam significans I. 50, 218. — pro *sed* dici visum III. 33, 132.
Atqui explicatum et defensum I. 22, 102.
Attentum reddendum et tenendum auditorem tota oratione II. 79, 323.
Attractio temporum I. 42, 190. — relativi II. 30, 132.
Attrectare III. 58, 219.
Auceps syllabarum ICtus I. 55, 236.
Auctoritates SCtis praescriptae III. 2, 5.
Aut ita geminatum, ut primum sententiam dividat membratim, deinde incisim, ita ut alterum alteri subiungatur, non coniungatur I. 9, 35. — confusum errore cum *et* II. 77, 315. III. 2, 7.

Autem et *enim* in libris confusa II. 58, 236. — nec semper nec cum aliqua elegantia post verbum *esse* tertium in sententia locum habet III. 30, 119.
Axamenta III. 51, 197.

B.

Baiuli et operarii oratores dicuntur II. 10, 40.
Bellus tralate dictum I. 58, 247.
Bene loqui bonum domesticum Romanorum antiquae aetatis III. 10, 39.
Bestia, L. Calpurnius II. 70, 283.
Biologi mimi II. 59, 242.
Bona fortunae explicata II. 11, 45.
Brevi non dici cum ellipsi I. 8, 34.
Brevitas narrationis II. 80, 326. — *brevitas distincte concisa*, figura βραχυλογία III. 53, 202.
Brulla homo ignotus III. 23, 88.
Brumale signum III. 45, 178.
Brutus iuris consultus II. 33, 142. — accusator 54, 220.
M. Buculeius I. 39, 179.

C.

Caducus III. 31, 122.
Caecilius Statius poëta II. 10, 40.
Caedes post C. Marii reditum III. 2, 8.
Caelius Antipater v. Antipater. — *C. Caelius Caldus* I. 25, 117.
C. Caesar Strabo II. 3, 12. — huius et fratris C. Caesaris mors III. 3, 9.
Callimachus poëta III. 33, 132.
Callisthenes historicus II. 14, 58.
Calpurnius Piso v. *Piso*. — *Calpurnius Bestia* II. 70, 283.
Calvus num tralate dicatur II. 61, 250.
Campus Martius II. 20, 84. — campi *Magni* III. 41, 167.
Candida vox diversa a *clara* III. 57, 216.
C. Canius II. 69, 280.
Cantus orationis solutae II. 14, 60. — *cantu colorari* ib.
C. Carbo II. 25, 106. — eius mors III. 3, 9.
Carneades quo modo tertiae academiae auctor dicatur III. 18, 67.
Carpere membris orationem explicatum III. 49, 189.
Carvilii Maximus et *Ruga* II. 61, 249.

Cassandra II. 66, 264.
Castra sequi in castris versari II. 75, 303.
Catachresis III. 46, 169.
M. Cato I. 37, 171. — eius ἀποφθέγματα II. 67, 271.
Q. Catulus II. 3, 12. — eius mors III. 3, 9.
Causa imperii explicata I. 34, 159. — *causam* facere II. 30, 132. — ponere 81, 331.
Cavere ICtorum I. 48, 212.
Cavernae navis II. 46, 180.
Censorium opus II. 90, 367.
Per *censum* manu missio I. 40, 183.
Censura discors P. Africani et L. Mummii II. 66, 268.
Centumvirale iudicium I. 38, 173.
Centuriae seniorum et iuniorum I. 13, 58.
Certe et *quidem* iuncta I. 16, 70.
Charmadas et *Carneades* confusi et distincti I. 11, 45.
Charybdis bonorum III. 41, 163.
Chiasmus nominis et participii I. 1, 1. — nominis et verbi I. 18, 82. — nominis et adiectivi II. 6, 23. — verbi et adverbii II. 41, 177.
Cicero iuris artem olim compositurus I. 42, 190. — *M. Cicero* oratoris avus II. 66, 264. — *L. Cicero* II. 1, 2.
Ciceronis emendatio defensa I. 1, 3. 4. 3, 12. 6, 20. 9, 36. 11, 47. 12, 57. 13, 59. 15, 66. 19, 87. 23, 109. 27, 123. 29, 133. 31, 137. 32, 146. 58, 249. II. 5, 20. 8, 33. 11, 47. 14, 60. 17, 71. 20, 86. 24, 99. 31, 134 bis. 36, 152. 39, 164. 40, 169. 41, 176. 47, 194. 50, 204. 55, 222. 70, 281. 74, 299. 77, 312. 314. 87, 355. 357. 90, 367. III. 2, 8. 3, 9. 6, 24. 7, 27. 9, 34. 18, 65. 19, 69. 34, 138. 35, 141. 38, 153. 43, 171. 46, 180. 52, 200. 58, 219.
Ciceronis scriptura vulgata defensa et explicata I. 8, 32 bis. 9, 38. 11, 45. 13, 58. 15, 67. 16, 72. 22, 99. 24, 112. 32, 144. 146. 147. 34, 157. 37, 170. 40, 183. 41, 186. 42, 190. 44, 197. 45, 198. 199. 46, 203. 48, 207. 49, 215. 51, 219. 221. 52, 224. 53, 229. 54, 231. 55, 234. 56, 240. 58, 246. 60, 256. II. 1, 4. 4, 15. 7, 27. 13, 54. 14, 60. 15, 63. 16, 69. 17, 71. 73. 20, 84. 21, 89. 23, 94 bis. 26, 110. 28, 121. 31, 136. 34, 146. 35, 150. 37, 154. 38, 157. 42, 178. 180. 44, 187. 46, 192. 51, 206. 52, 210. 53, 213. 54, 222. 55, 225. 56, 229. 57, 231. 233. 59, 239. 61, 248. 69, 279. 73, 296. 76, 308. 78, 319. 80, 327. 84, 341. 88, 361. III. 6, 21. 9, 32. 18, 67. 19, 69. 20, 76. 25, 100. 27, 107. 29, 113. 31, 122. 125. 32, 130. 39, 157 bis. 44, 173. 174. 48, 185. 50, 195. 52, 201. 55, 211. 57, 216.

Cincia lex de donis et muneribus II. 71, 286.
Circulus I. 38, 174.
Circumscriptio figura III. 54, 207.
Circumvenire ambigue dictum II. 61, 249.
Citare cantorum vox *(anstimmen)* I. 59, 251.
Cives urbis in decursu orationis cum ipsius urbis nomine coniuncti I. 19, 85.
Clamator et *declamator* distincta II. 20, 86.
Clamores I. 33, 152.
Claudicare et *clodicare* III. 61, 249.
Claudii patricii et plebeii I. 39, 176.
Clepsydra III. 34, 138.
Coëmptio I. 56, 237.
Coena collatitia ἔρανος II. 57, 233.
Cognomina nominibus praeposita II. 62, 253.
Comissatio III. 41, 164.
Commendare legitimum de moribundis I. 53, 228.
Commendatio figura III. 53, 205.
Commoratio figura III. 53, 202.
Communicatio figura III. 53, 204.
Communis sensus I. 3, 12. — differt a *vulgari* τεχνικῶς III. 77, 315.
Componere orationem I. 12, 50.
Composita quaedam a *faciendo*, ut *largificus*, simplicibus vi paria III. 39, 157.
Concentus de choris concinentium III. 50, 196.
Conciliatio figura III. 53, 205.
Concisus explicatum II. 38, 159.
Confidere et *confisus* illustrata III. 15, 58.
Confixum quid sit II. 61, 253.
Confusus pro *coniuncto* II. 41, 177.
Conglutinare I. 42, 188.
Coniunctivus ἠθικός I. 1, 3. — non miscetur indicativis I. 43, 193. — potentialis II. 26, 111. — praesentis et futurum indicativi in enuntiatis relativis confusa et iudicata II. 43, 182.
Coniunctus cum ablativo dictum III. 15, 58.
Constare et *exstare* distincta II. 21, 93. — *constare ex* non de partibus dictum I. 18, 83.
Consilium duabus significationibus per zeugma dictum II. 39, 165.
Consistere vox artis a re militari sumpta II. 49, 200.
Constituere agmen exercitum narrationem II. 80, 327.
Constitutio causae s. controversiae I. 31, 143.
Constructio et *construere* explicata I. 5, 17. 35, 161.

Contemplari non significare quaerere rem ad contemplandum propositam I. 43, 193.
Contentio sermoni opposita I. 60, 255. — vocis, ἄρσις I. 61, 261. — *contentio* figura III. 53, 205.
Conteri tralate dictum I. 48, 249.
Contingere non solum de bona re dictum II. 12, 49.
Continuatum figura III. 54, 207.
Contracta vox III. 57, 216.
Contrarium figurā III. 54, 207.
Controversia explicatum II. 19, 78. — *quod in controversiam venit*, τὸ κρινόμενον I. 31, 139.
Conversio verborum περίοδος III. 48, 186. — *conversio in extremum* i. q. figura epiphora III. 54, 206. — *conversio* figura alia III. 54, 207.
M. Coponii et *M'. Curii* causa I. 39, 180.
Copulativae particulae ultimo plurimum nominum coniunctorum additae III. 34, 145.
Corax rhetor et Κόρακος τέχνη I. 20, 91. III. 21, 81.
P. Cornelius Rufinus II. 66, 268.
Correctio figura III. 53, 203. alia 54, 206.
Correlativa diversis casibus posita II. 52, 269.
Cors II. 65, 263.
Ti. Coruncanius Tusculanus primus de plebe P. M. III. 15, 56.
C. Cotta Academicus III. 36, 145. — *L. Cotta* rusticitatis in pronuntiando amator III. 11, 42. 12, 46.
L. Crassi et *Cn. Domitii* censorum altercatio II. 11, 45. — illius oratio de colonia Narbonensi II. 55, 223. — is minime γέλοιος 56, 229. — Antonio minor II. 89, 364.
P. Crassus Dives I. 37, 169. III. 33, 134.
P. Crassi L. genetri mors III. 3, 9.
Cretio I. 22, 100.
Criminum multitudo infinita II. 31, 136.
Critias Callaeschri filius II. 22, 93.
Critolaus Peripateticus I. 11, 45.
Crudus explicatum I. 27, 124.
Cuiusvis temporis homo II. 67, 271.
Cum pro *quoniam quidem* dictum cum indicativo II. 36, 154.
Curio Cotta Caesar aequales II. 23, 98.
M' Curii et *M. Coponii* causa I. 39, 180.

D.

Dactylus pes non Aristoteli, sed Ephoro placitus, secus ac dicit Cicero III. 47, 182.

Dare et *accipere* cum praepositione *ad* et participio futuri passivi quo modo dicantur II. 15, 65. — *dare se* de auditoribus dictum oratoris arti cedentibus II. 44, 187.
Decedere provincia Romam II. 1, 2.
P. Decii tribuni et praetoris res II. 31, 135.
Declamare declamator et *clamare clamator* explicata et distincta II. 20, 86.
Declinatio figura II. 54, 207.
Decoctus tralate dictum III. 26, 103.
Decursus honorum I. 1, 1.
Deducere oratorem in genus dicendi II. 17, 71. — pro *adducere* II. 44, 185. — ab *abducendo* distinctum II. 72, 293.
Deferre explicatum III. 57, 219.
Defervere de iuvenili vehementia II. 21, 88.
Delenificus id quod *deleniens* III. 39, 157.
Deligere et *eligere* verba I. 5, 17.
Demetrius Phalereus II. 23, 95.
Demochares orator II. 23, 95.
Democritus physicus I. 10, 42. II. 58, 235.
Demosthenes Platonis studiosus I. 20, 89. — balbus I. 61, 260.
Denique positum II. 72, 293.
Depascere stilo luxuriem orationis II. 23, 96.
Deprecari explicatum II. 49, 201.
Deprecatio figura II. 53, 205.
Describere morem explicatum III. 20, 76.
Deus in dicendo I. 23, 106. 46, 202.
Dialectica I. 41, 186. — definita II. 38, 157. — eius inventor Zeno III. 15, 58.
Dicendi natura i. e. natura artificii oratorii II. 76, 307.
Dicta i. e. bona dicta II. 54, 222.
Dictata lanistarum III. 23, 86.
Dictio, *τὸ λέγειν* I. 6, 20.
Dies curiae, Tusculani I. 7, 27.
Diffluere otio, luxuria III. 32, 131.
Diffusa vox III. 57, 216.
Digestio figura III. 53, 205.
Digitus index in actione oratoria gravis II. 45, 188.
Dignitas in suasore optabilis II. 82, 334.
Digressio figura III. 53, 203.
Dilatatio literarum πλατειασμός III. 11, 42.
Diloricare II. 28, 124.
Dinumeratio figura III. 54, 207.
Dio Syracusanus Platonis discipulus III. 34, 139.

Diodorus Stoicus I. 11, 45.
Si Dis placet locutio explicata III. 24, 93.
Disiunctio figura II. 54, 207.
Disponere in ornatu III. 25, 96.
Disputatio genus dicendi lenius I. 60, 255. — in primis philosophorum est II. 36, 152.
Dissentire et *dissidere* II. 40, 170.
Dissimulatio figura, εἰρώνεια III. 53, 203.
Dissipare rem publicam de Gracchis dictum I. 9, 38.
Dissipatio figura III. 54, 207.
Distinctio figura III. 54, 206.
Distributio figura III. 53, 203.
Dithyrambus III. 48, 185.
Divinae et humanae res I. 49, 213.
Divisio philosophiae in tres partes I. 49, 213.
Divisores II. 63, 257.
Doctrina transmarina et adventitia I. 33, 135.
Cn. Domitius Ahenobarbus censor II. 11, 45. 56, 230. — Domitia gens II. 56, 230.
Dubitatio id quod consultatio disceptatio II. 31, 134. — figura III. 53, 203. 54, 207.
Dulcitudo III. 25, 99.
Duodecim scriptorum ludus I. 50, 217.

E.

Efferre i. q. ferre, proferre II. 53, 216.
Effervescere iuvenum II. 21, 88.
Egregius in aliqua re I. 49, 215.
Eierare explicatum II. 65, 263. 70, 285.
Eiicere de actoribus, qui non placent I. 32, 146.
εἴρωνες Socrates et P. Africanus II. 67, 270.
Eleatici philosophi III. 5, 20.
Eligere et *deligere* I. 5, 17.
Ellipsis vocabuli *tempus* I. 1, 1.
Elocutio orationis an dici possit I. 6, 20. — i. q. τὸ λέγειν ibid.
Eloquentia ars secundum Stoicos I. 18, 83. cf. III. 14, 55. — num ars sit I. 20, 92. II. 7, 30. — eius divisio I. 31, 141.
Emblema III. 43, 171.
Eminere eminens expressus voces pictorum III. 26, 101.
Emori pro *moriendo* dictum II. 67, 274.
Empedocles philosophus I. 50, 217.

Enallage temporum I. 57, 245.
ἓν διὰ δυοῖν verum et falsum I. 21, 94.
Enim cum *autem* in libris confusum II. 58, 236. — nec semper nec elegantius post verbum substantivum tertio loco ponitur III. 30, 119.
ἔντεχνοι probationes II. 27, 116.
Epexegesis pro partitione III. 19, 72.
Ephorus historicus II. 13, 57. — lene s. lentum eius ingenium III. 9, 36.
Epicurus III. 17, 62.
Epulones septemviri III. 19, 73.
ἔρανος II. 57, 233.
Erctum ciere et *erciscunda familia* I. 56, 237.
Eretrici philosophi III. 17, 62.
Ergo quo loco pro significationis diversitate ponatur III. 12, 47.
Eripere cum solo ablativo et cum praepositione *ex* dictum I. 52, 225.
Error in mentis permotionibus recensetur II. 42, 178. — *erroris inductio* figura III. 53, 205.
Erycinus, qui et *Licinius*, Gracchi fistulator III. 60, 225.
Esse pro inesse, niti, positum esse II. 11, 47. — *esse in aliquo genere* num sic nude dicatur II. 67, 270. — *esse haberi duci in numero* s. *loco* et *numero* s. *loco* pariter dici III. 9, 32.
Est ut III. 36, 152.
Et ac que plurium nominum coniunctorum postremo addita III. 34, 145.
Ethologi III. 79, 242.
Etiam et *quoque* iuncta I. 35, 164.
Euclides philosophus Megaricus III. 17, 62. — mathematicus 33, 132.
Eupolidis versus de Pericle oratore III. 34, 138.
Evolare de oratione dictum I. 35, 161.
Ex liberius omitti visum I. 3, 12. — *ex aliqua re reperire* II. 29, 127. — *ex aliquo constare* I. 18, 83.
Exalbescere initio orationis I. 26, 121.
Exceptio quod ea res in iudicium ante venisset I. 37, 168.
Excipere vox venatoria et militaris II. 8, 32. — translatum ad oratorem iudicum voluntatibus quasi insidiantem II. 47, 187.
Exclamatio figura III. 54, 207.
Exedra III. 5, 17.
Exigere explicatum II. 29, 128.
Exire dupliciter cum ambiguitate dictum II. 55, 223.
Exordium II. 80, 325.

Explicatio illustris figura III. 53, 202.
Explicatus i. q. distinctus illustris I. 2, 4.
Exponere pro *proponendo* dictum I. 4, 15. — *exponere* a *narrando* distinctum II. 77, 312.
Exsanguis sermo I. 13, 57.
Exsecratio figura III. 53, 205.
Exspectare περιμένειν, *abwarten* I. 35, 166.
Exstinguere pro *restinguendo* dictum I. 14, 60.
Extenuatio figura III. 53, 202.
Extorquere sententiam de manibus II. 18, 74.

F.

Fabius Pictor historicus II. 12, 51.
Fabricari III. 46, 180.
C. Fabricius II. 66, 268.
Facere consulem i. q. destinare II. 66, 268.
Facies et *vultus* distincta I. 28, 167.
Facta oratio III. 48, 185.
Fallaciloquus III. 38, 154.
Falsae voculae III. 25, 98.
C. Fannius eiusque annales II. 67, 270. — *C. Fannii* oratio de sociis et nomine Latino III. 47, 183.
Fari et *effari* verba poëtica III. 38, 153.
Fasti dierum, quibus lege agi liceret I. 41, 186.
Fastidiose iudicare I. 26, 118.
Ferri num pro *dici* ponatur I. 46, 203.
Fidem orationis facere defensum III. 27, 104.
C. Fimbria II. 21, 91.
Finis eloquentiae I. 31, 137. — *finis* pro consilio s. eo, quod in agendo spectatur I. 42, 188.
Cn. Flavius, qui iuris formulas edidit I. 41, 186.
Flexanima oratio II. 44, 187.
Flexibilis varie tralate dictum III. 45, 177. — genus dicendi III. 58, 217.
Flexiones vocis III. 25, 98.
Flexus aetatis I. 1, 1.
Fluere, *fluentes buccae* II. 66, 266. — oratio III. 49, 190.
Fontes et *rivi* oppositi III. 6, 23.
Forensis i. q. publicus I. 6, 22.
Forma et *modi* iuncta III. 44, 176.
Fornix Fabianus II. 66, 267. — *fornices caeli* III. 40, 162.

Fortunae bonis accensentur corporis et extranea II. 11, 45.
Fracta vox III. 57, 216.
C. Fufius II. 21, 91.
Fuga C. Marii III. 2, 8.
Fugere i. q. effugere III. 25, 99. — *fugere* de telo vocabulum iuris III. 39, 158.
Fuit cum ἦν ὅτε I. 1, 1.
M. Fulvius Nobilior II. 63, 256.
L. Furius Philus II. 37, 154.
Furorem ad carmina pangenda necessarium II. 46, 194.
Fusca et *obtusa* vox discretae III. 57, 216.
Futurum in dicto conditionali cum praesenti compositum I. 43, 193. — in enuntiatis relativis iniuria commutatum cum coniunctivo II. 43, 182.

G.

Galli pro *Cimbris* vocati II. 66, 266.
Geminatio figura III. 54, 206.
Gemmare de vitibus dictum III. 38, 154.
Genera tria orationis, plenum tenue medium III. 52, 199.
Genitales dii quinam Ennio dicantur III. 38, 154.
Genitivi subiecti vulgo de obiecto intellecti I. 3, 9. II. 15, 63. 41, 177. — nominum Graecorum in *es* exeuntium in *i* finiti I. 19, 88. — genitivi duo, subiecti et obiecti iuncti I. 51, 219. III. 1, 3. — qui praepositionum *a de ex in propter* locum tenere videantur I. 60, 256. — continendi, ut *multi omnium generum* II. 9, 38. — genitivus epexegeticus II. 27, 118. — genitivus pro dativo esse visus quo modo explicandus sit II. 85, 347. — genitivus ex praecise dicto explicandus III. 2, 7. — subiective dictus non intellectus III. 46, 180. — cum verbo *esse* coniungendus III. 44, 173.
Gentilitas I. 38, 173.
Gentium et urbium nomina μετωνυμικῶς confusa I. 44, 197.
Gerundia genitivi pro substantivis verbalibus dicti, ut *dicendi* pro *dictionis* II. 19, 78. 76, 307.
Glaucia, C. Servilius II. 61, 249.
Glossema in suspicionem vocatum III. 7, 28.
Gorgias Leontinus sophista I. 22, 103.
Gracchi verba ex Ennianis et Euripideis expressa III. 56, 214.
Gradatio figura, κλῖμαξ III. 54, 206.
Graeculus quo modo dicatur substantive I. 11, 48.

Q. Granius homo dicax II. 60, 244.
Gratidianus, M. Marius I. 39, 178.

H.

Habere facetias i. e. continere II. 61, 248. — *haberi numero* et *in numero* III. 9, 33.
Habitare in subselliis rostris iudiciis ratione dicendi I. 62, 264.
Haerere a telis et vulneribus ductum II. 53, 214.
Hellanicus rerum scriptor II. 12, 53.
Hemicyclium ab *exedra* diversum III. 5, 17.
Hendiadys vera et falsa I. 21, 94.
Herillii philosophi III. 17, 62.
Hermodorus I. 14, 60. III. 13, 48.
Herodotus II. 13, 55.
Hic defensum, cum placere solet *is* II. 15, 64. — idem pro *is* vulgo lecto restitutum III. 37, 151.
Hierocles rhetor II. 23, 95.
Hippocrates medicus III. 33, 132.
Historia vita memoriae dicta II. 9, 36.
Hoc populo et similes ablativi absoluti II. 1, 4.
Hodieque non indictum Ciceroni I. 22, 103.
Homines omnium generum s. artium ceterarum II. 9, 38. — *homo* histrio II. 46, 193. — *homo* et *vir* de eodem iuncta dicta III. 4, 13.
Q. Hortensius III. 61, 228. — cur Crassi sodalis dicatur ibid.
In hortis philosophans Epicurus III. 17, 63.
Hostilianae actiones I. 57, 245.
Humanitas explicatum I. 9, 35.
Hypallage i. q. metonymia III. 42, 167. cf. I. 45, 200.
Hyperbaton apud Ciceronem illustratum I. 10, 39. 20, 90.
Hyperbole figura III. 53, 203.
Hyperides orator I. 13, 58.
Hypsaeus patronus iuris imperitus I. 36, 166.
Hysteron proteron ex Ciceronis usu illustratum I. 3, 10.

I.

Id et *illud* adverbiascentia I. 9, 35.
Igitur Ciceroni nec semper nec elegantius post verbum substantivum poni tertio in sententia loco III. 30, 119.
Ille brevi intervallo saepius iteratum I. 41, 186. — nomini coniuncto praepositum I. 51, 221. — adverbiascens cum aliqua

vi et gravitate II. 88, 361. — falso creditum articuli praepositivi munus suscipere III. 48, 184.
Illusio figura III. 53, 202.
Imagines in funere latae II. 55, 225. — memoriales II. 86, 354. — agentes 86, 358.
Imbui i. q. assuescere II. 71, 289.
Imitari veritatem explicatum II. 23, 94.
Imitatio morum et vitae figura, χαρακτηρισμός III. 53, 204.
Imminutio figura III. 54, 207.
Immutata oratio ἀλληγορία II. 65, 261.
Immutatio figura ea, quae μετωνυμία III. 42, 167. ea, quae alias ἀλλοίωσις ibid. — rursum alia 54, 207.
Implicare et *implicatus* cum ablativo dicta III. 15, 58.
Importunus de *non opportuno* dictum II. 5, 20.
Improvisum figura III. 54, 207.
In liberius omitti visum I. 3, 12. — *in aliquid* addere miscere I. 13, 58. — i. q. κατά, *quod attinet* I. 32, 144. — *in genere toto* et *genere toto* dici II. 8, 32. — *in numero* s. *loco esse* III. 9, 33. — *in institutione formari* non recte dici III. 9, 34. — *In* dictum, ubi et casum et orationem aliam exspectes III. 45, 178. — *in eadem verba impetus et concursio* figura ea, quae alias *traductio* III. 54, 206.
Inchoatus i. q. inelaboratus I. 2, 5.
Incitare eleganter dictum pro *accelerare* s. *celeritatem augere* I. 33, 149.
Incomitata oratio I. 55, 234.
Incudem tundere et similia translate de magistris dicta II. 39, 162.
Inculcare se II. 5, 19.
Incumbere pro *inclinando ad aliquid* dictum II. 44, 187.
Indicativus futuri et *coniunctivus praesentis* in sententiis relativis confusa et distinguenda II. 43, 182.
Ineptus, ἄτοπος II. 4, 17.
Infandus et *nefandus* II. 79, 322.
Ex inferiore loco dicere III. 6, 23.
Inferioribus quomodo invideatur II. 52, 209.
Inferri pro *sequi* II. 53, 216. — *inferuntur* contraria contrariis, quippe ad refutandum s. infringendum ibid.
Infitiator explicatus I. 37, 168.
Inflare tralate dictum explicatur III. 26, 102.
Inflexio laterum virilis III. 59, 220.
Infulae pictae III. 21, 81.
Ingenio auctore num dici videatur I. 45, 198. — *ingenii ostentatio* II. 82, 332.

Ingredi cum *in* et cum accusativo solo distinctum significatione I. 32, 147.
Inhibere verbum de remigatione I. 33, 153.
Initium non dici pro *exordio* II. 50, 202.
Innuptae nuptiae III. 58, 217.
Inquit nomini non modo praepositum, sed etiam subiunctum I. 33, 149. — positum II. 17, 71.
Insani secundum Stoicos, qui non sapientes III. 18, 65.
Inscitia et *inscientia* diversa I. 22, 99.
Insignitus et *insignite* explicata II. 85, 349.
Insidere in memoria II. 28, 122.
Insinuare sine pronomine reflexivo dictum I. 20, 90.
Insistere de oratione dictum III. 49, 190.
Inspicere fundum I. 48, 249.
Instituere civitatem explicatum I. 9, 36.
Intellectio *συνεκδοχή* II. 42, 168.
Intentus cum ablativo III. 15, 58.
Interdictum I. 10, 40.
Interior pro *propiore* II. 51, 208. — *interius consistere* s. *insistere* III. 49, 190. 61, 227.
Interpellatio figura III. 53, 205.
Interpretatio scripti I. 31, 140.
Interruptum figura III. 54, 207.
Intervalla locorum memorialium III. 87, 358.
Intorquere mentum explicatum II. 66, 266.
Intueri de rebus aliquo spectantibus III. 31, 123.
Inustus i. q. penitus impressus II. 45, 189.
De Inventione libri I. 2, 5.
Inversio i. q. ironia II. 65, 261.
Invidia genus offensionis II. 51, 208.
Ioci et facetiae II. 54, 217 sqq.
Iracundia figura III. 53, 205.
Is abundans II. 17, 72. — *is* pro *hic* vitiose dictum et corrigendum III. 37, 151.
Isocrates pater eloquentiae II. 3, 10.
ἰσόκωλα III. 54, 206.
Iter antiquitatis explicatum I. 60, 256
Iteratio figura III. 53, 203.
Iteratus ager II. 30, 131.
Ithaca saxosa I. 44, 196.
Iudicem ferre II. 65, 263.
Iugulare reum III. 74, 302.
Iugum sapientiae num dici possit III. 19, 69.

Iunctus cum ablativo dictum III. 15, 58.
Iuris prudentia senectutis perfugium I. 45, 199.
Ius in ordines aetatesque descriptum I. 13, 58. — num idem quod *utile* III. 29, 115.
Iusta scientia I. 42, 190.

L.

Labi et *labare* confusa et distincta I. 46, 202.
Lacinia retinere aliquid III. 28, 110.
C. Laelius Sapiens I. 62, 265. — eius filia *Laelia* Crassi socrus III. 12, 45.
Laesio figura III. 53, 205.
Lapidatio II. 47, 197.
Largificus i. q. *largus* III. 39, 157.
Late et *laete dicere* I. 47, 205. — *late patere* I. 55, 235.
Latera quid significent explicatum I. 25, 114.
Latine loqui quid contineat III. 10, 37. — non magna laus III. 37, 151.
Latini rhetores III. 24, 93.
Latitudo verborum πλατειασμός II. 22, 91. III. 11, 42.
Laudationes pro rostris II. 11, 44.
Lavari in balneis II. 55, 223.
Lectores I. 30, 136. — a Crasso et Bruto accusatore excitati II. 55, 223.
Leges Solonis et Draconis cum Romanis comparatae I. 46, 201.
Leguleius I. 55, 236.
Lenis et *levis* distincta et iudicata III. 52, 201.
L. Lentulus princeps senatus I. 48, 210.
M. Lepidus censor II. 71, 287.
Leviores artes I. 49, 212.
Lex parisosis explicata II. 84, 343.
Liberius causam dicere explicatum I. 53, 229.
Liberorum convivium II. 62, 252.
Libidinis scopulus II. 37, 154.
Licinia et Mucia lex de civibus regundis II. 64, 257.
Licinius Erycinus Gracchi fistulator III. 60, 225.
Limare cum accusativo personae dictum I. 25, 115.
Lingua nuncupare I. 57, 245.
λιπότης, imminutio figura III. 54, 207.
M. Livius Salinator et *M. Livius Macatus* II. 67, 273.
Loci oratorii explicati II. 13, 54. — memoriales II. 86, 354. et 358. — *communes* III. 27, 106.

Loco et *in loco esse duci haberi* III. 9, 33.
Loquacitas peremnis III. 48, 185.
C. Lucilius poëta I. 16, 72. — in Scaevolae persona lusit III. 43, 171. — *Lucilii* duo docti III. 21, 78.
Ludere i. q. ludentem tractare II. 55, 222.
Ludis feriae coniunctae II. 3, 13.
Lumina sensu iuris consultorum I. 38, 173. — i. q. ornamenta orationis II. 27, 119.
Lustrum condere II. 66, 268. — *lustrum infelix* Scipione et Mummio censoribus ibid.
Luxuries segetum et orationis II. 23, 96.
Lycurgus Atheniensis orator II. 23, 94.
Lysias orator I. 54, 231.
Lysippus statuarius III. 7, 26.
Lysis Pythagoreus Epaminondae magister III. 34, 139.

M.

M litera finalis iterata III. 6, 21.
Magister gladiatorum III. 23, 86. — artis oratoriae I. 5, 18. — *magistri carmen* quid sit explicatum I. 57, 245.
Magonis Carthaginiensis libri de agricultura I. 48, 249.
Cn. Mallius Maximus II. 28, 125.
Maluginensis Scipio II. 64, 260.
C. Mancinus I. 40, 181.
Mancipium explicatum I. 38, 173.
M'. Manilius I. 48, 212. — eius actiones rerum venalium I. 58, 246.
Manubiae explicatae III. 3, 9.
Manum consertum vocare I. 10, 40.
L. Marcius Philippus I. 7, 24. II. 54, 220.
Q. Marcius Rex II. 28, 125.
C. Marius Ciceronis affinis I. 15, 66.
Mars belli communis III. 32, 167.
Maxime superlativis ex abundanti addi visum II. 74, 300.
Maximus, Q. Fabius Eburnus I. 26, 121.
Medicus et *orator* comparati II. 44, 186.
Medius praepositionem antecedens I. 33, 157. — *medium* genus orationis III. 52, 199.
Megarici philosophi III. 17, 62.
Memini cum accusativo dictum III. 33, 133. 56, 214.
C. Memmius II. 59, 240.

Memoriae recordatio I. 2, 4. — *memoriae vita* historia II. 9, 36. — *memoriae ars* II. 86, 351.
Menecles Alabandensis rhetor II. 23, 95.
Mentalia s. abstracta vocabula quo modo Ciceroni dicantur III. 14, 52.
Q. Metellus Macedonicus I. 48, 210. — *Q. Metellus Numidicus* II. 40, 67. III. 18, 68. — *Q. Metellus Pius* III. 18, 68. — *C. Metellus Caprarius* II. 66, 267. — *Metelli* cuiusdam villa Tiburtina II. 68, 275.
Metonymia I. 4, 15. 45, 199. II. 32, 140. III. 42, 167.
Metrodorus Scepsius II. 88, 360
Mimi ethologi biologi aretalogi II. 59, 242.
Mimicus iocus cur oratori fugiendus sit II. 59, 239.
Ministratores dicuntur testes II. 75, 305.
Misenum II. 14, 60.
Moderata oratio II. 8, 34.
Modi et *formae* iuncta III. 44, 173.
Modo in *non modo,* quod non sit *non modo non,* sed Graecum οὐ δή που, explicatum I. 30, 136.
Modos facere μελοποιεῖν III. 26, 102.
De morte dicere aliquando in oratorem cadit I. 15, 67.
Mos publicus; num *mos describi* possit III. 20, 76.
Motus et *movere,* κινεῖν, vocabula philosophorum I. 25, 113. — *Motus* i. q. gestus, Crassi III. 9, 33.
Movere tribu II. 67, 272.
Q. Mucius P. F. Scaevola pontifex maximus I. 37, 170. 53, 230. — eius mors III. 3, 9. — *Q. Mucii Scaevolae* auguris ianua I. 45, 200.
Mulsum II. 70, 281.
Multus ὁ πολλὰ πράττων II. 4, 17.
P. Mummius cuiusvis temporis homo II. 67, 271.
Musica plurali numero dicta I. 3, 10.
Myro statuarius III. 7, 26.

N.

M. Naevius Africani inimicus II. 61, 249.
Nam sententia abrupta alio faciens transitum II. 51, 206.
De Narbonensi colonia Crassi oratio II. 55, 223.
Narrare et *exponere* diversa II. 77, 312.
P. Nasica Optimus II. 68, 276.
Natus i. q. nativus III. 38, 154.

Naucrates II. 23, 94.
Ne pro *nonne* dictum II. 15, 62.
Necesse est et *opus est* distincta II. 10, 43.
Nefandus et *infandus* distincta II. 79, 322.
Negatio ὑπερβάτως poni visa II. 69, 279.
Negotium suum agere II. 68, 275.
Ex *nemo* desumendum ad sequentia *quisque* III. 14, 52.
Neoptolemus apud Ennium II. 37, 156.
Nero, C. Claudius, victor ad Senam II. 61, 248.
Nexum et *nexi* qui sint I. 38, 173. II. 63, 255.
Nicander poëta I. 16, 69.
Nihil quicquam πλεόνασον I. 30, 134.
Nitere et *splendere* distincta I. 18, 80.
Nobilior, M. Fulvius II. 63, 256.
Nomina adverbio interiecto liberius divulsa I. 4, 13. — *nomina propria* in *ilius* s. *illius* exeuntia iudicata III. 43, 171.
Non quo, non quod, non eo quod I. 6, 23. — *non modo* non dici pro *non modo non*, ut vulgo credatur I. 30, 136.
C. Norbani causa II. 47, 197.
Notatae, non *notae* personis et temporibus qnaestiones II. 15, 66.
Novae tabernae in foro II. 66, 266.
Novatus iteratus et tertiatus ager II. 30, 131.
Q. Novius mimorum scriptor II. 63, 255.
Nulla vita, βίος ἀβίωτος II. 5, 20.
Numeri palaestrici II. 22, 83. — *numero* et *in numero* esse duci haberi III. 9, 33.
Nuncupare lingua I. 57, 245.
Nutu alicuius explicatum I. 9, 38. — *nutus* i. q. vis centripeta III. 45, 178.

O.

O vocativis additum non tam alloquendo, quam exclamando I. 10, 40.
Ob aliud pro *ob aliam causam* II. 14, 60.
Obductum genus pronuntiandi oris pressu III. 57, 219.
Obiurgatio figura III. 53, 205.
Obliqua et *recta oratio* confusa I. 53, 231.
Obscuritas orationis vitium I. 13, 50.
Obsecratio figura III. 53, 205.
Obsoleta s. prisca vocabula etiam oratorum esse, etsi raro III. 38, 153.
Obtusa et *fusca vox* discretae II. 57, 216.

Occidere reum II. 74, 302.
Occumbere morte, non solum *mortem* III. 15, 58.
Cn. Octavius I. 36, 166.
Odiosa disputatio de oratore cur Crasso sit III. 13, 50.
Odium genus offensionis II. 51, 208.
Offensionis genus invidia II. 51, 208.
Olim quondam coniuncta I. 35, 164.
Omnes omnium artium homines et similia coniuncta I. 21, 95. — *omnium horarum amicus* II. 67, 271. — *omnia unum esse* ex quorundam philosophorum sententia III. 5, 20.
ὁμοιόπτωτα et ὁμοιοτέλευτα III. 54, 206.
Operarii et baiuli oratores II. 10, 40.
L. Opimius Gracchi hostis II. 25, 106. — *Q. Opimius* illius pater II. 68, 277.
Opinabar obsoletum III. 38, 153.
Optatio figura III. 53, 205.
Opus est et *necesse est* distincta I. 10, 43. — *opus censorium* II. 90, 367. — *opus oratorium* III. 49, 188.
Orata, C. Sergius I. 39, 178.
Oratio ea significat, quae in oratione dicuntur III. 27, 104.
Oratoris veri imago I. 46, 202. — is cum tibicine comparatur II. 83, 338.
Orbis verborum i. q. περίοδος III. 48, 186.
Ordo figura, τάξις III. 54, 207.
Ornatus fori, scenae III. 25, 96.
Ostentatio ingenii odiosa II. 82, 333.
Otium ambigue dictum III. 17, 64.
Oxymoron figura III. 57, 219.

P.

M. Pacuvius poëta I. 58, 246.
Paean carmen I. 59, 251.
Paeon pes Aristoteli placitus III. 47, 182.
Palaestra III. 22, 83.
Pamphilus pictor et rhetor III. 21, 81.
Panaetius philosophus I. 11, 45.
Paribus paria relata III. 54, 206.
Parietes I. 38, 173.
Parisoseos lex explicata II. 84, 343.
παρονομασία I. 1, 2. II. 63, 255.
Partae sententiae i. q. inventae III. 6, 24.

Partes generis culusdam per particulam *et* subiunctae I. 48, 212. — *partes orationis* quatuor quinque sex septem II. 19, 79. — *partes dicendi* I. 6, 22. — *partes eloquentiae* I. 31, 142.
Partitio artium explicata I. 6, 22.
Pater eloquentiae Isocrates II. 3, 10.
Patria instituta de philosophis dicta I. 18, 84.
Pauli pugna, Pydnensis II. 67, 272.
Percallere usum an dicatur II. 34, 148.
Percellere et *percutere* distincta II. 70, 285.
Percontatio figura III. 54, 203.
Percursio figura, ἐπιτροχασμός III. 53, 202.
Perdifficilis III. 74, 300.
Peremnis loquacitas III. 48, 185.
Pericles I. 54, 216.
Perinde et *proinde* finita et distincta III. 20, 74.
Periodus varie dictum Latine III. 48, 186.
Permissio figura III. 54, 206.
M. Perperna II. 65, 262.
Perpetuus explicatum II. 52, 210.
Perscriptiones I. 58, 249.
C. Persius homo literatus II. 6, 25. — oratio de sociis et nomine Latino Fanniine an Persii III. 47, 183.
Persona tertia indefinite significans, *man*, I. 8, 30. — *personarum ficta inductio* προςωποποιία figura III. 54, 205.
Perturbatio veteris disciplinae qualis I. 1, 3.
Pes in navi III. 40, 159.
Phalereus Demetrius II. 23, 95.
Pherecydes historicus II. 12, 53.
Phidias statuarius II. 17, 73.
Philippus, L. Marcius I. 7, 24. II. 54, 220. — eius dictum II. 78, 316.
Philiscus historicus II. 23, 94.
Philo architectus I. 14, 62. — philosophus academicus III. 28, 110.
Philoctetae fabulae versus ab Aristotele aliter dicti III. 35, 141.
Philolaus Pythagoreus III. 34, 139.
Philosophari paucis II. 37, 158.
Philosophia in partes tres divisa I. 49, 212.
Phoenix Homericus III. 15, 17.
Phrygio II. 70, 283.
Pictor, Q. Fabius, historicus II. 12, 51.
Pignora senatoria a consulibus capta III. 1, 4.
Pisistrati studia Homerica III. 34, 137.
Pistrinum I. 11, 46.

Piso, L. Calpurnius historicus II. 12, 51. — M. Pupius I. 22, 103.
Platanus veteribus dilecta I. 7, 29.
Platonis imitator Cicero in libris de Oratore III. 61, 230.
Plautus comicus III. 12, 45.
Plenum genus orationis, ἁδρόν III. 52, 199.
Pleonasmi perperam crediti I. 35, 164.
Pluralis nominum propriorum in ponendis totius alicuius generis exemplis usitatus I. 48, 210. — *pluralis abstractorum* s. mentalium vocabulorum quo modo dici soleat III. 14, 53.
Plures unius causae patroni I. 53, 229. — *plura* num pro *multis* dicantur I. 5, 18. — plures spectat allocutio unius nomine insignita I. 11, 48.
Plus ad intelligendum significatio, ἔμφασις figura III. 53, 202.
Poenitentia figura III. 53, 203.
Polycletus statuarius II. 16, 70.
Polyptoton figura III. 54, 206.
Q. Pomponius I. 36, 168.
Cn. Pompeius orator III. 13, 50.
Pomptinus ager insaluber II. 71, 290.
Ponere et *proponere* confusa I. 36, 154.
M. Pontidius II. 68, 275.
Pontificium ius III. 33, 136.
Pontificum libri I. 43, 193.
Popilia Catuli et Caesaris mater pro concione laudata II. 11, 44.
Posca cognomen gentis Pinariae II. 65, 261.
Positis rebus sc. tanquam veris, ut credantur ab omnibus II. 11, 45.
Positus verborum selectior defensus II. 5, 21.
Postliminium I. 40, 181.
Potius comparativis addi pleonastice falso visum II. 74, 300.
Praeconium domesticum II. 20, 87.
Praecurrentia argumenta explicata II. 39, 166.
Praeire explicatum I. 10, 41.
Praemunitio figura III. 53, 204.
Praenomina qua lege addantur omittanturve III. 1, 4.
Praepositiones ad verba composita (velut *intueor*, *ingredior*) iteratae I. 2, 6. — liberius omissae I. 3, 12. — pro eis genitivus ponitur I. 60, 256.
Praescriptae auctoritates SCtis III. 2, 5.
Praesens tempus in dicto condicionali cum futuro compositum I. 43, 193. — *praesens ac sedens* formula loquendi explicata II. 47, 196.
Pragmatici I. 45, 198.

πρακτικαὶ artes III. 29, 112.
Primae sententiae iudicum Atticorum I. 53, 232. — *primus* pro *primario* III. 29, 116.
Principio primum iuncta I. 35, 164.
Priscus et *vetustus* iuncta III. 38, 153.
Procedere pro *succedendo* dictum I. 27, 123.
In procinctu testamenta I. 53, 228.
Procudere linguam III. 30, 121.
Procurator I. 58, 249.
Prodicus sophistes III. 32, 128.
Proficere i. q. progredi II. 21, 89.
Progressio figura III. 54, 206.
Proiectum brachium III. 59, 220.
Promissio figura III. 54, 205.
Promptus homo I. 19, 85.
Pronomen reflexivum et reciprocum omissa I. 22, 90. II. 3, 13. — incolas s. gentiles spectans, cum urbis aut gentis nomen praecessit I. 44, 197. — *me te se* ad verba omissa III. 5, 18.
Prooemium unde sumendum sit II. 79, 320. — in re exigua eo non opus *ibid.* — eius nomen explicatum II. 80, 325.
Propositio figura III. 53, 203.
Propria verba III. 13, 49.
Prosapodosis figura III. 54, 206.
Protagoras sophistes III. 32, 128.
Prothysteron ex Cicerone explicatum I. 3, 10.
Provocare improbos explicatum I. 8, 32.
Prudentia de civitate regenda legitimum I. 2, 5. — naturalis vulgaris communis II. 30, 132.
In prytaneo victus I. 53, 232.
Purgatio figura III. 53, 205.
Putidus de pronuntiandi vitio dictum III. 11, 41.
Pyrgensis non cognomen, sed ab urbe ductum Pyrgis II. 71, 287.
Pyrrhonii philosophi III. 17, 62.
Pythagoras I. 10, 42.
Pythagorei olim Romae in auctoritate II. 37, 154.

Q.

Quaesitor II. 60, 245.
Quaestiones certis personis notatae II. 15, 66. — infinitae s. θέσεις III. 28, 109.
Quaestores a magistratibus maioribus liberorum loco habiti II. 49, 200.

Quam quod vel *quam* cum infinitivo post comparativum II. 9, 38.
Quanquam num cum coniunctivo dicatur apud Ciceronem I. 6, 21. II. 1, 1.
Quantus longo intervallo a nomine diremptum I. 1, 3.
Quantuscunque pro *quantuluscunque* II. 28, 122.
Que positum I. 1, 2. — aliquid alicunde consequens significat I. 28, 126.
Qui et alia relativa cum futuro coniuncta II. 43, 182.
Quicquam et *nihil* iuncta I. 30, 134.
Quicquid adverbiascit I. 9, 35.
Quid ergo et *quid ergo est* II. 14, 60.
Quidam adiectivo non modo postpositum, sed etiam praemissum I. 5, 16.
Quidem certe iuncta I. 16, 70.
Quin cum coniunctivo imperfecti et perfecti significatione distinctum II. 38, 161.
Quis refutantis cum levi indignatione, ut Graecorum ποῖος I. 23, 105.
Quisquis explicatum et defensum contra scripturam *quisque* I. 27, 123. — pro *qualiscunque* dictum *ibid.*
Quo de agitur I. 48, 209.
Quod adverbiascens I. 9, 35. — ad praecedentia ita relatum, ut sequatur *ut* vel infinitivus II. 10, 39.
Quodam modo dicere III. 10, 37.
Quoque pro *etiam* dictum I. 55, 235. — cum *etiam* coniunctum, et similia speciem pleonasmi fictam prae se ferentia I. 35, 164.

R.

Radiatus I. 40, 162
Rationis apta conclusio figura III. 53, 203. — *ratione ac via* non minus bene dici, quam inverso ordine I. 4, 13.
Rebar antiquum III. 38, 153.
Recessus in pictura vocabulum III. 26, 101.
Recipere et *suscipere* distincta II. 29, 101. — pro *excipiendo,* iuris vocabulum de rebus retinendis II. 55, 226.
Recordatio memoriae I. 2, 4.
Recta et obliqua oratio confusae I. 53, 231.
Reditus ad rem figura III. 53, 203.
Refertus absolute dictum I. 35, 161.
Reflexiva et *reciproca* pronomina ad verba omissa I. 22, 90. II. 3, 13.
Refricare vulnus cicatricem dolorem memoriam II. 48, 199.

Regius tralate dictum explicatur I. 8, 32.
Rei, quorum res agitur II. 19, 78. 43, 183. 79, 321.
Reiecto scuto fugere II. 72, 294.
Relata verba contrarie i. q. *ἀντίθετα* II. 65, 263.
Relatio figura III. 54, 207.
Relativa cum futuro indicativi coniuncta II. 43, 182.
Remissio vocis I. 61, 261.
Remissus i. q. laetus III. 8, 30.
Renuntiare consulem II. 64, 260.
Repetere i. q. in memoriam revocare I. 1, 1.
Repetitio eiusdem vocabuli ante et post relativum I. 38, 174. — *repetitio eiusdem verbi* figura III. 54, 206.
Reprehensio intermissioni opposita, de agendo vocabulum III. 25. 100. — *reprehensio* figura III. 54, 207.
Repuerascere II. 6, 22.
Res de oratione dictae eaedem, quae sententiae II. 26, 103. — *res praesens* I. 58, 249.
Respondere ICtorum I. 48, 212.
Res publica Platonis I. 52, 224.
Retexere detexta II. 38, 158.
Reticentia figura III. 53, 205.
Revocatio figura III. 54, 206.
Rhetor et *rhetoricus* num pro *oratore* et *oratorio* dicantur II. 3, 10. — contemptim dictum III. 14, 54.
Rhythmici et *musici* diversi III. 2, 7.
De ridiculis libri II. 54, 217.
Rivi et *fontes* inter se oppositi III. 6, 23.
Rogatio figura III. 53, 203.
Rogator II. 64, 260.
Rogatu non significare *interrogatione*, sed *rogante aliquo* II. 74, 302.
Q. Roscius actor I. 27, 124.
Rusca Pinarius II. 65, 261.
Ruta caesa vox iuris II. 55, 226.
P. Rutilius Rufus I. 53, 227. 230.

S.

Sacramentum I. 10, 41.
Sal de facetiis numero singulari dictum II. 23, 98.
Salinator, M. Livius II. 67, 273.
Saliorum versus III. 51, 197.
Sammites, gladiatores II. 80, 325.

Sannio III. 61, 251.
Sapientes dicti iuris consulti II. 33, 144. — septem sapientes Graeciae III. 34, 137.
Sapientia quaenam antiquis dicta sit III. 15, 56.
Sat pro *satis* non dici apud Ciceronem non nullis visum III. 22, 84.
M. Scaurus I. 49, 218. II. 64, 254. — a P. Rutilio de ambitu accusatus II. 69, 280.
σχῆμα κατὰ τὸ σημαινόμενον I. 19, 85. II. 2, 5. 46, 193.
P. Scipio Serapio II. 70, 285. — *P. Scipio Corculum* III. 33, 134.
Scissa vox III. 57, 216.
Scopulus III. 41, 166. — *scopulus libidinis* quo modo dicatur II. 37, 154.
Scriptitare explicatum II. 23, 97.
Scriptores I. 30, 136.
Scuta pro signis tabernarum adhibita II. 65, 266.
Se ad infinitivum omissum III. 5, 18.
Secum loquendo num eloquentia ostendi possit III. 6, 23.
Sed enim I. 4, 15.
Semel dicta Ciceroniana tractantur II. 22, 94.
Ti. Sempronius P. F. Gracchus I. 9, 38.
Senatum a quibusnam vocari ius fuerit III. 1, 2.
Senium est explicatur II. 59, 242.
Separatim nostrum *abstrakt* II. 27, 118.
Septumuleius Anagninus II. 67, 269.
Sequuntur rem publicam casus num dici possit III. 2, 8.
Sergius Silus II. 70, 285.
Sermo continuatus post signum interrogandi I. 40, 183. — *Sermo,* cum in oratore inest, explicatur I. 60, 255.
Servilia lex iudiciaria I. 52, 225.
Q. Servilii Caepionis causa II. 47, 197.
Servire translate dictum, ut *voci s.,* explicatum I. 59, 251.
Si pro *etsi* dictum II. 77, 311. — *si forte, εἰ τύχοι,* III. 12, 47.
Siculi natura ad ioca et dicacitatem facti II. 54, 217.
Sicyonii calcei I. 54, 231.
Similiter desinentia et *cadentia, ὁμοιοτέλευτα* et *ὁμοιόπτωτα* III. 54, 206.
Similitudo III. 53, 205.
Simonides Ceus poëta II. 86, 351. avarus 352.
Singulari numero verbum duobus nominibus per *aut* coniunctis accommodatum I. 4, 16.
Socrates auctor discidii inter philosophos et oratores III. 16, 60.

Sodalis Crassi Hortensius III. 61, 228.
Solium senum de iure respondentium II. 33, 143. III. 33, 133.
Sonitus inanis I. 12, 51.
Sophistae doctores dicendi III. 32, 130.
Soranus, Q. Valerius III. 11, 43.
Spectare in quo modo dicatur II. 40, 169. — cum et sine *ad* dictum III. 22, 82.
Spectatores acres esse histrionum iudices III. 50, 196. — *βαρβαρίζοντες ibid.*
Spectati homines I. 27, 124.
Sphaeram in scenam attulit Ennius III. 42, 162.
Spissus explicatum III. 53, 213.
Spiritus i. q. spiratio III. 47, 182.
Splendere et *nitere* distincta I. 18, 80.
Spondalia II. 46, 193.
Sponsio explicatum II. 65, 263.
Statera aurificis II. 38, 159.
Stillicidium I. 38, 173.
Stilus I. 33, 149. 150.
Stipulatio I. 38, 174.
Struere odium sollicitudinem etc. II. 51, 208.
Studium explicatum I. 30, 134. — cum *stadio* saepe confusum quo modo distinguatur I. 32, 147.
Suada III. 34, 138.
Subiectio rerum sub aspectum figura III. 53, 202.
Subiicere subiungere supponere διαλεκτικῶς dicta i. q. *subordiniren* I. 42, 189. — *subdere* paulo aliter dictum ibid.
Subigere et *subactus* de ingenio dicta II. 30, 131.
Subire sub I. 33, 150. — *subire usum* explicatum I. 34, 157.
Subtilitas pronuntiationis III. 11, 42.
Scr. Sulpicius Galba orator I. 53, 227.
C. Sulpicius Gallus I. 53, 227.
P. Sulpicii Rufi interitus III. 3, 11. — is Antonio natura similis III. 12, 47.
Ex *superiore loco dicere* quid III. 6, 23.
Superlatio veritatis figura III. 53, 203.
Supplosio pedis oratoria I. 53, 230.
Surculo defringendo vindicare III. 28, 110.
Sus Minervam proverbium II. 57, 233.
Suscipere et *recipere* distinguuntur II. 24, 101.
Suus pro *ipsius* I. 7, 25.
Synecdoche III. 42, 167.
Syri venales II. 65, 265.

T.

Tabulas conficere II. 23, 97. — eae documento erant in iudiciis II. 69, 280. 70, 281.
Tam in sententiis negantibus et interrogativis cum quadam breviloquentia dictum I. 52, 226.
Tamen significans ethicum quoddam II. 21, 92. — ellipsin pati visum II. 5, 19.
Tamenetsi II. 52, 210.
Tangere comicorum pro fraudando s. circumveniendo II. 64, 257.
Tantum substantive dictum pro *hoc tantum* II. 32, 139.
Tauriscus III. 59, 221.
Tectus orator II. 73, 296.
Tempestas pro *tempore* dictum obsoletum III. 38, 153. — *tempestas comissationis* III. 41, 164.
Templum II. 47, 195.
Tempora de casibus et malis I. 6, 26.
Tenue genus orationis III. 52, 199.
Tertia persona infinite significans, *man* I. 8, 30.
Tertiatus ager II. 30, 131.
Tessellatum opus III. 43, 171.
Testamenta in procinctu I. 53, 228. — testamentorum ritus universe *ibid.*
Teucer Pacuvii II. 46, 193.
Themistocles et ars memoriae II. 74, 299.
Theophrastus philosophus I. 13, 55.
Theopompus historicus II. 13, 57.
θεωρητικαὶ artes quaedam III. 29, 111.
Theramenes orator II. 22, 93.
Theses I. 31, 137. III. 28, 109. θετικώτερον dicendi genus ibid.
Thoria lex II. 70, 284.
Thrasymachus numeri oratorii inventor III. 16, 59.
Thucydides historicus II. 13, 56.
Tibiarum usus in epulis III. 51, 197.
Tibicen et *orator* comparati II. 83, 338.
Timaeus Tauromenites historicus II. 14, 58.
Timotheus Cononis F. III. 34, 139.
Tinctus literis II. 20, 85.
Tisias rhetoricae inventor I. 20, 91.
Sex. Titius II. 11, 48.
Tmesis apud Ciceronem tractata II. 67, 271.
Togati I. 24, 111.
Topica Aristotelis II. 36, 152.

Toto genere et *in genere* II. 8, 32.
Tractare causas II. 24, 99.
Tractatio dicendi explicatum I. 23, 108.
Tractus verborum et *oratio tracta* explicantur II. 50, 202.
Traductio figura III. 32, 167.
Tragicus et *tragoedia* figurate dicta I. 51, 219. — *tragici* eloquentes III. 6, 23.
Transenna I. 35, 162.
Transgressio figura, *ὑπέρβατον* III. 54, 206.
Translationes quaenam fugiendae sint III. 41, 163.
Transmarina et adventitia doctrina III. 33, 135.
Transmotio figura III. 53, 203.
Tres viri epulones III. 19, 73.
Tribuere pro *distribuendo* dictum I. 15, 68.
Tribu movere II. 67, 272.
Tribuni senatum vocandi ius habebant III. 1, 2.
Tristificus terrificus tabificus simplicium vim habere III. 39, 157.
Q. Tubero II. 84, 341.
Turmales explicatum II. 65, 262.
Tutela, in tutelam venire I. 39, 180.
Tutor mimus II. 64, 259.

U.

Ulixes sapientissimus I. 44, 196.
Umbilici conchae an lapilli II. 6, 22.
Universa definita res explicata II. 39, 164.
Unus paterfamilias I. 29, 132.
Urbanitas III. 11, 42.
Usum omnium subire explicatum I. 34, 157.
Ut cum quadam breviloquentia dictum I. 2, 4. — restringens, pro *quantum quidem* II. 1, 2. — *est ut* II. 36, 152.
Utile num idem iustum sit quaestio III. 29, 115.

V.

Vacuus invidia III. 31, 122.
Vagari de oratione dictum III. 49, 190.
Q. Valerius Soranus III. 11, 43.
Vargula homo ridiculus II. 60, 244.
Q. Varius homo turbulentus I. 25, 117.
Vastificus i. q. vastus III. 39, 157.

Velle se dicacem formula II. 60, 246. — *velle* cum inf. et cum acc. et inf. dictum quo modo vi discrepet I. 24, 112.
C. Velleius Epicureus III. 21, 78.
Venari captare, θηρᾶν II. 34, 147.
Venia i. q. χάρις I. 21, 98.
Vera causa II. 23, 94.
Verbum immutatum, παρονομασία III. 54, 206. — verba speciatim significantia ex generalibus assumenda I. 13, 59. — verba repudii I. 40, 183. — singularis numeri cum plurali nominis coniunctum I. 60, 257. — singularis numeri cum duobus nominibus propriis dictum II. 7, 26. — *verbum facere* ib. 27. — verba propria in oratione III. 13, 49.
Verberare de vexando dictum III. 21, 79.
Vere dicam futuro tempore dictum II. 4, 15.
Veritas actionis II. 17, 73. — *veritatem imitari* II. 23, 94.
Vermiculatum opus III. 43, 171.
Versus in oratione soluta Graecorum et Romanorum III. 5, 20.
Versutiloquus III. 38, 154.
Vespa Terentius II. 62, 253.
Vetustus et *priscus iuncta* III. 38, 153. — *prisca vetustas* minime dici cum abundantia sermonis I. 43, 193.
Via ac ratione et *ratione ac via* dici pariter I. 4, 13.
Videlicet II. 80, 327.
Videor pro *iure videor* s. *posse videor* II. 28, 122.
Vigere I. 4, 13.
Villicus I. 58, 249.
Vir et *homo* iuncta, nec semper differente sensu III. 4, 13.
Vis dicendi i. e. φύσις I. 21, 97. — *vis* praecipua Periclis dicentis virtus III. 34, 138.
Vita nulla, ἀβίωτος II. 5, 20. — *vita memoriae* historia II. 9, 36.
Vocabula durius iterata I. 41, 186. III. 27, 111.
Vocativi singularis usus, cum plures alloquimur I. 11, 48.
Vox i. q. sonus III. 7, 25. — vocis genera vitia laudes III. 57, 216. — *vox libera* figura, παῤῥησία III. 53, 205.
Vulgaris prudentia quaenam sit explicata II. 30, 132.
Vultus et *facies* distincta I. 28, 127. — vultus pudorem significat II. 43, 182. — vultus acer meditantium oratorum III. 5, 17.

X.

Xenocrates philosophus III. 17, 62.
Xenophon historicus II. 14, 58.

Y.

ὑποθέσεις causae fictae verisimiliter I. 31, 137.

Z.

Zeno philosophus III. 17, 62.
Zethus Pacuvianus II. 37, 155.
Zeugma figura ex Cicerone potissimum illustrata I. 57, 243. cf. III. 57, 216.
Zeuxis pictor III. 7, 26.

ADDENDA ET CORRIGENDA IN VOLUMINE PRIORE.

In verbis scriptoris corrigenda haec sunt.

I. 23, 108. p. 75. v. 7. pro accommoda scribe accommodata.
25, 114. p. 80. v. 1. pro dicit scribe dicet.
28, 128. p. 89. v. 9. pro oratorem scribe oratore.
II. 13, 54. p. 213. v. 2. vocis includendum est uncinis.
14, 61. p. 218. v. 1. pro iudicibus scribe indicibus.
16, 67. p. 223. v. 12. pro idemque scribe itemque.
26, 113. p. 259. v. 1. distinctio maior post adiungunt tollenda, minor ponenda post sit.
38, 159. p. 291. v. 8. virgula post Stoicus tollenda.
42, 178. p. 304. v. 1. pro semidoctos scribe semidoctus.
44, 186. p. 310. v. 5. virgula distinguendum post dixi.
49, 200. p. 323. v. 2. pro genere scribe generi.
52, 210. p. 331. v. 2. tamenetsi scribendum *ὑφ' ἕν*.
53, 212. p. 333. v. 6. pro cenditur corrige conditur.
55, 226. p. 343. v. 10. pro adspicere corrige aspicere.
59, 242. p. 355. v. 2. et 64, 260. p. 367. v. 12. post addidit et Catoni virgula distinguendum.
66, 264. p. 370. v. 12. pro adscribamus lege ascribamus.

69, 278. p. 378. v. 10. pro movisset lege movisse.
81, 333. p. 414. v. 9. pro orationem lege oratione.
III. 5, 18. p. 448. v. 10. post locus interrogandi signum pone.
9, 34. p. 457. v. 14. tolle virgulam post quot.
14, 54. p. 468. v. 12. tolle virgulam post tractata.
23, 88. p. 488. v. 14. tolle virgulam post tribuatur.
28, 109. p. 499. v. 5. post hactenus adde † loci affecti signum.
32, 126. p. 510. v. 4. pro disputationibus lege disputationis.
33, 135. p. 515. v. 6. pro nam lege num.
42, 167. p. 538. v. 7. et enim scribendum divisim, ut in annotatione.
53, 205. p. 564. v. 14. virgulam tolle post inductio
55, 212. p. 568. v. 11. pro idem scribe item.

In annotatione vel corrigenda vel addenda haec sunt.

I. 5, 18. p. 13. v. 31. pro pr. scribe p.
10, 43. p. 29. v. 34. *sese* scribendum literis cursivis, quae dicuntur.
11, 45. p. 31. v. 26. pro mortum scribe mortuus.
11, 48. p. 33. v. 21. pro habent et redarguuntur scribe habet et redarguitur.
14, 61. p. 43. v. 16. pro quidem et eum scribe quidam et cum.
20, 89. p. 61. v. 18. pro 9 legendum 6.
21, 94. tumque defendit Paulus in scripto scholastico Thoruni edito a. 1840., nullis quidem argumentis idoneis.
21, 96. p. 66. v. 16. pro Lagomarsianorum scribe Lagomarsinianorum.
21, 98. p. 67. v. 16. pro *is* priore scribe pro.
22, 102. p. 71. v. 35. pro effectum scribendum est effici.
25, 113. p. 79. v. 13. *sic* scribendum literis cursivis.
ib. v. 15. post sentio excidit pro.
25, 117. p. 80. v. ult. pro Caelii corrige Caelis.
39, 176. p. 119. v. 20. post nominis demendum signum]
39, 179. p. 120. v. 38. pro spectant corrige spectat.
39, 180. p. 122. v. 13. pro Sat. corrige Lat.
45, 198. adde: Nostrae sententiae favet titulus versibus scriptus ap. Orell. n. 2277.

47, 204. p. 140. v. 20. sic literis antiquis scribendum.
49, 214. p. 145. v. 24. pro accommodatio lege accommodatis.
55, 234. p. 158. v. 29. post debebamus excidit Gu. 1.
55, 235. ineptum additamentum et semper praefuerunt nullis argumentis defendit Paulus l. c. p. 6., nec rectius versatur in illo non licet I. 58, 249 (p. 13).
60, 256. coniicit antiquitatem et exemplorum copiam (p. 15).
II. 1, 1. dicendi non satis apte defendit Muellerus in scripto scholastico Coeslini edito a. 1839. p. 5.
3, 10. quoniam sequente tamen pro quanquam dici defensurus Paulus (p. 16) diversissimam sententiam comparat III. 3, 9.
7, 28. audite vero, audite adversus Goerenzii lubidinem audite, audite vero cum defendisset Muellerus, ipse haud paulo infelicius coniecit audite vos vel vero, audite, audite; in qua sententia quo modo vero recte dicatur non perspicio.
9, 36. Hanovii coniectura exstat vitae memoria, sane frigida.
11, 44. p. 208. v. 14. pro et corrige ex.
ib. v. 23. in ursurpavi prius r delendum.
ib. post v. 26. adde: Vide Lucilii Fragm. apud Dousam IX. 4. et X.
14, 58. p. 216. v. 13. esse delendum.
15, 63. ac regionum scribi Muellerus vult ignarus, ut videtur, temporibus loca opponi et in oppositis optime habere asyndeton.
17, 72. Similis Wyttenbachianae Pauli ratio, ante minora inserentis quo modo (p. 18).
20, 84. non difficilius Muellerus uncinis includit. Mihi nunc illa non difficilius arte coniuncta a Ciceronianis segreganda videntur.
22, 91. ambitiosum esse (p. vitio esse) sane ingeniose coniecit censor olim Lipsiensis editionis Orellianae; Hanovius similem esse frigidiuscule, Muellerus ne latine quidem socium esse.
23, 94. suavitatis (pro veritatis) suspicatur Muellerus minime apte ad sententiam, si quidem nec Isocratis virtus praecipua suavitas est, sed ars compositionis et Demosthenes aliique a suavitate imitanda longissime afuerunt.

29, 128. Muellerus corrigit meae totius in dicendo rationis.
31, 133. p. 273. v. 22. pro Memmianos scribe Memmianis.
33, 144. p. 280. v. 35. pro 15. lege 35.
ib. p. 281. v. 30. pro actas lege aetas.
ib. p. 282. v. 29. adde: Nunc eodem modo sentio de verbis *et illa admiratione liberatus* II. 89, 362., et de illis *et convertunt* III. 30, 120. De III. 59, 221 v. l. c.
35, 149. p. 285. v. 25. pro corrigendis scribe corrigentis.
37, 155. p. 289. v. 30. pro 39 lege 32.
42, 178. p. 303. v. penult. pro *ut et properans et* scribe *et properans ut*, quemadmodum in textu legitur.
42, 180. p. 305. Verba quia non noram videntur ignoti hominis, quod sequitur, interpretationem continere et a Ciceronis verbis segreganda esse. Sequentia satis ostendunt rem ab Antonio forte ac casu omissam dici.
44, 185. sperent bene adversus Orellium defendit Muellerus.
51, 206. p. 327. v. 27. delendum est iure.
52, 210. p. 331. v. 36. pro item scribe idem.
54, 221. p. 339. v. 27. pro et legendum est.
ib. v. 33. pro si legendum sic.
55, 222. p. 340. v. 24. post sic insere pro *ut in Scaevolam.*
63, 256. pro et enim Muellerus inutiliter corrigit etsi. Quippe longius arcessita ipsa saepe frigida sunt.
66, 264. p. 370. v. 26. pro ascribamus lege ascribemus.
66, 265. in ventrem plerosque codd. referre iniuria dicit Orellius.
74, 302. p. 394. v. penult. pro citius lege scitius.
78, 319. p. 405. v. ult. pro *exfluxisse* lege *exflusisse.*
79, 323. Muellerus inculcat ante initiis.
81, 330. p. 412. v. 33. extr. adde: Vulgo *narrari.*
86, 353. p. 426. v. 15. *humare vellent* literis cursivis scribenda.
III. 14, 51. p. 466. v. 16. pro accidit corrige accedit.
17, 63. p. 474. v. 30. pro maxima scribe maxime.
18, 67. p. 476. v. 32. nomen delendum.
28, 109. p. 498. v. 21. post codicum adde: modo quod iunctim scribitur.

38, 154. p. 528. v. 28. virgulam tolle post vocabuli.
39, 158. p. 532. v. 21. adde: Vulgo *iste.*
41, 163. p. 535. v. 25. delendum et.
43, 171. p. 542. v. 22. virgulam dele post *endo,* pone post videretur.
ib. p. 543. v. 14. post Gu. adde 3.
55, 212. p. 569. v. 20. pro idem scribe item.
58, 217. p. 572. v. 29. p. Divisio scribe Davisio.
ib. p. 573. v. 19. pro flebile scribe flebili.
61, 228. p. 581. v. 34. et delendum est.

Denique in praefatione p. VIII. v. 8. scribe institutioni; p. XXIV. v. 4. post corrigendi adde et, et v. 8. magni pretii in unam vocem contractum corrige.

ADDENDA ET CORRIGENDA IN VOLUMINE ALTERO.

P. 2. v. 5. pro dua scribe duo.
- 4. v. 25. pro magistratum scribe magistratuum.
- 6. v. 23. pro percogitandam scribe perpendendam.
- 11. v. 3. pro 11. scribe II.
- 12. v. 26. exemplum ex de Or. I. 38, 175. errore operarum huc delatum ponendum est quinto deinceps versu, post v. *in hoc.*
- 13. v. 18. pro accusatio scribe accuratio.
- 14. v. 1. pro eodem scribe eadem.
- 15. v. 15. elequentiam scribe eloquentiam.
- 20. v. 25. pro et scribe res.
ib. v. ult. pro *discendi* scribe *dicendi.*
- 29. v. 4. *volo* scribendum literis cursivis.
- 36. v. 33. pro Stratoniensis scribe Stratonicensis.
- 42. v. penult. pro eod. scribe cod.
- 43. v. 13. delendum est a.
- 45. v. 15. pro affirmativi scribe affirmative.
- 50. v. 4. pro quadriginta scribe quadraginta.
- ib. v. 29. pro superficei scribe superficiei.
- 54. v. 30. pro *ex* scribe *ea.*
- 57. v. 9. pro *causum* scribe *causam.*
- 59. v. 20. pro diputata scribe disputata.

P. 59. v. penult. pro scribi legendum scribe.
- 65. v. 28. pro intercessionis scribe intercessiones.
- 68. v. 7. pro dicent scribe dicens.
- 74. v. 11. pro alterutrius scribe alterius.
- ib. v. 30. pro opus scribe opes.
- 77. v. 10. pro gravitur scribe graviter.
- 80. v. 2. post corrupit haec adde: Plane similiter locutus Cicero est in prooem. Paradox. §. 5: *quae dicuntur in scholis θετικά ad nostrum hoc oratorium transfero dicendi genus.*
- 89. v. 16. pro hoc corrige hunc.
- 91. v. 27. pro elathratam corrige clathratam.
- 94. v. 2. Crassi prius delendum est.
- 103. v. 8. pro significari scribe significavi.
- 116. v. 7. pro rationem scribe ratio.
- ib. v. 34. distinctio post refutavit tollenda.
- 117. v. 26. pro ἢ δι' ἧς scribe ἢ δι' ἧς.
- 129. v. 19. pro qua scribe quo.
- 144. v. 22. pro inferris scribe inferis.
- 145. v. 30. pro *accusat* scribe *accusas.*
- 147. v. 6. pro eos scribe ea.
- 153. v. 2. pro scribentur corrige scriberetur.
- 155. v. 12. pro tironi scribe tirone.
- 172. v. 13. pro ille scribe illi.
- 173. v. 12. pro eum scribe cum.
- 176. v. 30. pro iudicale scribe iudiciale.
- 189. v. 29. pro divisae scribe divisa.
- 190. v. 11. pro Theodocte scribe Theodecte.
- 192. v. 7. pro etium scribe etiam.
  ib. v. 15. vim scribendum fuit literis antiquis.
- 194. v. 18. pro *edo* scribe *ego.*
- 214. v. 11. pro orationis scribe orationes.
- 221. v. 21. haec adde: Quanquam etiam nuperrime (a. 1839) edito scripto scholastico (*programma* vocant) homo suorum inventorum tenacissimus iterum commendavit coniecturam, qua senex scilicet adolescentis aequalis diceretur. Res conficitur iam uno loco de Or. III. 8, 31., quo laus orationis limatae et subtilis eadem pluribus etiam verbis in Cottam confertur.
- 224. v. 3. pro praeclusit scribe praelusit.
- 233. v. 7. ante nomen Wopkensii adde: item Goerenzius ad Cic. Legg. II. 14, 34.

P. 242. v. 34. pro Plancianum scribe Plancianam.
- 253. v. 30. Quae de illis *quia non noram* dicta sunt, nunc corrige ex Addendis ad vol. I. p. 305.
- 257. v. 12. pro *nolim* scribe *nolint.*
- 260. v. 1. pro *exprobandi* scribe *exprobrandi.*
- 263. v. 11. post *senem* virgula ponenda est.
- 277. v. 11. haec adde: Sed quod eandem pluribus locis a Cicerone positam esse affirmat, aut errat aut ea scripta aetatem non tulerunt.
- 281. v. 27. distinctio post §. 237. et vox quae tollenda sunt.
- 285. v. ult. haec adde: Ceterum iocus ille, etsi liberior, tamen multis a Cicerone probatis facetior videbitur recordantibus *Muscam* fuisse in cognominibus gentis Semproniae.
- 287. v. 34. haec adde: Novam nec sane ineptam corrigendi et interpretandi viam nuper Muellerus institit p. 10., *at hic plauticat. Claudicare* enim et mali ominis rem fuisse et dici etiam de inepte faciente; nec minus pedis vitium et rem mali auspicii fuisse *plauticare:* in quam rem conferri posse Festum v. Plautus et Intpp. Cic. Att. I. 16, 3.
- 288. v. 20. adde: Senserat Toupius ad Theocr. XX. 26., etsi eius coniectura *hircumveniri* opus esse non videtur.
- 289. v. 21. adde: Beieri explicatio prius a Ruhnkenio in praef. lex. Schelleri prolata et nuper etiam a Muellero defensa est. Nemo tamen horum probare potuit liberos sic nude dici alios, quam ἐλευθέρους, nec aliud quid Ciceronis locis Off. I. 40, 144. Cael. §. 42. Divers. XII. 22. et Quintiliani VI. 3, 14, efficitur.
- 293. v. 17. pro quae scribe quas.
- 297. v. 26. adde: *Turmam* de multitudine et quasi caterva dictum nuper ex Cic. Att. VI. 1, 17. et Velleio I. 11. illustravit Muellerus.
- 301. v. 28. pro permultos scribe permultas.
- 308. v. 5. adde: Vide Lucilii apud Dousam fragm. inc. 46. et Festum in tapulla.
- 317. post v. 23 haec adde: *dissimulatum obruatur*] iniuria hic haeserunt Ernestus et Muellerus: quod enim obruatur, id non dissimulari. Sed *obrui* dicuntur, quae dissimulatione quadam teguntur tacente quippe oratore. Hinc existimare licet de Muelleri coniectura *dissimulanter obruatur.*

P. 329. v. 30. pro προσίμιον scribe προοίμιον.
- 332. v. 3. pro ἔχη scribe ἔχῃ.
- 342. v. 16. pro est scribe esse.
- 345. v. 35. ante Sed adde: *P.* Rutilium M. F., etsi optimi codd. multi praenomen ignorant, iure editores dici voluerunt de Or. I. 40, 181. Narratur enim tribunus aliquid egisse.
- 357. v. 13. pro particibus scribe porticibus.
- 360. sqq., ubi ad III. 5, 20. egimus de versibus in oratione soluta, haec adde post v. 35: Paulus in scripto, cuius in his Addendis iam mentio facta est, Ciceroniana horum librorum quaedam adiecit; senarium quidem iambicum ex I. 43, 193:

  Accedit vero, quo facilius percipi.

  Octonarium vero ex III. 25, 99:

  Quis potione uti aut cibo dulci diutius potest.

  Et trochaicos septenarios reperit III. 16, 61:

  Disputationibus alius aliud apprehenderat.

  35, 142:

  Philosophum appellare malit, non impediam: dummodo.

  I. 60, 254:

  Quanquam quoniam multa ad oratoris similitudinem.

  Quanquam in ea horum numerorum apud Romanos licentia eius modi versiculos ex uno Ciceronis libro excerpere plurimos qui id agat potest.
- 362. v. 6. *in* scribendum literis cursivis.
- 366. v. 10. post *dicat* distinguendum est virgula.
- 372. v. 10. pro ἠθίκον scribe ἠθικόν.
- 378. v. 9. post oporteret distinguendum est virgula.
- 383. v. 30. pro eloquentiae scribe eloquentia.
- 392. v. 28. pro Quintilianus scribe Quintilianum.
- 417. v. 13. pro quoque scribe quoquo.
- 418. v. 25. pro sumpserit scribe sumpseris.
- 431. v. 13. delendum est.
- 442. v. 9. distinctio post vocem loco tolli debet.

Druck und Papier der Hofbuchdruckerei in Altenburg.

LIBRARY OF CONGRESS
0 003 074 239 4